Duplicate [illegible]

8.5.D.3

. non admittitur, repudiante matre filij hæreditatem.

on expirat pubertate, ſed fit obliqua.

pagano verbis communibus filio impuberi.

ure C. non detrahit.

n.

Martis, VIII. Nouembris. Hora. XIX.

XCIIII. SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8 26 D 4
C. 50.6

RISS. ET REVERENDISS. D.

INALIS MONTALTI

NCELLARII.

CERASII, ſacræ Conſiſtorialis Aulæ
Gymnaſij Rectoris deputati.

D. FLORENTINVS.

ignata, infraſcriptas Concluſiones tueri conabitur.

e verbis directis, ſuperſtite matre, poſt pubertatem

m.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V.E. II ROMA
8
55
D
3

8,55.D:3

Quarta pars totius ſumme ma/ioris beati Antonini.

S. Marie di Scala



Frater Albertus Porletienſis ordinis præ-
dicatorum uitæ regularis.
Ad lectorem.

SOlent hoíes aſpernari:ac faſtidire codices:quos uel non decẽtibus figuris preſſos:uel apicibus fictos uiderit:uel auctoritate uacuos:uel minus emẽdatos. Peramãt uero econtra:libẽterq; deligant:& lectitant libros uoluptatis nõ nihil ex eis capiẽtes:quos & elegãti litteraꝝ forma nouerit:& autoris clari:ꝓbatiq; munimine cõnixos liquido fulciri: quos & iidem rite caſtigatos:omniq; menda uitioq; carentes perſpexerint. Id profecto per idoneas manus hoc in uolumine quartæ partis:cæteriſq; uoluminibus ſũmæ Reuerendiſſimi Beati Antonini ordinis prædicatoꝝ præſulis Florentini:uiri qdem peritiſſimi:& laudabili ueridicaq; & celebri reſonante fama: tam ſanctimoniæ q̃ dogmatis hĩta ratione chriſtigenarum oras omnis opinatiſſimi exacta diligentia effici curauit Lazarus Soardus artis calcographæ ſtudioſiſſimus impenſis ſuis: & ſumptibus non modicis. Accedit inſuper huic:quo & hanc partem quartam cuꝫ reliquis accuratius emendari ſtuduit:ac ſategit idẽ Lazarus:& eius quiſq; egens opis ad eam libens ſibi comparandam facilius inflectatur allectus & attractus equidẽ frugis utilitate q̃maxima:quã ſtudioſo lectori memorata ſumma credit᷑ allatura. Habes ĩſup in ea lector candide (ut uaria tibi ſequentium carminum ſpecies indicat) quæcunq; tibi placere queant:& oblectãtur afferre ſimul ac frugẽ. Si ſacra pagina:ſi theologia iuuat:ſi canones palatinæ delectant aulæ:ſi Cæſarea inſtituta iuraq; queruntur:ſi dicta doctorum præcipua:ſi q̃plurima:immo innumera prope ſingulis accõmodata rebus:& congrua conſonaq; optantur exempla:quæ plus uerbis:deuicto effulminatoq; nephas ad uirtutem mouent animos & inflãmant:ſi non rudis animum deniq; ſermo mulcere poteſt:ibi ſunt omnia. Deeſt ibi nihil:quo non comparandi

huiuſce ſacri diuiniq; operis iure quippiam cauſari nequeas:cu3 propter eum quod religionem deceat ſermonis cultum & nito/rem(nonnulli enim ſermonem horrent incultum) tum pro/pter cætera:quibus ad habendos huiuſmodi libros mens huma na ducta non abre nimis accenditur commoda ſane uberrima parituros.Hanc obrem cuncti noctu dieq; religioſi necnō mul ti ſecularium ingenti ardentiq; deſiderio habendis hiſce tam bo nis tam frugi tamq; neceſſariis libris hactenus inhyarunt. Acce/de ergo hortor atq; ſuadeo:& opibus:ac theſauris cōferendos: ære iam diſce paruo libros emere:quos canimus præclari antiſti tis tam inſignes & celeberrimos omne tibi p er æuu3 honori fu turos & laudi:gratiſſimos plane tu ſaluberrimos.

Vale feliciter & ſalue.

Fratris Alberti Porletienſis ordinis prædicatoruꝫ uitæ regularis carmen in Summã Reuerendiſſimi Beati Antonini ordinis eiuſdem archipreſulis Florentini.

Inter conſpicuos:illuſtreſqꝫ ordinis almi
Dominici:micuit:qui hoc dedit autor opus.
Præſul is Antonius uocitatus nomine:cælſa
In Florentiam ſede:fuitqꝫ iubar.
Is decus & patriis laribus ſtat gloria claris.
Gloria magna ſacræ religionis item.
Bibliopola nequit uarios explodere libros:
Quos modo uenales calcographa arte tenet
Iſtius at terris merito celeberrima ſumma
Sæpe quidem impreſſa eſt:ſæpe iterata fuit.
Fama ſui reſonans immenſum peruolat orbem.
Et diffuſa ſolo:lux ſua ubiqꝫ micat
Fœlicem quondam ſe dixit:& orbe beatum
Qui potuit libros:huius habere patris
Sed quis mirari iam debeat his ſuper omnes
(Pace bona dicam)quum premat ipſa notas?
Ordine digeſtas tractat(mirabile uiſu)
Materias pulchro quaſlibet:atqꝫ docet.
Paſtor grande ſophos fuerat:qui nactus ad aſtra
Ire docet:recta multipliciqꝫ uia
Numine de diuo:de cætibus angeliciſqꝫ:
Deqꝫ anima docuit:cuncta probata fide.
Nil & omiſit acri donatus lumine & alto
Præditus ingenio:quod uetet omne nephas.
Quoſqꝫ ſtatus liquido pingit moderamine:reſqꝫ
Clarius humanas:quoſlibet atqꝫ gradus.
Quicqd ĩeſtqꝫ ſacris hic omnibus aſſerit ampla
Dogmata & æqua nitent:atqꝫ ſerena patent

Q uicquid ineſt almis uirtutibus:atq; decoris
Dixit & admonuit nos:pater ille ſatis
Omnibus & uigeat ſũma hæc memorabilis oris:
Et maiore uiget iam precioq; ſono.
Hac licet in prato florenti:& ſemper amæno:
Iam ueluti flores carpere odoriferos.
Hacq; licet campos ſpacioſos currere:grati
Areoliſque frui tum paradiſioli
Leges cæſareas hæc inſerit:atq; tonantis
Pontificalis ibi iura canitq; fori.
Omnibus illa manu fautrici ſumma miniſtrat.
Q uæ bona ſũt:quæ ſalus: laus:honor:hicq; datᵉ.

Q Varta parte canit candida præſulis
Antoni nitidas lingua uel inclytas
Virtutum ſpecies:is quoq; plurimos
Sermonis domini matris amabiles
Deſcribit uario ſchẽmate lucidos
Ex magno ſiquidem munere nobiles:
Infernoſq; locos:digna reatibus
Et tormenta malis concinit horrida
Nectarq; Ambroſium deniq; prædicat.

FINIS.

Q uiſquis noſſe cupit quis libros edidit artis
Calcographæ hos ſtudio:celebratus ĩ urbe Soardus
Lazarus hos Veneta imprimier curauit:& aptus
Caracter fuit his cura renouatus amantis
Calcographi libros cunctis offerre probandos.

LAVS DEO.

Incipit prohemiuꝫ in quartam partem ſumme Beati Antonini archiepiſcopi Florentini ordinis predicatorum.

BEnedictioneꝫ dabit legiſlator: ibunt de vtute in virtutē: videbitur deus deorꝫ in ſyō. pſal. lxxxiij.
Tota vita hominis ſuper terram: eſt quoddaꝫ iter. Unde dicitur Michee. ij. Surgite ⁊ ite: qꝛ non habetis hic requiem. Et quia omnis motus eſt propter quieteꝫ. qui vult ſaluus eſſe opꝫ vt in mente ſibi preſtituat terminum ad quem peruenire intendat: ad quem perueniens requieſcat ⁊ medium vie per quam incedatur lumine illuſtratus: quia qui ambulat in tenebris neſcit quo vadit. Joānis. xij. ait xp̄s qui eſt via veritas ⁊ vita. Lumen eſt gratia diuina. Uia eſt virtus. Arta eſt via que ducit ad vitam. Mathei. vij. inquit dominus noſter: qꝛ virtus conſiſtit circa difficilia. Terminus eſt vita eterna: ſuperna hieruſalem dicta pacis viſio. vbi ſedebit populus in pulchritudine pacis: in requie opulenta. vt teſtatur Eſa. xxxij. c. Econtra via lata que videtur homini recta: luce gratie carenti ⁊ nouiſſima eius ducunt ad morteꝫ ſempiternam: infernalis babylonis eſt peccatorꝫ via: quo peruenientes ſeruiunt dijs alienis. ideſt demonijs qui non dant eis vllam requiem vt dicitur in Eſaia. Aduerſamini igitur vitia: colite virtutes: ⁊ optatam naturaliter requieꝫ cōſequimini. Et hoc eſt quod ps. ait. Benedictionem ⁊c̄. Ubi tria nota.

Diuiſio thematis.

¶ Principiuꝫ vn̄ moueamur. ibi. benedictionem dabit.
¶ Medium per quod proficiſcamur. ibi. ibūt de virtute.
¶ Terminum ad quem perducamur. ibi. videbitur deus.

¶ Principium vnde opꝫ nos moueri in bene operādo eſt lucis gr̄a. Sine miſericordia eniꝫ dei ſeu gratia preueniēte vt velimus. ⁊ ſubſequente vt volitum bonū operemur nulla bona opera facere valemus (ait Auguſtinus). ſ. meritoria. Et hic gratiam propheta vocat bn̄dictionem. Niſi ita bn̄dicitur. i. efficitur creature rōnali a deo in vita preſenti: ſicut cū gratia ei infunditur. Dicere enim dei eſt facere. Un̄ Prouerbio. x. Bn̄dictio domini ſuper caput. i. mētem iuſti. ¶ Pro hac enim datur bn̄dictio glorie. cum dicitur. Uenite bn̄dicti patris mei percipite regnum ⁊c̄. Matth. xxv. Hanc autem bn̄dictionem dabit: non retribuet ſeu reddet: qꝛ non ex operibus noſtris: ſed gratis ſua liberalitate largitur. alioquin iam non eſt gratia. Dabit aūt legiſlator qui eſt xp̄s. Unus eſt enim legiſlator ⁊ iudex. Jaco. iiij. qui legem moyſaicā dedit. in qua ſunt precepta omnium virtutuꝫ: ⁊ euangelicam in qua ſunt ⁊ conſilia ad perfectionem ducentia ipſas virtutes. De qua gratia habes diffuſe infra in iſta quarta parte titulo. viij.

qd̄ gr̄a dei vocat bn̄dictio.

De gr̄a vſ iſta ti. viij.

¶ Medium per qd̄ proficiſcamur eſt virtus. ibunt de virtute in virtuteꝫ. Un̄ Prouerbiorū. iiij. ca. Juſtorū ſemita quaſi lux ſplēdens proficit ⁊ creſcit vſqꝫ ad perfectum dieꝫ. Semita que eſt via arta eſt virtus per quam incedunt iuſti. Jſta aſſimilatur luci: que paulatiꝫ in die creſcit vſqꝫ in meridiē. Et ſicut ait Chryſoſtomus. nemo repente fit ſummus: ſed a minimis quiſqꝫ inchoat vt ad maiora perueniat. Et hoc eſt qd̄ dicitur. Jbunt de virtute in virtutem imitantes apoſtolū dicentem. Philippen. iij. Que retro ſunt oblitus in anteriora me extendens ad brauium ſequor ſuperne vocationis. Jn cuius figura quā vidit Ezech. in ſpiritu ſancto animalia: vt exponit Grego. cum ambularent non reuertebant̄. ſ. ad defectus dimiſſos. nec firma manebant. ſ. ocioſa. ſed vnumqdqꝫ ante faciem ſuam gradiebatur. Ezech. j. ca.

Duplex eſt vtꝰ. ſ. acqſita ⁊ infuſa.

¶ Et notandum ꝙ duplex eſt virtus. ſ. acquiſita ⁊ infuſa. Uirtus acquiſita eſt que ſꝫ phm̄. ij. Ethi. bonum facit habentem ⁊ opus eius bonum reddit. Et hec cauſatur ex actibus humanis frequentatis: quia ex frequēti actu temperantie fit homo temperatus. ⁊ ſic de alijs. Sed huiuſmodi non ſufficiunt ad ſalutem. Uñ non vere bonum conſtituunt nec opus bonum ſcilicet meritorium: etſi in genere bonuꝫ. Uirtus infuſa diffinitur a magiſtro ſnīarum in ſecūdo poſt Auguſtinū. ꝙ eſt bona qualitas mentis. i. quidam habitus bonus in mente qua recte viuitur quam deus in nobis ſine nobis operat̄. ſine nobis intelligo non pn̄cipaliter operantibus: ſed nobis conſentientibus ⁊ cooperantibus. Et iſta econtra nō cauſatur ab actu humano: ſed ex infuſiōe diuina: ⁊ ex ea cauſatur actus meritorius ⁊ multiplicatur frequenter. actus autem auget habitum. Ex virtutibus igit̄ acquiſitis ibunt electi dei in virtutem infuſaꝫ: quia ille diſponunt ad illam.

virtutiſ infuſe diffinitio.

¶ Secundo ſciēdum ꝙ in virtute qualibet conſideratur ⁊ habitus ⁊ actus eius que ſunt diſtincta realiter. Nam habitus ſemper manet niſi virtus per mortale excludatur. Actus autem eius tranſit ⁊ meritum in anima remanet. Non autem habitus: ſed actibus merentur ſi boni ſunt. ⁊ de

Qd̄ in qualibꝫ virtute ꝯſiderare hitꝰ ⁊ actus ⁊ ꝙ realiter diſtinguitur.

mereremur ſi mali. Frequenter ipſa virtus que proprie importat habitum: denominat actum ſuū vt actus eius dicatur virtus. vt verbi gratia. In ſymbolo athanaſij dicitur. Eſt ergo fides recta vt credamus ⁊ confiteamur: quia dominus noſter ieſus chriſtus dei filius deus ⁊ homo eſt. Credere proprie non eſt fides ſꝫ act⁹ eius interior: ⁊ confiteri actus exterior. vnde ſumitur fides pro actu ſuo. Et ſic ſumitur ibi. Ibunt de virtute in virtutem ideſt exercebunt in actibus virtuoſis tranſeundo de actu vni⁹ virtutis ad actum alterius. Non enim decet ſemper ſe exerceri in actu vnius virtutis. Sed modo in actu fidei aſſentiendo his que eccleſia predicat. quando talia menti occurrunt. Iuxta illud. Credite illi ⁊ nō euacuabitur merces veſtra. Accedentem enim ad deum oportet credere. ait apoſtolus ad Heb. xj. Iſte eſt primus paſſus in ꝓceſſu vtutū. Aliqñ in actu ſpei pſal. xxxvj. Spera in deo ⁊ fac bonitatem: expectando beatitudinem a deo ⁊ auxilium gratie ſi tamen ex parte tua facias bonitatem. alˀs preſumeres: non ſperares. De ſpe aliquando ⁊ ſepe procedendum eſt ad actum charitatis. Iuxta illud Luce. x. c. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex omni mente tua: ⁊ proximum tuum ſicut teipſum. De virtutibus theologicis ibunt exercendo ſe electi ad opera bonorum: que etiam ſunt virtutes: licet dona dicantur non virtutes. Aliquando in actu diuini timoris: Eccl'ſ vl. Time deum ⁊ mandata eius obſerua. Et de timore ad actum pietatis eorum ſcilicet que ptinent ad cultum diuinum. videlicet ad orationem votum iuramentum ⁊ huiuſmodi. Uel etiaꝫ miſerationem ad proximum. j. Timoth. iiij. Exerce teipſum ad pietatē. De pietate ibūt ad actum ſcientie Hiere. ij. ca. Scito ⁊ vide: qꝛ malum ⁊ amarum eſt te dereliquiſſe deum tuum: pertinet enim ad hoc donum noſſe defectus ſuos ⁊ bene conuerſari inter homines vt non decipiatur. De ſcientia ibunt ad actuꝫ fortitudinis: vt non ſolum equanimiter aduerſa ſuſtineant: ſed ardenter aggrediantur anxia ꝓ deo Thobie. v. c. forti animo eſto. De fortitudine ibūt ad actū conſilij: ⁊ circa aduerſa q̄ occurrunt agendo meliora aſſumendo. Unde Eccl'i xxxij. Sine conſilio ſcilicet mentis nihil facias ⁊ poſt factum non penitebis. De conſilio ad actum intellectus intus legendo ſcripturas: non ſolum que in cortice: quia littera occidit: ſpiritus autem viuificat: ⁊ penetrando ⁊ deguſtando pſal. ij. Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram: ideſt corpus ei dominando. ideo reges. De intellectu ad ſapientiam diuina deguſtando. ad Col. iij. Que ſurſum ſunt ſapite non que ſuper terram. De donis tranſeunt ad virtutes cardinales vt inferiores eis operationes earum agendo. Aliquando in virtute temperantie quoad abſtinentiaꝫ ⁊ caſtitatem ⁊ alias eius partes. j. Petri. j. Sobrij eſtote ⁊ vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus ⁊c̄. De virtute temperantie ibunt ad actum fortitudinis. patienter ferendo quecūqꝫ aduerſa pro virtute. Iuxta illud Eccl'i. ij. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe. ⁊ in dolore ſuſtine: ⁊ in humilitate tua patientiam habe. Et de fortitudine ad actuꝫ iuſtitie ſm̄ illud Iuſte iudica proximo tuo Leuit. xix. Et de iuſtitia ad prudentiam. ſm̄ illud Math. x. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. De his omnibus ⁊ partibus ⁊ actibus earum per totum librum iſtum diſtinctum in. xvj. titulos: ita vt ꝙ quelibet virtus ⁊ donum habet vnum titulum. quintuſdecimus autem eſt de gratia in medio poſitus. Non tamen ſm̄ iſtum ordinem poſiti ſunt ſed per alium vt patebit certa ex cauſa. Sextuſdecimus titulus de virtute in generali qui eſt in principio ſeu primus titulus. ¶ Tertio ſciēdum ꝙ quelibet virtus habet gradus ꝑfectionis maioris ⁊ minoris. Iuxta illud Iob. xxxj. Per ſingulos gradus pronunciabo illum: ſcilicet deum: quia quanto magis quis aſcendit ad maiorem gradum perfectionis virtutuꝫ: tāto magis debet deuꝫ laudare: ⁊ ab eo recognoſcere totum: ⁊ tanto magis glorificatur deus ⁊ oſtenditur magnitudo eius apud homines q̄ talia donauit hominibus. De his gradib⁹ diffuſe tractat Greg. de pe. di. ij. Dum ſanctam eccleſiam. ¶ Terminus ad quem perducamur. eſt ire de vtute in virtutem. inde videbitur deus deorum in ſyon. Deus dicitur deorum ſcilicet dominus: ideſt angelorum ⁊ ſanctorum et omnium dignitatum actor: qui ⁊ ipſi dij aliqñ dicuntur. Syon interpretatur ſpeculatio: quia ſancti ſpeculantur: ideſt clare vident deum facie ad faciem. Et viſio eſt tota merces ait Augu. Quod ⁊ ſaluator ipſe oſtendit cum ait Io. xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant ſcilicet clare ⁊ perfecte: te ſolum verum deum ⁊ quem miſiſti ieſum chriſtum. Ubi notatur myſteriuꝫ trinitatis perſonarum ⁊ vnitatis eſſentie ⁊ humanitatis chriſti aſſumpte. vt alˀs dictum ē: q̄ꝺ totum ibi videbitur. Uiſio autem illa tāte pulchritudinis eſt: tantoqꝫ amore digniſſima vt quibuſlibet ⁊ quantiſlibet bonis ꝑditā ſine ea animam exiſtimet infeliciſſimaꝫ plotinus philoſophus. vt refert Aug. x. de ciui. dei. c. xxiij. Implebimur inquit pſal. lxiiij. in bonis domus tue: ſanctum eſt templum tuum mirabile in equitate: vel in iuſtitia ſm̄ aliam litteram domus dei in qua manſiones multe ſunt varie

Ꝙ qlibet vt⁹ hꝫ gradus ꝑfectiõis

Ꝙ terminus ſeu finis vtutuꝫ eſt clara dei viſio

tate premiorum: eſt ſtatus glorie vbi videtur deus: ⁊ ibi replebimur bonis. Hic nulla boni plenitudo. ſ. talis que mentem quietet. Nam nec auarus impletur pecunia vt dicitur Eccľ. v. nec ſaturatur oculus viſu: nec auris auditu Eccľ. j. Quorūcū𝔮 pulchrorū ⁊ ſonorum vel ſapientum verborum. Sed vt ait Aug. in i. confeſ. Feciſti nos domine ad te: ⁊ inquietū eſt cor noſtrum donec requieſcat in te: ſcilicet in patria: ⁊ ibi implebimur bonis. Nam intellectus implebitur cognitione ſumme veritatis. Eccleſia canit. Que nūc in ſpem gerimus plena veritate capiamus. Voluntas ſeu affectus implebitur dilectione immenſe bonitatis. Unde in Can. Vidiſtis eam. ſ. animā ad patriam aſcendentem plenam charitate. Iraſcibilis implebitur tentione perpetue ſecuritatis. Eccľ. xxiiij. In plenitudine ſanctorum detentio mea. Detinet diuina ſapientia que ibi loquitur: quia detinentes facit ſanctos plenitudine bonorum illorum. Concupiſcibilis implebitur fruitione perpetue iocūditatis. Pſal. Adimplebis me leticia vel iocūditate cum vultu tuo. Erit enim tunc deus omnia in omnibus ſcilicet beatis, vnde impleti omnino. Sanctum eſt templum ſubdit pſ. in dicta autoritate. Templum dei eſtis vos. ait apoſtolus. j. ad Co. iij. ⁊ ipſi ſancti domus dei. ſanctum eſt: ideſt mūdum ab omni peccato. ſine macula enim ſunt ante thronū dei. Apoc. xiiij. Sanctum eſt ideo dedicatum. ibi enim vacabitur laudibus dei: nec aliud erit exercitium. dicit Aug. Sanctum. i. firmum: vt nunq̄ auerti poſſit a deo: nec aliqua infirmitas vel moleſtia corporis. Mirabile in equitate vel iuſtitia. Iuſtitia vt dicit philoſophus eſt omnis virtus. ⁊ ſm hanc acceptionem dicitur Matth. xxv. Iſti autem ibunt in vitam eternam. non enim ad illā aliter peruenirēt ſine iuſtitia. ſ. omnis virtus inueniretur in eis ita q̄ nulla deficiat. Ipſeq̄ virtutes ibi in eis permanent: ſed ad alium vſum q̄ hic. Augu: ſuper pſal. tractans illud. mirabile in iuſtitia. ſic ait. Iſta ſunt bona illius domus ⁊ templi. non dixit templum mirabile in columnis: mirabile in marmoribus. mirabile in tectis auratis: ſed mirabile in iuſtitia. Habes foris oculos vnde videas marmora ⁊ aurū. Intus eſt oculus vnde videatur pulchritudo iuſtitie: ſi nulla eſt pulchritudo iuſtitie: cur amatur iuſtus ſenex. Quid affert in corpore quod oculos delectet. Curua membra rugatam frontem: caput canis albatum: imbecillitatē vndiq̄ querulis plenam. Sed forte oculos tuos non delectat ſenectus decrepita. aures tuas delectat quibus vocibus: quo cantu. An forte ſonus verborum eius delectat aures tuas: que verba vix plena enunciat lapſis dentibus: tamen ſi iuſtus eſt: ſi alienum non cōcupiſcit: quod ſi ſuū eſt erogat pauperibus: ſi bene monet ⁊ rectum ſapit integrum credit: ſi paratus eſt pro fide veritatis ipſa confracta membra impendere. Quid in huiuſmodi amamus. qd oculis carnis in eo videmus bonum? nihil. Quedam eſt ergo pulchritudo iuſtitie: quam videmus oculis cordis: quam amamus: quā exardeſcimus: Quid in martyribus erat quod amaretur: niſi quia erat in illa feditate laniatorum membrorum integra pulchritudo iuſtitie. Iſta ſunt bona domus dei. His te para ſatiari. Hec ille. Si ergo virtus hic amatur. ſapientia appetitur: gaudium ſeu delectatio queritur. ⁊ ibi videtur deus deorū omnia iſta pleniſſime. ergo illa domus: illud templum querendum. illud ſuper omnia amandum. ad illud totis viribus inſudandum per virtutum viam conſequendum. Ad quod nos perducat qui in celis ſine fine viuit ⁊ regnat. Amē.

Incipit Tabula generalis quarte partis beati Antonini: que habet titulos ſedecim: quorũ quilibet habet capitula multa: que capitula habent plurea.§.

Titulus.j. huius quarte partis de virtutibus in generali:

De diffinitione virtutum atq; earũdem diuiſione. C.j
De acquiſitione virtutum ꝛ quomodo ſumat medium in eis. Cap.ij.
Que bona operent in nobis virtutes. C.iij.
De inequalitate receptionis virtutum: ꝛ quomodo ſunt gradus in eis. Cap.iiij.
De ꝯnexione virtutũ ꝯcathenate adinuicez: ꝛ queadmodũ vna ſine altera hẽri nõ pt. C.v
De duratione virtutum. Cap.vj.

Titulus.ij. De prudentia.

Quomodo dicatur prudentia que mediũ prefigit in omni virtute. Cap.j.
De partibus integralibus prudentie: ſcz memoria: intelligẽtia: ꝛ prouidẽtia. Cap.ij.
De partibus ſubiectiuis prudentie: ꝛ de cognitione ſuiipſius. Cap.iij.
De prudẽtia monaſtica aut particulari. ꝛ nonã regulis directiuis humane vite. C.iiij.
De prudentia economica. Cap.v.
De prudentia regnatiua. Cap.vj.
De ptibus potẽtialibus prudẽtie ꝛ ei annexis. vz eubolya: ſyneſi: ꝛ gnomyn. Cap.vij.

Titulus.iij. De fortitudine.

Fortitudo tripli aiam firmat. quoad ſe cõtra mundi vanitates: quoad bonum cõe cõtra patrie hoſtilitates: quoad deum ꝯtra errorum prauitates. Cap.j.
Circa que ꝯſiſtit virtus fortitudinis. Ca.ij.
De triplici martyrio. Cap.iij.
De partibus fortitudinis integralibus ꝛ ſubiectiuis. Cap.iiij.
De partibus fortitudinis que eis annectunt. ꝛ primo de magnanimitate. Cap.v.
De magnificẽtia qd ſit ꝛ qbus ꝯueniat. C.vj.
De virtute patientie. Cap.vij.
De perſeuerantia quid ſit: circa que cõſiſtat: ꝛ de effectibus eius. Cap.viij.

Titulus.iiij. De temperantia.

Quid ſit temperantia: ꝛ circa quam materiã verſetur. Cap.j.
De partibus potẽtialibus tẽperãtie. ꝛ primo de ꝯtinẽtia que tripli ſumit. Cap.ij.
De manſuetudine quid ſit: ꝛ in quo differt a clementia. Cap.iij.
De partibus ſubiectiuis tẽperantie: que ſunt abſtinentia: ſobrietas: ꝛ caſtitas. Ca.iiij.
De ſobrietate. Cap.v.
De caſtitatis materia: cauſa ꝛ gradib᷒. C.vj.
Uirginitas qd ſit: ꝛ p que amittat. C.vij.
De virginitatis coronatione: poſſeſſione: ꝛ ſignificatione. Cap.viij.
Clemẽtia qd ſit: ꝛ in quo ꝯſiſtat. Cap.ix.
Modeſtia qd ſit. ꝛ in qbus cõmẽdat. Ca.x.
De ſtudioſitate. Cap.xj.
De humilitatis quidditate. Ca.xij.

Titulus.v. De iuſtitia.

De iuſtitia in gñali q̃ eſt triplex iuſtitia. Ca.j.
De duabus ſpeciebus iuſtitie. ꝛ primo de cõmutatiua. Cap.ij.
De iuſtitia diſtributiua. Cap.iij.
De principijs iuſtitie. Cap.iiij
De partibus potentialibus iuſtitie. ꝛ de virtutibus ei connexis. Cap.v.
De innocentia. Cap.vj.
De religione. Cap.vij.
De oratione. Cap.viij.
De pietatis virtute. Cap.ix.
De virtute obſeruantie. Cap.x.
De obedientia quomodo aliquando eſt generalis: aliquando ſpecialis. Cap.xj.
De gratia ſiue gratiarũ actione. Cap.xij.
De vindicatione. Cap.xiij
De penitentia prout eſt virtus differens ab ea prout eſt ſacramentum. Cap.xiiij.
De veritate put eſt virtus. Cap.xv.
De virtute fidelitatis. Cap.xvj.
De liberalitate inq̃tũ differt a mĩa. C.xvij
De mĩa multiplici ꝛ eius vtilitate. C.xviij.
De epycheia virtute. Cap.xix.
De amicicia ſiue affabilitate quõ ſit virt᷒. xx.
De duodecim fructibus ſpiritus. Cap.xxj.

Titulus.vj. De charitate.

De charitate theologica. Cap.j.
De charitate q̃tũ ad eius ſubiectũ. C.ij.
Quid ſit diligẽdum ꝛ quo ordine. Ca.iij.
De dilectione proximi ꝛ quis nomine proximi diligatur. Cap.iiij.
De charitate quoad pceptũ decalogi. Ca.v.
De pncipali actu charitatis q̃ ẽ dilectio. c.vj
De gaudio inquantum eſt actus interior charitatis. Cap.vij.
De pace inquantum eſt actus interior charitatis: ꝛ quõ differunt a ꝯcordia. Ca.viij.

Titulus.vij. De ſpe.

De triplici ſpe ⁊ eius quidditate atq; fructibus. Cap.j.
De ſubiecto ſpei.i.in qb⁹ ſpanduꝫ ſit. Ca.ij.
De obiecto ſpei: ſcilicet beatitudine huma//ne vite finis. Cap.iij.
De btitudis qdditate ⁊ multiplicitate. C.iiij.
De diſpoſitiuis ad beatitudinem. Cap.v.
De ſingulis beatitudinibus in particulari. ⁊ primo de paupertate ſpiritus. Ca.vj.
De vltimo fine hoīs q̄ eſt btitudo pfctā. C.vij.

Titulus.viij. De fide.

Fides ſumitur octo modis. Cap.j.
De habitu fidei ⁊ quidditate eius. Cap.ij.
De actu fidei ⁊ q̄ act⁹ fidei eſt triplex. Ca.iij.
De obiecto fidei qd̄ eſt veritas pma. C.iiij

Titulus.ix. De diuina gratia.

De duodecim proprietatibus diuine gratie ad ſimilitudinē luminis materialis. Ca.j.
De eſſentia gratie. Cap.ij.
De diuiſione gratie quadruplici. Cap.iij.
De cauſis gratie. Cap.iiij.
De neceſſitate gratie. Cap.v.
De effectu gratie operantis. Cap.vj.
De merito q̄ eſt effect⁹ gr̄e cooperātis. Ca.vij.

Titulus.x. De donis ſpūſſancti.

De ſeptē donis ſpūſſancti in cōi. Cap.j.
De diſtinctionib⁹ donoꝝ ſpūſſancti a virtutibus īfuſis: ⁊ de eorum neceſſitate ⁊ connexione. Cap.ij
De dono ſapiētie ⁊ de triplici ſapia. Ca.iij
De vita ꝯtēplatiua ⁊ eius excellētia. C.iiij
De hijs que ptinēt ad vitā ꝯtēplatiuā. C.v.
De raptu ſiue exceſſu mentis. Ca.vj.
De cognitione que ptinet ad ſapiaꝫ. C.vij.

Titulus.xj. De dono intellectus.

Donuꝫ intellectus vltra lumen nature neceſſarius a deo petitur. Cap.j.
De ſcripture ſacre nobilitate: qualitate ⁊ vtilitate. Cap.ij.
De multiplici vtilitate ſacre doctrine. C.iij.
Doctrine gentilium poetarum ⁊ philoſophorum: nō pſunt ad ſalutem. Cap.iiij.
De erroribus contra fidem philoſophorum gentilium. Cap.v.
De erroribus iudeoꝝ ⁊ ſaracenoꝝ. Cap.vj.
De erroribus hereticorum. Cap.vij.
De articulis.xiiij.in qb⁹ cōiter magr̄ ſniaruꝫ ⁊ Gſtanus in decreto nō tenet. Cap.viij.

Titulus.xij. De dono conſilij.

De conditionibus requiſitis ad bonum conſilium. Cap.j.
De conſilijs euangelicis. Cap.ij.
De conſilio paupertatis. Cap.iij.
De errore fraticelloꝝum circa paupertatem chriſti ⁊ apoſtoloꝝum. cap.iiij.

Titulus.xiij. De dono fortitudis.

Quid ſit fortitudo: ⁊ de effectibus ei⁹. cap.j.
De triplici fortitudine. cap.ij.
Tētationes inſurgūt hoīb⁹ a diuerſis. ca.iij.
De tribulatione maxima que erit tempore antichriſti. cap.iiij.

Titulus.xiiij. De dono timoris.

Timorem multa inducunt. cap.j.
De timore mundano. cap.ij.
De timore carnali. cap.iij.
De timore naturali. cap.iiij.
De timore ſeruili. cap.v.
De timore initiali. cap.vj.
Timendum eſt in preſenti vita propter ſeptē pericula. cap.vij.
Mors eſt timenda propter ſeptem conſiderationes. cap.viij.
Aſſignatio rationum in morte de ſeptem generibus rerum timenda eſt. cap.ix.
Purgatoriū ſeptuplex eſt timēdū. ca.x.
Finale iudicium q̄ timendum ſit: ⁊ de certitudine eius ⁊ cauſa. cap.xj.
Quam timenda eſt profunditas iudicioꝝum dei in preſenti circa ſeptem. cap.xij.
De timore filiali in quo conſiſtat: ⁊ in quo differat ab initiali. cap.xiij.
De timore reuerentiali. cap.xiiij.

Titulus.xv. De dono pietatis.

De pietatis eminētia ⁊ dignitate. cap.j.
Q̄d virgo maria fons pietatis eſt mater noſtra quatuor modis. cap.ij.
De conceptione ⁊ ſanctificatione beate marie virginis. cap.iij.
Sermo de ſcificatiōe btē marie virgīs. c.iiij.
Sermo de natiuitate beate marie virginis ad genealogiam euangelicam. cap.v.
Alius ſmo de natiuit. btē marie virgīs. c.vj.
Sermo de deſpōſatiōe marie ioſeph. c.vij.
De annunciatione dominica. Miſſus eſt angelus Gabriel. cap.viij.
Sermo alius de eodem. cap.ix.
De miſſiōe ſpūſſcti ad mariā virginē. c.x.
De pulchritudie btē marie virgīs. ca.xj.
De miſſiōe filij dei ad mariā virginē. c.xij.
De ſalutatiōe angelica. Aue maria ⁊c. c.xiij.
De hoc nomine Maria. cap.xiiij.
De plenitudie grē in maria virgine. cap.xv.
De triplici genere gratiaruꝫ gratis date: gratum facientis. ⁊ priuilegiate. ca.xvj
De gr̄a virtuali btē marie virginis. ca.xvij
De gr̄a.xij.donoꝝ q̄ fuit in btā virgīe. xviij.
Q̄d beata maria habuit omnes gratias gra

Tabula titulorum

tis datas. cap.xix.
De gratia priuilegiorum ſingularium beate virginis marie. cap.xx.
Dñs deus fuit cũ maria qnq̃ modis. c.xxi.
Dominus deus fuit cũ maria ad corpus chriſti formandum: ⁊ ad prolem exaltandum: ⁊ ad ipſam magnificandum. cap.xxij.
De q̃druplici bñdictiõe btẽ virginis. c.xxiij.
De benedictione beate virginis apud omnez generationem. cap.xxiiij
De triplici fructu benedicto beate Marie virginis. cap.xxv.
De duodecim fructibus ſpiritus qui fuerunt in Maria virgine. cap.xxvi.
De viſitatione btẽ marie virginis facta ad Eliſabeth. cap.xxvij
De cantico beate marie virginis: ⁊ ꝙ aliqua dicuntur magna tripliciter. ca.xxviij.
De ſecundo verſu Magnificat. ⁊ de multiplici gaudio ⁊ varia acceptiõe ſpũs. c.xxix.
De concordantia cantici magnificat cũ oratione dominica. cap.xxx.
De partu beatiſſime virginis: ideſt natiuitate chriſti. cap.xxxi.
De epiphania domini Sermo. ca.xxxij.
De purificatione beate marie virginis: ⁊ multiplici lumine. cap.xxxiij.
Alius ſermo de purificatione beate marie virginis. cap.xxxiiij.
Tertius ſermo de purificatione beate marie virginis. cap.xxxv.
Quomodo gladius doloris pertranſiuit animam beate marie virginis. iuxta verbum Symeonis. cap.xxxvi.
Quomodo maria inuenit ieſum duodẽnem in templo: ⁊ de triplici interrogatione beate virginis. cap.xxxvij.
De beata virgine cum fuit in nuptijs: que ſignificant nuptias ſpirituales inter deum ⁊ eccleſiam. cap.xxxviij.
De nuptijs penitentium. cap.xxxix.
De nuptijs mundum deſerentium ⁊ ſe deo dedicantium: quomodo beata maria preſens eſt. cap.xl.
De dolore maximo virginis marie in filij ſui paſſione. cap.xlj.
De aduentu ſpiritusſancti in mariam cum apoſtolis. cap.xlij
De aſſumptione beate virginis marie Sermo. cap.xliij
Alius ſermo de aſſumptione beate marie virginis. cap.xliiij.

Titulus.xvi. De dono ſcientie.

Donum ſcientie quid eſt. ⁊ ad quid ſe extendat. Capitulum vnicum.

Is q̃dẽ titulus hic ſuccinctus. in partib⁹ chronice diffuſus: tractat de geſtis illuſtrius ex ſanctitate: vel ſcientia. vel martyrio. vel dignitatibus eccleſiaſticis ⁊ ſecularibus ⁊ pontificibus ⁊ regibus. vel in arte militie ⁊ bellorum in tribus voluminibus diſtinctis. quorũ primum continet geſta ad vtrunq̃ ſtatum ab ipſius mundi exordio vſq̃ ad tempora Silueſtri pape: ⁊ Conſtantini magni imperatoris. Secundum volumen continet geſta vtriuſq̃ ſtatus a Silueſtro papa vſq̃ ad Clementem tertium. ⁊ a Conſtantino vſq̃ ad imperatorẽ Henricum ſextum. Tertium volumen continet magis modernorum geſta a tẽpore Henrici ſexti vſq̃ ad tempora Federici imperatoris moderni. videlicet annum domini milleſimum quadrigenteſimum quinquageſimuz octauum: que omnia aliquo modo pertinent ad ſcientiam. Hec ibidem intuere ⁊ hic mecum deo laudes pro fine huius ſumme deprome ex condigno. ſit itaq̃ laus ⁊ gloria deo benedicto. Amen.

Explicit tabula generalis.

Incipit quarta pars ſume maioris beati Antonini archiepiſcopi florentini. In qua agitur de virtutib⁹ ⁊ gratia ac donis ſpiritusſancti.

Titulus primus de virtutibus in generali.

Capitulum primum de diffinitione virtutum atqȝ earundem diuiſione.

Sex ſūt ↄſiderāda. ſ. diffinitione virtutis.

Circa virtutē in generali conſideranda ſunt ſex. ſ. diffinitio diuiſio earum ⁊ numerus cōnexio. duratio ac qſitio⁊ opatio. Quātum ad primum ſic diſfinitur ab Auguſtino in ſecūdo libro de libero arbitrio.

Uirtus ſic diffinitur.

Uirtus eſt bona qualitas mentis qua recte viuit. qua nemo male vtitur quā deus in nobis ſine nobis operat. In qua diffinitiōe tangunt quattuor bona. que ex virtute cauſantur. Primū eſt hois perfectio in eo ꝙ dicit virtus eſt bona qualitas mentis. perficit enim hoiem qȝtum ad partem intellectiuā per prudentiam ⁊ alias. appetitiuam rōnalem per iuſtitiam ⁊ alias. appetitiuā ſenſualem per fortitudinem quoad iraſcibilē. per tēperantiam quoad ↄcupiſcibileȝ. Faciūt enim potētias expeditas ad bñ operādū. Secundū eſt opis directio. Uñ ſubdit. qua recte viuitur. Recte enim viuere in bñ operari conſiſtit. Et per hanc clauſulā diſtinguit virtus ꝓprie ⁊ ſtricte dicta. a ſciētia ⁊ intellectu ⁊ ſapiētia. Licet enim ſint bone qualitates mētis. non tñ ſunt bone qlitates voluntatis regulantes ipſam voluntatem ⁊ dirigētes. ſed pficientes tm intellectum. Unde pōt bene ⁊ male viuere habens eas. Tertiū eſt criminis excluſio. Uñ ſubditur qua nemo male vtitur. Nullus enim poteſt male vti actu virtutis. eo ꝙ actus virtutis vel a virtute pcedens nunquā pōt eſſe malus. ſed ſemper eſt bonus. Pōt tñ aliquis male vti virtute tanꝗ obiecto. puta cum mala ſentit de virtute. cum. ſ. odit eam vel ſuperbit de ea. Quod Iſidorus in lib. de ſummo bono prohibet dicens. Cum qs ex deteriori iam melior eē ceperit caueat de exceptis extolli virtutib⁹. ne grauius per virtutes corruat. qui prius ex lapſu vitiorum iacebat. Quartum qḋ cauſat a virtute eſt infuſio diuini numinis cum ↄſenſu volūtatis. Unde dicit. Quā deus in nobis operatur qḋ intelligitur quoad virtutes infuſas ſine nobis operātibus pncipaliter. ſed non ſine nobis ↄſentiētibus ſeu cooperātib⁹. Raynerius. Et in paruulis qdem cum infundātur virtutes in baptiſmo quantum ad habitū. vt dicitur ex de bap. Maiores. ſine ipſis conſentientibus expreſſe quia conſentire non poſſunt non habentes vſum rationis. poſſunt dici conſentire inquantum non diſſentiunt. Sed in habentibus vſum rationis. nunquam ſine ipſis cooperantibus ſeu aſſentientibus. Unde Hierony. Liberi arbitrij nos condidit deus. nec ad virtutes nec ad vitia neceſſitate trahimur. Alioquin vbi neceſſitas ibi nec corona. de peniten. diſtinctiōe. ij. Si enim.

quid ſit habit⁹

Sunt virtutes omnes de quibus loquimur. quidam habitus. Habitus aūt eſt qualitas de difficili mobilis a ſubiecto. ⁊ facit hominem prompte ⁊ delectabiliter operari. Unde ſm philoſophum. Signum habitus generati eſt delectabiliter operari. vnde diffinitur habitus ꝙ ſcilicet eſt quo agimus cum volumus. Sicut autem habitus vitiorum faciunt hominem prompte operari malum. ita habitus virtutum bonum.

De virtutibus .§.i.

Diuiſio virtutū

dantur diuerſe diuiſiones. ſm diuerſos reſpectus. Et vno modo poſſunt ſic diuidi videlicet ꝙ virtutes. Alie ſunt naturales. Alie acqſite. Alie infuſe. Que diuiſio virtutum attenditur penes cauſam earum. Alie enim inſunt ex diſpoſitione naturali. Alie. ſ. acquiſite ex frequētatione actuali ſeu operum aſſuetudine. Alie infuſe ex munere diuinali ſeu gratia. Et prime quidem non ſunt perfecte virtutes. ſed potius quedam ſemina ⁊ inchoationes virtutum. Et ſic intelligende ſunt auctoritates. que tales inclinationes naturales ⁊ aptitudines ad virtutes: appellāt virtutes. vt illud Iob. xxxj. Ab infantia mecum creuit miſeratio. ⁊ de vtero matris mee egreſſa eſt mecum. Miſeratio virtutis eſt. Et glo. ſuper illud Matth. iiij. Circumibat Jeſus totā galileam. dicit. Docens naturales iuſtitias. i. virtutes. ſ. caſtitatem. humilitatem. iuſtitiam. quas naturaliter homo habȝ. Et illud Dama. in tertio lib. naturales ſunt nobis virtutes. Pro cuius maiori declaratione notandum ſm beatum Tho. prima. ij. queſtione. lxiij. ar. j. ꝙ circa ſcientias ⁊ virtutes aliqui poſuerunt eas eſſe ab intrinſeco. ita ſcȝ ꝙ omnes virtutes ⁊ ſcientie naturaliter preexiſtunt in anima: ſed per diſciplinam ⁊ exercitiū impedimenta ſcientie ⁊ virtutis tolluntur. que adueniunt anime ex corporis grauitate: ſicut ferrum clarificatur per limationes. Et hec fuit opinio platonicorum. Alij dixerunt ꝙ ſunt totaliter ab extrinſeco. i. ex influentia intelligētie agentis vt ponit Auicenna. Alij dixerūt ꝙ hȝ aptitudinē. ſcientie ⁊ virtutes inſunt no/

Aliqd dī eſſe alicuí dupl'r

bis a natura:non autē ſm perfectionem:vt dicit philoſophus.ij.Ethi.⁊ hoc verius eſt. Ad cuius manifeſtationem opoꝛtet conſiderare ꝙ aliquid dicit alicui naturale dupliciter. Uno modo ex natura ſpeciei. Alio modo ex natura indiuidui. Ex natura quidem ſpeciei dicitur homini naturale id quod conuenit ei ſm animam rationalem. Ex natura vero indiuidui dicitur naturale quod conuenit ei ſm coꝛporis determinatam complexionem. Utroqȝ autem modo virtus eſt homini naturalis ſecūdū quandam inchoationem. Secundum quidē naturam ſpeciei. ideſt inquantum in ratione hominis naturaliter inſunt quedam pꝛincipia naturaliter cognita. tam ſcibilium ꝗ̄ agendoꝛum que ſunt quedam ſeminalia virtutum intellectualium ⁊ moꝛalium inquantum in voluntate hominis eſt quidam appetitus naturalis homini quod eſt ſm rationem. ſm vero naturam indiuidui inquantum ex coꝛpoꝛis diſpoſitione:quidam ſunt diſpoſiti. aliqui melius:aliqui peius ad aliquas virtutes. Unus enim habet aptitudinem ad ſcientiam: alius ad foꝛtitudinem:alius ad temperantiam. Sic ergo patet ꝙ virtutes inſunt nobis a natura ſm aptitudinem ⁊ inchoationem pꝛeter theologicas que ſunt totaliter ab extrinſeco. ſm vero perfectionem:nulle virtutes inſunt nobis a natura. Quod etiam poteſt pꝛobari ex hoc quia quod ineſt nobis a natura eſt commune omnibus hominibus nec per peccatum aufertur. ſed virtus non eſt in omnibus hominibus quia abijcitur per peccatum. ergo ⁊c̄.

Uirtutes acquiſite .§.ij.

De virtutib⁹ acquiſitis.

Uirtutes acquiſite ſunt que ex actib⁹ bonis frequentatis cauſantur. Ex hoc enim ꝙ quis frequenter vtitur cibo moderate acquirit abſtinentiam. Ex hoc ꝙ ſtimulatur a concupiſcentia frequenter et reſiſtit abſtinens ab illicitis voluptatibus acquirit caſtitatem:et ſic de alijs. vt oſtendit philoſophus in ſecundo Ethico. Nec tamen per vnum actum bonum cauſatur virtus. ſic nec vna hyrundo facit ver. nec vna dies facit beatum vel felicem aut paruum tempus. vt dicit philoſophus pꝛimo. Ethico. Nec ignis poteſt ſtatim vincere ſuum combuſtibile. ita ꝙ ſubito totum lignum conuertatur in ignem. ſed paulatim remouendo diſpoſitiones contrarias. Sic non ex vno actu habetur habitus acquiſitus virtutis. ſed ex multis. Cum enim ſm Dionyſiū. iiij. capitu. de diui. no. bonum ſit virtuoſius ꝗ̄ malum:⁊ ex actibus vitioſis acquirit habitus vitij. ergo ⁊ magis virtus acquiritur ex actibus virtuoſis. Pꝛo huius declaratione dicit beatus Thomas pꝛima .ij.q. lxiij. articu.ij. ꝙ virtus hominis perficit ipſū ad bonum. Dicit enim philoſophus. ꝙ virtus eſt que bonum facit habentem ⁊ opus eius bonum reddit. Ratio autem boni conſiſtit in numero. pondere. ⁊ menſura. vt dicitur Sapien. xj. Opoꝛtet ergo ꝙ bonum hominis conſideretur ſm aliquam regulam que eſt mēſura rei. Regula autem hec poteſt eſſe duplex. ſcilicet ratio humana. ⁊ lex diuina. Et quia lex diuina eſt ſuperioꝛ regula. ⁊ ideo ad plura ſe extendit ꝗ̄ ratio humana ita ꝙ quicquid regulatur regula ſeu ratione humana. regulatur et diuina ſed non econtra. Uirtus ergo hominis oꝛdinata ad bonum ſm ꝙ modificatur ſm regulam rationis humane poteſt ex actibus humanis cauſari. inquantum huiuſmodi actus pꝛocedunt a ratione ſub cuius poteſtate et regula tale bonum conſiſtit. Sed virtus oꝛdinans hominem ad bonum ſm ꝙ modificatur per legem diuinam. ⁊ non per rationem humanā. non poteſt cauſari per actus humanos. quoꝛum pꝛincipium eſt ratio. ſed cauſatur ſolum per operationem diuinam:ſcilicet infuſionem gratie. Huiuſmodi autem virtutes acquiſite ex aſſuetudine operum ſine gratia. non ſufficiunt ad ſalutem. Unde beatus Auguſtin⁹. Ubi deeſt agnitio veritatis incommutabilis: ideſt dei per fidem. falſa eſt virtus etiam in optimis moꝛibus. xxviij. q. pꝛma. §. penultimo. Et his. Unde non ſunt perfecte ſimpliciter ita: ſcilicet ꝙ perficiunt hominem in oꝛdine ad vltimum finem. ſed ſm quid. inquantū perficiunt quoad felicitatem humanam ſeu ciuilem conuerſationem. Et de huiuſmodi virtutibus loquitur philoſophus in Ethi. ⁊ alij gentiles. Et de his intelligit illud Hiero. Uirtutib⁹ romani pmeruerūt īperiū. xxviij. q. i. §. Ex his. in fi. §.

Uirtus ſm philoſophum.

Uirtutes infuſe .§.iij.

Uirtus ſm Auguſti.

Uirtutes infuſe ſunt ille que cauſantur ex gratia dei. Et de huiuſmodi dicit beatus Auguſtinus diffiniens virtutem. ꝙ virtus eſt bona qualitas mentis qua recte viuitur. qua nemo male vtitur. ꝗ̄ deus in nobis ſine nobis operatur. Sunt autem iſte virtutes non ſolum. fides. ſpes. charitas. ſed etiam omnes alie. vt pꝛudentia. iuſtitia. et huiuſmodi. Pꝛo cuius declaratione dicit beatus Thomas vbi ſupꝛa: ꝙ opoꝛtȝ effectus ſuis cauſis ⁊ pꝛincipijs eſſe pꝛopoꝛtionatos. Omnes autem virtutes tam intellectuales ꝗ̄ moꝛales que ex noſtris actibus acquiruntur pꝛocedunt ex quibuſdam pꝛincipijs naturalibus in nobis pꝛeexiſtentibus. loco quoꝛum naturalium pꝛincipioꝛum conferuntur nobis a deo virtutes theologice quibus oꝛdinamur ad finem ſupernaturalem. Unde opoꝛtet ꝙ his

etiam virtutibus theologicis proportionabiliter alij habitus correſpondeant diuinitꝰ infuſi ſeu cauſati in nobis qui ſic ſe habent ad virtutes theoligicas. ſicut ſe habent virtutes morales ⁊ intellectuales ad principia naturalia virtutum. Et per vtutes quidem theologicas perficitur anima inquantum ſufficienter per eas ordinatur in deum immediate. Per alias virtutes infuſas: ſcilicet morales ⁊ intellectuales: vt prudentiam ⁊ iuſtitiam. fortitudineꝫ ⁊ temperantiam cuꝫ partibus ſuis. perficitur anima circa alias res: in ordine tamen ad deum. Et ſic non ſunt ſuperflue. ⁊ huiuſmodi ſunt perfecte virtutes ſimpliciter: ⁊ neceſſarie ad ſalutē. ⁊ de his intelligitur illud Ambro. in examerō. Illa anima a deo pingitur que habet in ſe virtutum gratiam renitenteꝫ ſplendoremqꝫ pietatis. Illa anima bene picta eſt in qua relucet diuine operationis effigies. Illa anima bene picta eſt in qua ſplendor glorie. ⁊ paterne imago ſubſtantie. i. chriſti per gratiam virtutum. de peniten. diſtinctione. ij. Illa. Item Grego. ſuper Ezech. ait. In ſanctorum quippe cordibus ſpiritusſanctus iuxta quaſdam virtutes: ſcilicet dum perſeuerant in gratia ſemper manet. Iuxta quaſdam receſſurus venit ⁊ venturus recedit. In fide enim ſpe. atqꝫ charitate. et in bonis alijs ſine quibus non poteſt ad celeſtem patriam perueniri. Sicut eni humilitas. caſtitas iuſtitia. atqꝫ miſericordia. perfectoruꝫ corda non deſerit. In prophetia vero virtute. doctrine. facundia. miraculorum exhibitione electis aliquando adeſt. aliquādo ſe ſubtrahit de peniten. diſtinctione. ij. Poteſt. Quoad primas virtutes dicitur ſpiritus ſtabilis. Quoad ſecundas dicitur mobilis in lib. Sapien. Et dicuntur gratie gratis date huiuſmodi virtutes largo mō. Qui diu moraliter vixit: ⁊ eſt in gratia dei. habꝫ vtraſqꝫ infuſas ⁊ acquiſitas. Et nota ꝙ quidam dixerunt idem eſſe realiter ſm eſſentiam: gratiam ⁊ veritatem infuſam. ſed differre ratione quia gratia dicitur inquantum gratis datur a deo. ⁊ facit hominem deo gratum ⁊ opera eius. Sed virtus dicitur inquantum inducit hominem ad bene operandum. Et hoc videtur ſenſiſſe magiſter ſentētia. in. ij. diſtinctio xvj. Sed beatus Thomas prima. ij. q. cx. articu. iij. in corpore. q. Et probat ꝙ differunt realiter ⁊ ſm eſſentiam. Et gratia quideꝫ eſt accidens. exiſtens in eſſentia anime ſicut in ſubiecto. Uirtutes vero in potentijs anime ſicut in ſubiecto. Et ſicut radij procedunt a ſole. ita virtutes a gratia. Et de gratia quidem alibi tractabitur hic de virtutibus. Et nota ſꝫ beatuꝫ Tho. vbi ſupra. q. lxiij. articu. iiij. ꝙ virtutes infuſe differūt eſſentialiter ſeu ſpecie a virtutibus acquiſitis ⁊ moralibus ⁊ intellectualibus. Nam alterius rationis formalis eſt modus impoſitus in actu ipſarum virtutum circa materias ſuas. per regulam rationis humane. ⁊ alterius modus impoſitus ſm legem diuinam. puta in ſumptione ciborum. modus ſtatuitur ratione humana. ne noceat valitudini corporis. nec impediat rationis actum. Secundum autem regulam legis diuine requiritur ꝙ homo caſtiget corpus ſuum ⁊ in ſeruitutem redigat per abſtinentiam cibi. Item per virtutes morales infuſas regulantur homines vt bene ſe habeant in ordine ad hoc ꝙ ſint ciues ſanctorum ⁊ domeſtici dei. Per virtutes autem acquiſitas. vt bene ſe habeant in ordine ad res humanas. et ſic ad alium finem ſunt ordinate ꝙ̄ ille. Poteſt autem aſſignari triplex differentia in vtriſqꝫ. ſeu ꝙ differunt in tribus. primo in cauſalitate. in corruptibilitate. ⁊ in vtilitate. In cauſalitate quidem. quia infuſe cauſantur a deo non ex actu humano. acquiſite autem ex actibus humanis. Et quia deus operatur in inſtanti. homo autem paulatim. Ideo virtutes acquiſite tempus. ⁊ non paruum requirunt. in infuſe inſtanti: per gratiam iuſtificati obtinentur. Unde Ambroſius. Cum renunciatur improbitati. ſtatim aſſiſtit virtus. Egreſſus enim malitie virtutis operatur ingreſſum eodemqꝫ aditu quo vitium excluditur innocētia copulatur in decretis. xxij. queſtione prima. Secundo virtutes differunt incorruptibilitate. Nam virtus acquiſita non corrumpitur quoad habitum per vnum actuꝫ contrarium. puta caſtitas acquiſita per vnicum actum fornicarium. Non enim directe actus contrariatur habitui. ſed habitus actui. Sicut autem habitus virtutis: vt dictum eſt ex pluribus actibus bonis. non vno acquiritur. ita ⁊ habitus vitij. Sed habitus virtutis infuſe corrumpitur per vnicum actum peccati mortalis. immo omnes virtutes infuſe ſimul deficiunt per mortale. hec ideo eſt. Quia quodlibet mortale directe contrariatur gratie ⁊ tollit gratiam que cauſa eſt huiuſmodi virtutum. Remota autem cauſa: remouetur effectus. vnde Auguſtinus. Omnis virtus patiſ detrimentum ab vno vitio. Et ſic exponitur illud Iacobi. ij. Offendens in vno. factus eſt omnium reus. ſcilicet virtutuꝫ. de penitentia. diſtinctio. v. c. Conſideret. Tertio differunt in vtilitate. quia actus virtutis infuſe eſt meritorius vite eterne. Non autem actus virtutis acquiſite ſine gratia comite. Unde Gratia. dicit xxviij. q. prima. §. penultimo. ꝙ tales virtutes ſcilicet acquiſite non ſunt vere. quia carent fructus ſalutis eterne.

Uirtutes infuſe differūt eſſentialiter.

¶ Diuiſio virtu/ .§.iiij

tum alia datur de virtutibus ſm q̄ hñt homi/
nem perficere. vȝ q̄ virtutum. Alie ſunt intelle
ctuales. Alie morales. Alie theologice. De pri/
mo ⁊ ſcḋo genere virtutū tractāt phi gentiles
Unde ⁊ phs in. ij. ethi. dicit duplicē eſſe virtu
tem. Hanc qḋem intellectualem. illā vero mo/
ralem vocat. Theologicas aūt non poſuerunt
nec de eis cognitionem habuerunt. Sed ſoluȝ
fideles p̄ infuſionem habent. illi qui habēt. Et
ſimilr̄ de donis ſpūſſancti non habuerunt noti
tiam gentiles. ¶ Intellectuales virtutes ſunt
quinqȝ ſm phm in lib. ethic̄. ſ. ſapientia. intel/
lect⁹. ſcia. ars ⁊ prudentia. Et dicuntur intelle
ctuales. quia ſunt in intellectu vt in ſubiecto
⁊ perficiunt ipm. Et prime tres ſunt in intelle/
ctu ſpeculatiuo. alie due in intellectu practico.
Prudentia tñ. ⁊ ſi ſit intellectualis q̄ȝtum ad
eſſentiam. Et inter eas connumeretur. Tamen
q̄ȝtum ad materiam eſt etiam moralis. Et ſcien
dum q̄ q̄tuor ex his. ſapientia. ſcia. intellect⁹:
⁊ ars. non proprie ⁊ ſtricte ſunt virtutes nec cō
ſueuerunt nominari virtutes. Sed aliqñ diſtin
guuntur ex oppoſito. vt in. iiij. topi. put. ſ. vir/
tus perfecta ſumitur. Pro cuius declaratione
dicit. b. tho. j. ij. q. l. vij. ar. j. Quod aliquis ha
bitus dr̄ virtus dupliciter. Uno modo. quia fa
cit facultatem bñ operandi. i. faciendi id quod
in ſe bonum eſt. Alio modo. quia cum faculta
te facit ⁊ vſum bonuȝ. i. congrue ordinare ipm
opus ad debitum finem. Primo igitur modo
habitus intellectuales dicūtur virtutes: quia
faciunt facultatem bone operationis. que eſt
conſideratio veri. Hoc enim eſt bonum opus
intellectus. ſed non dicuntur habitus intelle/
ctuales virtutes. Secundo modo quaſi facien
tes bene vti habitu vel potentia. Ex hoc enim
q̄ aliquis habet habitum ſcientie ſpeculatiue
non inclinatur ad bene vtendum. ſed ſit potēs
ſpeculari verum de his quorum habet ſcienti
am. Sed quod vtatur ſcientia habita. hoc eſt
voluntatem mouente. ⁊ ideo virtus que perfi/
cit voluntate. vt charitas vel iuſtitia. facit bene
vti ſpeculatiuis hītibus. ⁊ ſm hoc in actibus
eorum poteſt eſſe meritum. ſolum ergo mora/
les cum prudentia dicuntur virtutes perfecte.
Unde de hoc phs. ij. ethi. dicit q̄ virtus eſt ha
bitus electiuus. ſ. electionem faciens imediate
conſiſtens ſm determinationem rationis.

Phus ponit duplicē virtutē

Quinqȝ ſunt vtutes intellectuales

Habit⁹ dicitur virtus dupliciter.

¶ Differunt autem .§.v.

ſapientia. ſcientia. ⁊ intellectus. inq̄ȝtum ſunt
virtutes habit⁹ ⁊ inq̄ȝtum dona ſpūſſancti. qꝛ
inq̄ȝtum virtutes acquiruntur per exercitiuȝ.
⁊ perficiunt hominem in ordine ad felicitateȝ
humanam. Sed inquantum dona. infundun/
tur a deo ⁊ perficiunt hoīem in ordine ad feli/
citatem ſupernam. ad prompte ſequēdum mo
tus ſpiritusſancti quas facit in aīa. Hec quinqȝ
virtutes intellectuales poſſunt figurari p̄ qnqȝ
virgines ſapientes. ⁊ qnqȝ fatuas. De qbus ha
betur parabola Matthei. xxv. Uirgines om
nes ſunt. quia in ſe habent integritatem veri/
tatis. Sed quinqȝ ſapientes accipientes oleuȝ
cum lampadibus ſunt ipſe prout debite habē/
tur ⁊ exercentur cum oleo ſcȝ charitatis in va/
ſe cordis ⁊ lampade clare fame. Quinqȝ fatue
ſunt cum habentur ſine oleo charitatis ⁊ boni
exempli. ⁊ his clauditur ianua padiſi. alijs ape
ritur. Et ſapiētia qdem eſt de diuinis. non qdē
inquantum habentur diuina reuelatione: hoc
enim ptinet ad fidem: Sed inquantum haben
tur rōne humana. Conſiderat aūt ſapientia al/
tiſſimas cauſas. vt dr̄ in. j. metha. Uñ conueni/
enter iudicat ⁊ ordinat de oībus. Quia eniȝ iu
dicium pfectum ⁊ vniuerſale haberi non pōt.
niſi per reſolutionem ad primas cauſas. Et iō
non ſolum de concluſionibus iudicat de qbus
dictum eſt ſcientia. ſed ⁊ de principijs quoruȝ
eſt intellectus. Unde qꝛ conſiderat ſapientia al
tiſſimam cauſam. que eſt deus. ⁊ per cām iudi/
catur de effectu. ⁊ per cām ſuperiorem de cau/
ſis ſuperioribus. Ideo ſapientia habet iudiciū
de omnibus alijs virtutibus intellectualibus.
⁊ preeminet de ipſis. Et quamuis de deo in p̄/
ſenti non poſſit hri certa cognitio quoad mul
ta. Sicut habetur de alijs rebus. Tamen mini/
lis cognitio imperfecta ſui nobilitate. preemi/
net cognitioni etiam perfecte aliarum rerum.
Unde phs dicit in. ij. de celo ⁊ mundo. q̄ ma/
gnum eſt de rebus celeſtibus poſſe aliquid co/
gnoſcere. vel de rebus nobilioribus debili ra/
tione. Et in libro de animalibus dicit. q̄ amabi
le eſt magis paruum aliquid cognoſcere de re
bus nobilioribus. q̄ȝ multa cognoſcere de re/
bus ignobilioribus. ¶ Scientia eſt habit⁹ cō/
cluſionum per demonſtrationem acquiſitus. ⁊
eſt circa creaturas. Et habet multas ſpecies qa
diuerſe ſunt ſcientie. ſm diuerſas materias. Et
ex his alique dicuntur artes liberales. ſ. triuiū
vt grāmatica. logica. rethorica. Et quadriuiū.
vt arithmetrica. que eſt de nūeris. muſica que
eſt de ſonis. geometria. que eſt de menſuris a/
ſtronomia. que eſt de aſtris ſeu motibus ⁊ influ
entijs corporum celeſtium. Et artes quidem di
cuntur ſm bea. Tho. vbi ſupra qꝛ habent quā/
dam ſimilitudinem cum arte. Ad artem enim
pertinet opus. quia ad illud ordinatur. Et quia
in ſpeculabilibus eſt aliquid per modū cuiuſ/
dam operis. puta conſtructio. ſyllogiſmi. aut
orationis congrue. Aut opus numerandi vel

Differunt ſapientia ſcientia ⁊ intellectus.

Quid ſit ſcia.

menſurandi.ideo dicunt artes non tamen pro
prie ⁊ ſtricte.Artes autem dicuntur non ſimpli
citer.ſed liberales.ad differentiam illarum arti
um que ordinatur ad opera per corpus exer/
citata que ſunt quodammodo ſeruilia.inq̄ƺtuƺ
corpus ſeruiliter ſubdunt anime.⁊ homo ſm
animam eſt liber.Alie artes dicuntur mecha/
nice.quia intellectus quodāmodo mechatur
in eis.⁊ adulteraf recedens a conſideratione
veritatis q̄ eſt ſponſa eius.Alie vero ſcientie q̄
ad nulluƺ huiuſmodi opus determinanf.ſim
pliciter ſcientie dicunf.vt phia naturalis.Et
q̄uis ſciētia ſit virtus dicit m̄ Augu.ꝙ ſunt q̄
dā que melius eſt neſcire q̄ƺ ſcire.diſt.xxxviii.
Quāuis.Et hoc ꝑpter abuſū.Et Amb.dic̄.ꝙ
ad mali cōmiſſionem. Et ſuggeſtio occaſionis
ad bonum omiſſionem. Ex ſuggeſtione diabo
li in itinere bonorum operum. incidit in peri-
cula vitiorum ſuperbie bonum faciendo. inui
die bonum alterius videndum. iracundie dūꝫ
opus ſuum. ⁊ ſi bonum non appreciat. Et hec
vitia ſunt latrones qui ſpoliant animam gra-
tia. ſ. humilitate. charitate. manſuetudine. Un
de figuratur hoc in illo qui deſcendēs a hieru
ſalem incidit in latrones qui ſpoliauerunt eū.
Luc. x. Et etiam figuratur per latrūculos egroſ
ſos de ſyria. qui captiuam duxerunt puellam
paruulam. que erat in obſequio naaman: vt
habetur. iiij. Re. v. Syria interpretatur ſubli-
mitas. ⁊ ſignificat diabolum. que dixit aſcēdā
in celum ⁊c̄. De hac ſuggeſtione diaboli egre-
diuntur ſcilicet per imitationem latrunculi. i.
ſuperbi. inuidia. ⁊ iracundia. Et puellam par-
uulam de iſrael ideſt animam puellam per mē
tis integritatem. paruulam per humilitatē. de
iſrael per cognitionis claritatem. capiunt icau
tam. Et ponitur in obſequium vxoris Naamā
leproſi ideſt in ſeruitutem concupiſcentie car-
nalis que dicitur vxor Naaman ideſt diaboli.
Caute ergo ambulandum ideſt operandū. ne
latrunculi nos ſpoliēt ps. cxlij. In via hac qua
ambulabam abſconderunt ſuperbi ideſt demo
nes laqueum mihi. Et ideo obuiandum. vt cū
humilitate. patientia. ⁊ charitate cuncta fiant.
Scd̄o in illo certamie percutimur telo accidie.
Et hoc eſt periculum in ſolitudine. Solitarios
infeſtat accidia. Solitudo eſt ſterilis ⁊ infru-
ctuoſa ⁊ ſic cum anima eſt ſterilis. non pducēs
fructum bonorum operum: ſed ocioſa manēs.
periculum ei imminet accidie. qua faſtidiūtur
bona ſpiritualia ⁊ omittuntur opera virtuoſa
debita. vt confiteri. dicere officium. ire ad eccle
ſiam ⁊ huiuſmodi. Ideoqꝫ procedunt multa
vitia. Unde Eſa. lx. dicitur. Gens enī ⁊ regnū
qued tibi ſcilicet deo non ſeruierit. ſolitudine
vaſtabuntur ideſt ſterilitatem ⁊ penuria vaſta-

buntur virtutum. Obuiandum ergo huic periculo per occupationem bonam. Hiero. Semper aliquid boni facito. vt diabolus inueniat te occupatum de conſe. di. v. Nunquam. In tertio certamine quod nobis eſt a mundo retinente. percutimur duplici telo ſcilicet proſperitatis ⁊ aduerſitatis. Ex hoc nobis imminet duplex periculum ſcilicet in ciuitate ⁊ in mari. Nam ex proſperitate habentur bona diuitiarum. deliciarum ⁊ bonorum que communiter reperiuntur in ciuitate. Ex quibus imminent pericula maxima ſcilicet contendendi. ⁊ blaphemandi deum. polluendi ⁊ maculandi corpus. diſtrahēdi animū ⁊ opprimendi proximum. que pericula notat ps. Dicens. Uidi iniquitatem ⁊ contradictionem in ciuitate ⁊c. Ecce contemptus ⁊ blaſphemia contra deum qua ſibi contradicitur. Sequitur ſuperabundauit muros eius iniquitas ſcilicet adulteriorum ⁊ fornicationum. que maculant corpus. Et labor in medio eius ſcilicet noxie ſolitudinis ⁊ iniuſtitia quoad damnificationem proximi. Unde dominus ad vitandum iſta pericula hortabatur dicens. Exite de medio babylonis popule meus ⁊c. In ipſo certamine a mundo aliud telū eſt aduerſitas. que deſignatur per mare. Quia ſicut mare amarum dicitur ⁊ fluctuat: ſic aduerſitas amaritudinem habet. ⁊ mentem fluctuare facit. ⁊ hinc pericula inſurgunt diuerſorum vitiorum impatiētie. murmurationes. diffidentie. ⁊ huiuſmodi. Eccleſi. xliij. Qui nauigant mare. enarrant pericula eius. adeo q̄ etiam nauicula Pe. in medio mari huiuſmodi iactatur fluctibus. Et hoc figuratum eſt per mare q̄ vidit Daniel in viſione. in quo pugnabant quatuor venti quadruplicis afflictionis ideſt ablationis rerum. ⁊ paupertatis infamationis infirmitatis corporee. ⁊ tribulationis familie. Et inde procedunt quatuor beſtie vitiorum ſcilicet murmurationis. ⁊ impatientie. diffidentie. ⁊ turbationis. In quarto certamine quod eſt ab homine ſeuiente. duplici telo percutimur ſcilicet aperte perſecutionis. ⁊ occulte circumuentionis. Ex quibus imminet nobis pericula ex gentibus. ⁊ pericula ex falſis fratribus. Per gentes intelliguntur infideles ⁊ alij male manifeſte perſequentes bonos. ſicut greci ſcilicet antiochus cum ſuis machabeos. ⁊ romani apoſtolos ⁊ martyres. De quibus poteſt intelligi illud Joel. j. Gens aſcēdit ſuper terram fortis ⁊ innumerabilis. dētes eius vt leonis. Sed diſſipa gentes ideſt gentiliter viuentes. que bella volunt perſequendo ſcilicet fideles. ait ps. Aliud certamen ab hoſe malo eſt circumuentionis. ex quo imminet periculum deceptionis. diſcordie ⁊ diſſenſionis. Eccleſia iam paſſa eſt perſecutiones a iudeis. paganis. ⁊ hereticis. Nunc autem patitur perſecutionem ab hypocritis ideſt ſimulatis hominibus. ⁊ falſis fratribus ideſt chriſtianis. Unde Job. xxx. In perſona ipſius eccleſie ait. Frater fui ⁊ ſocius draconum. quoad primum genus periculi ſcilicet manifeſte perſecutiōis. Socius ſtrutionis ideſt hypocritarum quoad preſens tempus. De vtraque dicit Auguſt. Uox contribulatorum cum chriſto ⁊c. vij. q. j. Aduerſitas huic. §. Idem. Sed chriſtus nos cautos reddit di. Attēdite a falſis prophetis ideſt chriſtianis vel religioſis. qui. ve. ad v. in ve. o. ⁊c. Matthe. ſeptimo.

Duplex eſt periculum.

De quatuor beſtiis vitiorum.

¶ De partibus ſubiectiuis prudentie ⁊ de cognitione ſuiipſius.

Capitulum tertium.

DE partibus ſubiectiuis prudentie nunc agendum. que ſunt particularis ſeu monaſtica. economica. politica regnatiua. ⁊ militaris. Et vt perfecta ſit conſideratio prudentie oſtendendum eſt quomodo cuilibet ciui expediat eam habere. Ubi diligenter notandum eſt. q̄ quilibet ciuis poteſt tripliciter conſiderari ſcilicet quantum ad ſingularem ſui perfectionem. quantum ad familie gubernationē. quantum ad ſui conciuis communicationem. Et ſm hoc plures ponuntur ſpecies prudētie. Si enim conſideretur ciuis in ſe neceſſaria eſt prudentia particularis. Si conſideretur vt familie gubernator. neceſſaria eſt prudentia economica. Si vero vt ciuis tunc iterum poteſt tripliciter conſiderari. Quia aut eſt principantis ſubiectus. ⁊ tunc neceſſaria eſt prudentia. que communi nomine politica dicitur. Aut eſt vt aliquis principans. ⁊ tunc requiritur prudentia regnatiua. Aut eſt boni communis propugnator. ⁊ tunc opus eſt prudentia militaris. Et ſic in vniuerſo habemus quinque ſpecies prudētie ſcilicet particularem. economicam. politicā. regnatiuam. ⁊ militarem. Prudentia igitur particularis neceſſaria eſt ciui. quantum ad eius ſingularem perfectionem. qua videlicet ſeipſum regere ſciat. ſe caute a peccatis ſeruando. ⁊ diuinis preceptis obediendo. Hoc autem fieri nō poteſt ſine prudentia. que eſt humanorum actuum directiua. ſicut ſupra dictum eſt Unde dicit Grego. in paſtoral. Hoſtis collidus tāto liberius pectus percutit. quanto mundum a prudentie lorica deprehendit. Ad hanc virtutem inducit apoſtolus ad Ephe. v. dicēs videte fratres quomodo caute ambuletis non quaſi inſipientes: ſed vt ſapientes: redimentes tempus quoniam dies mali ſunt: propterea nolite fieri imprudentes: ſed intelligentes que ſit volūtas

Ciuis ſꝫ tripliciter cōſiderari

dei. Siquis autez bonitate ſingulari caret. hāc prudentiam non habendo: proculdubio nec ſamiliam ſufficienter regere poſſet: nec verus ciuis exiſteret. Qui ſibi non ſufficit prudenter viuendo: nec alij ſufficiet conuiuendo: quia qui ſibi neq̄z eſt: cui bonus erit. Et qui cum deo rectus non eſt: nec cum ciuibus rectus erit. Oculus quidem qui in ſe corruptus eſt: alia mēbra regere neſciet: ꝛ cum eis incompetēs erit. Patet ergo quomodo prudētia particularis ad ſingularem ciuis perfectionem requiratur. Exemplum ponitur de abraam. Conſiſtit hec perfectio ſingularis prudentie in conſideratiōe ſui. Unde Helinandus dicit ꝙ in templo apollinis tale oraculum fuiſſe datum legitur Gnothi ſe auton ideſt noſce teipſum. que ſententia. Job. v. ſcribitur his verbis. Uiſitans ſpeciem tuaz non peccabis. Idem autem eſt ſeipſum cognoſcere quod ſpeciem ſuam viſitare. Species ꝗppe hominis eſt anima ad imaginem dei facta: que tunc viſitatur quando qualis ſit in vita indagatur. Et ad hoc optime facit quod dič Bernar. in lib. de conſideratione. A te primum inchoet conſideratio tua: ꝛ in te finiatur: ꝛ infra. Conſidera quid quis ꝛ qualis ſis. Quid in natura quia animal rationale mortale. Rationalitas ſubleuat monaſticam miſeriam mortalitatis: ꝛ mortalitas humiliat altitudinem ratiōis. Quis in perſona: cuius conditionis vel dignitatis. ꝛ quomodo vteris officio tuo. Qualis in vita: vtrum bonus vel malus: proficiens vel reficiens ꝛč. Ibi vide. Et nota ꝙ iſta cognitio ſui quam facit prudentia inducit tria magna bona. videlicet iudicium cognitionis diuine. principium ſaluationis humane: faſtigium perfectionis interne. De primo dicit Salomon prouerbio. xxx. Dixit vir cum quo eſt deus ꝛ qui deo ſecum morante confortatus ait. Stultiſſimus ſum virorum quod pertinet ad veraz ſui cognitionem Bernar. Ab exterioribus redibit animus ad interiora. ab interioribus ad ſuperiora: vt poſſiz cognoſcere vnde venio: aut quo vado: quid ſum: ꝛ vnde ſum. Et ita per cognitionem mei valeam peruenire ad cognitionez dei. Quantoq̄z in cognitione mei perfectior. tāto ad cognitionem dei accedo. ꝛ Macro. Anima perfectam habet ſapientiam: cum vnde orta ſit: ꝛ de quo fonte venerit recognoſcit. De ſecundo dicit ps. A peccato meo munda me: q̄m iniquitatem meam ego cognoſco. Mundatio a peccato eſt principium ſalutis. Ad hoc Seneca. Initium ſalutis noticia peccati. Nam q̄ peccare ſeneſcit corrigi non vult. Bern. de cognitione ſui. Principium ſalutis humilitas generatur. De tertio dicitur Luce. xviij. Qui ſe humiliat: quod includit cognitionem ſui: exalta-

Cognitio prudentie inducit tria bona.

bitur. Boetius de phica conſolatione. O mortales extra vos petitis quod intra vos eſt poſitam felicitatem: quia ſcilicet per veram cognitionem ſui quis peruenit ad eam. In huius figuram habes Luč. ix. Quod ceci ſūt vocati ad cenam que ſignificat beatitudinem. Et loquitur de cecis qui ſcilicet cognoſcunt ſe cecos: nō cognoſcentes quod pertinet ad cognitionem ſui. Ber. ſuper Canti. Nemo ſine cognitiōe ſui ſaluatur. Salus autem perfecta in beatitudine.

Econtrario ex ignorantia ſuiipſius cōſequūtur homines tria mala: ſeu detrimenta. Eſt enī fundamentum infirmitatis: nutrimentum iniquitatis: complemētum fatuitatis. Quoad primum ignorantia ſui eſt fundamentuz infirmitatis humane ſpiritualis ſcilicet peccati. Can. j. Si te ignoras o pulcherrima mulieruz egredere. ſi pro quia pulcherrima mulierum ideſt creaturarū eſt anima que quia ignorat ſe. egreditur a ſe diſpergendo ꝛ vagando per diuerſa vitia. Ber. ſuper canti. De ignorantia ſui venit ſuperbia in te: que eſt principium peccatorum. Item Lactantius de falſa religiōe. Nullus animę ſuauior cibus veritate. Ignorantia autem ſui cauſa paruitatis. Senec. in epiſtolis. Ideo ad ſanitatem difficiliter peruenimus: quia nos egrotare neſcimus. Quantum ad ſcdm pſal. Neſcierunt ſcilicet neceſſaria ad ſalutem: neq̄z intellexerunt. i. intus legerunt cognoſcendo ſe ipſos: in tenebris ambulant peccatorum. Terētius. Ita fere corrupta eſt omnium hominum natura: vt aliena melius iudicētq̄z ſua: ꝛ hoc in malum. Unde Tullius in li. de offi. Neſcioquo ſit vt magis in alium cernamus ſi quid delinquitur. Et tamen chriſtus dicit Lu. vj. Eyce primum trabem de oculo tuo: vt eycias feſtucam de oculo fratris tui. Quoad tertium ps. Hō cū in honore eſſet non intellexit ſeipſum vel ſuaz cognitionem. Comparatus eſt iumentis inſipientibus. Ber. in li. de conſideratione ad Eug. Licet omnia myſteria noueris lata terre: alta celi: profunda maris: ſi te neſcieris. omnino eris ſimilis homini inſipienti edificanti domum ſuam ſuper arenam ſine fundamento ideſt ruinā non ſtructuram faciens. Ptolo. Inſipiens eſt qui ſuiipſius ignorat quantitatez. Tullius de Tuſcu. queſtionibus. Stulticie propriū eſt aliorum vitia cernere: ſuorumq̄z obliuiſci.

tria mala ſequunt homines ex ignorātia ſui ipſius.

De prudentia monaſtica aut particulari. ꝛ. ix. regulis directiuis humane vite.

Capitulum quartum.

Ualiter prudentia particularis que habet hominē ordinare in ſeipſo: dirigat opera eius ſa-

tis pulchre poteſt trahi ex his verbis que habẽ
tur Can̄.v.videlicet.Dilectus meus candidus
⁊ rubicundus:electus ex milibus. Caput eius
aurum optimum.Come eius ſicut elate palma
rum:nigre quaſi coruus. Oculi eius ſicut co/
lumbe ſuper riuos aquarum que lacte ſunt lo/
te ⁊ reſident iuxta fluēta pleniſſima. Bene eiꝰ
ſicut areole confite a pigmentarijs.Labia eius
diſtillantia myrrhā primam. Manus eius tor
natiles auree plene hyacinthis. Uenter. eius
eburneus diſtinctus ſaphiris:crura eius colū/
ne marmoree fundate ſuper baſes aureas.Gut
tur eius ſuauiſſimū:⁊ totus deſiderabilis: hec
ibi.Que intelligi poſſunt de chriſto vero.i.per
ſona eius.de quo dicitur Job.v.Prudētia eiꝰ
percuſſit ſuperbum ſcilicet diabolum.Ac etiaz
de chriſto myſtico ideſt eccleſia eius ſeu de eiꝰ
fidelibus quibus dicitur Matth.x.Eſtote pru
Nouez dentes.Ex quibus verbis trahuntur nouē re/
regule gule directiue totius vite humane. Et ſm hoc
vite hu ꝙ ipſa verba exponit egregius vir per cuncta
māe tra laudabilis dominus Jo. dominici cardinalis
huntur raguſinus in li.ſcientifico.etſi vulgari intitula
ex vbis to amor charitatis.Et primo quidem oſtendit
ſupͣ di/ excellentia chriſti in generali:cum ſcilicet dici/
ctis. tur candidus ſcilicet per puritatem. Rubicun
dus per charitatem. Electus ex milibus per
gratie ⁊ ſapientie ſublimitatem.Exinde ponū/
tur dicte regule.

Prima dirigit intentiões:ibi.Caput eiꝰ ⁊c̄.
Secunda cogitationes:ibi.Come eius ⁊c̄.
Tertia cognitiones:ibi.Oculi ⁊c̄.
Quarta exemplationes:ibi.Bene eius ⁊c̄.
Quinta locutiones:ibi. Labia eius ⁊c̄.
Sexta actiones ibi. Manus eius ⁊c̄.
Septima fructificatiões:ibi.Uēter eius ⁊c̄.
Octaua gubernationes vel affectiões:ibi.
Crura eius.
Nona diſciplinationes:ibi.Guttur eiꝰ ⁊c̄.

Prima ergo dirigit intentiones que ſignā/
tur per caput.Caput autem deſignat intentio/
nem:quia ſicut caput eſt principium corporis:
ita intentio principium operis.Nam ſm ſapi/
entem finis ad quem reſpicit intentio mouet
agentem.Et in his quidem que de ſe ſunt ma/
la:vt blaſphemia:homicidium:vſura:⁊ huiuſ
modi:quantumcunqꝫ videretur haberi pia in
tentio:non poteſt eſſe veraciter bona:nec opus
bonum ſed in alijs vera eſt auctoritas commu
nis ſcilicet quicquid agant homines: intentio
iudicat omnes.Et aliqui quidez habent caput
terreum qui ſcilicet non intendunt niſi congre
gationem ſubſtantie in ſuis operibus.etiaz de
genere bonorum:propter hoc ieiunant orant
⁊ huiuſmodi:vt proſperentur. Alij caput car/
neum.qui intendunt tm̄ ſatiſfacere nature: vt
ea que fiunt propter parentelas:vel ſenſualita
ti:vt multi ſub ſpecie ſpiritus: qui multa faci/
unt propter preſentiam corporalem perſona/
rum.Alij habent caput aureum:⁊ illi ſunt ſan/
cti qui omnia que faciunt:faciunt propter ho/
norem dei ⁊ amorem eius. Charitas enim au/
rum ſignificat Apocal.iij.Suadeo tibi emere
aurum ideſt charitatem:quia ſicut aurum ex/
cellit omnia alia metalla:ita charitas omnes
virtutes.Et quanto quis ex maiori intentione
charitatis aliquid facit.tāto magis eſt deo gra
tus ⁊ meretur.Chriſtus autem omnia facit: ⁊
fecit ex maxima charitate.Et ideo merito dicit
de eo eccleſia.Caput eius ideſt intētio eius au/
rum optimum perfectiſſima intentione.Unde
ipſe dicebat Jo.iiij.Meus cibus eſt: vt faciaz
voluntatem eius qui miſit me. ecce intentio ⁊
multa ſimilia inuenies.Et ſic in iſto ſplendore
illuminat omnem hominem venientez in hūc
mundum.Diſce ergo dirigere intentionē tuā.
Secunda dirigit cogitationes que deſignā
tur per comas ideſt capillos:quia ſicut capilli
exeunt de capite ſeu procedunt:ita cogitatiões
a mente.Quale caput tales capilli. Noſtruz ca
put vnum eſt.⁊ ideo varios capillos producit ⁊
materialiter ⁊ ſpiritualiter.Tria dicit de his co
gitationibus:quales debent eſſe ⁊ noſtre. Pri/ Tria di
mo ꝙ ſūt vnite in vno fine etſi ſint diuiſe in ma cit ꝺ co
teria.Et ideo dic̄ elate ideſt cotelli aut rami pal gitatio
marum:qui quidem videntur eſſe diuiſi abin nibꝰ ꝗ/
uicem:⁊ ſunt in ſummitate:ſed in fine in vnuz les de/
conueniūt:ita chriſtus diuerſa agebat ⁊ loque bent ⁊c̄.
batur:⁊ de diuerſis materijs.tamen ſemper ad
honorem dei ⁊ ſalutem proximi. Sic ⁊ tu.etſi
de diuerſis materijs cogitas.modo de guber/
nanda familia.modo de artificijs:modo de ali
is.fac omnia ad laudem ⁊ gloriam dei. Secun
do cogitationes debent eſſe firme ⁊ ſtabiles.iđ
dicit palmarum.Palma enim viriditatem ſem
per conſeruat in hyeme vt in eſtate:ſemper ſtat
vno modo.Et quanto magis antiquatur tanto
magis dulceſcunt fructus eius.Et eſt multi tē/
poris:inferius ſubtilis:ſuperius lata. contra/
rio modo aliarum arborum.Sic cogitationes
bone debent eſſe firme. Auguſti.de peni.diſti.
iij.Bonum propoſitum conſerua iugiter: ne/
qꝫ proſperitate:nec aduerſitate mutari ſemper
deuotius ſe habere. Habere latas meditatio/
nes de diuinis:⁊ modicas de terrenis. Tertio
debent eſſe humiles.ideo dicit nigre ⁊c̄. No/
ta ꝙ coruus libenter quieſcit ſuper cadauera:
ſic verus humilis conſiderat mortem ex qua
ſumit ſibi occaſionem humilitatis. Humi/
lis ſum corde. ait chriſtus Matthei vnde/
cimo.Tertia dirigit illuſtrationes que de/
ſignantur per oculos.Jdeo dicit oculi eiꝰ ſicut

duplex eſt ocu lus ⁊ ſic duplex eſt intel lectus.

columbarum. Sicut enim oculo corporali qs
videt corporaliter ita oculo itellectus ſpiritua
liter. Et ſicut duplex eſt oculus ita duplex eſt
intellectus: ſcilicet practicus circa operabilia.
⁊ ſpeculatiuus circa cognoſcibilia. ibi quie/
ſcens. ideſt vna potentia intellectiua cum du/
plici dicto officio. Primo igit itellectus debet
eē diſcretiuꝰ. diſcernēdo falſa a v̄is bōa a mal.
vt vera ⁊ bona eligat. ⁊ falſa ⁊ mala reprobet
Ideo dicit ſicut columbarum. Unde columba
diſcernit grana que ſunt bona: ⁊ ſana comedit
corrupta dimittit. ſic egit dominus ihs. Iuxta
illud Eſa. vij. Sciat reprobare malum ⁊ elige/
re bonum. Et vt hoc poſſit homo melius face/
re debet ſecundo oculos intellectus tenere ſu
per riuos aquaruz. ideſt ſuper doctrinis lectis
vel preauditis eas ruminando. Unde dicit. b.
Antho. cuidaz interroganti de via ſalutis. In
omni re quam facis adhibe tecum teſtimonia
ſcripturarum. Et nota ꝙ non quoſlibet libros
vel doctrinas debemus ruminare ſed illas ſo/
lum. que ſunt lote lacte. ideſt ſcripturas ſacras
que ad modum lactis ſunt purificatiue men/
tis illuminatiue ⁊ conformatiue. Alie autem
doctrine vt phīe poeſis ⁊ de palatinis ⁊ huiuſ
modi. non purificant. ſed inquinant mentem
ſuperbia vel imundicia. Columba ſtans ſuper
riuos aquarum inde per vmbram contempla
tur accipitrem per ſequentem. vt vitet eum.
Sic anima per ſcripturas poteſt cognoſcere in
ſidias diaboli. quomodo diuerſis modis que/
rit capere. ⁊ ibi in omnibus videt remedia. Ip
ſas chriſtus allegabat predicando: propterea
iudei mirabantur dicentes. quomodo h̄ litte/
ras ſcit cum non didicerit Ioh. vij. Tertio de/
bet etiam conſiderare diligenter inſtinctos di/
uinos. ſeu inſpirationes ſpiritusſancti. vt exe/
quatur que ad huc melius ⁊ purificant ⁊ illu/
minant. propterea ſubdit. Reſident iuxta flu/
enta pleniſſima. que ſūt dōa ſpiritusſancti. Un
de chriſtus dixit clamando. Ioh. vij. Qui cre/
dit in me ſicut dicit ſcriptura. flumina ventre
eius fluent aque viue. loquens de ſpūſancto.
Quarto dirigit exempla que notantur per ge/
nas. ibi gene eius. ſicut gene ſunt ſub oculis ⁊
nunꝗ cooperiuntur. ſicut alia pene omnia mē
bra ita exempla. ideſt opera manifeſta ſub ocu
lis. in conſideratione ſunt hominum. ⁊ occul/
tari non poſſunt. Tenetur autem quilibet non
ſoluz conſcientie ſue prouidere. ſed etiam pro
ximi bonis exemplis edificare. Et propterea
non ſolum a malis. ſed etiam ab his que ha/
bent ſpeciez mali. cauere debet iuxta ſentētiaz
apli. j. ⁊. ij. ad Corin. viij. Debent autem exem
pla eſſe primo humilis patientie. propt. rea di
cit areole. In area ſit percuſſio grani. ⁊ calcatio

ſuſtinet plures ictus. ⁊ tamen non frangit ter/
ra. ſed integra ⁊ ſolida perſeuerat. Nullus ma
ius exemplū dat de ſe ſeruus dei. ꝗ de virtute
patientie. vt iniurijs tribulationibus non frā/
gatur. non turbetur. non queruletur. ſed fir/
mus ⁊ integer in virtute permaneat. Hoc chri/
ſtus edocuit. Unde aug. j. q. j. Chriſtꝰ quid fe/
cit nobis. ideſt quale exemplum dedit. qui tan
ta patientia proditorez ſuum ſuſtinuit vſqz in
finem. vt ei primam eucharistiam confectam
manibus ⁊ ore ſuo commendatam. ſicut cete/
ris apoſtolis proprijs manibus daret ⁊c̄. Areo
le dicit in pluri. quia patiētie exempluz debet
oſtendi in tribulationibus corporalibus ⁊ ſpi/
ritualibus. que duriores ſunt quia tāgunt ani
mam. Areole nomen diminutum eſt. Ex qua/
dam humili cognitione propriorum deſe/
ctuum. ⁊ per conſequens recognoſcere ſubdi/
tum omnium penarum debet procedere iſta
patiētia. non modo philoſophico. Debent ſe/
cundo ⁊ alijs virtutum prebere exempla. ideo
ſubdit aromatū. Aromata odorifera et ſuauia
ſunt virtutes. zuccarum eſt charitas. Cinamo
mum puritas. Carophilus humilitas. Balſa/
mus obedientia Mirrha penitentia ⁊c̄. Harū
exempla debes dare modo de vna modo de
alia que omnes. quia eis occurrunt tentatio/
nes ⁊ tribulationes. Ideo debent eſſe fundate
in humili patientia. vt ſint areole aromatum.
Debent tertio omnia exempla etiam operum
virtuoſorum eſſe cum magna diſcretione. Un qui ſūt
de ſubdit. Conſite a pigmentarijs. Pigmenta pigmē
rij ſunt qui ſciunt componere medicinas ⁊ cō/ tarij.
fectiones. Non omnium eſt hoc qui habēt aro
mata. ſed paucorum ex magna practica. Non
omnis qui habent virtutes ſciunt ſemper vti
diſcretione. Paucorum eſt hoc ⁊ exercitatoruz
in via ſpiritus. Et tamen ſi deſit diſcretio. non
erit virtuoſum opus. Niſi eni omnia fiant cuz
modis ⁊ temporibus. non edificabunt. ſed ſcā
dalizabunt: ꝙ chriſtus ſumme ſeruauit. Quā
doqz reprehendens quandoqz tacens. quan/
doqz loquens. quandoqz miracula faciēs. quā
doqz non faciens. quandoqz ieiunans. quādo
qz comedens ⁊c̄. Omnia ad edificationem.
Quinta regula dirigit locutiones que deſi/
gnantur per labia. Unde labia eius ⁊c̄. Poſu/
it deus ex labia ⁊ dentes ante linguam. vt non
ſubito loquamur quicquid menti occurrit. ſz
tardi ſumus ad loquenduz. vt admonet Iaco
bus in canonica ſua capitulo primo. Debēt er
go locutio primo eſſe ex dilectione ⁊ tempe/
rata. Unde dicit diſtillantia. Ad diſtillationez
plura concurrunt: ſcilicet fornellus cuz igne.
cāpana ⁊ materia que dz diſtillari. ⁊ alēbitꝰ vn̄
egredit guttatiz. Sic ad h̄ vt aliqs bn̄ loquat

debet eum mouere charitas. que eſt ignis in
corde ꝛ fornax. Campana eſt ratio. Illud quod
diſtillatur eſt materia que debet dici alembi/
cus eſt os. Uas vbi recipitur. eſt auditor.
Quando ergo charitas inducit aliquem ad
loquendum ipſa virtus charitatis tanquaꝫ ca/
lor quidam intenſus. debet materiam locutio/
nis quaſi euaporando per diſcuſſionem tranſ/
mittere ad altitudinem rationis. ꝛ dimiſſa
omni ſuperfluitate illud ſubſtantiale qđ aſcen
dit in rõnem ideſt quod dictat ratio paulatim
per eos proferre vbi eſt auditus. Non enim ad
modum maris redundantis dꝫ ſe iactare. vel
quicquid eſt in corde dicere. nec ad moduꝫ tor/
rentis oẽs immundicias viarum colligere. nar/
rando .ſ. defectus aliorum. ſed paulatim ꝛ rõ/
nabiliter. Sic fecit dñs ieſus. Unde ipſe dice/
bat Joan. v. Hec dico vt ſalui ſitis. Ecce chari/
tas que mouebat ad loquendum. Et de eo dici
tur .j. Petri. ij. Nec dolus eſt inuentus in ore
eius. nec etiã aliquod malum. Uñ ipſa dicebat
Joan. xviij. Si male locutus ſum. teſtimoniuꝫ
perhibe de malo. Ecce materia rõnabilis ꝛ to/
ta euaporata. parum lotus eſt. Uñ Eſa. liij. Si
cut agnus corã tondente ſe obmuteſcet. Secũ/
do materia locutionis dꝫ eſſe vtilis: propterea
dicit myrrhã. Myrrha ẽ amara purgatiua ꝛ ꝓ
ſeruatiua a corruptione. Si locutio amara dꝫ
eſſe ad reprehendendũ vitia alioꝝ. non ad adu
landum. ad purgandum ſua peccata per ꝯfeſſi
onem ad monendũ. ꝛ ſic preſeruãdo alios a vi
tijs. Tertio dꝫ eſſe de melioribus propterea di/
cit primam. Prima enim diſtillatura eſt melior
alia. Sic põt hõ loqui de diuerſis bonis ꝛ bene
ſed dꝫ homo eligere etiã melius. ita ꝙ ſit totali
ter ſermo ſm deum. ſicut fecit xp̃s qui ait Joã.
viij. Sicut audiui a patre. ſic loquor in mũdo.
Sexta dirigit operatiões que deſignantur per
manus. Unde dicit manus eius ꝛc̃. Opa que
facimus artificialia ꝛ multa alia manibus faci/
mus. Et ꝓpterea manus in ſcriptura deſignãt
opus nr̃m. Hec aũt opera debẽt eſſe bona. j. Et
propterea dicit tornatiles. Torno eſt inſtrm̃ qđ
valde cito opatur. remouet a lignis ſupfluita/
tes ꝛ polit. ꝛ tm̃ reuertitur retro q̃ñtũ procedit
in ante. Hoc ſpiritualr̃ dꝫ eſſe in operibus nr̃is
ſcꝫ vt prompte operemur. non tarde vel lẽte in
ſurgendo a dormitatione. in eundo ad eccliaꝫ
in accedendo ad ꝯfeſſionẽ. ꝛ hmõi. Neſcit enĩ
tarda molimina ſpũſſancti gr̃a. Dicit Am/
bro. in ome. ſup Lucã. Debemus etiaꝫ tollere
ſuperfluitates ab operibus nr̃is. vt in veſtimẽ
tis. cibis in edificijs et hmõi. Cañ. ij. Tempus
putationis aduenit. Debemus facere opa mun
da ꝛ nitida in ꝯſpectu dei. Debemus in opib⁹
nr̃is non ſolum reſpicere in antea ad alia q̃ re/
ſtant fienda ſed etiã aliqñ reſidere preterita ad
dolendum de defectibus. Sicut faciebat pau/
lus dicens .j. Corin. xv. Non ſum dignus voca
re apoſtolus. qꝛ perſecutus ſum eccleſiã dei. Et
Augu. in lib. Confeſſionum accuſans peccata
preterita. Fuit dñs ieſus ſollicitus ꝛ promptus
in operibus ſuis. Joã. viij. Diluculo venit in tẽ
plum. nil ſuperfluum erat in eo. Colligite ait.
que ſuperauerant fragmenta ne pereant. Joã.
vj. Omnia opera ſua deo accepta. Joan. viij.
Ego ait que placita ſunt ei ſcꝫ patri facio ſemꝑ.
Scđo opera iſta debent eſſe multiplicia. Ideo
ſubdit. Aurea. Aurum enim valde extendit ſu
per omnia alia metalla. Nam de vno ducato fi
unt circa .c. petie ad deaurandum picturas. ſic
opera noſtra debent ſe extẽdere ad multa. Ali/
quando ad pauperes paſcendos. Aliqñ eũdꝫ
ad eccleſiã ad officium ad predicationẽ. Aliqñ
ad opera religioſa ꝛc̃. Multa bona opa oſtẽdi
vobis ait xp̃us. Joã. x. Debet tertio in ipſis ope
ribus eſſe conſideratio premiorum. propterea
ſubdit plene iacinctis .i. lapidibus precioſis. vl̃
floribus alliſis qui habent colorẽ celeſtem. La/
bor te terret ait Aug. Cogita de ꝓmio. Sic do/
minus ieſus ſemꝑ in operibus ſuis contẽpla/
batur deum ꝛ ſupernam gloriam. Diſce ergo
ipſum ſequi qui illuminat omnem hominem
venientẽ in hunc mundum. Septima dirigit
fructificationes que deſignantur per ventrem.
Unde dicit. Uenter eius ꝛc̃. In ventre ſtat fru/
ctus humanus .i. puer. Magna cura ꝛ ſtudio
querebant homines in veteri teſtamento face/
re fruct⁹ humanos .i. filios. Unde ꝛ in lege ſte
rilis. dicebatur maledicta. Sed iam in nouo te
ſtamento non curat deus tantum de iſta fructi/
ficatione Immo dicit. Luc̃. xxiij. Btẽ ſteriles q̃
non genuerunt ꝛ vbera que non lactauerũt. ſꝫ
vult fructus ſpirituales permanentes. non de
ficientes vt filij. Uñ dicit Joã. xv. Poſui vos vt
eatis ꝛ fructum afferatis ꝛ fructus veſter mane
at. Et qualis eſſe debeat oſtenditur. cum ſubdi
tur. Eburneus. Ebur eſt os elephantis: anima/
lis caſtiſſimi. ꝛ ſignificat caſtitatem. Unde i an
te. Ebur caſtitatis. Hos igitur filios debemus
generare. ꝛ tales qui ſint caſti .i. caſtitatem de/
bemus in nobis amare. ꝛ in alijs ſuadere. Di/
cuntur etiã fructus noſtri opera ꝑmanentia. vt
libri. edificia. hoſpitalia que quidem faciũt ad
gloriam humanam. vt pingendo arma ꝛ hu/
iuſmodi. ſed eburnea non ſunt. ꝛ ideo fiẽda ad
gloriam dei. Ebur eſt durum. ꝛ ſignificat con/
ſtantiam ꝛ perſeuerantiam quam debet quis
ſuadere his quos trahit ad deum non ſolum
actiua ꝛ mũdana. ſed ſpiritualia ꝛ celeſtia. Sic
dominus ieſus egit. Nullum docuit aliquam
artem vel ſcientiam cum omnes ſciret. ſed be/

ne diuina ⁊ ſpiritualia. Eſt autem diſtinctus iſte venter zaphiris. quia facit docere filios ſuos ſpirituales quos verbis ⁊ exemplis trahit ad chriſtum. Octaua dirigit gubernationes deſignatas per crura. Unde crura eius ⁊c̃. Sicut eni ſuper crura ⁊ tibias ſuſtentatur totum corpus. ſic totum corpus eccleſie ſuſtentatur ⁊ regitur duplici regimine. eccleſiaſtico ⁊ temporali. diſt. xcvj. Duo ſunt. Sed ad hoc vt non ruat ipſum corpus eccleſie. Oportet vt iſta regimina ſint iuſta. Et propterea ſubdit. Columne marmoree. Aliqui faciunt rempublicam. i. regimen columnas luteas. ſ. non querendo niſi colligere pecunias ⁊ depredationes extorſiões ⁊ huiuſmodi. Alij faciunt columnas ferreas. vtentes vt tyrannica. gladio ⁊ ſpata. nutrientes ſectas. expellentes bonos ⁊c̃. Alij de nihilo faciunt. ſed deſtruunt factas faciendo cõtra deum ⁊ eccleſiam. vt poſſint bene proſperare in ſtatu ſuo. Regimen tale durare nõ poteſt. ſed iam ruit. Faciendo iſtas columnas ſolũ de argento. Non ſufficit. ideſt ſi ſolum vacaretur contemplationi ⁊ lectioni. vel doctrine. aut prelatis. Requiritur adhuc aliud. videlicet columne marmoree. Nullus lapis durior marmoreo. nullus candidior. nullus vtilior ad ſeruanda vnguenta. Et cum ſit ita durum. mirum eſt q̃ melius domatur plumbo dulci q̃ ferro. Et ideo conuenienter ſignificat iuſtitiam. Nulla enim virtus requirit tantam fortitudinem ſicut iuſtitia iudicatiua. Impugnatur enim a ſanguine. a minis a muneribus. a precibus. Nulla virtus pulchriorem facit rempublicam ⁊ puriorem. Eſt enim reddens vnicuiq; quod ſuum eſt. Sicut autem corporis pulchritudo reſultat ex membrorum debita proportione. ita ipſa iuſtitia que habet ꝓportionare cuncta. Facit corpus eccleſie pulchrũ ſolũ a plumbo humili. ideſt a penitentibus ⁊ humilitatis aliquãtulum flectitur. Iuxta illud virgilij. Parcere ſubiectis ⁊ d̃bellare ſuperbos. Columne i plurali dicit. quia duplex eſt iuſtitia. ſcilicet diſtributiua. ⁊ commutatiua. vt premiare bonos ⁊ punire malos. Super baſes aureas. ideſt ſup fidem ⁊ charitatem alias nihil valet. Sed quia quod expoſitum eſt de duplici regimine. ſpectat ad prudentiam pollitieam non exeundo terminos prudentie particularis. qua quis regulat ſeipſum. Poteſt dici q̃ crura ſignificant appetitus ſiue affectus. quia ſicut cruribꝰ itur. ita affectibus anima pergit verſus celum vel infernum. ſm qualitates affectionum. Duo autem crura ſunt duo appetitus. ſcilicet ſenſualis ⁊ rationalis. que crura dicuntur nõ eſſe carnea. neq; ferrea. ſed marmorea habent ſpiritualiter crura carnea. que in his que expediunt carni. non querunt neceſſitatem. ſed voluptatem vt ſufficiant omni modo ipſi ſenſualitati. Cum tamen dicat apoſtolus ad Ro. Debitores ſumus carni. non vt ſm carnem viuamus. Si enim ſm carnem vixeritis: moriemini. Appetitum autem rationalem habent carneum qui in operibus ſpiritualibus que faciunt. carnalia querunt honores. diuitias. ⁊ huiuſmodi. Uel etiam quia patres ſpirituales aut fratres aut filios ſpirituales carnaliter ideſt ſenſualiter diligunt. Semper querentes eorum preſentiam corporalem. Contra quos dicit Auguſti. in regula. Inter nos non carnalis. ſed ſpiritualis debet eſſe dilectio. Crura etiam ferrea habẽt qui nec ſibi nec alijs per affectum compaſſionis mouentur ad ea que neceſſaria ſunt. ſed duri ⁊ rigidi nimis ſunt. contra quos dicit Hieronỹ. Quod dignitatem creature rationalis amittit qui ieiunium charitati. aut vigilias prefert ſenſuum integritati de conſecratio. diſtinctio. v. Non mediocriter. Prudens igitur habet crura affectuum. non carnea neque ferrea. ſed marmorea ideſt pura ⁊ fixa ſeu firma. que crura affectuum fundantur ſuper baſes aureas. i. ſuper duo precepta charitatis dei ⁊ proximi dilectionis. Nona dirigit diſciplinationes ideſt modum docendi ſeu inſtruendi alios. Doctrina enim voce porrigitur. que a gutture procedit: ⁊ ideo ipſa diſciplinatio notatur cum dicitur. guttur eius ſuauiſſimum. Debet enim quĩ docet ſiue priuate ſiue publice loqui non ſolũ aperte vt intelligatur. ſed etiam ſuauiter. vt audientis animus delectetur. propterea dicitur guttur ſuauiſſimum. non tamen debet adulatiue loqui. Nam contra huius adulatores dicit dominus Malach. ij. Maledicam benedictionibus veſtris ideſt ſermonibus adulatorijs. j. q. j. Maledicam. ⁊ in eadem. q. c. Multi. Sed debet loqui vtiliter ⁊ benigne. Iuxta illud. ij. Corinthio. vj. In ſuauitate in ſpirituſancto. ⁊ cum loqui habet materias de ſe turpes. vti debet vocabulis quantum poteſt honeſtis. non aperte ſicut ribaldi. non tales locutiones non ſunt ſuaues. ſed odioſe ſapientibus. Unde Hieronỹ. De nephandis criminibus que in occulto fiunt que nominare etiam turpiſſimum eſt. ne ⁊ dicentis os aures audientium pollueren|tur. generaliter ſcriptura compreſſa eſt. dicens. Uerecundos facite filios iſrael ab omni immũditia. xxij. q. iiij. In eo.

¶ Quia ſupra in... §. I. introducta eſt auctoritas illa. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Potes hic notare quadruplicem prudentiam ſerpentis naturalem quam virtualiter imiteris. Prima eſt. quia ſerpens quando

Prudẽtia ſpẽ/ris nã// lis ⁊ q̃/druplex

Videt ſe percutiendum. de toto corpore facit
ſcutum. vt preſeruet caput illeſum. Nam ⁊ ſi
vulneretur in corpore capite integro. non ex
hoc mortem incurrit. Sic debes tu omnia ex-
ponere ſcilicet ſubſtantiam. famam etiã vitam
leſioni vel amiſſioni. vt caput videlicet ratiõis
ſeu chriſtus qui eſt caput noſtrum illeſus eua-
dat. Leditur enim ratio vel ipſe chriſtus in no-
bis exiſtens ſolum per culpam qui ſemper de-
bet vitari. Unde Auguſti. Potius debet quis
omnia mala pati q̃ȝ peccato conſentire. xxxij.
q.v. Ita ne. Secunda prudentia ſerpentis eſt.
quia vetuſtus effectus vel infirmus vt iuuene-
ſcat. artum foramen inquirit lapidis firmi. per
quod cum diffcultate tranſiens. vetuſtam pel-
lem deponit. exinde induens nouam. Sic ⁊ tu
factus debilis ⁊ antiquus per peccatum. Si
vis vt iuuentus tua renouetur per gratiam.
oportet te ire per foramen artum penitentie.
quantumcunqȝ tibi difficile videatur. Et hoc
foramen debet eẽ in fixa petra ⁊ firma: ideſt fir-
mo propoſito non recidiuandi. quia vt ait Au-
guſti. Nihil proſunt lamenta ſi iterentur pec-
cata ſcilicet quoad propoſitum iterandi vul-
nus iteratum tardius ſanat. de peni. diſtinctio.
iij. Inanis. ¶ Tertia prudentia ſerpentis ſcili-
cet aſpidis eſt. quia cum incantatur. ne audiat
vocem incantantiũ obturat aures ſuas. vt ait
pſal. lvij. Unam figendo in terram. in aliaȝ cau-
dam immittendo. ſic ⁊ tu fac. Cum incantator
diabolus vult te capere incantationibus ſua-
rum ſuggeſtionum. claudas aures. cogitatio-
nes. ⁊ affectus. ne ipſis aſſentias. ⁊ hoc ex con-
ſideratione finis peccati. quod ſignificatur per
caudam. quia vt dicit apoſtolus ad Roma. Fi-
nis illorum mors eſt. Et ex conſideratione mor-
tis corporalis ad terram proſternentis humi-
liatur hõ ⁊ cauet a peccatis. Iuxta illð. Terraȝ
geris: terrã teris ⁊ in terrã reuerteris. q. de fra
ſumeris. xiv. q. ij. In eccleſiaſtico. Quarta pru-
dentia ſerpẽtis eſt. qui inſidiatur calcaneo mu-
lieris. vt dicitur Gene. iij. vt ſcilicet occidat eã.
Mulier autem voluptatem ſeu mundanam p-
ſperitatem deſignat. Calcaneus eſt finis eius.
Sic autem occiditur ſeu contẽnitur humana
proſperitas ſeu voluptas. dum attenditur fi-
nis eius ideſt vanitas ⁊ nocibilitas. Grego. in
omel. Momentaneum eſt quod delectat. ſed
eternum quod cruciat.

¶ Item ad prudẽ- .§.ij.

tiam particularem ſiue monaſticam pertinet il-
la auctoritas. Prouer. xxx. Quatuor ſunt mini-
ma terre. ⁊ ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus
ideſt prudentiora. Formice populus infirmus
qui preparant in meſſe cibum ſibi. Lepuſcu-
lus plebs inualida qui collocat in petra cubile
ſuum. Regem locuſta non habet. ⁊ egredit̃ vni-
uerſa per turmas ſuas. Stellio manibus niti-
tur. ⁊ moratur in edibus regum. Expone mo-
raliter. In formica commendatur nobis proui-
dentia que eſt pars prudentie. per quam reſpi-
citur ad futura ſibi prouidens. Unde Prouer.
vj. dicitur. Uade ad formicam piger. In locu-
ſta que ſaltat. ⁊ poſt ſaltum retro decidit. Deſi-
gnatur in prudente ardens deſiderium eter-
norum que ſunt vltimis finis. qui maxime at-
tenditur a prudente. Iuxta illud prudenter a-
gas ⁊ reſpice finem. Sed caſus locuſte in retro
ſignificat recordationem preteritorum defectu-
um. ⁊ huiuſmodi. Memoria autem preterito-
rum. ad prudentiam pertinet tanquam pars
eius. In ſtellione qui eſt lacertulus. quaſi depi-
ctus ⁊ ſtellatus. qui alas non habet. Sed ma-
nibus nititur incedere. ſignificat diligentiam
in operatione. que ſupplet defectum nature.
Diligentia autem operationis pertinere vide-
tur ad rectam ordinationem preſentium que
eſt ſecunda pars prudentie. vbi opere fiendo
conſiderandum eſt an tale opus liceat. expedi-
at ⁊ deceat. vt licitum reſpiciat neceſſitatem. ſȝ
ad ſalutem expediens vtilitatem decens hone-
ſtatem ſm Bernar. Et habetur extra de voto
magne. In lepuſculo quod eſt animal timiduȝ
velociter fugiens ſed in petra collocans cubi-
le ſuum. ſignificat diffidentiam de proprijs vi-
ribus ſuis. ⁊ ſenſu ſuo. ⁊ confidẽtia in deo ſeu
chriſto que eſt petra. Petra autem erat chriſt⁹.
Unde Prouer. iij. dicitur. Ne innitaris pru-
dentie tue. vbi Hierony. Prudentie ſue inni-
tur. qui ea que ſibi agenda vel dicenda viden-
tur patrum decre. preponit extra de conſtitu.
Ne innitaris.

Quatuor ſunt minima terre.

¶ De prudentia economica.

Capitulum quintum.

Secunda prudẽtia
eſt economica. que eſt neceſſaria.
ciui. inquantum eſt familie guber-
nator. vbi ſciendum eſt. q̃ ſm q̃
vult philoſophus primo politico. In perfecta
familia ſeu domo tres communitates requirũ-
tur ſcilicet viri ⁊ vxoris. domini ⁊ ſerui. patris
⁊ filij. Et prima quidẽ requiritur propter op⁹
generationis quam natura principaliter in ea
intendit. Secunda requiritur propter op⁹ ad-
miniſtrationis. Non enim res generata ſubſi-
ſtere poſſet niſi adminiculum ſerui adeſſet. vbi
ſm phm loco ſerui non tm̃ accipitur miniſter
rationalis. quem poſſunt diuites habere. ſed
etiam mancipium aliqð irrõnale qð loco ſerui

tres cõmunitates requirun tur in imperfecta familia.

pauperibus deſeruit. vt bos. aſinus. vel etiam
inſtrumentum aliquod lucratiuum. vt nauis.
ligo. vel aliud huiuſmodi. Tertia requiritur
propter perpetuam ſpeciei conſeruationem. et
ideo humana vita in vno perpetuari non po-
teſt: ſed requiritur ſucceſſio filiorum: in quibus
non ſolum humana ſpecies. ſed etiam vna fa-
milia perpetuari poteſt. Secundum has tres
communitates neceſſaria ſunt tria regimina
prudentie. Nam alia prudentia requiritur in
regimine vxoris. alia in regimine ſeruorum.
et alia in regimine filiorum.

Primo ergo .§.i.

ciuis qui eſt gubernator familie. debet polle-
Uir cir re quadam prudentia ad regimen vxoris. Ubi
ca vxo- ſcire oportet quod vir circa vxorem tripliciter de-
rem tri bet ſe habere. ſ. quod ei affabiliter conuiuat. decē-
pliciter ter ipſam tractet ſiue procuret. et ſine zelotipia
ſe debz diligat et viuat. In ea autem debet tria velle ſi-
hēe. bi. Quod ſit caſta cum pudicitia. Uerecunda
cum ſilentio. et pia cum diſcretione. Hec omnia
menſuranda ſunt per prudentiam viri. Primo
vir cum vxore debet affabiliter viuere. Eſt enim
maritus ſolatium vxoris. non ſolum in copu-
la carnali. ſed etiam in conuictu ſociali. maxi-
me cum vxorem non deceat ſe multum exhi-
bere extraneis ſocijs et ſolatijs. poſſet enim ci-
to infamiam apud alios incurrere et malam de
ſe in corde viri generare opinionem. Ad hec
ergo vitanda debet vir vxori eſſe affabilis et be-
niuolus. alias vita vxoris eſſet cum triſtitia.
Signa autem amicitie que debent vxoribus ex-
hiberi. non ſunt vniformiter ad oēs hūda. Si
enim vxor eſt humilis et honeſta. ſunt quidem
ſigna hmōi oſtendenda. et ſi aliquādo erret: de-
bet verbis blandis et dulcibus ammoneri. Si
vero ſit ſuperba et contumax. debet aſperior in-
crepatio adhiberi. Rex aſſuerus domeſtice ſe ha-
buit ad reginam heſter. quando ab ea inuitatus
ad conuiuium: benigne et dulciter inuitationē
ſuſcepit et cum ea familiariter comedit. Heſter.
v. Ad reginam vero vaſthi durius ſe habuit. quia
eius imperio parere contempſit. Heſter. j. Se-
cundo vir debet vxorem decenter tractare tam
in ornamentis quam in alijs eius perſonam per-
tinentibus. Eſt enim mulier facta in adiutori-
um viri ad opus generationis. Unde non ſi-
cut ancilla vel ſerua tractanda eſt. ſed ſicut ſo-
cia gubernanda. propter quod de media ſub-
ſtātia viri et de coſta formata eſt. ſicut ſacra ſcri-
ptura teſtatur. Debz aūt vir vxorē tractare in veſti-
mentis et alijs ornamentis ſcḋ quod decet et ſuo ſta-
tui expedit. Decet. n. vxorē militis magis hono-
rificas veſtes hēre quam vxorē ſimplicis ciuis: et re-
gis quam vxorē militis. Et ſic de alijs diligēter in-

ſpectis conditionibus perſonarum ſtatuū. locorum
et temporum. Alioquī ſic ſecus fiat dat ciuitatibus
magna occaſio ruine et deſtructionis. Unde philoſophus
in. i. ethico. Loquēs de macedonibus. ait eos eē
infelices eo quod ſuis vxoribus illicita pmittebāt.
Ualerius maxi. ciues ro. cōmendat eo quod vxori-
bus de indumētis et alijs neceſſarijs puidebāt
ornamentis dicēs. Conſuetudo diu approba-
ta apud romanos. inde ad alios deriuata. quod vi-
ri vxores ſuas ornamētis decentibus induebāt.
ſed parco victu nutriebāt. Tertio vir debz vxorez
ſic diligere vt zelotipiā vitet. aliquādo ſibi ma-
gnum nocumentū nō ſeruādi fidez prebet. In-
fertur quidē nocumentū magnū viro. ſi nimis
circa vxorē eſt zelotipus. quia ſemp eſt in ſuſpitio-
ne. et per conſequēs in cordis anxietate. vnde fit eā
vna cura aliā impediat quod retrahatur a debitis ope-
ribus ciuilibus. propter quod ad conuiuendū cum
alijs ciuibus ex inde redditur et ineptus. Itē vxo-
ri ex hoc nō ſeruādi fidē incitamētum preſtat.
Id enim quod prohibetur ex ipa prohibitiōe magis
concupiſcitur. Nam ſcḋm philoſophum. ij. ethico. Concupi-
ſcentia eſt eius quod abeſt: non aūt eius quod adeſt.
Et cū ex ipſa prohibitione res prohibita videatur ab-
eſſe. eo ipſo magis deſideratur. Ex quo ſequitur vxo-
res zelotiporum magis icitari ad malū. quia in his
magis augetur cōcupiſcētia eorū que prohibētur.
vel a quibus ſe priuari per viros ſuſpicantur. Mādā-
uit deus in veteri lege. vt vir propter amoris
zelotipiam falſum crimen vxori non impone-
ret aut per odium non affligeret. ſed potius ſcri-
pto libello repudij eam dimitteret. Deutero.
xxiiij. Quod permiſſiue fuit factum vt dixit
xpus Math. xix. Ad vitandum vxoricidiū. Un-
de non ſine peccato hoc faciebant. Nunc nul-
lo modo illud tolleratur per leges canonicas.
Et valerius narrat quod quidā ex nimio amore ad
vxorem ipſa mortua ſe interfecit.

Ab vxore autez .§.ij.

vir querere debet que muliebri ſexui vidētur Que ſūt
competere inter que primum eſt quod ſit caſta et ſeruan
pudica. Decet enim vtrunque coniugem ſibi in de i cō
uicem fidem ſeruare. Ad hoc enim aſtringun- iuge.
tur: non ſolum diuino precepto quo omnis for-
nicatio prohibetur. ſed etiam iure naturali. quod
dictat coniunctionem maris et femine eſſe in-
diuiſibilem propter bonum prolis procrean-
de. et ad perfectum producende. Ad quod re-
quiritur permanentia maris cum femina vſque
in finem. ex quo apparet eſſe matrimonium de
iure naturali. Maxime autem decet et expedit
bonis matrimonij quod vxor polleat caſtitate. quia
eius violatio eſt periculoſior quam violatio viri.
propter incertitudinem filiorum adulterorum
qui in hereditate paterna ſimul cum legitimis

poſſent

poſſent ſuccedere. Item ex hoc conditioni mulieris: magis repugnat q̃ conditioni viri. Ad caſtitatem autem vxoris multum facit ſobrietas: ⁊ cibi parcitas quibus maxime mulieres debent pollere. Debent enim eſſe temperate circa cibum ⁊ potum: propter quod natura fecit eas eſſe parue ⁊ rare digeſtionis. ⁊ per conſequens parue ſumptionis. Recitat Ualerius maximus. Q Romanis mulieribus nephas erat vinum bibere. Unde ait ꝙ vini vſus oliz Romanis feminis ignotum erat: ne in aliq̄d dedecus prolaberentur: quia vſus vini conſueuit eſſe proximus ad veneream incontinentiam. Non ſolum autem vxorem decet eſſe caſtam in veritate: ſed etiam pudicam quantum ad exteriores corporis geſtus. Debet enim ab omni ſpecie mala abſtinere. puta a petulantia oculorum diſcurſibus ſuperfluis: inordinatis corporis motibus: virorum colloquijs: ludis virilibus: ⁊ ab omnibus huiuſmodi: que earum honeſtatem in oculis hominum poſſent aliqualiter denigrare. Unde Cryſo. in quadaz omel. ſuper Joan. dicit. Q mulieris eſt domi philoſophari: ideſt in domo operoſam continue ſe reddere: ⁊ a diſcurſibus ſe cohibere. Eſt eniz vt dicitur in tractatu de abuſio. Unū abuſionis genus mulier ſine pudicicia. Gratia autem ſuper gratiam mulier ſancta ⁊ pudorata. Eccl. xxvj. Secundo debet vir in vxore querere: ꝙ ſit verecunda ⁊ taciturna. Uerecunda enim ſm philoſophum. iiij. Ethicoꝝ. Eſt quedam paſſio que conuenit etati iuuenili. Et hoc maxime competit mulieri. Cuz eniz ſm eundem philoſophum. Uerecundia ſit timor inglorificationis. Ille maxime eſt verecundus: qui maxime timet confundi vel erubeſcere coram alijs. Talis autez eſt qui eſt laudis appetitiuus. ⁊ iterum qui eſt parui cordis. Mulieres autem ſunt laudis appetitiue propter carentiam virtutis ⁊ operum virtuoſorum. ⁊ ex hoc ſunt erubeſcitiue timētes confundi in conſpectu aliorum. Item ſunt timide ex paruitate cordis: quaſi omnia expaueſcentes. Cum autē hec paſſio ſit laudabilis: ⁊ quedam cathena retrahens a multis turpibꝰ querenda eſt in vxore verecūdia. Alioquin ſi mulier verecundiaz perdit. efficitur audaciſſima ſine freno. ſm illud Hiere. iij. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi noluiſti erubeſcere. Et intantum excedit ꝙ vix inuenitur aliquis vir qui perpetraret illa: que mulier inuerecunda attentaret. ſiue in turpibus ſiue in quocunq̄ genere peccatorum. Mulier enim in eo quod concipit communiter excedit: ſiue in bono ſiue in malo. ⁊ hoc contingit propter paucitatē rationis ⁊ abundantiam paſſionis. Signum autez huius laudabilis paſſionis videtur eſſe ſilenrium ſiue taciturnitas. et ideo non decet mulierem eſſe garrulam vel litigioſam. quia hoc maxime indicat audaciam virilem. quam multum vitare debent mulieres. eſt enim ſm philoſophum ſilentium ornamentum mulieris. Unde in huiuſmodi ornamenti laudem dicitur Eccleſiaſtici. xxvj. Mulier ſenſata ⁊ tacita non eſt immutatio anime erudite. Exemplum de Sarra que viris: ideſt angelis comedentibus ſub arbore non exiuit ad eos: ſed tamquam verecunda et taciturna in tabernaculo manſit. Tertio debet vir in vxore querere ꝙ ſit pia ⁊ miſericors. ſed cum diſcretione. Mulieres enim communiter ⁊ pueri ſunt miſeratiui. ſed pueri propter innocentiam credentes alios eſſe innocentes. Et ideo omnes indigne putant aliquid pati. Mulieres vero propter mollicieni complexionis quam anima naturaliter imitatur. ⁊ ideo nihil durum alijs ſuſtinere poſſunt. Ad hoc autem maxime inducenda Uxor ſi/
eſt vxor propter duo. Primo propter famili/ducēda
am quaz debet conſolari. eo ꝙ communiter in pp duo
domo habet reſidere. Debet enim eſſe ſollicita ⁊ operoſa ad ea que ſunt in familia. ⁊ per familiam agenda. Secundo propter elemoſynas pauperibus erogandas. Uiri enim ſunt intenti ad mercationes. ⁊ ad alia opa magna. ad hoc ꝙ familia non deficiat in neceſſarijs. ⁊ ideo frequenter negligunt pauperes ⁊ ſeipſos in his que ſpectant ad deum. quapropter vxores in hac parte defectum virorum ſupplentes debent eſſe elemoſynarie ⁊ pie. tam pro ſe q̃ pro viris. Exemplum de Maria magdalena cum alijs mulieribus que chriſto miniſtrabant de facultatibꝰ ſuis. Marc. xv. ⁊ Luc. viij. Et recipiebant hoſpitio. Luce. x. ⁊ de ſepultura eius. Marci. xvj.

Licet quantum .§.iij.

ad conſtitutionem domus imperfecte poſt cōmunitatem viri ⁊ vxoris prius ſit tempore cōmunitas. domini ⁊ ſerui q̃ patris ⁊ filij. Natura tamen in parentibus magis eſt ſollicita circa filios q̃ circa ſeruos. Et ideo prius eſt agendum de regimine filiorum. Ultimo de regimine ſeruorum. Sciendū eſt igitur ꝙ patres debent eſſe ſolliciti circa filios. ad quorum curaz Sollici/
obligantur tam in iure naturali q̃ diuino. tudo pa
Jure quidem naturali. quia filius eſt aliquid trū er/
patris. Eſt enim generatus de ſubſtantia pa/ ga filiꝰ
tris. ſiue per modum principij tm̄ actiui. vt di os.
cunt naturales ſiue per modum principij actiui ⁊ materialis. vt dicunt medici. vt videlicet

pars deciſa a patre Inſimul cum materia a ma
tre miniſtrata.fit de ſubſtātia corporis filij ma
terialiter. Eſt autem naturale ꝙ quilibet dili/
gat opera ſua.vt vult philoſophus tertio Ethi
corum.Unde patres diligunt filios.⁊ Poete
poemata ſua.Hoc etiam apparet ex natura to/
tius quod ad ſe naturaliter partem ſeparatam
trahit.pater autem ad filium ſe habet.vt totuꝫ
ad partem.Ex quo patet ꝙ vehemens eſt amor
patris ad filium quaſi ſui ad ſe. Ex amore au/
tem ſollicitudo cauſatur circa dilectum.Sicut
ergo patres eſſe ſubſtantie filijs contulerunt:ſic
conferre tenentur nutrimentum quantum ad
gubernationem corporis.⁊ diſciplinam quan
tum ad regimen morum. Iure quidem diui/
no ab hoc idem obligantur.ſicut dicit ſcriptu
ra ex ore ſapientis. Si filij tibi ſint.erudi eos.
alioquin patres qui ſunt negligētes circa cor/
rectionem filiorum.participes exiſtent pecca/
torum eorꝫ.⁊ frequenter iuſte.dei iudicio ēt in
hac vita puniuntur. Hely ſummus ſacerdos
iudeorum.quia negligens ⁊ remiſſus fuit in
correctione prauorum filiorum: dure a domi/
no increpatur. qui tandem iuſto dei iudicio
morte ſubita ac miſerabili. quantum ad ocu/
los hominum.ruptis ceruicibus a tergo cadē
do extinguitur.primi Regum quarto. Et Da/
uid etiam quia negligēs fuit in correctione fi/
liorum punitus fuit ex multis malis:que fece
runt.vt dicit Gratianus diſtinctio.xlvij.Sicut
hi qui per inſaniam.§.Neceſſe. Quia autem
ſermones vniuerſales in moralibus ſunt mi/
nus vtiles.conſiderari oportet in ſpeciali ea a
quibus filij per patres ſunt retrahendi. Et ea
tria ſūt ad que ſunt inducendi.Sunt autem tria preci
ad q̄ iu pue ad que iuuenes naturaliter inclinantur.a
uenes quibus retrahi debent per patres.Sunt enim
nāſr in paſſionuꝫ ſectatores in verbis procaces ſeu la/
clinanſ pſu lingue precipites. ⁊ in ſenſu proprio per/
tinaces.Sunt autem tria ad que ſunt inducen
di.ſcilicet ꝙ ſint diuinoruꝫ cultores.ꝙ ſint ho
noratiui maiorum. ⁊ ꝙ ſint ſectatores bono/
rum morum. Primo ergo iuuenes naturali/
ter inſequuntur paſſiones quod eis contingit
ex abundantia caloris ⁊ feruore ſanguinis.ex
quo fit incitatio ad concupiſcentias venereo/
rum.Cum ergo omnis homo agat vel ex ratio
ne:vel ex paſſione. Iuuenes autē vſu rationis
careant.cōſequens eſt eos ex paſſionibus age/
re ⁊ earum eſſe inſecutores. ab his autem re/
trahi poterunt per litterarum ſtudium.⁊ arti/
um mechanicarum exercitium. Unde ab in/
fantia ſunt deputandi ad honoſ opera.⁊ maxi
me ad ſcientias liberales.vt eſt grāmatica que
directiua ſermonis eſt in loquendo congruuꝫ.
Ad dialecticam que eſt directiua rationis in cō
cludendo verum.Ad rethoricam.que eſt ſua/
bus ſeu vtilitatibus ſuis. Nũc de laudib⁹ eius
videndum eſt. Et poſſumus de ipſa quatuor lau
des magnificas predicare. Primo q: pugnan
tem inexpugnabiliter armat. Secũdo q: hoſtẽ
fortiter expugnat. Tertio q: de ipſo nobiliter
triũphat. Quarto quia vincẽtem feliciter coro
nat. ¶Primo ergo patiẽtia pugnãtem inex/
pugnabiliter armat. Circa qꝺ eſt ſciẽduʒ.ꝙ ho
mo in mũdo iſto punitur ſicut in loco laboris
⁊ certaminis. in quo neceſſe eſt multiplicitet
exercitari. Unde dicit Salomon. Homo naſci
tur ad laborẽ ⁊ auis ad volãdum. Et Job vitaʒ
humanã militie aſſimilat. Cuius cãm aſſigna/
re videť.cum alibi dicit. Homo nunꝗ̃ in eodẽ
ſtatu pmanet Job.xiiij. Et ſi aliqs mũdi gloria
fulget.diuitijs abundet.delitijs gaudet.⁊ fere
quedam mũdi oblectamẽta ſibi ad votuʒ ſucce
dẽtia habet.talis tñ non diu in eodem ſtatu p/
manet.q: ſi videris impium ſuperexaltatũ ⁊ ele/
uatum ſicut cedros liban ſ tranſiẽs. ⁊ ecce non
erit.quereſ ⁊ nõ inueniet locus eius. Nã poſt
pſpera ſuccedũt aduerſa.glorioſa iuuẽtus ſe/
nectute frãgitur.egritudine robuſtum corpus
ꝯteritur. Diuitias paupertas fugat poſt gloriaʒ
⁊ magnificẽtiam aduerſantiũ rerum impetus
ſurgũt.delitias flagella repellunt ſingula:gau
dia triſtitijs pmixta ſiunt. ⁊ quid plura tot in
mũdo ſibiinuicem ſunt repugnãtia. ꝙ vix eſt
aliquis mũdo vtens qui momẽto hore vitam
ducat in quiete. Et pro tãto dicit Job.ꝙ homo
natus de muliere breui viuẽs tẽpore repletur
multis miſerijs.qui quaſi flos egredi.⁊ cõ.⁊c̃.
Quia ergo vita preſens eſt tãte mutationis et
laboris ad bene certãdum neceſſe eſt armatos
forti armatura fore. Nulla autẽ armatura for
tior ꝙ̃ illa per quam cor manſueſcit ſub deo.⁊
hec eſt patiẽtia que hoĩem regit.ſcuto bone vo
luntatis ipſum cohibendo ab illicito appetitu
vindicte. Jpſam enim linguam retrahit a ꝯtu
melia ⁊ murmuratione.manus a violentia et
pcuſſione.oculos a toruis aſpectibus.pedes a
greſſibus iniquis. Et ſic totum hoĩem infra ſe
claudens ſub ꝓtectione dei.cuius refrigerium
querit cõſtituit. Et quãtum ad hoc dicit patiẽs
animã ſuam poſſidere. Luce.xxj. Jn patientia
veſtra poſſidebitis aĩas veſtras. Et apoſtolus

De cau ſa quare patiã ẽ necẽia.

Prima laus pa tientie.

ad Colloſ.ij. Induite vos ſicut electi dei viſce/
ra miſericordie benignitatē: humilitatem: mo
deſtiam: patientiam. Patiētiam ideo ponit vl
timo.q2 eſt cuſtos ⁊ radix oīum virtutuꝫ. vt di
cit glo. ſup illo verbo. In patiētia ve.po.a.ve.
Sene. in li. de ira dicit. ꝙ Ceſar auguſtus ſuit
mirabilis patientie qui nec cōuitijs contra ſe
dictis mouebatur. ſed ꝯuiciantibus perſuade
bat ꝙ linguis moderatius vterētur. Inimicis
parcebat. leuiter hoſtibus inuadētibus ⁊ inſul
tātibus contra eius dñiū animo nō irritabaſ.
ad ſe reuertētes ſuſcipe gaudebat. Et hac Au/
guſti patientia arguit Sene. contra ſe. di. Nū/
quid in domo mea poſſum. qđ Auguſtus toto
orbe terrarum? Ille patiēs ſuit ⁊ hoſtib⁹ igno/
ſcebat. ⁊ ego non ignoſcam pigris negligenti
bus ⁊ garrulis ſamulis meis. Et ſubiungit ea
de moti/uis: ad/igſcēdū — que debent mouere hoīem ad ignoſcendum.
Puerū inquit etas excuſat. Feminaꝫ ſexus. ex/
traneum libertas. domeſticum ſamiliaritas. et
ſubdit. Amicus eſt qui offendit ſecit quod vo/
luit. Inimicus ſecit qđ debuit. Prudētiori ce/
damus. ſtultiori remittamus. ¶ Secūda laus
Secun/da laus/patie. — patientie eſt. q2 fortiter hoſteꝫ impugnat. Ubi
ſciendum eſt ꝙ ad bene pugnādum duo requi
rūtur precipue quantum ſpectat ad preſens. ſ.
magnitudo virium. ⁊ peritia pugnandi. vnde
dicit Ualerius maxi. de bellis romanorū ꝙ ad
ictus inferēdos ac vitandos iuſſit ſenatus vir
tutē arti. rurſus arteꝫ virtuti pariter immiſce/
ri: vt illa impetu huius fortior. hec illius ſcien/
tia cautior fieret. magnitudinem autē virium
ſpūalium ſacit patiētia. q2 hoīem reddit ſecu/
ruꝫ. Ille enim vere eſt ſecurus qui ſeipſuꝫ poſſi
det. ⁊ ab exterioribus nō moueſ. Patiens aūt
ſeipſum poſſidet. q2 ſuū aīum ſibi ſubijcit. nec
ab illatis exterioribus ꝯcutiſ. q2 mala pene trā
ſitorie nō metuit. quī aūt talis eſt potens eſt ad
aggrediēduꝫ oīa difficillima. Unde ſuper illo
verbo Job. Ubi eſt fortitudo tua. dicit gl. Quī
ſe vincit contra oīa fortis eſt. Quī enim vincit
qđ maius eſt. ꝯñs eſt ꝙ vincat quod minus eſt
Maximū aūt eſt vincere motus īpetus ⁊ paſſi
ones cordis ſui. que intra ſe latēt ⁊ ꝯtra ſpūm
ſemp rebelles exiſtunt. Nulla aūt peſtis eſt effi
cacior ad nocēdū ꝙ̄ ſamiliaris inimicus. vt di
cit Señ. Unde ſup illo v̇bo ꝓuer. xvj. Melior
eſt patiēs viro forti. dicit glo. Minor eſt victo
ria vrbes expugnare. q2 extra ſe ſunt que vin/
cunſ ꝙ̄ ſeipſum vinceſ qui intra ſe eſt. Et Señ.
in li. de nā. q̄onibus dicit. Innumerabiles ſūt
qui vrbes qui populos habuerūt in ꝑtāte. pau
ciſſimi aūt qui ſe ſm ꝙ regriſ ad pugnāduꝫ eſt
armoꝝ peritiā. Inter alia aūt que ſaciunt mili/
tes in bellis periti eſt. q2 ſemp ꝙ̄tuꝫ pñt ſequū
tur vexillum regis ⁊ ſuo ꝑncipi ſemp adherēt.

maxime qñ ſciūt ipſum nō ſaciliter expugnari
poſſe. Ille aūt qui vere patiēs eſt ſuſtinet mala
illata vel ſuſtinere dꝫ ꝑcipue exēplo xp̄i patien
tis tātaꝫ ignominiam in ligno crucis. qui ſuit
ꝑnceps ⁊ vexilliſer ppli xp̄iani in ſuſtinendis
opprobrijs. vnde dicebat ille patiens apl's ad
Gal. Nemo mihi moleſtus ſit. ego. n. ſtigmata
dñi Jeſu xp̄i in corpore meo porto. Ubi dicit
Aug. ꝙ ſtigmata appellauit quaſi notas de ꝑ/
ſecutoribus penaꝝ quas patiebaſ. Exēplum in
Job. de quo Jac. dicit. v. c. Patiētiā Job audi/
ſtis. Hic enim vt Greg. ait in moral. tot iacula
ꝯtra hoſtē antiquuꝫ intorſit. quot v̇ba patiētie
ꝓtulit. de q̄bus pꝫ Job. j. ¶ Tertia laus patiē/
tie eſt q2 de hoſte nobiliter triumphat. Nobile — Tertia/laus pa/tientie
genus victorie eſt hoſtem debellare iacendo ⁊
queſcēdo ſine ictu ⁊ repcuſſione qđ ſacit patiēs.
Uidemus enim ꝙ ipſi qui iniuriā inferūt mi/
ro mō affliguntſ qñ eis nō rñdeſ putātes ſe de/
ſpici. Et de talibus dici pōt ꝙ eorū tela ad eos
ꝯuertunſ. q2 dum tacet patiēs iniuriātes de in
iurijs a proximō deſpectis interius laceranſ.
⁊ tunc vere gladius eorum intrat in corda ip/
ſorum. ſicut dicit pſalmiſta. Sed adhuc nobi/
lius genus victorie eſt. quando nō ſolum pa/
tiens triūphat ſine ictu proprio. ſed etiā quan/
do vincit, ictibus iniuriātium ſe offerendo. et
hoc ſacit vere patiens ſm documētum chriſti
dicentis. qui te percuſſerit in vna maxilla pre.
ei et al. quod intelligenduꝫ eſt ſm preparatio/
nem animi. ⁊ interdū ſm actualem exhibitio/
nem quando eſt opus. Legitur de quodaꝫ he/
remita. ꝙ cum quidaꝫ ſpiritu demoniaco arre
ptus eum fortiter in maxillam percuſſiſſet ⁊ ſe
nex alteram prebuiſſet. diabolus ſtatim receſ/
ſit clamans. humilitas ⁊ patientia chriſtiano/
rum vincit me. Legitur ēt in Policrato. ꝙ dū
quidam aduerſus quendam grauiter excande
ſceret. ille dixiſſe fertur. Loquere inquit quod
placet. quia diligentiam auribus ſingue taci/
turnitatem animo quietem indixi. ¶ Quar/
to patientia vincentem feliciter coronat. Coro
na non datur victoribus niſi bello perfecto et — Quar/ta laus/patie.
cōſummato. De patientia autem naſcitur per/
ſectio. vt dicit glo. ſuper Job. Naꝫ in aduerſis
tolerandis anima perficitur per patiētiam. in/ — De pſe/ctiōe q̄/ex patiā/naſciſ.
quantū remouet triſtitiam que cauſatur in aīo
ex aduerſis illatis. Ex triſtitia eniꝫ naſcitur ira
que impugnat manſuetudinem. Ex ira odium
quod tollit charitatē. Ex odio naſcitur iniuſtū
nocumētum. qđ eſt contra iuſtitiā ⁊ equitateꝫ.
Fundamentū ergo ꝙ hec oīa vitia remouet. ⁊
predictas virtutes ꝯſeruat eſt patiētia. Et quā/
tū ad hoc dicit. b. Jac. pmo. c. ꝙ patiētia opus
pſectum hꝫ. vnde pꝫ. ꝙ patiētia que ſic eſt ꝯſū/
matiua omnis boni mereſ coronaꝫ regni vnde

apl̃us ad Heb.iiij. Patiẽtia vobis nec̃ia eſt vt
voluntatẽ dei facientes reportetis p̃miſſionez.
Hec autem promiſſio declaraẜ ex verbis Jac.i.
dicentis. Btũs vir qui ſuffert tẽtationem. quo
niam cum p̃batus fuerit accipiet coronaȝ vite
⁊c̃. Et ideo dicit Hiero. Non niſi p patiẽtiã im/
pletur quod dr̃. Regnũ celoꝝ vim patiẜ. ⁊ vio/
lenti rapiunt illud. ergo teſte veritate Bti qui
pſecutionẽ patiunẜ ꝓpter iuſticiã quoniam ip.
eſt reg. ce. Mat. v. Exẽplũ. eleazar de p̃oribus
ſcribaꝝ: vir etate ꝓuect⁹. vlũu decor⁹. glioſam
mortẽ magis q̃ȝ odibilẽ vitã amplectens intan
tum dilexit bonũ diuine legis q̇ volũtarie ibat
ad ſuppliciuȝ. ⁊ patienter ſuſtinens deſtinauit
non admittere illicita ꝓpter vite amorẽ. vnde
dixit. Fortiter vitam excedendo ſenectute di/
gnus apparebo. Adoleſcentibus aũt exemplũ
forte relinquã ſi p̃mpto animo fortiter p grat.ſ
ſimis ac ſctiſſimiſq3 egibus hõeſta morte pſun
gar. quib⁹ dictis occiſus eſt. ij. Machа. vj.

¶ Poſt laudes .§.iij.

De re/
medijs
ſpatien
tie. ⁊ p̃/
muȝ re/
mediuȝ
ↄtra im
patiẽti/
am.

patientie conſequenter accedamus ad ea que
p̃ſt eſſe remedia patientis. P̃ſt autem. xv. ad/
duci inter que precipuũ ⁊ potiſſimum eſt exem
plum xp̃i. q vt doceret bona p̃ſtis vite eſſe cõ/
temnẽda. aduerſa ſuſtinuit ⁊ bona mundi con
tẽpſit. Si eni bona mundi ſeq voluiſſet hõ ni/
mis ardẽter talia appetere. q̃ſi ex hoc ſe putãs
felicem q̇ deũ ſuum talia petentem ſequereẜ.
Item ſi mala p̃ſtis vite ex toto vitaſſet. nimis
abhorreret homo pauptates. infirmitates ⁊ ali
as aduerſitates. ⁊ diceret q̇ ille eſſet infelix q
talia appeteret vel haberet xp̃m non ſequẽdo.
Sed ↄtrãu fecit xp̃us vt has falſas opiniões ab
hominib⁹ remoueret. vñ dicit Aug. Oĩa bõa
terrena cõtẽpſit homo xp̃us. vt ↄtemnenda mõ
ſtraret. ⁊ oĩa terrena mala ſuſtinuit. que ſuſtinẽ
da perſuaſit. vt nec in illis quereretur felicitas.
nec in iſtis timereẜ infelicitas. Chriſtus ſubdi
tus paſſioni. cum alapam accepiſſet ⁊ ei dicere
tur. ſic reſpondes pontifici Joh. xviij. Nihil il
le contumelioſe locutus eſt ſȝ magis innocẽti/
am ſuam tutatus r̃ndit dicens. Si male locu/
tus ſum ⁊c̃. que oĩa ab eo ideo facta ſunt hũili
ter vt nos humilitatis atq3 patiẽtie h̃remus ex
emplum. Cyprianus di. xciij. dñs noſter.

¶ Ad hoc autez .§.iiij.

De me/
moria
paſſio/
nis xp̃i
que bo/
na i aĩa
faciat,

q̇ chriſtum dulcius ſeq̃mur. ⁊ aduerſa patien
ter ſupportemus. Sciendum eſt q̇ eius paſſio
ad memoriam reuocata facit triplicem effectuȝ
in anima. Primo enim eam ſanat a languore
triſtitie. Secundo eleuat a longanimitate pa/
tientie. Tertio dulcorat amorem interioris le/
titie. ¶ Primo enim paſſio xp̃i animã ſanat a
lãguore triſtitie. Mẽs enim humana aduerſi/
tatibus ſepe concuſſa terreẜ ac territa quaſi a
ſue virtutis vigore deiecta p triſtitias lãgue/
ſcit. ſicq3 languenti menti diuina nõ ſapiũt hu
mana: ⁊ ſi ſibi noxiã eẽ ↄſpiciat. non eſt toto re
fugit: ſed ſanctus vir qui ſic intra ſemetipſum
fluctuat aduerſitate preſſus vt ad meliora cõ/
ſurgat ⁊ boni op̃is greſſum in veritate figat.
xp̃m paſſum ante mentis oculos ponat. q2 ſicẽ
dicit Greg. Si xp̃i paſſio ad memoriã reuoce
tur. nihil adeo duꝝ eſt quod non equo animo
tollereẜ. Ad heb. xij. Recogitate eũ qui talẽ ſu
ſtinuit aduerſus ſemetipſum ↄtradictionẽ: ſcȝ
xp̃m vt non fatigemini animis veſtris deficiẽ
tes. In huius figurã erecto ſerpente eneo in li
gno aſpicientes in eũ vulnerati a ſerpentibus
liberabanẜ. Nume. xxj. ¶ Scdo extendit ad
longanimitatem patiẽtie. deuulſo. n. lãguore
accidie p memoriã paſſionis. mens in deum
erecta longanimis efficiẜ ad tolerandum diu/
tius aduerſa. vñ. j. Pe. iiij. xp̃o paſſo in carne
⁊ vos eadem cogitatione armamini. In hui⁹
figuram mandauit antiochus rex. vt elephan
tibus qui erãt in bello oſtendereẜ ſanguis vue
⁊ mori vt acrius accẽdereẜ ad prelium. j. Ma
cha. vj. Similiter ad aſpectum p ↄſiderationẽ
ſanguinis chriſti qui ad modum vue dr̃ calca
tus in torculari crucis bellãtes ↄtra aduerſita
tes mũdi temptationes carnis ⁊ diaboli accen/
dunẜ ad reſiſtẽdum ⁊ bellãdum. ¶ Tertio dul
corat amorem letitie. quando. n. mens diu ad
uerſa ſuſtinet ⁊ ſepe ad memoriã paſſionẽ xp̃i
reuocat vt ad patientiã animeẜ non amplius
amara ſentit ſed dulcedinẽ mẽtis: que aliquã
do redũdat ẽt ad ſenſitiuã vt deſideret ampli⁹
pati. j. Cor. x. Fidelis deus q non patieẜ vos
tentari ſupra id quod poteſtis. ſed faciet cũ tẽ
tatione ẽt ꝓuẽtũ i hmõi figura legiẜ. Exo. xv.
q̇ filij iſrael in deſerto inuenientib⁹ aq̃s ama
ras vt nõ poſſent bibere. miſſo ligno de mãda
to dei in aq̃s dulcorate ſunt vt biberẽt delecta
biliter. Aque ſunt tribulatiões que frequẽter
occurrũt in deſerto hui⁹ mũdi: ⁊ in ſe amare
ſunt. ſȝ ligno crucis miſſo in eis. i. meditatiõe
habita de paſſione efficiunẜ dulces: vt q̃s pati
enter ⁊ delectabiliter ſuſtineat. Facit ad predi
cta qd̃ dr̃. vij. q. j. ſuggeſtũ. vbi dr̃. Nõ vos ca/
riſſ. mi a pio mẽtis ꝓpoſito afflictiõis amari/
tudo coerceat recedere. ↄſiderãtes q̃ta de⁹ et
dñs noſter ieſus xp̃s p nobis ꝑtulerit. q̄buſue
ↄtumelijs afficiẽdũ tradiderit. vt nos a iugo
diabolice ſeruitutis eriperet. hec ibi fidel mi/
les libenter patiẜ cũ rege ſuo ⁊ filius cũ p̃re.

¶ Secundum re/ .§.v.

medium eſt ſacra ſcriptura recitans magnifi/

ea facta ſanctorum patrum eorū maxime que aduerſa paſſi ſunt. Ad hoc enim ſpiritusſan/ ctus principaliter voluit antiquorum facta ſb ſcriptura redigi vt poſteri illa conſiderantes animarentur ad ſimilia ſuſtinenda ⁊ operāda vnde dicit apoſtolus ad Ro.xv. Quecūq; ſcri pta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam ⁊ conſo.⁊c̄. Et hoc eſt quod di citur Thob.ij. Hanc tentationem ſcilicet ceci/ tatis pmiſit deꝰ puenire illi vt poſteris daret exemplum patientie eius. Sicut ⁊ ſancti Job

De vti/ litate maloꝝ viris ſã ctis in malis conuer ſando

Eſt autem ſciendum ꝙ malorum ſocietas ſan ctis viris valet ad duo. propter quod aduerſa leuius ferre poſſunt. Primo ad augmentum meriti. dum enim iuſti p malos affligunt. in virtutibus creſcunt. ⁊ in patiendi arte erudi/ tiores ſiunt. vnde dicit Greg. in regiſtro. vbi erit patientia ſi deeſt quod toleret. ego illum abel eſſe non puto qui cayn non habuerit. Bo ni enim ſi ſine malis fuerint. pfecte boni eſſe non poſſunt. Miſericorditer ergo deus ſuis electis prouidet. dum in hoc mundo ad eorū exercitium malos eſſe permittit. ¶ Secundo ad purgationem peccati. Aliquando ei ſctōs viros contingit in dei obſequio per inertiam corporis aliorū laudibus inaniter extolli am plius ꝙ̄ debent de ſua ſanctitate preſumet ad que omnia reprimenda vtiles ſunt aduerſan/ tium calumnie. vt ſi quid in vita iuſtorū pur gandum extiterit prauorum ſocietate tollatur Jonathas ſummus ſacerdos ⁊ ſeniores iudeo rum cum eſſent vexati vndiq; bellis. nihilomi nus ſolacium ſacrarum ſcripturarum habere volebant. Unde ſcribentes ſpartiatis dicunt. Nos habētes ſolacio ſacros libros qui ſūt in manibus noſtris .j. Mach.xij. Exemplum eti am quod ponit Grego. in .iiij. dialo. de ſeruulo qui fuit pauper ⁊ diu infirmus qui emebat ſa cros libros ⁊ legere ſibi faciebat ab his quos recipiebat in ſui domo peregrinis qui mirabi liter vitam finiuit in bonum.

¶ Tertium reme/ .§.vi.

dium eſt conſideratio malorum impunitorū que alis commiſiſti. Nullus enim adeo iuſtus eſt qui non multa commiſerit contra deum. de qbꝰ ipſo deo miſerante vel diſſimulante. aut etiam differente nondum eſt punitus. ⁊ da/ to ꝙ aliquam penam habuerit non tamen il/ lam quam meruit. Uita etiam que in preſenti ducitur quātūcūq; ſancta videatur plena eſt peccatis ſi apud diſtrictum iudicem plenius indagetur. vnde dicit Augu. Ueh etiam vite laudabili iuſtorum ſi ipſam deus ſine miſeri/ cordia diſcutiat. Nulla ergo pena eſt iniuſta. que etiam iuſtis infertur. Et ideo in pſal. dicit Si iniquitates obſeruaueris domine: domi/ qui ſuſtinebit. Cryſoſt. Bonus non poteſt eſſe in omnibus bonus: ſed habet aliqua mala de pe.di.iij.c. quid ergo. Exemplum de fratribꝰ Joſeph qui deſcendentes in egyptum: tūc nil mali fecerunt. tamen paſſi ſunt magnā angu/ ſtiam ex facto Joſeph. ⁊ hoc propter peccatū prius multo ante commiſſum in venditione Joſeph. Uñ dicebāt. Merito hec patimur ⁊c̄.

¶ Quartum re/ .§.vij.

abuſus felicitatis humane

medium eſt conſideratio abutentium huma/ na felicitate. Communiter enim homines in proſperitatibus conſtituti in ſuperbiam ⁊ cor dis vanitatem eleuantur ad ſequendas etiam carnis delitias indebite efferuntur. Natura enim humana propter corruptionem peccati originalis infirma eſt. vnde ad bonum eſt dif/ ficilis: ⁊ ad mala prona. Et hoc eſt quod dicit apoſtolus ad Ro.vij. Nō enim quod volo bo/ num hoc facio. ſed quod nolo malum hoc ago cuius cauſam ibi ſubdit: video inquit aliam legem in mēbris meis repugnantē legi mē tis mee. Lex quidem membrorum eſt lex fomi tis peccati originalis. quod naturam corrum/ pit. Per hanc quidem legem homo inclinat ad malum contra rationem que eſt lex mētis. Quando ergo cum hoc interiori motiuo in/ clinante ad peccatum: habet etiam extra moti uum humane proſperitatis: que etiā de ſe di ſponit ad hoc ex duplici parte ad ruinam in/ clinatur peccati. ⁊ propter hoc vix aliquis in/ uenitur in proſperitate conſtitutus qui bñ ea vtatur. Nam ſicut dicit philoſophus. Nō eſt niſi virtuoſi viri bene ferre bonas fortunas. Maxime autem qui alijs preferūt. bonas for tunas bene ferre neſciunt: quia preter ea ꝙ̄ di/ cta ſunt inclinantia ad peccatum habent terti um. quod etiam ad hoc impellit: ſcilicet emi/ nentiam ſuper ceteros. qua ſe non homines. ſed ſuper homines putant propter qꝺ ad mul ta ſcelera ⁊ tyrannides erumpūt. Exempla in Salomone. Dauid ezechia qui in proſperita/ te grauiter deliquerunt: in aduerſitate vero reuerſi ſunt ad deum: vnde ⁊ ſalomon poſtea fecit librum eccleſiaſtes: quem hebrei intitu/ lant de penitentia ſalomonis. Et hoc etiam di cit Amb. ⁊ Hieronymus.

De cāp nitatis ad ma/ lum

¶ Quintum re/ .§.viij.

medium eſt conſideratio mutabilis ⁊ miſera/ bilis ſtatus vite preſentis. Factus eſt eni mun dus iſte admodum cuiuſdam circuli. ſicut di/ cit quidam philoſophus Et hoc quidem verū eſt non quantum ad motum celi ad quem ſeq tur ſucceſſio temporis: ſcilicet quantū ad cō/

Miſe/ rabilis ſtatꝰ vi/ te pñtis

tinuos motus ⁊ diuerſos euentus q̄ eueniunt
circa hoīem. vt veꝝ ſit ſm philoſophum ꝙ cō
tinuū motū ſuperioꝝ ſequit̄ continua trāſmu
tatio inferioꝝ. ꝓpter quod humana vita conti
nue labit̄. ⁊ in quadā agitatiōe conſiſtit. vnde
dixerunt ꝙ ex motu celi ⁊ tempoꝛis adiacētia
relinquebatur in re tempoꝛali quedā tabefa//
ctio ⁊ diſpoſitio ad coꝛruptionē quā appella/
uerunt. qū. Eſt aūt mundus iſte ſub hoc oꝛdi//
ne taliter conſtitutus: vt non huius mentis aſ/
fectum fingamus credētes hanc vitam homi/
ni eē conceſſam pro requie ⁊ habitatione pātrie
ſed potius ex his aduertamus eā eſſe datam ꝑ
quodam nauigio tranſeūtiū: ⁊ ad tempus pe/
regrinantium: ⁊ ſic compellamur aliā melioꝛē
vitā credere ⁊ illā deſiderare: ⁊ in hoc mūdus
eſt optime conſtitutus. Nam ſi ſtabilioꝛ foꝛet
⁊ proſpera ſemper daret hominem nimis tra
heret ad ſui dilectionē ſeu ad ſe diligendum.
⁊ tunc nihil aliud quereret ꝗ̄ quod oculis cer
neret ac per hoc celum perderet ad quod ha/
bitandum factus eſt. Sed dū vita pꝛeſens nō
in eodem ſtatu permanet ⁊ frequenter aduerſa
pꝛopinat. hoīem quem ſic frequēter ꝯterendo
agitat ad alium diligendū compellit. vnde di
cit Greg. Ipſe mundus dum tot amaritudini
bus cruciat. dum tot calamitatibus ingemi//
nat quid aliud niſi vt nō ametur clamat.

❡Sextum reme/ .§. ix.

dium eſt conſideratio diuine miſerationis: q̄
vt dicit Greg. quoſdam hic deus parcendo fe/ *Diuine*
rit. ⁊ quibuſdam parcit vt in perpetuū feriat *miſera/*
ſicut enim per Joan. d̄r Apoc. iij. Ego quos *tionis*
amo coꝛrigo ⁊ caſtigo. Et apl̄s ad Heb. ij. di//
cit. Flagellat omnem filium quem recipit. qua
re autem neceſſe ſit dei filios in hac vita fla// *De cā q̄*
gellari. cauſa eſt. q: nemo eſt in hac vita tā iu/ *re boni*
ſtus qui non committat aliqua peccata leuia q̄ *hic fla*
⁊ ſi non mereant̄ penam eternam: neceſſe ē ta *gellant̄*
men ea aliqua pena puniri: q: nullū peccatum
trāſit impunitū. Miſericoꝛditer ergo agit̄ cū
hoīe qñ peccata ſine qbus in hac vita nō viuit
per aliqua aduerſa purgant̄ vt in alia vita a pe
nis libere exiſtant. vñ dicit Greg. ꝙ ſignū miſe
rātōis dei eſt qñ qs culpa ꝑpetrata moꝛ diuina
vltione punit̄. Eſt enim magnū argumētuꝫ ꝙ
ad maioꝛa bona illos ꝯſeruat quos pñtibus
bonis ꝓuat. q: niſi coꝛreptis deus hereditatē
dare diſponeret erudire eos ꝑ moleſtias non
curaret. vñ dicit Sen̄. in lib. de pꝛouidētia. ꝙ
deus ad bonos viros nō hꝫ aīum maternū: ſꝫ
paternū. Matres. n. in ſinu filios fouent: ⁊ eos
demulcēdo ꝑ inertiā lāgueſcere faciūt. Pātres
vero filios laboꝛibꝰ ⁊ exercitijs agitātes pꝛo/
bant: vt eruditoꝛes fiāt: vere ergo deus pater

ē his quos ꝑ flagella emēdādo caſtigat: vñ d̄r
Pꝛouerb. xiij. Qui parcit virge odit filiuꝫ ſuū
Qui aūt diligit inſtāter erudit: vt ergo deus
hos quos ī filios recipit erudiat: virga flagel
lationis vtit̄ per quā ſtultitiā colligatā in coꝛ/
de pueri. i. hominis pueriliter viuētis fugat:
ſicut d̄r in eo. lib. ꝓuerb. Facit ad hoc qđ habe
tur de pe. di. j. ſi peccatū: vbi d̄r. Ab electoꝛum
ſuoꝝ ſoꝛdibꝰ deus curat peccatoꝝ ſuoꝝ macu
las tēpoꝛali afflictiōe abſtergere quas in eis
in eternū nō vult videre. i. punire. Exēplū in
maria ſoꝛoꝛe aarō ꝑcuſſa lepꝛa ꝓꝑ murmura//
tionē. Nu. xij. Ad hͦ figurādū legit̄ Exo. xij. ꝙ
egyptij laboꝛibꝰ ⁊ moleſtijs tādiu iudeos afflī
xerūt ꝙ eos cōpulerūt egyptū relinquer̄. ⁊ ad
ſacrificādū deo deſertū intrare: dicēte ſcriptu
ra Exo. xij. Urgebāt egyptij ppl̄m iſraeliticuꝫ
de terra ſua exire. Per egyptū que interpꝛeta
tur tenebꝛa ſignificatur mūdus tenebꝛoſus q̄
ꝑ multa aduerſa que aduerſum hoīem mittit
eū a ſe exire facit: ⁊ ꝙ ad deū fugiat quaſi inui
tum cogit. ſm illud Greg. Mala que nos hic
ꝓmunt ad deum ire nos compellunt. Ad hoc
etiā facit illđ Oſee. ij. c. Ecce ſepiam vias tu/
as ſpinis ⁊c̄. ibi vide ⁊ illud Lu. xiiij. Exi ī vi/
as ⁊ ſepes ⁊ compelle intrare.

❡Septimum re/ .§. x.

medium quod eſt coniunctū ꝓcedēti eſt ꝯſide
ratio diuine ꝓbatiōis: q: deus in hac vita ali/
quos felices facit q: eos nulla aduerſitate pꝛe
mit vt eos miſeros ī illa vita ꝯſtituat. Nullus *Cōſide/*
eſt. n. tā a deo aduerſus q̄ nō aliqua de gñe bo *ratio di*
noꝝ faciat: ⁊ cū nullū bonū ſit quod ſua retri/ *uine ꝓ*
butiōe careat reſpondet deus ꝓ ꝓmio nō ma/ *batiōis*
gna bona alterius vite: q: ꝓmium nimis exce
deret meritū: ſed cōcedit aliqua pꝛoſpera vi
te ꝓſentis: que ſunt parua bona. Et hoc eſt ſi/
gnū eterne dānationis: ſicut dicit Greg. Cōti
nuus inquit ſucceſſus tēpoꝛalium eſt certum
future calamitatis indiciū de hoc dei iudicio
occulto ⁊ tñ iuſto. Hieremias cū deo diſputās
querit. Quare inqt via impioꝝ ꝓſpat̄ bñ ē oi/
bus q̄ ꝓuaricant̄ ⁊ male agūt: plātaſti eos ⁊ ra *Hier.*
dicē miſerūt ꝓducūt ⁊ faciūt fructū. ꝓpe es tu *xij. c.*
oꝛi eoꝝ ⁊ lōge a coꝛde eoꝝ. q. d. Impij ꝓſpari
videnť: q: tu deꝰ firmas eos in tpalibꝰ bonis ⁊
in eis ꝓficiūt: ſi te inuocāt ꝑ hmōi acgrēdis ꝑ
pe es eoꝝ exauditiōi ⁊ a vberatiōe renū coꝛuꝫ
lōge: vñ hic rñdet ⁊ ꝓcat̄. Cōgrega eos ꝗ̄ſi gre
gē ad victimā. q. d. Ad victimā infernalis pe
ne velut grex poꝛcoꝝ ſunt ꝯgregādi. ⁊ tūc ſan
ctificabis eos. i. te in eis vt ſanctus ⁊ iuſtus ap
pareas: vleiſcēdo te de eis in die occiſionis eo
rū: vñ Greg. In iuſtus ad debitā moꝛtē currēs
effrenatis voluptatibꝰ vtit̄ q: ⁊ vituli q̄ mactā

di ſunt in liberis paſcuis relinquunt:vñ ergo
dicit Sen.in lib.de puidẽ. Nihil inqt infelici
us eo cui nunꝗ̄ accidit aliqd aduerſi:male.n.
iudicauerũt dij de eo. Facit ad hoc qđ habet
de pe.di.iij. Quid ergo turbamur. Nemo vi
dẽs malos pſpitatẽ hr̃e.turbet. Nõ põt malus
in oſb⁹ eẽ malus:ſʒ hʒ aliqua bona p qb⁹ remu
nerat tpali pſpitate:vt in alio mũdo plene pu
niat. Exẽplũ de diuite epulone ſepulto in in/
ferno:cui dictũ fuit. Recepiſti bõa in vita tua
Lu.xvi. Exẽplũ ẽt de illo vbi hoſpitatus ẽ.b.
Amb. Uadens romã q ſp habuerat magnã p
ſperitatẽ.ꝛ poſt receſſuʒ Amb.ꝛ ſocioꝝ ad ad/
monitionem eius abſorptus eſt a terra cum
omnibus ad ſe pertinentibus:ꝛ remanſit ſi/
gnum profundiſſima fouea.

Octauum re/ .§.xi.

De malis eſſe ctib' pſpitatis

medium eſt cõſideratio ignorantie ꝛ cecitatis
quã inducit ſtatus pſperitatis. Dementiã mi
rabilẽ icurrit homo pro proſperitate arriden
te ſibi.quod foris:ꝛ in pñti tñ eſt. Homo.n.ſen
ſualis qui nimis in delectationib⁹ ſenſuuʒ de
lectat ſolũ ad hoc:ꝛ nũc mouet.nõ extendens
ſe ad futuꝝ tps.aut nõ putãs ꝙ futuꝝ tps aliđ
ſecũ ferat ꝙ̄ pñs nunc habeat. Et ideo more
bruti hoc ſolum apprehendit quod ſentit. Et
ſic aliud non nouit ꝙ̄ ꝙ eius ſenſib⁹ pſentiali
ter offertur propter quod his qbus delectan
do inheret vehemẽter affectus:ea ſola cogitat
ſine ſucceſſione contrarij. Sʒ in hoc eſt magna
hominis ſtoliditas qui tanto falſitatis errore
decipitur nõ conſiderans ꝙ ea que in tẽpore
agantur ꝯtrarijs ſucceſſibus immutant. Car/
nalis voluptas iuuẽtutẽ delectat.ſed ſi infirmi
tas aut ſenectus aduenerit quoꝝ alteꝝ vl̃ vtrũ
ꝙ vitari nõ põt corpus cõterit cui mox carna
lia aut deſpicit aut deficiũt. Ecce oſtẽſa carnis
oblectamẽta:ꝙ̄cito hoiez fallẽdo derelinquũt
diuitie hoi ſufficiẽtiam promittunt: ſʒ hec p/
miſſio falſa eſt ꝛ incerta. Latronũ eniʒ inſidijs
ac fortuitis euẽtibus ꝛ piculis ſubſunt: vnde
ſuos poſſeſſores deſerẽdo fallũt. Frequẽter.n.
ſicẽ ſacra ſcriptura teſtat diuitie ꝯgregant i ma
lũ dñi ſui.tũ q: p laborẽ ꝛ ſollicitudinẽ acqrũ
tur.ꝛ cũ timore poſſident:tũ ẽt q: eaꝝ abuſus
vtẽtes ad pniſioſos terminos deducũt:ſicut ſe
pe docuit experiẽtia. Honores hominẽ in ſubli
me ponũt:ſʒ diu in alto eũ ſtare nõ ſinũt. Mõ/
tibus enim valles ſemp adiungunt nec mons
ſine valle fuit.ſicut nec clari diu ſine depſ iđe
manẽt. Omnis.n.qui ſe exaltat humiliabitur
ait veritas in euangel'. Generoſa proles clari/
tatẽ genitori tribuere videt:ſʒ frequenter me
ſtitiam adducit ꝛ dolorẽ:ꝛ vñ pr̃ gloriã ſe hre
credit:inde frequẽter patitur ignominiaʒ. In
cunctis ergo humana proſperitas hominem
decipit:ꝛ ſe falſam oſtendit: quia que exteri⁹
ſe habere pretendit:veraciter ſuis amatorib⁹
non tribuit. Exemplum de diuite cuius ager
vberes fructus attulit.cui dictum fuit. Stulte
animam tuam ac nocte repentet a te ꝛc̃. Luc.
xij. Ibi vide. Et ꝙ facit proſperitas hominem
quaſi fatuum oſtendit Amb. ſuper Lucam in
dicta parabola dicens. Sicut qui per inſanieʒ
mente tranſlati ſunt:non iam res ipſas prout
ſunt:ſed paſſionis ſue fantaſias vident. Ita
etiam mens auari vinculis cupiditatis aſtri/
cta ſemper aurum videt:ſemper redditus cõ
putat gratius aurum ꝙ̄ ſolem intuetur ꝛc̃. Et
habetur diſt.xlvij.ſicut hi.

Nonum reme/ .§.xij.

dium ẽ conſideratio breuitatis tpis quod in Breuitatis vite
aduerſitate conſpicitur. Tps.n.vite pñtis bre
ue ẽ ꝛ quaſi momẽtu i compatione vite eter/
ne.vñ dicit Iaco.in cano.ſua.c.iiij. Quid.n.ẽ
vita noſtra niſi vapor ad modicum parẽs. Et
in Eſa. Dicẽte domino prophete ꝙ clamaret.
quid clamabo inquit. Clama. Omnis caro fe
num. Fenum quidẽ cito decidit:ꝛ caro breui
tpe marceſcit. In breui g̃ tpe diu protẽdi ad/
uerſa non poſſunt. Ex breui g̃ tp e breuis erit
patiẽtis aduerſitas.vñ dicit aplſ.ij. ad Cor.
iiij. Id quod i pñti ẽ momẽtaneũ ꝛ leue tribu
latiõis noſtre ſupra modũ in ſublimitate opa
tur in nobis eterne glie põdus.quod.n. dicit
eterne glie põdus rñdit ei ꝙ dixerat momẽta
neũ ꝛ leue tribulatiõis nr̃e. Nã id qđ in pñti ẽ
momẽtaneũ ꝛ breue ṽtute patiẽtie cõmutat in
eternũ. Qz vo dicit leue.ſ.ad portãdũ cõmuta
tur in põdus glie ꝗ̃ tãto erit ſuauior:ꝙ̄to põ/
deroſior:.i.intẽſior. Felix cõmutatio ꝛ penitus
hec mutatio dextre excelſi de breui ꝛ trãſitorio
ad eternũ.de leui pena ad imẽſitatẽ glie puе/
nire. Signãter aũt ſubiũgit aplſus leue ꝛ mo/
mẽtaneũ:q: ꝙ̄tũcũꝙ tribulato ſit breuis in
tpe ſemp tñ tribulato de⁹ aſſiſtit vt leui⁹ tribu
lationẽ ferat. Pñtia g̃ diuine ꝯſolatiõis ẽt ipʒ
momẽtũ tribulatiõis alleuiat pp hoc bñ dicit
aplſ.ꝙ deus facit cũ tẽtatiõe puẽtũ. vñ Eſa.
xliij. Cũ trãſieris p aqs tecũ ero ꝛ flumina nõ
opuẽt te.ꝛ cũ ãbulaueris in igne nõ cõbureris
Tres pueri ſocij danielis.ſ.ananias:azarias:
ꝛ miſahel:q: noluerunt adorare ſtatuã:miſſi
ſunt i fornacẽ ardẽtiſſimã:ſʒ valde modicũ ſte
terũt:ꝛ ẽt p illo modico non contriſtauit eos
ignis:ſʒ pfuſi ſũt rore celeſti. Dañ.iij. ſic bõi ꝛ
ſi ponũt in magnis tribulatiõib⁹. q: nolũt ſe
mundo ꝯformare ꝛ iniuſtis preceptis obedi
re. Modicum durat tribulatio.ꝛ tũc ẽt mẽta
liter a deo ꝯſolant.ſicẽ xpo agonizãti i horto in

oꝛatione apparuit angelus confoꝛtans eum.

Nobili ¶Decimum re/ .§.xiij.

tatis ꝑ/ mediū eſt ꝯſideratio nobilitatis ꝓpꝛie nature
pꝛie na ad quā exterioꝛa aduerſa nō ptingunt. Aduer
ture. ſa enim que diuitias tollunt nō animi ſed foꝛ/
tune bona diripiunt. Nō ergo homo toꝛque/
ri habet in aduerſis ſed potius debet de aper/
tis inſidijs ſecurus exiſtere. qꝛ ſicut dicit Sen.
Munera foꝛtune ſunt inſidie et quaſi viſcata
beneficia. qꝺ enim ſub fluctuātibus bonis fal
lacijs foꝛtune latebat: ſuccedens mutatio de/
texit. Narrat Ualerius maximus de Craſſo q
ꝓpter magnitudinem diuitiarum locupletis
nomen accepit: inopia ſubſequente appellati/
onem dedecoꝛis foꝛitus eſt. Nā cum egenus
ambularet amara ſuggillatiōe nō carebat. Ab
occurrētibus eniꝫ deriſoꝛie diues ſalutabaṫ.
Item aduerſa que ab honoꝛibus depꝛimunt:
nihil ab honoꝛato demunt. nō enim honoꝛ eſt
in honoꝛato ſed in honoꝛātis opatione. Ni/
hil ergo ꝑdit animus verus qui vanitati non
cupit inflari. nō enim honoꝛ homini tribuit
veritatem ſed opionem que tāto eſt fragilioꝛ
quāto multitudo que de hoīe opinaṫ eſt muta
bilioꝛ. Infinitis enim modis aut ꝑſuaſionibꝰ
aut circa rem nō mutatam accidētibus muta
tis. vulgi opīo mutaṫ. Exēplum de xp̄o q do/
minica in ramiſpalmarū fuit ita honoꝛificatꝰ
⁊ magnificatus in pplo iudeoꝝ: ⁊ ſequenti fe/
ria ſexta ita abominatus ⁊ deſpectus ⁊ moꝛ/
tuus eſt. Narrat etiam Ualerius de quodam
alio noīe Craſſo: qui tanta in ꝯſulatu claritate
refulſit vt ſenatus patronus diceret. Deinde
ppli opīone mutata ante totius romani vulgi
aſpectum manibus carnificuꝫ fuit laceratus.
Item accidētia egritudinum ⁊ incōmoda ſe/
nectutis tm̄ coꝛpus frangunt: ad animū autē
nō attingunt. Coꝛpus enim inſtrm̄ eſt anime:
maxime in acquirēdo virtutē. Nō refert autē
quale ſit inſtrm̄ vel cuiuſmodi materie. dum/
modo deſeruiat agenti ad effectum ſui opis.
Animus aūt oꝛdinatus eque coꝛpoꝛe ꝯfracto.
ſicut ſano vtiṫ ad virtutem. imo coꝛpus vali/
dum frequēter infirmis animis occaſio ruine
eſt. Unde Ambꝛo. Qꝺ nocet coꝛpoꝛi iuuat ſpi
ritum. egritudo carnis peccatum repellit. Lu
xuria ⁊ ꝓſperitas pctm̄ adolet. i. nutrit. de pe.
di. iij. Nō ergo aduerſa quecūqꝫ pn̄t aīum tā/
gere: niſi qn̄ quis in eis imergiṫ. vn̄ Sen. in
li. de ira dicit. Ut ſuperioꝛ pars mūdi ⁊ oꝛdi/
natioꝛ ⁊ ꝓpinquioꝛ ſiderib⁹ nō impelliṫ tē/
peſtate: ⁊ caret tumultu omni. īferioꝛa vō ful/
minant. Sic ſublimis animus. ſ. p virtutem
ſemp eſt quietus ⁊ tranquilla ſtatione locatus
Et ideo ꝓbat idem ſupꝛa in eodem li. ꝙ ſapi/
ens nihil pōt ꝑdere. qꝛ oīa in ſe repoſuit: qꝺ
ꝓbat exemplo cuiuſdā phi qui capta ciuitate
ſua cum oīa ꝑdidiſſet etiaꝫ filios. veniens ad
aliā patriā. interrogatus an aliquid ꝑdidiſſet
Rn̄dit. nihil. oīa enim mea mecū ſunt. Et lo/
quebaṫ de virtutibus ⁊ ſcīa. In huius figurā
legiṫ Matth. iiij. Dn̄m xp̄um ſiccis pedibus
ſup vndas ambulaſſe. ad innuendum ꝙ diui/
nus homo ſuper huius mūdi varios euentus
tanqꝫ ſup fluctuantes vndas pedes ſuoꝝ affe/
ctuum debet hēre eleuatos. Hoc aūt homo aſ
ſequiṫ qn̄ per ꝯtēplationē ad diuina ꝯſurgit.
Tūc. n. aduerſa nō timet. vn̄ Iob dicebat. Po/
ne me iuxͣ te ⁊ cuiuſuis manus pugnet ꝯ me.

¶Undecimum .§.xiiij.

remedium eſt cōſideratio penarum quas mū/ ꝯſidera
dani hoīes ſuſtinent in peccatis adimplendis tiōis pe
vel tēpoꝛalibus acqrendis. Uidemus enim ꝙ narum
hoīes mundi vt adimplere poſſint ſua deſide/
ria: aut aliqua lucra dānoſa facere. infinita pe/
ricula ſubeunt quotidianis cruciatibus affli/
guntur: moꝛtibus: itineribus: ⁊ periculis ma/
ris. ⁊ latronum ſe exponunt. ⁊ frequenter con/
cupita non aſſequuntur. ſed poſt multos labo/
res quos in huiuſmodi conatibus habēt. cru/
ciatum gehēnalem pro fructu recipiunt. Un/
de dicitur Eccleſiaſtici. xxj. Uia peccantium cō
plantata lapidibus. ⁊ in fine illius inferi ⁊ te/
nebꝛe ⁊ pene. Ad litteram. Uia peccantium eſt
lapidoſa ⁊ difficilis ad tranſeūdum. Et termi/
nus ad quem deducit eſt doloꝛibus plenus. Et
hoc eſt quod dicunt dānati Sapientie. v. Laſ/
ſati ſumus in via iniquitatis ⁊ ꝑditionis. am/
bulauimus vias difficiles. viam autem domi
ni ignoꝛauimus. Si ergo tot aduerſa ſuſtinēt
pꝛo his noxijs acquirēdis. ad que frequenter
ſequitur pena eterne damnationis. magnuꝫ re
medium datur iuſtis ad ſuſtinendum patien/
ter aduerſa pꝛo vita bona ⁊ beata.

¶Duodecimuꝫ .§.xv. Duode

remedium. eſt conſideratio irritationis ⁊ triſti cimū re
tie quam incurrit homo per impatientiā. Ubi mediū.
ſciendum ꝙ homo habet duplex generale re/
medium ad quod debet recurrere quando ad/ duplex
uerſa patitur. Unum quidem eſt regula pꝛope remedi
rationis per quam poteſt ſuos motus compe/ uꝫ ⁊ ge
ſcere. ⁊ infra pꝛopꝛios limites ſe tenere. Debet nerale
enim homo bonum rationis pꝛepōderare om ꝯ impa
nibus bonis extrinſecis ⁊ vindictis quarum/ tientiaꝫ.
cūqꝫ iniuriarum. quas tanqꝫ magnanimus de
bet paruipendere ⁊ a memoꝛia repellere. tunc
enim in mente ſua quietus erit nulla moleſtia
agitatus. vnde dicitur de Octauiano. ꝙ om/
nium recoꝛdabaṫ pꝛeterqꝫ iniuriaꝝ. Aliud re/

mediū efficacius ⁊ principalius eſt regula eter
na que eſt ipſe deus. Qñ enim homo per virtu
tem rōnis ſibi non ſufficit: humanis ſiquidez
ſubſidijs vndiqꝫ deficientibꝰ. animum debet
ad deum leuare. ⁊ ab ipſo qui ſolus eſt adiutor
in tribulationibus ſubſidium petere. Uñ ma
lignis mouentibus ſmones aduerſus iuſtos.
⁊ iacula penetrant ia corda pſal. Hoc remediū
perſuadet di. Iacta cogitatum tuū in domino
⁊ ipſe te enutriet. Qȯ bene legitur feciſſe Jo/
ſaphat rex iuda. qui audito ꝙ multitudo ma/
xima contra eum veniebat a qua nullo huma
no ſubſidio poterat ſe defendere. totum ſe cō
tulit ad rogandum dominuz dicens. Cū igno
remus quid agere debeamus. hoc ſolum reſi/
dui habemus: oculos noſtros ad te erigamus
ij. Paralyp. xx. Hoc duplici refugio priuat ſe
homo per impatientiam. ſ. rationis ⁊ dei. Ni
hil autem homini perniculoſius ⁊ damnoſius
ꝙ̄ irreuerentibus aduerſitatibus dare ſe im/
patientie ⁊ deſperationi. Exemplum in Achi/
tofel. quia ex eo ꝙ non fuit factum ſm conſili/
um ſuum tanto dolore conſternatus eſt ꝙ ſeip
ſum ſuſpendit. ij. Regum. xvij.

Tredecimum remedium contra ipatientiam

¶ Tredecimum .§. xvi.

remedium eſt conſideratio neceſſitatis patien
di. quia aliter ad regnum dei non peruenitur
Unde dicitur in actibus apoſtolorum. xiiij. c.
Per multas tribulationes oportet nos intra/
re in regnum celorum. Magna enim bōa nō
acquiruntur niſi magno labore. aut magno ꝓ/
cio ſeu valore. Ecce vt lucreris rem eternā. ma
ria tranſis. ſpacia terrarum peragis infinitis
periculis. laboribus. ſudoribꝰ te exponis quā
to magis ſi deum ⁊ celum acquirere velis. me
rito ergo aliqua aduerſitate exercitandi ſumꝰ
qui tot bona reſeruamus. vt dicit Greg. Si il/
lic dulcia petimus neceſſe eſt vt hic prius ama
ra toleremus. ⁊ Aug. dicit. Quid mirum ſi fla
gellat cuſtodiēs paruulos dominus quos gra
tia deus querit heredes. Bene ergo dictū eſt
in eccleſiaſtico. Uſqꝫ in tempus ſuſtinebit pa/
tiens ⁊ poſtea reditio iocunditatis. qȯ de eter
na iocunditate intelligendum eſt. ⁊ ꝙ indubi
tanter credas de hac vita aliter non poſſe tran
ſire. Attende ꝙ ille qui erat dominꝰ. ⁊ cui nul
la pena debebatur. quia peccatū non fecit nec
inuentus eſt dolus in ore eius. vt dicit Eſaias
non aliter de hoc mundo tranſiuit. vnde diſci
pulis euntibus in emaus arguendo dixit. nō
ne oportuit chriſtum ſic pati. ⁊ ita intrare in
gloriam ſuam. Ad hoc ſunt ꝙ̄plurime aucto
ritates. vt dicitur Matth. v. Beati qui perſe/
cutionem patiuntur propter iuſtitiam. ⁊ Job
v. Beatus qui corripitur a domino. ⁊ Jacob.
j. Beatus vir qui ſuffert tentationem ⁊c. ⁊ j.
Petri. iij. ſi quid patimini propter iuſtitiam
beati. Apoſtolus hanc conſequentiam neceſſa
riam oſtendit. ij. ad titum. iij. di. omnes q pie
volunt viuere in chriſto ieſu. neceſſe eſt vt per
ſecutionem patiantur. ⁊ Liberiꝰ papa Matth.
x. Qui pſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſaluꝰ erit
Unde namqꝫ beata perſeuerantia eſt niſi a vir
tute patientie: quoniam ſm apoſtoluz. omnes
qui pie volunt ⁊ c̄. vij. q. j. ſuggeſtum. ⁊ Aug.
q. e. §. eſt ⁊ aliud genus: eſt perſecutio iuſti vł
a leone impetu vel a dracone inſidijs: ideſt vł
manifeſta vt per tyrannos. vel occulta vt per
mala exempla hominuz. vnde omnes clamēt
Deus in adiutorium meum inten. exemplum
in lazaro vlceroſo. in Gregorio papa tam infir
mo. ⁊ in alijs multis.

¶ Quartūdeci/ .§. xvij.

Quartūdecimū remediū ꝫ ipatientiam

mum remedium eſt conſideratio diuine pro/
uidentie. ſe extendens ad omnia que circa ho
mines diſponuntur. vbi ſciendum ꝙ diuina
prouidentia includit duo: ſcilicet cognitionē
de rebus. ⁊ eorum directionem in finem. Co/
gnitio quidem eſt vniuerſalis ⁊ perfecta per/
tingens vſqꝫ ad minima rei. ſm illud quod
dixit dominus Luce. xij. capilli capitis veſtri
omnes numerati ſunt. cum tm̄ deus agat per
intellectum ad tantum ſe extendit eius cogni
tio ad quantum ſe extendit eius cauſalitas: cū
autem deus ſit primum ⁊ vniuerſale agēs: eiꝰ
cauſalitas ad omnia entia ſe extendit: non ſo/
lum quantum ad ſpecies rerum. ſed etiā quā/
tum ad indiuidua. ⁊ quecunqꝫ indiuiduis ac
cidunt vel accidere poſſunt. Neceſſe eſt ergo
omnia hec eius cognitiōi ſubiacere. vnde de
diuina ſapientia dictum eſt. Sap. viij. Attin
git a fine vſqꝫ ad finem fortiter ⁊ diſponit om
nia ſuauiter. Quicquid ergo agit circa creatu
ras quantūcunqꝫ minimas a deo eſt prouiſuz
cum nihil ſapientie ſue occultum effugiat. nā
ſicut dicitur ad Heb. iiij. Omnia nuda ⁊ aper
ta ſunt oculis eius. Ulterius directio rerum in
finem que in nomine prouidentie importatur
eſt quedam ordinatio in deum. cum deus ſit fi
nis omnium creaturarum. ⁊ maxime rationa
bilis que vſqꝫ ad participationem ſue beatitu
dinis nata eſt pertingere. Quod autem deus
ordinet hominem in ſeipſum ſe ei pro fine ex
hibendo eſt ſignum ineffabilis dilectionis: nā
cum deus ſit ſumme bonus ſummum bonum
hominis eſt ad ipſum peruenire poſſe. deus
ergo qui eſt rerum omnium cognitor ⁊ earuz
in ſeipſo ordinator cognoſcit menſuram vir
tutis humane. vnde interdum ei ſubtrahit ex
teriora bona. ⁊ aduerſa immittit eo ꝙ confide

rat hec expedire ad conſecutionem eterne feli
citatis. Predictis igitur diligenter inſpectis
homo in aduerſitate conſtitutus debet cogita
re aduerſa que ſibi eueniunt eē cognita a deo
nec ea caſualiter eueniſſe. inſuper conſideret
deum eſſe patrem ſuum. ⁊ ex hoc pium proui/
ſorem qui nihil ſue creature inferret. vel eue/
nire permitteret. niſi quod ſibi ad ſalutem ex/
pedire cognoſceret. Pater enim filium diligit
⁊ vim flagelli quo filium verberat nouit. Ex p̄
dicta conſideratione homo inter filios dei ſe
conſtituit aduerſa ſuſtinens: ⁊ tunc pro certo
teneat ea ad ſalutem anime deo diſponente or/
dinari. ſm̄ illud apoſtoli ad Roma. viij. Dili/
gentibus deum omnia cooperantur in bonū.
Exemplum. Moyſes percuſſo egyptio ⁊ rep̄/
henſo hebreo diu exulauit in terra madian. pa
ſcens oues Jethro ſoceri ſui tandem per diui
nam prouidentiam deus pharaonis conſtitui
tur princeps iudeorum efficitur. ⁊ diuinis allo
cutionibus vltra omnes amicos dei perfruitur.
Dauid infantulus ab hominibus deſpectus.
ſed ante oculos diuine prouidentie magnus
in regem aſſumitur. j. Reguꝫ. xvj. Et poſt mul
tas perſecutiones a Saule perpeſſas regnum
temporale conſequitur. ⁊ poſtea eternum.

Quin/ tūdeci/ mū re/ mediū ꝯ impa tientiaꝫ

Quintūdeci/ .§. xviij.

mum ⁊ vltimum remedium eſt conſideratio
fructuum qui ex aduerſitate conſequunt̄. Fru
ctus autem poſſunt numerari ſex. quorūꝫ tres
pertinent ad peccatores qui ex aduerſitate cor
riguntur. Primus eſt intellectus excecati illu
minatio. Secundus voluntatis deprauate p̄/
mutatio. Tertius ꝯcupiſcentie refrenatio. Pri

De fru ctib⁹ ſu p vtilita tib⁹ ad uerſita tum

mo ergo ex aduerſitate intellectus illuminat̄.
Circa quod ſciendum q̄ oculus anime ad vi/
dendum ea que ſunt agēda eſt intellectus. Eſt
enim ſicut lucerna in domo per quam cernun
tur omnia que in eo ſunt. que ſi extinguitur:
iam omnia in tenebris fiunt ⁊ nihil videri po

Prima vtilitas

teſt: ſic ⁊ ſi lumine intellectus obtenebreſcit.
quicquid in te erit tenebroſum erit. Juxta il/
lud quod dicitur in euangelio. Si oculus tu⁹
fuerit: nequā. ſ. per luminis priuationem. totuꝫ
corpus tuum tenebroſum erit. Diabolus autē
volens hominēꝫ totaliter perdere in tenebris
peccatorum incipit ab intellectu: quia eſt lu/
cerna vt ipſum obſcuret ne videat quod agen
dum ſit. Hoc enim habito facile eſt ei hominē
ducere quo vult ſicut qui duxerit cecum quo/
cunq̄ ſe vertat cecum faciliter trahit. Exēplū
in nabuchodonoſor qui in proſperitate conſti
tutus in tantam mentis cecitatem deuenit vt
ſuperbe diceret. Nonne hec eſt babylon ma/
gna quam ego edificaui in robore fortitudi/
nis mee ⁊c. Sed hoc dicto fuit ita a deo puni/
tus vt amiſſo vſu rationis verteretur in beſti
am quantum ad eſtimationem aliorum aſpici
entium eum. vnde cum beſtijs in deſerto ha/
bitauit per. vij. tempora. ideſt annos: vel ſꝫ ali
os: ideſt ſeptem menſes. Dañ. iiij. de pe. di. j.
§. ex his itaq̄. ¶ Secundo ex aduerſitate vo/ Scd̄a vtilitas
luntas deprauata in melius commutat̄. Ali/
quando enim contingit q̄ homo rebus tem/
poralibus deditus tantum immergitur in ea
rum amorem q̄ nullis perſuaſionibus moni/
tis ſeu predicationibus euelli poteſt. ſed inſe/
parabiliter cum mundo videtur ligatus. ſm̄
illud pſal. Cōglutinatus eſt in terra venter me
us. Aliqui vero admodum terreſtrium anima
lium repentium. que a terra eleuari non po/
teſt terrenis ⁊ caducis inhiant ⁊ adherent: tūc
autem iraſcentis dei ſignum eſt ſicut dictum
eſt ſupra: ſi ſic laſſatis habenis libere agant. qc
quid eorum volūtati placitum fuerit nulla ad
uerſitate concuſſi. His enim tanq̄ deſperatis
diuina ſeueritas acrius ſupplicium reſeruat.
Unde pulchre dicit Ualerius maximus. Len
to gradu ad ſui vindictaꝫ diuina procedit ira
tarditatemq̄ cum ſupplicij grauitate compē
ſat: ⁊ in Eſa. xxvj. c. dicitur. Miſereamur im
pio ei. ſcilicet in hac vita non aduerſando. Et
poſtea ſubditur: ⁊ non dediſcat facere iuſtitiā
⁊. ij. Macha. vj. Non ſinere peccatorib⁹ ex ſen
tentia: ideſt ad ſui placitum agere: ſed ſtatim
vltionem adhibere magni beneficij indicium
eſt. Non enim ⁊c. ⁊ Aug. nihil infelicius feli/
citate peccantium: que penalis nutritur impie
tas. ⁊ mala voluntas velut hoſtis interior ro/
boratur. Manaſſes rex iuda peſſimus fuit ſu
per oēs reges iuda: ⁊ diutius regnauit multa
mala faciendo propter que tandem captus a
rege aſſyriorum ⁊ ductus in babyloniā in car
cerem conuerſus ad veram penitentiam orās
exauditus fuit ⁊ reductus in hieruſalem in re
gnum ſuum. ij. Paralyp. xxiij. ¶ Tertio ex ad Tertia vtilitas
uerſitate ⁊ concupiſcentia refrenatur. Cuꝫ. n.
corpus per flagella atteritur cor circa libidi/
nis delectationes non vagatur. Non eniꝫ va/
cat de carnalibus cogitare. Et hoc ad bonum
interioris hominis procedit. vnde dicit Gre.
Quis neſciat q̄ multo melius eſt ardere flā/
mis febrium q̄ꝫ igne vitiorum. ⁊ tamen cum
febre corripimur medelam querimus ac vi/
tiorum eſtum qui occupare nos poterat conſi
derare negligimus. Uidemus immaniſſimas
beſtias a maximis voluptatibus coerceri do/
loris metu. Filius prodigus accepta portione
ſubſtantie. dum omnia conſumpſiſſet in regio
ne longinqua viuendo luxurioſe. neceſſitate
famis vrgente ad patrem redijt relictis volu

Exēplū ꝓtatibus ſuis. Luce.xv. In vitaſpatrum legit
ꝙ cum quidam de fornicatione fortiter tenta
retur nec ieiunijs ⁊ vigilijs ⁊ orationibus ceſ
ſaret tentatio tandem abbas ſuus ꝑcepit alijs
monachis ꝙ multas ei moleſtias facerent. et
cum hoc eum accuſarent tanq̄ ipſe alijs feciſ
ſet iniurias. Qui poſt aliquod tempus interro
gatus abbate ſi amplius tentaretur. Reſpōdit
De tri mihi viuere non licet ⁊ fornicari libet. ¶ Alij
bus fru vero tres fructus videntur ꝑtinere ad iuſtos
ctibus quibus etiam expedit ſufferentiam habere cir
quoad ca penarum exercitia. Et eſt primus fructus ar
iuſtos gumentum experientie. ſecundus ſcutum cu/
Primꝰ ſtodie. tertius premium glorie. ¶ Primus er
fructus go fructus eſt argumentum experientie: quo
quis experitur proprias vires. Nemo enim di
cit Gre. quantum proficit inter ꝓſpera cogno
ſcit: propter quod decipiuntur aliqui qui glo
riantur ſe multas virtutes habere. vitijs ſe nō
ſubiacere. nulla aduerſitate freti. Sed tales in
terdum ſi ex aliquibus iniurijs illatis ſe tangi
conſpexerint protinus in verba contumelie
vel ſigna impotantie prorumpunt. Et ideo di
citur Eccl. xxvij. Uaſa figuli probat fornax. et
homines iuſtos tentatio tribulationis. Non
enim artem gubernandi mare tranquillū aut
ventus obſequens oſtendit. ſed cum fluctus
inundans gubernacula eruperit. vel ventus
validus nauem concuſſerit. Sathan a deo pe
tiuit poteſtatem ꝙ in Job manum mittere poſ
ſet ad hoc ꝙ de ipſo experimentum ſumeret
Scd̄s Job.j. ¶ Secundus fructus ex aduerſis ſe//
fructus quens iniuſtis eſt. ſcutum cuſtodie. Apoſtolus
ij. ad Cor. xij. teſtatur ꝙ ad ſui cuſtodiam datꝰ
eſt ei ſtimulus carnis. Cuius rationem ibi aſſi
gnat dicens. Ne magnitudo reuelationum ex
tollat me. Unde cum dominum ter rogaret vt
ſtimulum a ſe auferret: ⁊ dixit ſibi. Sufficit ti
bi gratia mea. quaſi di. Eſto contentus ſi te per
aduerſa flagellatum mihi gratum preſeruo.
Hoc proculdubio per experientiam videmus
ꝙ frequenter ſanctus homo niſi ſub diſcipli/
na aliqua arceatur. faciliter ad vana prolabit.
Natura enim humana propter ſui corruptio/
nem procliuior eſt ad vitia q̄ ad virtutes. Et
ideo ſtatim ipſa ſua libertate abutitur. Unde
dicit Gre. de Salomone. ꝙ idcirco cor Salo/
monis funditus ſapientiam deſeruit quoniā
cum nulla exterius diſciplina cuſtodiuit. Le//
gitur de quodam qui orās ⁊. recommendans
ſe beato Thome martyri de canthuria pro ſa/
nitate obtinenda. cum recuperaſſet: dubitans
vtrum vtile eſſet anime ſue: orauit vt reuerte/
retur infirmitas ſi vtile anime ſue foret ⁊ re//
Tertiꝰ uerſa eſt. ¶ Tertius fructus eſt premium glo
fructus rie. Ubi ſciendum eſt. ꝙ ipſe eſt quidem gene

ralis fructus qui conſequitur ad omnia pre/ Ad qd̄
dicta. Unde ſola hec cōſideratio ſufficiens eſt ordina
ad mitigandū aduerſitates. Conſideratio enim tur hu
premij minuit vim flagelli. vt dicit Gre. Et ta mana
men ſciendū ꝙ mundana aduerſitas directe aduerſi
ordinat ad premiū glorie: ſicut ad ꝓpriū effe tas
ctum. Uñ Eſa. v. dicit. Ecce agricola expectat
ꝓcioſum fructū terre. patienter ferens donec
accipiat tēporaneū ⁊ ſerotinū. Ezechiel pere/
grinus ⁊ exul in caldea ſtans in medio capti/
uorū vidit celos apertos ⁊ habuit multas vi
ſiones ad innuendū ꝙ qui cōuerſant in mun
do vt peregrini mundo deſpecti ⁊ oppreſſi: di
uinis cōſolationibꝰ replent. Ezech. j. ⁊ Stepha
nus inter perſecutiones ⁊ ictus lapidū vidit
celos apertos. Ad hoc pōt induci illud Luce. De tri
viij. Hi afferunt fructū in patientia. Ubi notā bus cō
tur tria. preparatio fructificabilis: ibi ſcilicet ditiōi
ſignati per bonā terrā. In quo concurrūt qua bus ter
tuor ſcilicet ꝙ terra cordis nō ſit per curioſita re boni
tem quaſi a viatoribꝰ ꝯculcata. Scd̄m ꝙ ſit ſpi cordis
nis cupiditatis purgata. Tertiū ꝙ ſit a lapidi
bus ſuperbie liberata. ⁊ in humore humilitatis
fundata. Iſta tria cōmuniter inducūt triſticiā
⁊ impatiētiā. Quarto ꝙ ſit veritate ſcripture
ſeminata. Secūdo notat lucratio delectabilis
ibi. fructū afferūt. ⁊ de fructibꝰ q delectāt ha/
bes hic ſupra. Tertio notat exercitatio cōmē/
dabilis. ibi. in patiētia. Quid ſit patiētia ⁊ de
laudibꝰ eiꝰ ⁊ inductiuis: hēs. ſ. l. c. iſto ꝑ totū.

¶ De perſeuerantia quid ſit. ⁊ circa que conſi
ſtat ⁊ de eius effectibus. Capl'm octauū.

VLtimo reſtat vide De pſe
re de virtute perſeuerantie. Circa uerātia
quam tria tantum conſideremus. circa
Primo quid ſit ⁊ circa qd exiſtat qd ſe
Secundo de eius extremis malitijs: ſcilicet hēat
mollicie ⁊ pertinacia. Tertio de eius effectibꝰ
Ad videndum autem quid ſit perſeuerantia.
⁊ circa quid conſiſtat. videndum eſt quomo//
do ad virtutem fortitudinis pertineat ex hoc
enim apparebit non ſolum eius materia. ſed
etiam aliarum virtutum que fortitudini anne
ctunt. ¶ Eſt ergo ſciēdū ꝙ fortitudo ē vtꝰ pn
cipalis reſpectu oīum v̄tutū reſpiciētiū aliq̄
ardua. ⁊ in qbꝰ eſt difficile firmiter ꝑſiſtere: hu
iuſmodi qd rō eſt. qr ad v̄tutē ꝑncipalem per
tinet generalē modū ꝯſtituere circa aliquam
materiā. ⁊ in illa attēdere. quod eſt difficilimū
⁊ maxime arduū. Hoc enim ad ꝑncipalitatem
virtutis ꝑtinet. Modus aūt gñalis quē ꝯſtitu
it fortitudo eſt firmiter ꝑſiſtere in his q diffi/
cultatē hñt. Quāto ergo difficiliꝰ eſt in aliquo
arduo ſe hr̄e. tāto ꝑncipalior ē vtꝰ q circa illō
firmitatē ꝓbz alo. Difficiliꝰ ē aūt firmiter ſe ha

bere in periculis mortis in qbus ↄfirmat ani/
mum ſortitudo q̄ȝ in maximis bonis ſuperan
dis vel adipiſcendis: in qbus firmat animum
magnanimitas: vel in maximis ſumptibus ex
pendēdis: in qbus firmat aīum magnificētia
vel in ſufferēdo equanimiter aliena mala ↄtra
ſtantia mētem in q̄bus firmat aīum patientia.
vel in ↄſtanti pmanentia actuū virtuoſoꝝ vbi
ↄfirmat animū pſeuerantia. Nam firmare ani
mum circa picula mortis eſt diſpēdium perſo
ne. In alijs aūt pōt eſſe diſpēdiuȝ bonoꝝ tēpo
ralium aut delectationis animi vel quietis. Et
apparet q̄ fortitudo eſt principalis in mā ar/
duoꝝ ꝛ difficillimoꝝ: cui ille quatuor annectū
tur ſicut ſecūdarie principali. Cōueniūt enim
cuȝ ea in mā: q: oēs tendūt in aliquod arduū.
Sed excedunt ab ea in hoc q̄ illud arduū quo
tendit fortitudo: eſt oīum arduoꝝ difficillimū
Et hec duo reqrunt ad hoc q̄ aliqua virtus iū
gatur alicui principali. ſ. cōuenientia in mate/
ria: ꝛ exceſſus ſup eum quātum ad eius maxi/
mum. Ex pdictis ergo apparet q̄ virtus pſeue
rātie de qua ad pſens eſt ſermo fortitudini ad
iungit tanq̄ ſecūdaria principali. vtpote aīuȝ
firmās ne ti more fatigationis laxet ex diutur/
nitate boni opis. Et hec eſt quedam difficultas
in ſuſtinēdo. minor tn̄ ea que ſunt contra mor
tis picula. Unde quedam diffinitio magiſtra/
lis datur de pſeuerantia talis. Perſeuerantia
De pſe/ eſt pmanentia in bono diuturnali ꝛ finali. Tul
uerātia lius vo in rethō. ſic eam deſcribit. Perſeuerā/
qd ſit. tia eſt circa bene ↄſiderata ſtabilis ꝛ perpetua
mā̄ſio. Ad inſinuandū virtutē pſeuerantie: an
gelus precepit Loth egredienti de terra ſodo/
moꝝ: q̄ non reſpiceret poſt tergū: cuius cōtra
riū fecit vxor eius que idcirco verſa eſt in ſta/
tuaȝ ſalis. Gen. xix. In hoc inſinuat dn̄s: q̄ inci
pienti bonū opus nō eſt deſiſtēdum ab eo per
ↄtrarium actū: q: ſicut ipſe dicit in euangelio.
Nemo mittēs manum ad aratrum ꝛ reſpiciēs
retro: aptus eſt regno dei. Luce. ix.

Extrema perſe/ .§. I.

groſſum volens ei aſſimilari intumuit intan/
tum q̄ crepuit. Ad iraʒ inducit Matthe. xviij.
videntes conſerui que fiebãt contriſtati ſunt
valde: ſcilicet pre ira. Ad inuidiam prouocat.
primi Regum ſecũdo. Uidebis emulum tuũ
in templo in omnibus proſperis. & poſtea ſub
ditur. vt deficiãt oculi tui: ſcilicet inuidia. & ta/
beſcat anima tua. Accidiam immittit videns
enim piger intemperiem aeris non vult exire
ad agrum Eccleſiaſti. xj. Qui obſeruat ventuʒ
nunquam ſeminat. Unde dixit chriſtus. Luce.
xj. Si oculus tuus nequam fuerit. totum cor//
pus tuum tenebroſum erit. quia omnes tene/
bre peccatorum ex immodeſtia oculorum. Ci/
tius etiam peccatur per oculum. quia in mo//
mento in ictu oculi. Unde de holoferne dici/
tur Judith. iiij. quia ſtatim captus eſt in aſpe/
ctu eius. Facilius enim peccatur per oculum.
quia facilius patet obiectum oculorum q̃ alio
rum ſenſuum. Hec habẽtur in expoſitione re/
gule beati Auguſti. ab vmberto.

Margin: Modeſtia viſus ẽ neceſſari⁹

¶ De modeſtia cir/. §. iij.

ca ludos & circa dicta vel facta ioco ſa circa que
philoſophus ponit quandam virtutem eſſe
quam nominat eutropeliam. noſtra autem lin
gua dicere poſſumus iocunditatem vel vrba
nitatem. Pro cuius declaratione ſciendum ſʒ
beatum Thomam ſecunda ſecunde queſtione
clxviij. q̄ ſicut corpus indiget corporali quie/
te ad refocillationem ſui. quia non poteſt con/
tinue corporaliter laborare. propter hoc q̄ ha/
bet finitam virtutem que determinatis labo//
ribus proportionatur. Ita etiam ex parte ani/
me. cuius eſt virtus finita. ad determinatas
operationes proportionatur. Et ideo quando
vltra modum ſuum in aliquas operationes
ſe extendit laborat & ex hoc fatigatur preſer//
tim quia in operationibus anime ſimul etiam
laborat corpus inquantum ſcilicet anima intel
lectiua vtitur viribus per organa corporea ope/

Margin: De modeſt ia circa ludos.

rantibus.ſunt autem bona ſenſibilia cõnaturalia hominí. Et ideo qñ aĩa vltra ſenſibilia eleuatur operibus rationis intenta.naſcitur exinde quedam fatigatio animalis.ſiue hõ intẽdat operatiõi rõnis practice ſiue ſpeculatiue. Magis tamen ſi operibus ꝯtemplationis intẽdit. q: per hoc magis a ſenſibus eleuatur.Ꝗuis in aliquibus operibus rõnis practice. exterioribus forte corporis magis fatigeť. Jnutriſqꝫ tñ tanto magis quis aĩaliter fatigať.ꝗto magis operibus rõnis intendit.ſicut aũt fatigatio corporalis ſoluiť per corporis quietẽ.ita ẽt opꝫ ꝙ fatigatio aĩalis ſoluať per quietẽ animi. Quies aũt animi eſt delectatio.Et iõ opꝫ remediũ cõtra fatigationẽ aĩalem adhibere per aliquã delectationẽ.intermiſſa intentione ad inſiſtendum ſtudio rõnis.ſicut legimus in collationibus patrũ de Joã.euã.ꝙ cum ſcandalizaretur quidã videns eũ ludentem cũ diſcipulis. fecit eũ trahere arcũ pluries ⁊c̃.Jdẽ legiť de ſancto Anto.Et dixerunt ꝙ ita animus frangeretur ſi nunꝗ̃ a ſua intentione relaxareť.hmõi autem dicta,vel facta in qbus non queriť niſi delectatio aĩalis.dicuntur ludicra ⁊ iocoſa.⁊ iõ neceſſe eſt interdũ talibus vti.quaſi ad quandã animi quietẽ.⁊ hoc eſt qð phs dicit in.iiij.Ethi.ꝙ in hmõi vite ꝯuerſatione quies quedã habeť cum ludo.Circa que tamẽ tria videnť ꝑcipue attendẽda.Primũ ⁊ principale ꝙ predicta delectatio nõ queratur in aliqbus verbis vel factis turpibus vel alias nociuis.Scðm ne totaliter grauitas animi reſoluať.Uñ Tullius in libro de offi.Sicut pueris nõ oẽm ludendi licẽtiam damus.ſed ẽt que ab honeſtis actibꝰ non ſunt aliena.Sic in ipſo ioco aliquid ꝓbi ingenij lumen eluceſcit.Tertiũ qð eſt attendendũ ſicut in omnibus alijs actiõibus humanis vt cõgruant perſonis.tꝑibus.⁊ locis ⁊ ſm alias debitas circũſtãtias ordinenť.⁊ ſic circa hmõi eſt virtus.Et no. ꝙ licet Tullius dicat j.retho. ꝙ quãdo auditores ſunt defatigati.nõ eſt inutile ab aliqua re noua aut ridicula incipere orationem.Si tamẽ dignitas rei nõ adimat facultatẽ.ſed addit.Et ideo q: ſcriptura ſacra maximis rebus intẽdit ſm illud Prouer.viij.Audite q: de rebus magnis locutura ſum.Jdeo beatus Amb.ſup Lucã tractãs illud. Ueh vobis qui ridetis.Excludit iocum.non quidem a cõuerſatione humana.ſed a doctrina ſacra.Unð dicit.Licet interdum honeſta ioca ſint ac ſuauia.tamẽ ab eccleſiaſtica abhorrẽt regula. qm̃ in ſcripturis non reperimus ea quemadmodum vſurpare poſſumus.

De cã q̃re ludꝰ neceſſarius eſt aliqñ.

De tribꝰ que ĩ ludo ſť attẽdẽda.

De modeſtia .§.iiij.

circa habitum vel cultũ veſtiũ dicit Hiero.ꝙ nec affectare ſordes nec exquiſite delitie laudẽ pariunt.diſtinctione.xlj.§.j.Sciendum igitur ſm beatum Thomam ſ cunda ſecunde que. ſtione.clxix.ꝙ in his rebus exterioribus quibus homo vtitur non eſt vitium in ſe aliquod. ſꝫ ex parte hominis ꝙ immoderate vtitur eis. Que quidem immoderãtia poteſt eſſe dupliciter.Uno modo per comparationem ad homines cum quibus viuit.Unde Auguſtinus diſtinctio.viij.Que contra mores ⁊c̃. Turpis eſt omnis pars que vniuerſo ſuo non congruit.Alio modo poteſt eſſe immoderãtia in vſu talium rerũ ex inordinato affectu vtentis exq̃ contingit quãdoqꝫ ꝙ homo nimis libidinoſe vtatur talibus.ſiue ſit ſm conſuetudinem.ſiue preter conſuetudinem eorũ inter quos viuit. Contingit autẽ iſta inordinatio affectus tripliciter.Uno modo inquantũ ex ſuꝑfluo cultu veſtium quis querit gloriam.prout veſtes ⁊ huiuſmodi pertinent ad ornatum quendã. Alio modo ſm qð per ſuperfluũ cultum querit delitias ſm qð veſtis ordinať ad corporis fomentum.Tertio modo ſm qð nimiam ſollicitudinem apponit homo ad exteriorem cultum veſtium.Etiam ſi non ſit aliq̃ inordinatio ex parte finis.Et ſm hoc Andronicus ponit tres virtutes circa exteriorem cultum.ſ.humilitatem. que excludit intentionẽ glorie.Unde dicit ꝙ humilitas eſt habitus non ſuperabundans in ſumptibus ⁊ preparationibus .Et per ſe ſufficientiam.que excludit intentionem delitiarũ. Unde dicit ꝙ per ſe eſt ſufficiens habitꝰs contentus eorum quibus oportet.⁊ determinatiua eorum que ad viuere conuenit.Et ſimplicitatem.que excludit ſuperfluam ſollicitudinem.Unde dicit ꝙ ſimplicitas eſt habitus contentus his que contingunt.Ex parte defectus poteſt eſſe duplex inordinatio. Uno modo ex negligentia hominis.qui non adhibet ſtudium ⁊ laborem.vt vtatur exteriori cultu vt decet.Unde philoſophus dicit ꝙ ad molliciem pertinet ꝙ aliquis trahat veſtimentum ſuum per terram. et non laboret in eleuando. Alio modo inquantum ipſum defectum exterioris cultus ordinat ad gloriã.Unde philoſophus dicit in .iiij. Ethicorum ꝙ ſuperabundantia ⁊ inordinatus defectus ad iactantiam pertinet. Ad hoc facit ꝙ dicit Auguſtinus diſtinctione xlj.quiſquis.Et cõtra modeſtiam eſt ẽt lucus.

De modeſtia circa hiſtum vel cultum veſtiũ.

§. p.ij. ti.š ſuꝑbia veſtium.

De ſtudioſitate. Capitulũ.xj.

POnitur etiaꝫ pars modeſtie.et per conſequens temperantie ſm Beatum Thomam ij.ij.q.clxvj.ſtudioſitas que virtus eſt ꝯrĩa curioſitati refrenans animum ab inor/

dinato affectu cognoſcendi. Unde aug⁹. di/
de ſtudi cit q curioſi eſſe phibemur. magne temperan/
oſitate tie munus eſt. Dicitur autem ſtudioſitas a ſtu/
qd ſit ⁊. dio. Studiū aūt dr̄ eſt vehemēs animi applica
vnde di tio circa aliquid pagendum. Mens aūt non
catur. applicatur ad aliquid niſi cognoſcat illud. Un
de per prius mens applicatur ad cognitionē.
ſecundario autem applicatur ad ea in quibus
homo per cognitionem dirigitur. Et ideo ſtu/
dium per prius reſpicit cognitionem. ⁊ ſecun/
dario quecunqȝ alia ad que opanda directiōe
cognitionis indigemus. Uirtutes aūt pprie ſi
bi attribuunt illam materiam circa quā primo
⁊ principaliter ſunt. vt fortitudo. pericula mor
tis. tempantie. delectationes. tactus. ⁊ ideo ſtu
dioſitas dicitur proprie circa cognitionem. vn
de prouerb. xxvij. Stude ſapientie fili mi. leti
fica cor meum vt poſſis reſpondere ſermonē.
Quod aūt ſit pars temperātie ſic declarat bea
Quid tus Tho. vbi ſ. Ad temperantiam ptinet mo
ſit virt⁹ derari motum appetitus ne ſuperflue tendat
in id quod naturaliter concupiſcit. ſicut autē
homo naturaliter concupiſcit delectationes
ciborum ⁊ venereoꝝ ſm naturam corpalem
ita ſm animā naturaliter deſiderat cognoſce/
re. vnde ⁊ phus dicit q omnes homines natu
ra ſcire deſiderant. Moderatio aūt huius ap/
petitus ptinet ad virtutē ſtudioſitatis. Et ſic
patet q ptinetur ſub modeſtia ⁊ eſt pars tēpe
rantie. Et Nota ſm beatum Tho. vbi. ſ. q ac/
tus cognoſcitiue virtutis imperatur a vi appe
titiua que eſt motiua omniū aliarum virium.
Et ideo circa cognitionē duplex bonum poteſt
attendi. Unum quidē qūtum ad ipm actum co
gnitionis. ⁊ tale bonū pertinet ad virtutes in
tellectuales. vt. ſ. circa ſingula homo exiſtimet
verum. Aliud eſt bonū quod pertinet ad actū
appetitiue virtutis. vt ſcilicet homo habeat ap
petitum rectum applicandi vim cognoſcitiuā
ſic vel aliter ad hoc vel ad illud. Et hoc perti/
net ad virtutem ſtudioſitatis. ⁊ ſm hoc ponit
virtus moralis. Item cum ſm phm in. ij. ethi.
ad hoc q homo ſit virtuoſus oportet q ſeruet
ſe maxime ab his ad que natura inclinat. In/
de eſt q ſicut natura inclinat ad timendum pi
cula mortis in quibus ſe ſeruat contra ea per
fortitudinem ⁊ ſectandum delectabilia tactus
a quo retrahitur per temperantiam ſic etiam
natura inclinat ad appetendum ſcire. Sed qn̄/
tum ad cognitionem eſt in homine contraria
inclinatio. quia ex parte anime inclinatur ho/
mo ad hoc q cognitionem rerū deſideret. Et
ſic oportet vt homo laudabiliter huiuſmodi
appetitum refrenet. ne immoderate cognitio/
ni rerum intendat. quod eſſet vitium curioſi/
tatis. Ex pte vero nature corpalis inclinat hō

ad hoc vt laborem vitet inquirendi ſcientiam. circa qđ
Quantū ad primum ſtudioſitas irrefrena/ ſe hēat
tione conſiſtit. appetitus inordinati. Sed quā/ ſtudio/
tum ad ſecundum Laus huius virtutis conſi/ ſitas
ſtit in quadam vehementia intentionis ad ſciē
tiam rer percipiendam. primum tamen ē eēn
tialius huic virtuti qȝ ſecundum.

Nota q ſex ſunt .§. i.

que multū valent ad diſcendū precipue ſacrā De ſex
ſcripturā. ⁊ per pſequens pgruunt ſtudioſitati gradi/
que figurant per ſex gradus quibus aſcende/ b⁹ qb⁹
batur ad thronū Salomonis qui ſignificat ſa puenit
pientiam. Primū eſt mentis depuratio ſeu ad ſapi
puritas. quia vt dicitur Sap. j. In aīam mali/ entiā.
uolam nō intrabit ſapientia ⁊c. ad quā purita/
tem multū operatur timor domini. qr vt dicit
Prouer. xiiij. Sapiēs timet ⁊ declinat a malo.
ps. cx. Initiū ſapientie timor dñi. Iō ioanni
euāgeliſte ppter eminētiam puritatis collata
fuit magna ſapientia. Secūdum eſt frequēs
oro. Iaco. j. Si quis indiget ſapientia poſtulet
a deo Sap. viij. Inuocaui ⁊ venit in me ſpirit⁹
ſapientie. Sic Salomoni oranti poſt orationē
fuit collata ſapiētia. Et bea. Tho. de aquino di/
cit. q magis per oronem qȝ per lectionē hauſe
rat ſapientiā. ⁊ ſic bea. Ber. Tertiū vera hu Studi/
militatio. vbi humilitas ibi ⁊ ſapiētia. Phelo. oſus d
Inter ſapientes ille ſapientior qui ⁊ humilior. bet eſſe
Et debet eſſe humilis quoad quatuor. Primo humi/
vt nullā doctrinā cōtemnat. Sen. Primū do/ lis qad
cumentū ē. vt nullam ſapientiā contemnas. qtuor.
Secundo vt a nullo addiſcere quis erubeſcat
Sene. Que nō noſti. ſine occultatiōe ignorātie
tibi poſtula impartiri. Aug. Senex a puero exi
ſtens tot annorū a collega nondū anniculo pa/
ratus ſum edoceri. xxiiij. q. iij. ſi habes. ⁊ diſt.
xxxviij. ſi nullus. Et etiā a malis debet hō addi
ſcere. In cuius figura eſt q vaſa aurea ⁊ argē/
tea egyptioꝝ dñs iuſſit iſraelitis mutuo accipe
re: ⁊ aſportare ad pſtructionē tabernaculi. qr vi
delicet ſapiētiam ⁊ eloquētiā ethnicoꝝ poſſu/
mus ⁊ debemus vti ad eccleſie edificationem. vt
dicit Gra. di. xxxvij. Qui. n. ſolū a bonis volūt di
ſcere ſunt ſimiles illis qui ſemp in cyphis ar/
genteis vel aureis volunt bibere. quoꝝ ſitis mi
ſeranda nō eſt. Tertio vt quis non erubeſcat cō
fiteri ſe neſcire quod neſcit Augu. Non eſt ho/
mini erubeſcendū ſe confiteri neſcire qđ nōdū
ſe neſcire mentitur. nunqȝ ſcire mereat. Quar/
to vt humilem modū loquendi quem hȝ ſcri/
ptura non contemnat. Quartum eſt vt librorū
emendationi intendat. Unde Augu. de doctri/
na xpiana ait. Codicibus emendādis prius de
bet inuigilare ſolertia eorū qui ſcripturas ſan/
ctas intelligere deſiderant. Quintum eſt vt ſit

diligens ſcripturas ſacras indagando ad qđ ē
neceſſarium primo māſuetudo vt homo cedat
auctoritati diuine ſcripture. Aug. de doctrina
chriſtiana. In omnibus canonicis ſcripturis.
timentes deum ⁊ pietatem manſueti querunt
voluntatē dei. Hoc aūt ordine ꝓcedendum. eſt
ī n indagando ſcripturas ſacras ſm Augu. in
dicto li. Erit diuinaꝝ ſcripturaꝝ ſolertiſſimus
indagator qui ꝑmo totas legerit. notaſqꝫ ha/
buerit. ⁊ nondū intellectu iam tamen lectione
dūtaxat eas que canonice vocantur. Nam cete
ras ſecurius leget fide veritatis inſtructus. In
quiſitio aūt dupliciter fit. Qñqꝫ ab alio querē//
do ad quod ꝑtinet qđ ait idem. Nullis res ma
gis memorie mandanda eſt. ꝙ̄ illa verborum
locutionūqꝫ genera que ignoramus. vt cuꝫ pe
ritior occurrerit. q̄ri poſſit. Qñqꝫ inquirit qs
per ſe in ſcriptura. ⁊ tūc cauenda eſt ei temeri//
tas. ne ſcilicet nota pro ignotis habeat. hiſqꝫ te
mere aſſentiat. hec enim preſumptio ē. ¶ Iteꝫ
in inquirendo cauenda ſunt tria que impediūt
profectum ſtudij. Primum eſt curioſitas vt. ſ.
non impendantur magna opera his que non
ſunt magne vtilitatis. Sene. Quid te torques
in illa queſtione quam ſubtilius eſt cōtempſiſ/
ſe ꝙ̄ ſoluere. Cauenda eſt etiaꝫ inſtabilitas. Se
neca. Ne lectio multorum auctorum ⁊ omnis
generis voluminum habeat aliquid vagum ⁊
inſtabile. Cauenda eſt etiaꝫ rixandi libido que
peritos in arte logica multum ſolet vexare. ij.
ad Thimo. ij. Noli contendere verbis. Cauen/
da eſt etiam nimia velocitas in tranſcurrendo.
Non enim videt animus latentes ſententias
in tranſcurrendo. Sapiens nil magnum reruꝫ
ipſa natura cito effici voluit. Sextuꝫ ē vt ſit aſſi
duus in ſtudendo. Hieronymus. Diuine ſcri//
pture ſemper in manibus ⁊ iugiter in mente
voluentur. Nec ſufficere putes mandata me//
morie tenere ⁊ operibus obliuiſci. Idem diui/
nas ſcripturas ſepius lege. immo nunquaꝫ ſa/
cra lectio de manu tua deponatur. In decre.
diſtin. xxxviij. Omnes pſallētes quotidie deo
repromittimus. In iuſtificationibus tuis me//
ditabor. non obliuiſcar ſermones tuos. Quod
⁊ ſi omnibus fidelibus obſeruare ſaluberrimū
eſt precipue his qui eccleſiaſticam conſecuti
ſunt dignitatem. Debet autem quis laborare
vt ſcripturas ipſas poſſit intelligere ⁊ memori
ter retinere. Quod ſi vtrunqꝫ non poteſt preeli
gendum eſt intelligere magiſquam memorie
habere. De ſapientia autem accepta non ſit in/
gratus deo ⁊ doctoribus ne eam mereaẜ amit/
tere. Ad qđ optime facͭ. c. reuertimini. xvj. q. j.

Studioſo tria ſūt cauē da ī inquirendo

¶ De humilitatis quidditate.
Capitulum duodecimum.

De humilitate de//
mum videndū eſt quā ſic diffinit
bea. Ber. Qđ humilitas eſt ꝙ̄ qs qđ ſit.
veriſſima ſuiipſius cognitiōe ſibi
vileſcit. Nota ſm bea. Tho. ij. ij. q. clxj. ꝙ hūi/
litas non ꝯſiſtit eſſentialiter in ipſa ſui cogniti/
one. ſꝫ in moderatione motus appetitus. vt ſcꝫ
aliq̄s reprimat ſe ne feraẜ in ea que ſunt ſupra
ſe. Ad hoc aūt eſt neceſſarium vt homo cogno
ſcat id in quo deficit a ꝓportione eius. qđ ſuaꝫ
virtutē excedit. Et ideo cognitio ꝓprij defectꝰ
pertinet ad humilitatē. ſicut regula quedaꝫ di/
rectiua appetitus. Eſt aūt virtus ſpecialis. Un/
de dicit. Origenes ſuper illud. Quia reſpexit
humilitatē ancille ſue. Luč. j. in ſcripturis vna
de virtutibus humilitas ꝑdicatur. Pro cuiꝰ de
claratione dicit be. Tho. vbi ſupra. ꝙ bonū ar/
duum habet aliquid vnde attrahit appetitum
ſcꝫ ipſam rationem boni. ⁊ habet aliq̄d retra//
hens. ſ. ipſam difficultatem adipiſcendi. ſm q̄/
rum primū inſurgit motus ſpei. ⁊ ſm aliđ mo/
tus diſperatiōis. Circa motus aūt appetitiuos
qui ſe hñt per modum impulſionis oportet eē
virtutem moralem moderantem ⁊ refrenantē.
Circa illos aūt qui ſe hñt per modum retracti/
onis. oportet eſſe virtutē moralē impellentem
⁊ firmantem. Et ideo circa appetitum boni ar/
dui neceſſaria eſt duplex virtus. Una que tem
peret ⁊ refrenat animum ne immoderate tēdat
in excelſa ⁊ hoc pertinet ad humilitateꝫ. Alia
que firmet animum contra deſperationē ⁊ im/
pellat ipſum ad ꝓſecutionem boni ſm rōnem
rectam. ⁊ hoc facit magnanimitas. Et ſic patet
ꝙ humilitas eſt virtus. Nec eſt ꝯtraria magna
nimitati. ꝙ̄uis reprimat animum ne tendat in
magna. quia hoc non facit ſimpliciter. ſꝫ in illa
magna que ſunt ſupra ſe. ⁊ per cōſequens pre/
ter rōnem rectam. Magnanimitas autem im
pellit ad magna. non q̄cunqꝫ ſed ei proportio/
nata. ⁊ per conſequens ſm rectam rōnem. Un̄
vtraqꝫ conueniunt in eo ꝙ eſt ſm rectam ratio
nem. Quod autem humilitas non cōnumera/
tur a pħo inter virtutes morales ratio poteſt eē
quia ipſe intendebat agere de virtutibus ſꝫ ꝙ
ordinantur ad vitā ciuilē. in qua ſubiectio vniꝰ
us hominis ad alterum ſm legis ordinem de/
riuatur. ⁊ ideo cōtinetur ſub iuſtitia legali. Hu
militas autem ſm quod eſt ſpecialis virtus. re
ſpicit ſubiectionem hominis ad deum propter
quem etiam alijs humiliando ſe ſubijcit. Uel
etiam poteſt dici ꝙ pħs in. iiij. ethi. eum q ten/
dit in parua ſm modum ſuum non vocat ma/
gnanimum. Unde Origenes dicit. Si vis hu
ius nomē audire virtutis quomodo a pħis ap
pelletur. auſculta eandem eſſe humilitatē quā

De hūilitate

reſpicit deus. que ab illis dicitur menſuratio ſiue moderatio que manifeſte pertinet ad modeſtiam ⁊ temperantiam. Humilitas autem eſt quedam moderatio ſpũs vt dictum eſt.

¶ Dicitur autem .§.i.

Unde dicitur hũilis.

humilis ſm. Iſid. quaſi humi acliuis .ſ. inherens. quod cum contingit a principio extrinſeco .ſ. cum quis ab alio deycitur. ſic humilitas eſt a pena. ſm illud. humiliauerunt in compedibus pedes eius. Cum autem fit a principio intrinſeco debito modo .ſ. cum quis ↄſiderans defectum ſuum tenet ſe infimum: ſm ſuum modum vt Abraam cum dixit. Loquar ad dominum meum cum ſim puluis ⁊ cinis. Geñ. xviij. eſt virtus. Sed cum quis deſit ſm ſigna exteriora tantũ ficte .ſ. ad gloriam querendam. eſt falſa humilitas. Quõ per humilitatem debet ſe homo omnibus ſubycere. ſm illud ad Philippen. ij. In humilitate ſupiores ſibiinuicem arbitrantes. Sic declarat beat⁹ Thomas. vbi ſupra. In homine duo poſſunt conſiderari. ſcilicet id quod eſt dei. ⁊ id quod eſt hominis. Hominis eſt quicquid pertinet ad defectum. Dei autem eſt quicquid pertinet ad ſalutis pfectionem. ſecundum illud Oſee. decimo tertio Perditio tua iſrael ex te tantum. ex me auxilium tuum. Humilitas autem vt dictum eſt proprie importat reuerentiam qua homo deo ſubycitur ⁊ proximo propter deum. Et iõ quilibet homo ſm id quod ſuum eſt debet ſe cuilibet proximo ſubycere quantum ad illud quod dei eſt in illo. Non autẽ hoc requirit humilitas. vt id quod eſt dei in ſeipſo. ſubyciat ei quod apparet eſſe dei in altero. nam illi qui dona dei participant. cognoſcunt ſe ea habere ſʒ illud. vt ſciamus que a deo donata ſunt nobis. j. ad Cor. ij. Et ideo abſqʒ humilitatis pῥiudicio poſſunt dona dei que ipſi acceperunt preferre donis dei que apparent eſſe alys collata. Sicut apls ad Ephe. iij. dicit. Alys generationibus nõ eſt agnitũ filys hoiuʒ: ſicut nũc reuelatum eſt ſanctis apoſtolis eius. Similiter etiam nec hoc requirit humilitas. vt id quod eſt ſui in ſeipſo ſubyciat ei quod eſt hominis in pximo. Alioqn oportẽret vt qlibʒ reputaret ſe maiorẽ peccatorem quolibet alio. cum tñ apoſtolus abſqʒ preiudicio humilitatis dicat. Nos ex natura iudei. ⁊ non ex gentibus peccatores. ad Gal. ij. Pot eſt tñ aliquis reputare aliquid boni eſſe in proximo quod ipſe nõ habet. Uel aliquid mali eſſe in ipſo qđ in alio non eſt: ex quo põt ſe ei ſubycere per humilitatem. Unde dicit glo. ſup illud. ſupiores inuicẽ arbitrantes. Nõ hoc ita debem⁹ extimare vt nos eſtimare fingamus. Sʒ vere eſtimem⁹ poſſe aliqd occultũ eẽ in alio quo nobis ſuperior ſit. Etiam ſi bonuʒ noſtrum quo illo videmur ſupiores eſſe nõ ſit occultum. Nõ enim ſolũ debemus deũ reuereri in ſeipſo. Sed etiaʒ id quod eſt eius debemus reuereri in quolibet. ⁊ ſi non eodem modo. qa non veneratione latrie.

De hoc qͥ hõ debet ſe oĩ homini ſubycẽ quomõ itelligiẽ

¶ Humilitatis .§.ij.

beatus benedict⁹ in regula eſſignat duodecim gradus. qͦs dicit figuratos in ſcala quaʒ vidit Jacob. Geñ. xxviij. Poſſunt etiã figurari p. xij. ſtellas corone mulieris quam vidit Johannes amictã ſole. Apoc. xij. ¶ Primus gradus eſt corde ⁊ corpe ſemper hũilitatem oñdere defixis in terrã aſpectibus. Secũdus vt pauca verba ⁊ rõnabilia loquatur aliquis nõ clamoroſa voce. Tertius vt nõ ſit facilis aut pmptus in riſu. Quart⁹ taciturnitas vſqʒ ad interrogatiõeʒ. Quintus tenere quod hʒ communis regula monaſtery. Sextus credere ⁊ pnunciare ſe omnib⁹ viliorẽ. Septimus ad oĩa ſe indignum ⁊ inutilẽ confiteri ⁊ credere. Octauus confeſſio peccatoꝝ. Nonus p obedientia in duris ⁊ aſperis patientiã amplecti. Decimus vt cũ obedientia ſe ſubdat ſupiori. Undecimus vt volũtatem ppriam non delectet adimplere. Duodecimus vt deum timeat ⁊ memor ſit omniũ que precipit. hanc aſſignationẽ ſic declarat beatus Thomas vbi ſupra. Humilitas vt dictuʒ eſt eſſentialiter in appetitu conſiſtit ſm quod aliqs refrenat appetitũ ⁊ impetum animi ſui ne inordinate tendat in magna. ſed regulam habet in cognitione. vt .ſ. aliquis non eſtimet ſe eſſe ſupra id quod eſt. ⁊ vtriuſqʒ principiũ ⁊ radix ẽ reuerẽtia quam quis habet ad deum. Ex interiori aũt diſpoſitione humilitatis procedũt quedam ſigna exteriora in verbis ⁊ factis ⁊ geſtib⁹. quibus id quod interius latet. manifeſtatur ſicut ⁊ in ceteris virtutib⁹ accidit. Et ideo in predictis gradibus humilitatis ponitur aliquid qđ pertinet ad radicẽ humilitatis .ſ. duodecimus gradus qui eſt vt homo deũ timeat ⁊ memor ſit omniũ que precipit. Ponitur etiam aliqd ptinens ad appetitũ. ne .ſ. in ppriam excellentiã inordinate cadat. Quod qdem fit tripliciter. Uno modo vt homo nõ ſequaẽ ppriaʒ voluntatem. qđ pertinet ad vndecimum graduʒ. Alio modo vt regulet eam ſm ſuperioris arbitriuʒ. quod ptinet ad decimuʒ gradũ. Tertio modo vt ab hmõi non deſiſtat propter dura ⁊ aſpera que occurrunt. ⁊ hoc pertinet ad nonũ gradum. Ponuntur etiã quedam pertinentia ad eſtimationẽ hominis recognoſcẽtis ſuum defectũ. ⁊ hoc tripliciter. Uno modo per hoc ꝙ proprios defectus recognoſcat ⁊ confiteatur. quod pertinet ad octauũ gradũ. Scđo

De gradib⁹ humilitatis quĩ ſũt duodeciʒ ſʒ Benedictũ

Ad qđ vl' circa quid ſe hẽat humilitas

vt ex cōſideratiōe ſui defectus aliqs ſe inſuffici
entem eſtimet: quod ptinet ad ſeptimū gradū.
Tertio vt quātū ad hmōi ſibi alios pferat: qd p
tinet ad ſextū. ¶ Ponuntur etiā quedam que
pertinēt ad ſigna exteriora: quorum vnū eſt in
factis: vt. ſ. hō non recedat a via cōi in opibus
ſuis: qd ptinet ad quītū. Alia duo ſunt in ver//
bis: vt. ſ. homo non pripiat tps loquēdi. quod
pertinet ad quartū. ¶ Nec excedat modum in
loquēdo: qd ptinet ad ſcdm. Alia vero ꝯſiſtunt
in exterioribus geſtibus. ſ. in reprimēdo excel
lentiā oculoꝝ qd ptinet ad primum. Et in cohi
bendo exterius riſum ⁊ alia ſigna inepte letitie

Ad hūilitatem venit p duo.

quod ptinet ad tertiū. ¶ Et nota ꝙ ad humili/
tatem hō puenit per duo. ¶ Primo qdē ⁊ pn/
cipaliter per donū gratie. Et quantū ad huiuſ
modi interiora precedūt exteriora. ¶ Aliud ē
humanū ſtudium per qd hō prius exteriora co
hibet: ⁊ poſtea pertingit ad extirpandū radicez
interiorē. Et ſm hunc ordinē aſſignantur hic
gradus humilitatis. ¶ Sciēdum etiā ꝙ abſqꝫ
falſitate pōt aliqs ſe credere ⁊ pnunciare om//
nibus viliorē ſm defectus occultos quos in ſe
regnoſcit ⁊ dona dei que in alijs latent. Simi/
liter abſqꝫ falſitate pōt aliquis ſe reputari ⁊ fa/
tere ad oīa indignū ⁊ inutilem ſm pprias vi//
res ⁊ ſufficientiā ſuam totam in deum referat.
Non eſt etiā inconueniens ꝙ ea que pertinent
ad alias virtutes humilitati aſcribanť: quia ſi/
cut vnū vitium oritur ex alio: ita naturali ordi/
ne actus vnius virtutis pcedit ab actu alteri⁹.

De ſeptē gradib⁹ humilitatis ſm Anſel.

¶ Anſel. in libro de ſimilitudinibus ponit. vij
gradus humilitatis qui oēs pertinent ad opi//
nionem ſeu cognitionē manifeſtationē ⁊ volū
tatem ppꝛie abiectionis. ¶ Eſt ergo primus q
pertinet ad cognitionē pprij defectus contem
ptibilem ſe eſſe cognoſcere. ¶ Secundus ē de
hoc dolere. Nam vituperabile eēt ſi quis pro//
prium defectum amaret: ideo hoc excludiť per
iſtum ſcdm gradū. ¶ Tertius eſt hoc confiteri
ſcꝫ ſuū defectum. ¶ Quartus hoc pſuadere:
vt ſcꝫ hoc velit credi. Qui duo gradus ptinent
ad manifeſtationē. ¶ Quintus vt patiēter ſuſti
neat hoc dici. ¶ Sextus vt patiať ſe cōtēptibi
liter tractari. ¶ Septimus vt hamet. Hi tres
pertinent ad appetitū. Nam q excellentiā exte/
riorem nō querit exteriorē abiectionem equa//
nimiter patitur: ſiue in vbis ſiue in factis. Uel
etiam deſideranter exteriorem abiectionē am/
plectetur: qd pertinet ad ſeptimū. ¶ Itez que/
dam glo. ſuper Mattheū ponit tres gradus p/
fecte humilitatis. Primus eſt ſubdere ſe maio
ri ⁊ non preferre ſe equali. ¶ Secūdus eſt ſub
dere ſe equali: nec preferre ſe minori. ⁊ hic dici
tur abundans ⁊ primus ſufficiens. ¶ Tertius
eſt ſubdere ſe minori in quo eſt omnis iuſtitia.
Iſti tamen gradus non accipiuntur ex parte ip
ſius rei ſm naturam humilitatis ſed per cōpa/
rationem ad gradus hominum.

¶ De excellentia .§.iij.

De hūilitatis excellētia. vtꝫ ſ. ſit excellētiſſima virtutum.

humilitatis ſciēdum ſm bea. Tho. ij. ij. q. clxj.
Qd humilitas non eſt excellentiſſima vt⁹ ſim/
pliciter. Sed poſt virtutes theologicas ⁊ intel/
lectuales: vt prudentiā ⁊ iuſtitiam legalē. Cui⁹
ratio eſt: q: bonum virtutis humane cōſiſtit in
ordine rōnis qui principaliter attēditur reſpe/
ctu finis. Et ideo virtutes theologice que hnt
deum pro obiecto ſūt potiſſime. ¶ Secūdario
attendiť put ſm rōnem finis ordinať in ea que
ſunt ad finē. Et hec ordinatio eēntialiter conſi/
ſtit in rōne ordinante: pticipatiue āt in vniuer/
ſali quātum ad oīa. Quelibet autez alia virtus
quātum ad aliquā in ipſo appetitu per rōnē or
dinato: quā ordinationē facit naturaliter iuſti
tia: pſertim legalis: exinde humilitas inquan/
tum facit hoiem bene ſubditum deo in vſ quā
tum ad oīa. quelibet aūt alia virtus quātuz ad
aliquā materiā ſpecialē. Et ideo humilitas poſt
theologicas ⁊ intellectuales que reſpiciunt ip/
ſam rōnem eſt potiſſima. Dicitur autem humi/
litas pma ſeu fundamētū virtutū: ſm Hie. idi/
recte. Nā directe dr ⁊ perfectius id eē primuz
⁊ fundamentū ſpiritualis edificij in virtutibus
per qd iam acceditur ad deū. Primus aūt acceſ/
ſus ad deū eſt per fidē: ſm illud Heb. xj. Acce//
dentē ad deuz opz credere. Et ideo fides nobi/
lior mō eſt fundamentū qꝫ humilitas. Indire
cte aūt. ſ. per modū remouētis phibēs eſt hūili
tas inquātū. ſ. expellit ſuperbiam cui deus reſi
ſtit: ⁊ prebet hoiem ſubditū ⁊ paratū ad recipi/
endum influxū diuine grē. Ideo autē xps pci/
pue nobis humilitatē cōmēdauit dicēs. Mat

Quare xps humilitatē tātū cōmendauit rō ponit.

the. xj. Diſcite q: mitis ſum ⁊ humilis corde:
ſm. b. Tho. q: p hoc remouet impedimētū hu
mane ſalutis: que ꝯſiſtit i hoc ꝙ hō ad celeſtia
⁊ ſpūalia tendat: a quibus hō impeditur dum
in terrenis magnificari ſtudet. Et ideo dñs vt
impedimentum ſalutis auferret exteriorez cel
ſitudinem contemnēdā monſtrauit p humilita
tis exempla: ⁊ ſic humilitas eſt ſicut diſpoſitio
quedam ad liberum acceſſum in bona diuina
⁊ ſpiritualia. Charitas aūt eſt ſicut perfectio q̄/
dam aliarum virtutū. Et ideo ſicut perfectio ē
potior diſpoſitione: ita charitas potior humili
tate. ¶ Pertinet autem ad cōmendationē ei⁹.

Qd tria dñt nos inducere ad hūilitatem.

Primo qdem neceſſitas eius. Nā dr Matth.
xviij. Niſi ꝯuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut par/
uuli. i. humiles. non intrabitis in regnū celoꝝ.
Gratia. de pe. di. j. §. taciturnitas. dicit ſine hu/
militate nemini poteſt eſſe ſalus. Secūdo exē/
pla chriſti pluima. imo oīa geſta ei⁹. Uñ Augu/

in.xiiij.de ciui.dei dicit. Nunc in ciuitate dei in hoc ſeculo peregrinanti maxime commendatur humilitas. ⁊ in eius rege qui eſt chriſtus maxime predicatur contrarium huic virtuti quod eſt elationis vitium. in eius aduerſario qui eſt diabolus ⁊c. In conſpectu eius fuit minimus omnium ſecundum magiſtrum in.iiij. ſententiarum diſt.ij. Paruulus datus eſt nobis. Eſa.ix. de humili virgine naſci voluit. humilem domum habuit. quia diuerſorium. humilem lectum. quia preſepium humilem veſtem. quia pannis inuolutus eſt. humilibus per angelum ſuam natiuitatem nunciari per paſtoribus. Sacramenta humiliationis ſuſcepit vt circunciſionis ⁊ baptiſmi. Parentibus humiliter ſubditus. Paruulum amplectatur. Marci.ix. Et paruulos nō vult prohiberi a diſcipulis ad ſe venire. In predicando ⁊ docendo dixit. Ego gloriam meam non quero. Io.viij. Item mea doctrina non eſt mea. In miraculis faciendis humilitatem oſtendit dicens leproſo Mathei.viij. Uide nemini dixeritis. Et Marci.vij. Precepit eis ne cuiq̄ dicerent ſcilicet de ſanatione ſurdi ⁊ muti. In cenſus ſolutiōe. Math.xvij. Et in pedum ablutione. Io.xiij. In itinerando ſuper aſellum Math.xxj. In paſſione humiliauit ſeipſum. Ad Phil.ij. Humiles piſcatores elegit. Tertio commendatur humilitas ex vtilitate eius.

¶ De fructibus .§.iiij.

De fructibus humilitatis

humilitatis. Primo quidem deo ⁊ cōmunibus placet ⁊ redolet. Canti.j. Cum eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuum. Nardus propter ſui paruitatem ſignificat humilitatem herba ipſa eſt. ¶ Secundo orationes facit deo acceptas. Pſ. Reſpexit in orationem humilium. ⁊c. Iudith.ix. Humilium ⁊ mitium inſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. ¶ Tertio facit hominem liberum a malo culpe ⁊ a malo pene Pſ. Humiliatus ſum ⁊ libe.me.iij. Regum.xxj. Nonne vidiſti achab humiliatum coram me. ⁊c. Antiqui communiter in ſignum humiliationis ad placandum dominū imponebant cinerem ſuper capita ſua. ⁊ induebantur aliquando cilicio. Sicut legitur de Iudith. de Ioſue. de Niniuitis. ⁊c. ¶ Quarto humilitas homīez tēporaliter exaltat. j. Regū.xv. Nōne cū eſſes paruulus in oculis tuis caput tribubus iſrael conſtitui te. dictum fuit Sauli qui abſcōderat ſe electus in regem. Moyſes humilis. vt patet in excuſando ſe ad eundum ad pharaonem. factus eſt dux populi. Humilis hieremias qui dicebat a a a domine deus. ⁊c. conſtitutus eſt ſuper gentes ⁊ regna. Dauid minimus inter fratres vngitur in regem. j. Regum.xvj.

¶ Quinto inducit ad gloriam. Iob.xxij. Qui humiliatus fuerit in gloria. Luc.xiiij. dicit in parabola. Recumbe in nouiſſimo loco. ⁊c. tūc erit tibi gloria. ¶ Sexto dei apparitiōe ſeu angelorum facit dignum. Geñ.xviij. Abrae in cōualle mambre apparuerunt tres viri. i. angeli. ¶ Septimo ad ſapientiā introducit. Prouerbio.xj. Ubi humilitas ibi eſt ſapientia. Math.xj. Reuelaſti ea paruulis. Grego. in paſto. Pupilla oculi nigre videt. Albuginem patiens nihil videt. q2 humane cogitationis ſenſus dū ſe ſtultum peccatoremq̄ intelligit cognitionē intime claritatis apprehendit. Si autem eādo rem ſapientie aut iuſtitie ſibi attribuit a luce ſuperne claritatis excludit diſtinctio.xlix. hinc etenim. §. albuginem. Exemplum in vitaſpatrum de illo qui per ieiuniū ſeptē hebdomadarum non potuit habere declarationem de quodam dubio ſcripture ſacre. ſed cum cepit ire ad alios interrogandū apparuit ei angelus declarans. ¶ Octauo a laqueis temptationum liberat. Unde Antonio exclamanti. O quis iſtos euadet laqueos quibus mundum viderat plenum ſe cōnectentibus. dictū fuit ſola hūilitas. ¶ Nono humilitas nutrix eſt dilectiōis. vt dicit Cryſo. ſicut cinis conſeruat ignem. ita humilitas dilectionem ⁊ alias virtutes Gregorius. Perit omne q̄d agit. ſi non caute in humilitate cuſtoditur. In huiuſmodi figuram omnia vaſa que oſtendit ⁊ theſauros. Ezechias oratoribus regis babylonis aſportauit poſtea ⁊ perdidit. ¶ Decio de hoſte inferni mirabiliter triūphat. Figurat enim per fundam per quam lapidibus Dauid occidit goliam. In vitaſpatrū dixit diabolus machario. q̄ ſola eius humilitas vincebat eū. ¶ Undecimo pacem facit Gregorius. Pacem illam facit humilitas qua ſibi quiſq̄ ſuperiorem alium arbitratur.

¶ Titulus quintus de iuſtitia. ¶ De iuſtitia in generali. Capitulū.j.

De triplici acceptione iuſtitia.

Poſtquam de prudentia intellectum practicum dirigēte ⁊ fortitudine ⁊ tēperantia que regulant appetitum ſenſitiuū dictum eſt. Conſequenter dicendum reſtat de iuſtitia que voluntatem rectificat. Sciendum primo q̄ iuſtitia ſcḋm bea. Tho. in.iiij. diſtin.xxxiij. q.j. tripliciter dicitur prout notat phus in.v. Ethico. Uno modo prout importat quendam ſtatum rectitudinis in homine quantum ad partes ipſius: prout ſcilicet aliqua pars anime ſuo ſuperiori ſubditur. ſiue ipſi deo ſiue alij parti hominis. Et hanc iuſtitiam noiat philoſophus metaphoricā. eo q̄ diuerſe ptes hoīs computantur q̄ſi diuerſe

perſone. Hec autem rectitudo per quolibꝫ peccatuꝫ tollitur. ⁊ per gratiam reparatur. Unde hec iuſtitia etiam virtus generalis dicitur inquantum includit oēs virtutes. non quidem per modum totius vniuerſalis ſicut iuſtitia legalis. ſed generalis dr̄ per modum totius integralis. Et ad hanc iuſtitiam motus dr̄ iuſtificatio qua. ſcꝫ impius de peccatore p̱ gratiam fit iuſtus. vnde diffinitur iuſtificatio ꝙ eſt remiſſio peccatoꝝ ⁊ conſūmatio bonorum operum. i. infuſio habituum virtutum. Secūdo modo dr̄ iuſtitia prout eſt nomen generale ad omnes virtutes ſm ꝙ actus earum ordinat ad bonuꝫ cōe ſm directionem legis. Et de hac dicit phs ꝙ iuſtitia eſt omnis virtus. Ideo enim dicitur generalis. quaſi per quandam cauſalitateꝫ ſm ꝙ p̱ legis imperiū ordinat ad bonuꝫ cōmune. non ſolum actum iuſtitie particularis. ſed etiam actꝰ aliaꝝ v̄tutū. Nā precipit actū tempantie ⁊ ordinat ad bonum cōe. puta cum lex mandat vt nullus adulterium committat. ſimiliter actum fortitudinis in bonuꝫ cōe reducit cū precipit. ꝙ milites non deſerant aciem nec arma proijciant ⁊ hmōi. Quod declarans beatꝰ Tho. ij.ij.q.lviij. ſic dicit. Iuſtitia ordinat hominem in comparatione ad aliuꝫ. Et hoc poteſt eſſe dupliciter. Uno modo ad alium ſingulariter conſideratum. Alio modo in communi ſm quod ille qui ſeruit cōmunitati. ſeruit omnibꝰ hominibus qui ſub illa cōmunitate cōtinentur. Ad vtrunqꝫ ſe poteſt habere iuſtitia ſm propriam rationem. Nam omnes qui ſub aliqua cōmunitate continentur compantur ad cōmunitatē ſicut ptes ad totū. Pars autem id quod ē totius eſt. Unde ⁊ quodlibet bonum ptis eſt ordinabile ad bonum totius. Scd̄m igitur hoc bonum cuiuſlibet virtutis ſiue ordinātis hominem ad ſeipſuꝫ. ſiue ordinantis ad aliquas alias perſonas ſingulares eſt referibile ad bonū cōmune. Et quantum ad hoc dicitur eſſe virtꝰ generalis. ad quod ordinaꝰ iuſtitia. Et ſm hoc actus oīum virtutuꝫ ad iuſtitiam poſſunt pertinere ſm ꝙ ordinant hominem ad bonum cōe. Et qꝛ ad legem ptinet ordinare in bonum cōe Ideo iuſtitia predicto modo generalis dicitur iuſtitia legalis. quia per eam homo concordat legi ordinanti actus oīm virtutum in bonum commune. Tertio modo dicitur iuſtitia prout eſt virtus ſpecialis. equalitatem conſtituens in commutatiōibus ⁊ diſtributionibus cōmunicabilium bonorum. que ſunt neceſſaria in vita hec beatus Tho. ⁊ de iſta nunc agitur. que eſt vna de cardinalibꝰ. ⁊ pcellit oēs morales dupliciratione ſm beatum Tho. ij.ij. Primo ex pte ſubiecti. quia iuſtitia eſt in nobiliori parte anime. ideſt appetitu rationali. ſ. voluntate. Alie vero. ideſt fortitudo ⁊ temperantia ſunt in appetitu ſenſitiuo. ad quem pertinent paſſiones que ſunt materia dictarum virtutum. Secunda ratio eſt pte ex obiecti. Naꝫ alie virtutes laudantur ſm bonum ipſius virtuoſi. Iuſtitia autem ſm ꝙ quis bene ſe habet ad aliud. Et nota ꝙ in ſcripturis ſacra iuſtitia cōmuniter accipitur primo modo dicta.

De pexcellētia v̄tutis iuſtitie.

Nota ꝙ iuſtitia .§.i.

prout eſt virtus ſpālis diſtincta a ceteris. ſe hꝫ vt totū integrale. Et ſic ptes eius ſūt declinare a malo ⁊ facere bonū. Eſt etiā totū vle. ⁊ partes eius ſubiectiue. que ſunt ſpecies eius. ſūt iuſtitia cōmutatiua. ⁊ iuſtitia diſtributiua. Eſt ⁊ totum pncipale. Et ſic ptes eius ſūt que dicūtur virtutes annexe. Religio. pietas. obſeruātia. q̄ includit obediētiā. Ueritas grā. ſeu gratitudo vindicatio. liberalitas. affabilitas. ſeu amicicia de qbus oibus aliqd breuiꝰ eſt dicēdū. ¶ Sciendum de partibus iuſtitie integralibus ꝙ cū ſit iuſtitia gn̄alis ⁊ iuſtitia ſpālis vt dictū ē. Ad iuſtitiā gn̄alē ptinet facere bonū debitū in ordine ad coītatē vel ad deū. Et vitare malū oppoſitum. ſ. coītati vel deo. Sꝫ iuſtitia ꝓut eſt virtus ſpecialis reſpicit bonū ſub rōne debiti in cōparatiōe ad ꝓximū. ⁊ ſm hoc ad iuſtitiā virtuteꝫ ſpecialē ptinet facere bonū ſub rōne debiti i cōparatione ad ꝓximū. ⁊ vitare malū oppoſitum qđ eſt nociuū ꝓximo. Et ſm hoc declinare a malo ⁊ facere bonū ſunt ptes iuſtitie ſpecialis. Ad iuſtitiā eni ptinet eq̄litatē ꝯſtituere in his que ſunt ad alterū. Eiuſdē aūt eſt ꝯſtituere aliqd. ⁊ illud ꝯſtitutū ſeruare. Cōſtituit aūt eq̄litatē iuſtitie in faciēdo bonū. i. reddēdo alteri qđ ſibi debetur. Conſeruat aūt equalitatē iuſtitie iam ꝯſtitute declinando a malo. i. nullū nocumētuꝫ proximo inferendo. Et nota ꝙ hic declinare a malo ſm ꝙ poniꝰ pars iuſtitie. nō dicit puram negationē. que eſt nō facere malū. Hoc eniꝫ nō mereꝰ palmā ſed tm̄ vitat penā. Sed importat motū voluntatis repudiātis malū. vt ipm̄ nomen declinatiōis importat. Et hoc eſt meritorium. pcipue qn̄ aliqs ipugnaꝰ vt malū faciat ⁊ reſiſtit. Item facere bonū eſt actus cōpletiuus iuſtitie. ⁊ q̄ſi pars pncipalis eiꝰ. Declinare aūt a malo eſt actus iperfectior ⁊ pars ſecundaria. Item nota ꝙ oē pctm̄ aut eſt tranſgreſſio. aut omiſſio. ⁊ tranſgreſſio opponiꝰ illi pti iuſtitie q̄ eſt declinare a malo. Omiſſio aūt alteri pti ſcꝫ facere bonū. Aliqn̄ tm̄ trāſgreſſio large ſumiꝰ p omni pctō includendo etiā omiſſionem. Et ſic ſumit bea. Amb. cum diffiniendo peccatum dicit ꝙ ē trāſgreſſio legis diuine ⁊c̄. Pro cuiꝰ declaratiōe dicit beatus Tho. ij.ij.q.lxxix. ꝙ nomen tranſgreſſionis a corporalibus motibus

De duplici pte iuſtitie ſcꝫ facē bonū ⁊ declinare a malo.

Quid ſit declinare a malo ⁊ facē bonū quō itelligiꝰ

De trāſgreſſione qd ſit ⁊ q̄modo opponiꝰ iuſtitie.

ad morales actus deriuatũ eſt. Dr̃ aũt aliquis
ſm corpalem motum tranſgredi.ex eo ꝙ tranſ
greditur terminũ ſibi p̃fixum. Terminus autẽ
p̃figit homi.vt vltra nõ tranſeat in moralib⁹ p
preceptũ negatiuũ.⁊ ideo tranſgreſſio ꝓprie
d̃r ex eo ꝙ quis trãſgredit̃ p̃ceptũ diuinũ qđ
quidẽ materialiter poteſt eſſe cõmune omnib⁹
ſpecieb⁹ peccatorũ.quia p̃ quãlibet ſpẽm pec/
cati mortalis homo trãſgreditur aliquod p̃cep
tũ diuinũ.Sed ſi accipiatur formalr̃ ſm hanc
ſpecialẽ rõnem quod eſt facere contra p̃ceptũ
negatiuũ:ſic eſt ſpeciale peccatum dupliciter.
Uno mõ ſm quod opponit̃ ad genera peccato
rum oppoſita alijs virtutib⁹.Sicut enim ad ꝓ
priam rõnẽ iuſtitie legalis ptinet attendere ad
debitũ p̃cepti.ita ad ꝓpriã rõnem tranſgreſſio
nis ptinet attendere ɔtemptũ p̃cepti.Alio mõ
ſm ꝙ diſtinguit̃ ab omiſſione que ɔ̃riatur pre/
cepto affirmatiuo. ¶ De omiſſiõe nota ſꝫ btm̃
Tho.vbi.ſ.ꝙ importat omiſſio p̃termiſſionẽ
boni debiti. Bonum autẽ ſub ratione debiti ꝓ
prie ptinet ad iuſtitiã ad legalẽ qdẽ ſi d̃bitũ ac
cipiat̃ i ordie ad legẽ dei ſeu diuinã vl̃ hũanã.
Ad ſpecialẽ aũt iuſtitiã ſꝫ ꝙ debitum cõſidera
tur in ordine ad proximum.vnde eodẽ modo
quo iuſtitia eſt ſpecialis v̾tus ⁊ omiſſio eſt ſpe/
ciale pctm̃ diſtinctũ a peccatis.que opponũtur
alijs virtutib⁹.Eo vero mõ quo facere bonum
cui opponit̃ omiſſio eſt quedã pars iuſtitie di/
ſtincta a declinatione mali cui opponit̃ trãſgreſ
ſio.Etiã omiſſio a tranſgreſſione diſtinguitur.

de omiſſiõe in ij.ꝑ.ti. tr.

¶ Et nota ꝙ omiſſio nõ eſt originale ſꝫ actua/
le pctm̃.nõ ꝙ habeat aliquẽ actũ ſibi eſſentialẽ
ſꝫ ſm ꝙ negatio act⁹ reducit̃ ad gen⁹ act⁹:⁊ ſic
nõ agere accipit̃ vt quoddã agere boni debiti
ad qđ qs tenet̃. Et q: nullus tenet̃ ad impoſſi/
bile idõ nullus peccat pctõ omiſſionis ſi nõ facit
qđ nõ põt. Itẽ nota ꝙ ſicut pctm̃ tranſgreſſiõis
opponit̃ p̃ceptis negatiuis:ita pctm̃ omiſſio
nis affirmatiuis que pertinent ad faciendum
bonũ. Affirmatiua aũt precepta non obligant
ad ſemp̃ ſed ad tempus determinatũ.⁊ pro il/
lo tp̃e quo quis debet aliquid facẽ ⁊ nõ facit.
peccatũ omiſſionis incipit eſſe ⁊ non a cauſa
ſua. Item ſciendũ ꝙ cum peccatũ tãto ſit gra
uius q̃to magis diſtat a virtute. Omiſſio au/
tem opponat̃ virtuti iuſtitie negatiue. Tranſ/
greſſio contrarie que eſt maxime diſtantie. idõ
grauius eſt peccatũ tranſgreſſio q̃ȝ omiſſio ce
teris parib⁹ ſicut inferre ɔtumeliã parẽtib⁹.
quod eſt trãſgreſſio.eſt grauius q̃ȝ nõ honora
re qđ eſt omiſſio. Et ſumẽdo ꝓprie trãſgreſſio
nẽ ⁊ omiſſionẽ.ſ.put ſunt ɔ̃ p̃cepta.ſic ſũt mor
talia.ſed large p̃ his que ſunt preter precepta.
non contra.ſi ſunt venialia. Et nota ꝙ omnia
precepta decalogi ſunt de actibus iuſtitie.

de omiſſione ꝙ eſt pctm̃ actuale. ⁊ quõ i[n]telligit̃.

¶ Deinde viden .§.ij.
dum eſt de diffinitione iuſtitie.⁊ quõ ſit neceſ/
ſaria ciuitati ⁊ ciuibus de principijs eius.⁊ de
multiplici modo principãdi. Ad habẽdũ autẽ
diffinitionẽ iuſtitie videndum eſt quid impor/
tet nomen eius. Nam frequẽter ex ſignificatio
nibus nominũ a q̃bus imponuntur deuenim⁹
in cognitionẽ rerum. Uidetur aũt iuſtitia ſm
nomen quandã importare equalitatẽ.vñ vul/
gariter que adequantur dicũtur iuſtificari. Eq̃
litas ſemp̃ eſt ad alterũ.q: nihil ſibimet eſt equa
le. Opꝫ ergo ꝙ inter alterũ ⁊ alterũ eq̃litas verſe
tur. Erit ergo iuſtitia virtus adequans vnũ cũ
altero. hoc aũt ſit dum operationes ⁊ res exteri
ores que poſſunt in vſum hominis venire.⁊ in
quibus homines ſibiĩnuicẽ cõicant debite or
dinantur. Ex quo patet materia circa quã iuſti
tia verſatur.ſ.operatiões ⁊ res inter homines
cõmunicabiles quarum ipſa eſt rectificatiua ⁊
ordinatiua.ex hoc patet eius eminẽtia ad alias
virtutes morales que hominẽ tm̃ perficiunt in
eis que cõueniunt ei ſm ſeipſuȝ. Fortitudo enĩ
hominem perficit in ſeipſo dum timores ⁊ au/
dacias rectificat.tẽperantia concupiſcẽtias. et
ſic de alijs virtutibus que habent interiores
paſſiones modificare. Juſtitia vero hominem
perficit in ordine ad aliuȝ.dum ab vno q plus
iuſto hꝫ accipit.⁊ alteri q min⁹ iuſto hꝫ tribuit
vel quãdo diuerſa diuerſis ꝓportiõabiliter ſm
merita diſtribuit.⁊ ſic ſemper inter diuerſos eq̃
litatem ɔſtituit. Patet ergo ꝙ iuſtitia eſt diffi/
nienda ex actu reddendi ius debitũ vnicuiqꝫ.
Sed ad hoc ꝙ actus iſte ſit virtuoſus neceſſe ẽ
ꝙ procedet ex habitu ⁊ bone diſpoſitione mẽ/
tis. ¶ Erit ergo iuſtitia habitus voluntatis ſi/
ue bona qualitas mẽtis ius ſuum vnicuiqꝫ tri/
buens. Et ad hoc ɔcurrit fere intentio omniuȝ
diffinientiũ iuſtitiã. Dicit enĩ iuriſperitus ꝙ iu
ſtitia eſt conſtans ⁊ perpetua volũtas ius ſuum
vnicuiqꝫ tribuens. vbi potentia pro habitu po
nitur. vnde iuſtitia d̃r dei voluntas id eſt volũ/
tatis habitus. Et ad hoc ꝙ iſte habitus ſit vir/
tutis non debet quis habere ꝓpoſitum ad ho
ram ſcilicet ad tempus operandi iuſtitiam ſed
perpetuo.alioquin nõ eſſet iuſtus. vnde ſꝫ phi
loſophum.ij.ethi.inter alia que requirũtur ad
actum virtutis ponitur ꝙ operetur immobili/
ter. vbi deſignat actus firmitatem quantuȝ ad
propoſitum quod debet habere operãs p̃ vir/
tutem. Poteſt ergo predicta diffinitio iuris ad
formam ſic reduci. Juſtitia eſt habitus volun/
tatis ſm quem aliquis firmo ⁊ cõſtanti propo/
ſito ius ſuum vnicuiqꝫ tribuit. Ad hanc etiam
reducitur diffinitio quã ponit Macrobius di/
cens ꝙ iuſtitia eſt vnicuiqꝫ ſeruare quod ſuuȝ

De iuſtitie nomie qd importet.

De iuſtitia qd ſit.

eſt. Iſi3. aūt eam ſic deſcribit. iuſtitia eſt ordo ⁊
equalitas qua homo cuȝ vnaquaqꝫ re bene or
dinatur. Tul. aūt in .j. rheto. ſic eā deſcribit iu//
ſtitia eſt habitus animi cōmuni vtilitate ſerua/
ta ſuam vnicuiqꝫ tribuens dignitatē. Comple/
tiue aūt eam diffinit bea. Amb. in li. de offi. di.
Iuſtitia eſt que vnicuiqꝫ qđ ſuum eſt tribuit ali
enum non vendicat. vtilitatē propriam negli./
git. vt cōmunem equalitatem cuſtodiat.

¶ De duabus ſpeciebus iuſtitie videlicet cō//
mutatiua ⁊ diſtributiua. Cap. ij.

POſt aſſignationeȝ
partium integraliū iuſtitie ⁊ diffi//
nitionē eius. Nunc vidēdum ē de
partibus ſubiectiuis. ſ. cōmutati/
ua ⁊ diſtributiua. Cum ergo iuſtitia particula/
ris de qua nūc loquimur reſpiciat aliquā ꝑua
tam perſonam que cōparatur ad cōmunitateȝ:
ſicut pars ad totū. pōt duplex ordo attendi ad
aliquam partē. Unius quidē partis ad partem
cui ſimilis eſt ordo vni⁹ ꝑſone ꝑuate ad aliā. Et
hunc ordinem habet dirigere quedam iuſtitia
que a pħo dicitur cōmutatiua. Conſiſtit eniȝ in
his que per quandam cōmutationem habent
fieri inter duas ſingulares ꝑſonas adinuicem
vt patet in emptionibus vēditionibus. locatio
nibus ⁊ quibuſcūqꝫ alijs pactiōibus interueni
entibus inter vnū hominē ⁊ aliū. Et hec qdem
iuſtitia ꝯſtituit eq̄le arithmeticū inquātū ade/
quare oportet rem rei. vt quāto plus iſte hȝ q̄ꝫ
ſuum ſit tantūdē reſtituat ei cuius ē minus ha
benti. Alius aūt ordo attenditur totius ad par
tes cui ſimilis eſt ordo cōis laicalis vel alicui⁹
principis vicem cōis gerentis ad ſingulares ꝑ
ſonas. Et hunc ordinē habet dirigere quedam
alia iuſtitia que dicitur diſtributiua per quam
bona cōia diſtribuuntur vt honores ⁊ alia hu/
iuſmodi. vt expedit vnicuiqꝫ ſm ꝓpriaȝ digni
tatem. Et hec quidē iuſtitia ꝯſtituit equale geo
metricum. quod non eſt accipiendū ſm eandē
quantitatem: ſed ſm ꝓportionē. Cum eniȝ bo
na cōia equalia non ſint nec ciues equales eſſe
omnes poſſint. ſi principes vel hi q̄ rempubli/
cam regunt de rebus cōibus omnibus equali/
ter prouiderent. cōfuſio maxima accideret ⁊ to
tius pollitie ordo periret: talis enim equalitas
ſumma eſſet inequalitas ſi merita diuerſorum
ſm ordinē ꝓportionis non attenderentur. De
bet ergo qui preeſt cōmunitati diligēter atten/
dere ꝯditiones ꝑſonarum ⁊ bonoꝝ cōmuniū
qualitates. quibus inſpectis ⁊ adinuicem com
penſatis debet ea ꝓportionabiliter diſtribuere
vt ſicut vna perſona aliam excedit. ita etiā illđ
quod vni tribuitur debet excedere id qđ alteri
exhibetur. Non enim equalibus honorib⁹ ho
notandi ſunt plebei ⁊ optimates. cū iſti maio/
rem principatum teneant in republica. maxi/
me in his que ad defenſionē ⁊ gubernationeȝ/
eius pertinent. Et ſic patet duas eſſe iuſtitias. de dua
Cōmutatiuā per quā ſubditi dirigūtur in his bus iu
que fiunt per mutuas cōmutatiōes reꝝ venali ſtitijs. ſ.
um. Et diſtributiuam per quā qui preeſt dirigi cōmu/
tur in rite diſtribuendo bona cōia ſubditorum tatiua ⁊
qualitate ſeruata. Pro huius maiori declarati diſtri//
one circa iuſtitiā ipſaȝ particularē ſeu virtuteȝ butiua
cardinalē ſciendū ſm be. Tho. ij. ij. q. lxj. q̄ iu./
ſtitia ꝯſiſtit circa quaſdā operatiōes exteriores de iuſti
ſcȝ diſtributionē ⁊ cōmutationē. que qdē ſunt tie parti/
vſus quorundā exterioꝝ vel reꝝ vel ꝑſonaruȝ cularis
vel opeꝝ. ¶ Reꝝ qdem ſicut cū aliquis aufert ſpēbus
alicui rem ſuā vel reſtituit. Perſonaꝝ. ſicut cū iterum
aliquis in ꝓpria ꝑſona alteri iniuriā facit. ꝑcu/ quoad
tiendo eum aut verbis ꝯtumeliando. Uel etiā vſum.
cum irreuerētiam exhibet. Opeꝝ ſicut cuȝ ali
quis iniuſte exigit vel alteri reddit aliqđ op⁹.
Si ergo accipiātur vt materia vtriuſqꝫ virtutis
ea quoꝝ operatiōes ſunt vſus eadē eſt materia
diſtributiue ⁊ cōmutatiue iuſtitie. Nam ⁊ res
diſtribui poſſunt ⁊ cōicari ab vno in alios. Eſt
etiam ⁊ quedā diſtributio laborioſoꝝ operū ⁊
recōpenſatio. Si aūt accipiātur vt materia vtri
uſqꝫ virtutis actiones ipſe principales quibus
vtimur perſonis rebus ⁊ opibus. ſic inuenitur
vtrobiqꝫ alia materia. Nam diſtributiua iuſti/
tia eſt diſtributionis directiua. Et cōmutatiua
eſt directiua cōmutationum. que attēdi poſſūt
inter duas perſonas. Cōmutationum aūt que/
dam ſunt inuoluntarie ⁊ quedam voluntarie.
Et inuolūtarie quidē qū quis vtitur re alterius ſ. ij. pte
ꝑſona vel opere eo inuito. Qđ quidē contingit
quandoqꝫ occulte per fraudem quandoqꝫ ma
nifeſte per violentiā. vtrunqꝫ aūt contingit aut
in rem aut in ꝑſonā. Et ſi in ꝑſonā. aut ꝓpriam
aut coniunctā. Et in rem qdē ſi qs accipit rem
alterius occulte. vocatur furtū. ſi manifeſte. vo
catur rapina. In ꝑſonā autem ꝓpriam vel quā
tum ad ipſam ꝯſiſtentiā ꝑſone. vel quantuȝ ad
dignitatem eius. Si quātū ad ꝯſiſtētiā ꝑſone.
ſic leditur aliqs occulte ꝑ doloſaȝ occiſionē vel
percuſſionē vel veneni exhibitionē. Manife//
ſte vt ꝑ manifeſtā occiſionē vel ꝑcuſſionē vel in
carcerationem. vel mutilationē. Quantum aūt ſ. ȝ. ho/
ad dignitatē ꝑſone ledit quis occulte per falſa nici//
teſtimonia ⁊ detractiones. quibus alicui aufer dio. p. ij
tur fama ſua. Manifeſte autem per accuſatio//
nem in iudicio vel conuitiationem. Quantuȝ
autem ad perſonam coniunctam ledit quis in
vxore vt in pluribus occulte per adulteriū. In
ſeruo cum aliquis ſeruum ſeducit vt a domi// ſ. ij. pte
no diſcedat. ⁊ hoc etiam manifeſte fieri poteſt.
Et eadem ratio eſt de alijs ꝑſonis ꝯiunctis. in

quas poſſunt omnib⁹ modis iniurie circa has
perſonas exerceri. Tamen quia ſeruus eſt poſ/
ſeſſio quedam domini. refertur ad hoc furtuꝫ.
Voluntarie autem commutationes dicuntur.
quando aliquis voluntarie tranſfert rem ſuaꝫ
in alterum. Et ſiquidem rem ſuam ſimpliciter
tranſfert in alterum abſqꝫ debito. ſicut in dona
tione non eſt actus iuſtitie ſed liberalitatis. In
tantum aũt ad cõmutationem ſeu cõmutatiuã
iuſtitiam voluntaria tranſlatio ptinet. inquan/
tum ibi aliquid eſt de rõne debiti. Quod qdeꝫ
cõtingit multipliciter. Uno modo qñ quis ſim
pliciter tranſfert rem ſuam in alterum ꝑ recõ/
penſatione alterius. ⁊ ſic eſt commutatio ⁊ ven
ditio. Alio modo cum quis tradit rem ſuã alte
ri concedens ei vſum rei cum debito recuperã
di rem. Et ſiquidem gratis cõcedit vſuꝫ rei vo
catur vſufructus reb⁹ que aliquid fructificant.
vel ſimplex mutuum. vel accõmodatuꝫ in his
que non fructificant. ſicut dnarij vaſa ⁊ hmõi.
Si vero nec ipſe vſus gratis conceditur. voca
tur locatio ⁊ conductio. Tertio modo tradit ali
quis rem ſuã vt recuperandã non ratiõe vſus.
ſed ratione conſeruationis. ſicut in depoſito.
Uel ratione obligationis ſicut cum quis rem
ſuã pignori obligat. ſeu cum quis ꝑ alio fideiu
bet. In omnib⁹ autem his actionib⁹ volũtarijs
vt in volũtarijs eſt eadem ratio accipiendi me/
dium ſm equalitatem recompẽſationis. Et iõ
omnes iſte actiones pertinent ad vnam ſpeciẽ
iuſtitie. ſ. commutationis. Hec omnia beatus

De di/ // uerſis ſpẽbus peccatorum ad iniuſtitiam per/ tinẽtib⁹

Thomas. ❡ Et nota ꝙ in commutationibus
inuoluntarijs reperiuntur diuerſe ſpecies pec/
catorum. que habent propria nomina. ⁊ perti/
nent omnia ad iniuſtitiam. videlicet furtuꝫ. ra/
pina. homicidium. veneficium. incarceratio.
mutilatio. verberatio. falſa accuſatio. dtractio.
deriſio. cõtumelia. ſuſurratio. maledictio. adul
terium. ⁊ hmõi. de quibus omnib⁹ habes ſuꝑ.
in ſecũda parte. Et hec omnia reducuntur ad
Qꝛ religio eſt vtꝰ vna ⁊ ſpālis ⁊ maxima

quomodo ſit virtus ⁊ ſpecialis ⁊ vna ⁊ maxima moralium. ſic declaratur ſm. b. Tho. ij. ij. q. lxxxj. Primum probatur ſic. Uirtus ſm phꝫ eſt que bonum facit habentem ⁊ opus eius bonum reddit: vbi eſt ergo actus bonus: ibi neceſſe eſt ponere virtutem: vnde procedit. Sed reddere debitum alicui quod facit religio per actum eius. quia reddit deo debitum honorẽ habet rationem boni: quia per hoc ꝙ redditur alteri debitum ab aliquo conſtituitur ordo in proportione conuenienti reſpectu ipſius quaſi conuenienter ordinatus ad ipſum. Ordo autem habet rationem boni. ſicut modus ⁊ ſpecies. ſm Aug. ergo religio eſt virtus. Quantum ad ſecundum: ſcilicet ꝙ ſit ſpecialis virtus oñditur ſic. Cum virtus ordinetur ad bonum vbi eſt ſpecialis ratio boni. ibi oportet eſſe ſpecialem virtutem. bonum autem ad quod ordinatur religio eſt exhibere deo debitum cultũ ⁊ honorem. Honor autem debetur alicui rõne excellentie. Et quia deo competit ſingularis excellentia inquantum omnia in infinitum tranſcendit. ſm omnimodum exceſſum. ideo ei debetur ſpecialis honor ſicut ⁊ in rebus humanis. Uidemus enim ꝙ in diuerſis excellentijs perſonarum diuerſus honor debetur: quia alius patri alius regi. Eſt ergo religio virtus ſpecialis. ¶ Quod ſit vna virtus quãuis honor

Qꝛ religio ſit vna vtꝰ ⁊ maxima

exhibeatur tribus perſonis diuinis probaꝫ ſic Habitus diſtinguuntur ſm diuerſam rõnem obiecti. Pertinet autem ad religionem exhibere reuerentiam vni deo ſm vnam rationem inquantum ſcilicet eſt primum principiũ creationis ⁊ gubernationis rerum. Perſone enim diuine quãuis ſint tres. ſunt tamen vnum principium creationis ⁊ gubernationis rerum. Et ideo eis vna religione ſeruitur. Non eſt autẽ virtus theologica. ſicut fides: ſpes: ⁊ charitas: quia iſte habent deum ⁊ pro fine ⁊ pro obiecto ſeu materia credimus enim deum: ſed religio non habet deum pro materia: materia. n. eius eſt actus qui fiunt in diuino cultu qui nõ attingunt ex ſe: ſed eſt virtus moralis cuius eẽ eſt circa ea que ſunt ad finem. Et quia habꝫ deum pro fine proximo: eſt maxima moralium. Item nota ꝙ latria idem eſt quod religio. Eſt autem vocabulum grecum: ⁊ interpretatur latine ſeruitus ſignans non omnem ſeruitutem ſed illam que exhibetur alicui vt primo principio omnium ⁊ vltimo fini: ⁊ ideo ſoli deo exhibenda. Et primo quidem interius mente nos ei ſubijciendo vt noſtro creatori. Secundo exterius aliqua opera faciendo: exterius in eius honorem quaſi per illa proteſtando nos ſuos eius. Exhibemus autem deo reuerentiã ⁊ honorem. non propter ipſum qui eſt gloria plenꝰ in ſeipſo cui a creatura nil adijci poteſt: ſed propter nos qui ex hoc ꝙ deum reueremur ⁊ honoramus mẽs noſtra ei ſubijcitur. ⁊ in hoc eiꝰ perfectio conſiſtit. Quelibet enim res perficiꝫ per hoc ꝙ ſuo ſuperiori ſubditur: ſicut corpus per hoc ꝙ viuificatur ab anima.

De ſanctitate .§. iij.

nota ſm. b. Tho. ij. ij. q. lxxxj. ꝙ eſt eadem virtus cum religione ſm eſſentiam: ſed differt ſꝫ rationem. Pro cuius declaratione ſciendũ ꝙ

De triplici acceptiõe ſcitatis

ſanctitas tripliciter ſumiꝫ: ſcꝫ put iportat firmitatẽ puritatẽ: ⁊ ad dei cultum applicationem. ¶ Quãtũ ad pmũ ſciẽdũ ꝙ apḋ antiquos ſancta dicebanꝫ q legibꝰ erant iniuncta vt violari nõ deberẽt. Uñ dꝛ aliqḋ ſancitũ: qꝛ eſt legibus firmatũ. ¶ Quãtũ ad ſcḋm: ſcꝫ put iportat mũdiciã: huic ſignificatiõi cõpetit nomẽ grecũ videlicet agios. qḋ latine dꝛ ſine terra. Põt autẽ ſm latinos hoc nomẽ ſanctus ad mũdiciã ptinere: vt dicaꝫ ſanctus quaſi ſanguine tinctus eo ꝙ antiquus illi q purificari volebãt: ſanguine hoſtie intingebanꝫ. vt dicit Iſido. in li. ety. ¶ Quãtũ ad tertiũ vtraqꝫ ſignificatio: ſcꝫ firmitatis ⁊ mũdicie cõpetit vt ſanctitas attribuatur his q diuino cultui applicanꝫ: ita vt nõ ſolũ hoſea ſꝫ tẽpla ⁊ vaſa ⁊ alia hmõi. q ſanctificari dicunꝫ ex hoc ꝙ cultui diuino applicanꝫ. Mũdicia. n. neceſſaria ẽ ex hoc ꝙ mẽs deo applicetꝫ ꝙ mẽs hũana inqnaꝫ ex hoc ꝙ iferioribus rebꝰ iungiꝫ: ſicut ⁊ qlibet res ex cõmixtione peioris ſordeſcit: vt argẽtũ ex imixtiõe plũbi. Oportet aũt ꝙ mẽs ab iferioribꝰ rebus ab

ſtrahat.ad hoc ꝙ ſupme rei poſſit ꝯiungi:⁊ iō mēs ſine mūdicia deo applicari nō pōt. vñ ad Heb.xij. Pacē ſeqmini cū oīb⁹ ⁊ ſanctimoniā: ſine q̄ nemo videbit deū. Firmitas ēt exigitur ad hoc ꝙ mēs deo applicet. Applicat.n. ſicut vltimo fini ⁊ pmo pncipio:hmōi aūt oꝫ eē maxime imobilia. vñ apl's ad Ro.viij. Cert⁹ ſum enim ꝙ neqꝫ mors neqꝫ vita ſepabit me a charitate. Sic ergo ſanctitas dr̄ p quā mēs ſeipſaꝫ ⁊ act⁹ ſuos applicat deo. vñ nō differt a religione ſꝫ eſſentiā. ſꝫ ſolū rōne. Mera.n. religio dr̄ ſꝫ ꝙ exhibꝫ deo debitū famulatū i his q̄ ſpeāl'r ptinēt ad cultū diuinū vt in ſacrificijs:oblationibus ⁊ alijs hmōi. Sanctitas aūt dr̄ ſm ꝙ hō non ſolum hoc ſed alia virtutum opera refert in deum:vel ſm ꝙ homo ſe diſponit per bona opera ad cultum diuinum.

De oratione. Capitulum.viij.

DE oratione que eſt actus religionis. Nota ſꝫ.b. Tho. ſe.ſe.q.lxxxiij. ꝙ triplex fuit error antiquorum circa orationem. Quidam enim poſuerunt ꝙ res humane nō regūtur diuina prouidentia:ex quo ſequitur ꝙ vanum ſit orare omnino ⁊ deuꝫ colere. Et de his dicitur Malach.iij. Dixiſtis vanus eſt omnis qui ſeruit deo. Secunda opi.fuit ponentiū omnia in ſe ⁊ rebus humanis ex neceſſitate cōtingere ſiue ex immutabilitate diuine prouidētie:ſiue ex neceſſitate ſtellarum:ſeu ex commixtione cauſarum:⁊ ſm hoc excluditur etiaꝫ orationis vtilitas. Tertia opi.fuit ponentiū res quidem humanas diuina prouidentia regi: ⁊ ꝙ res non proueniunt ex neceſſitate:ſed dicebant diſpoſitionē diuine prouidentie variabilem eſſe:⁊ ꝙ orationibus ⁊ alijs que pertinent ad cultum dei diſpoſitio diuine prouidentie immutatur:hec omnia autem improbantur in prima parte. Et ideo oportet ſic inducere orationis vtilitatem vt neqꝫ rebus humanis diuine euidentie ſubiectis neceſſitatem imponamus:neqꝫ diuinam diſpoſitionem mutabileꝫ eſtimemus. Ad huiuſmodi ergo prouidentiam eſt conſiderandum ꝙ ex diuina prouidētia non ſolum diſponitur qui effectus fiant: ſꝫ etiam ex quibus cauſis ⁊ quo ordine proueniant. Inter ceteras autem cauſas ſunt etiaꝫ quorūdam effectuum cauſe actus humani. Unde oportet homines agere aliqua:non vt per act⁹ ſuos diuinam diſpoſitionem immutēt: ſed vt per actus ſuos impleant quoſdam effectus ſm ordinem a deo diſpoſitum:⁊ idem eſt etiam in naturalibus cauſis. Exempli gratia. Diſpoſuit deus dare homini fructum agri ſui: ⁊ p hunc ordineꝫ: ſcilicet ſi cultiuetur ⁊ ſeratur ⁊ hmōi.

[Margin: De triplici errore circa orōnem]

[Margin: Quare oꝫ orarē ⁊ ꝙ orō non eſt fruſtra]

Oportet ergo hominem colere agrum ⁊ ſerere vt impleat effectum illum ſm ordinem datū a deo. Et ſimile eſt de oratione. Non enim oramus vt diuinam diſpoſitionē imutemus: ſꝫ vt impetremus quod deus diſpoſuit per orationes ſanctorum eiſe implendum. Et hoc eſt qđ dicit Gre.i.j.li.dyа. ⁊ habetur.xxiij.q.iiij. Obtineri ea que ſci viri orando efficiūt:ita predeſtinata ſunt:vt eorum precibus obtineantur. Nam ⁊ ipſa eterni regni predeſtinatio:ita eſt ab omnipotēti deo diſpoſita:quatinus ad hoc electi ex labore perueniant vt ipſi orando mereantur accipere quod eis oīpotens deus ante ſecula diſpoſuit dare. Uult deus nos orare ppter quod frequenter ad hoc inuitat propter nr̄aꝫ vtilitateꝫ. Primo videlꝫ vt accipiam⁹ quandam cuꝫ eo fiducialitatē recurrēdi ad eū. Chry. Conſidera quāta tibi eſt ꝯceſſa felicitas: quanta collata gloria orōnibus fabulari cum deo cum xp̄o miſcere colloquia optare:quod velis quod deſideras poſtulare. Secundo vt exerceamus in nobis hūilitateꝫ vt recognoſcamus eū eſſe actorem bonoꝝ nr̄orū in omnibus eius auxilio indigere. Ps. Ad te leuaui. ⁊c. Ecce ſicut oculi ſeruorum ⁊c. Tertio vt augeamus in nobis feruorē ⁊ charitatem. Nā deuote orādo cū cogitat de deo magis ac magis guſtat bōitas eius ⁊ p ꝯñs magis diligit.

[Margin: Inuitans ad orandum ppter tria.]

Quid ſit oratio. §.i.

Oratiō ſumit tripl'r. Uno mō large pro quali bet bona opatione. Uñ ſup illud.j.ad Theſſa. vlti. Sine intermiſſiōe orate. Glo. dicit. Semp orat qui ſemp bona facit. Secūdo dr̄ orō applicatio mentis ad deū. ⁊ ſic dicit Jo.dama. ꝙ orō eſt aſcenſus intellectus in deū. ⁊ intellect⁹ ſ comprehendit vim apprehenſiuam qui dr̄ intellectus ſpeculatiuus:⁊ vim motiuam que dr̄ intellect⁹ practicus. Intellectus ſpeculatiuus ad deū aſcēdit cum cōſideratiōe mali ⁊ ſuorum defectuum ad conſiderationem boni ſufficientiſſimi ⁊ completiſſimi ſupplere illos defectus tranſijt. Et innuit hic modus quo dꝫ procedere qui vult orare. Primo enim dꝫ defectus ſuos conſiderare:deinde aſcēdere ad eius liberalitatē qui pōt hoc ſupplere. vñ.ſq. Reg.viij.dr̄. Si quis cognouerit plagam cordis ⁊c. Intellectus practicus ad deum aſcendit deſiderio ⁊ ſpe ad liberationem eius ſperādo impleri deſiderium ſuum. Tertio mō ſumitur orō p poſtulatione deo facta. ⁊ ſic diffinit Jo.dama. ꝙ orō eſt petitio decentium deo. Et ſic dicit xp̄us diſcipulis Mat.vj. Cum oratis dicite. Pater noſter qui es in ce. ⁊c. vbi docet petere ea oīa que iuſte pñt peti ⁊ ordineꝫ quo peti debent:⁊ continet ſeptem petitiones.

[Margin: De duplici acceptiōe orōnis.]

[Margin: Orantes oꝫ duo facere.]

ad morales actus deriuatũ eſt. Dr aũt aliquis
ſm corpalem motum tranſgredi. ex eo ꝙ tranſ
greditur terminũ ſibi pfixum. Terminus autẽ
pfigit homi. vt vltra nõ tranſeat in moralib⁹ p
preceptũ negatiuũ. ⁊ ideo tranſgreſſo ppꝛie
dr ex eo ꝙ quis trãſgredit pceptũ diuinũ qḋ
quidẽ materialiter poteſt eſſe cõmune omnib⁹
ſpecieb⁹ peccatorũ. quia p quãlibet ſpẽm pec-
cati mortalis homo trãſgreditur aliquod pcep
tũ diuinũ. Sed ſi accipiatur formalr ſm hanc
ſpecialẽ rõnem quod eſt facere contra pceptũ
negatiuũ: ſic eſt ſpeciale peccatum dupliciter.
Uno mõ ſm quod opponit ad genera peccato
rum oppoſita alijs virtutib⁹. Sicut enim ad p
priam rõnẽ iuſtitie legalis ptinet attendere ad
debitũ pcepti. ita ad ppꝛiã rõnem tranſgreſſio
nis ptinet attendere ꝯtemptũ pcepti. Alio mõ
de omiſ ſm ꝙ diſtinguit ab omiſſione que ꝯtrãiatur pre-
ſiõe in cepto affirmatiuo. ¶ De omiſſiõe nota ſm btm̃
ij. p. ij. Tho. vbi. s. ꝙ importat omiſſio ptermiſſionẽ
ix. boni debiti. Bonum autẽ ſub ratione debiti p
pꝛie ptinet ad iuſtitiã ad legalẽ qdẽ ſi ꝯbitũ ac
cipiat i oꝛdie ad legẽ dei ſeu diuinã vl hũanã.
Ad ſpecialẽ aũt iuſtitiã ſm ꝙ debitum cõſidera
tur in ordine ad proximum. vnde eodẽ modo
quo iuſtitia eſt ſpecialis ṽtus ⁊ omiſſio eſt ſpe-
ciale pctm̃ diſtinctũ a peccatis. que opponũtur
alijs virtutib⁹. Eo vero mõ quo facere bonum
cui opponit omiſſio eſt quedã pars iuſtitie di-
ſtincta a declinatione mali cui opponit trãſgreſ
ſio. Etiã omiſſio a tranſgreſſione diſtinguitur.
de omiſ ¶ Et nota ꝙ omiſſio nõ eſt originale ſʒ actua-
ſione ꝙ le pctm̃. nõ ꝙ habeat aliquẽ actũ ſibi eſſentialẽ
eſt pctm̃ ſʒ ſm ꝙ negatio act⁹ reducit ad gen⁹ act⁹: ⁊ ſic
actuale. nõ agere accipit vt quoddã agere boni debiti
⁊ quõ i- ad qḋ qs tenet. Et q: nullus tenet ad impoſſi-
telligit. bile iõ nullus peccat pctõ omiſſionis ſi nõ facit
qḋ nõ põt. Itẽ nota ꝙ ſicut pctm̃ tranſgreſſiõis
opponit pceptis negatiuis: ita pctm̃ omiſſio
nis affirmatiuis que pertinent ad faciendum
bonũ. Affirmatiua aũt precepta non obligant
ad ſemp ſed ad tempus determinatũ. ⁊ pro il-
lo tpe quo quis debet aliquid facẽ ⁊ nõ facit.
peccatũ omiſſionis incipit eſſe ⁊ non a cauſa
ſua. Item ſciendũ ꝙ cum peccatũ tãto ſit gra
uius quãto magis diſtat a virtute. Omiſſio au-
tem opponat virtuti iuſtitie negatiue. Tranſ-
greſſio contrarie que eſt maxime diſtantie. iõ
grauius eſt peccatũ tranſgreſſio quã omiſſio ce
teris parib⁹ ſicut inferre ꝯtumeliã parẽtib⁹.
quod eſt trãſgreſſio. eſt grauius quã nõ honora
re qḋ eſt omiſſio. Et ſumẽdo ppꝛie trãſgreſſio
nẽ ⁊ omiſſionẽ. ſ. put ſunt ꝯ pcepta. ſic ſũt mor
talia. ſed large p his que ſunt preter precepta.
non contra. ſi ſunt venialia. Et nota ꝙ omnia
precepta decalogi ſunt de actibus iuſtitie.

¶ Deinde viden- .§. ij.
dum eſt de diffinitione iuſtitie. ⁊ quõ ſit neceſ- De iuſti
ſaria ciuitati ⁊ ciuibus de principijs eius. ⁊ de tie no-
multiplici modo principãdi. Ad habẽdũ autẽ mie qḋ
diffinitionẽ iuſtitie vidẽdum eſt quid impor- impor
tet nomen eius. Nam frequẽter ex ſignificatio tet.
nibus nominũ a quibus imponuntur deuenim⁹
in cognitionẽ rerum. Uidetur aũt iuſtitia ſm
nomen quandã importare equalitatẽ. vñ vul-
gariter que adequantur dicũtur iuſtificari. Eq̃
litas ſemp eſt ad alterũ. q: nihil ſibimet eſt equa
le. Opꝫ ergo ꝙ iter alterũ ⁊ alterũ eq̃litas verſe
tur. Erit ergo iuſtitia virtus adequans vnũ cũ
altero. hoc aũt fit dum operationes ⁊ res exteri
ores que poſſunt in vſum hominis venire. ⁊ in
quibus homines ſibiinuicẽ coicant debite or
dinantur. Ex quo patet materia circa quã iuſti
tia verſatur. ſ. operatiões ⁊ res inter homines
cõmunicabiles quarum ipſa eſt rectificatiua ⁊
ordinatiua. ex hoc patet eius eminẽtia ad alias
virtutes morales que hominẽ tm̃ perficiunt in
eis que cõueniunt ei ſm ſeipſũ. Fortitudo enĩ
hominem perficit in ſeipſo dum timores ⁊ au-
dacias rectificat. tẽperantia concupiſcẽtias. et
ſic de alijs virtutibus que habent interiores
paſſiones modificare. Iuſtitia vero hominem
perficit in ordine ad aliũ. dum ab vno q plus
iuſto hʒ accipit. ⁊ alteri q min⁹ iuſto hʒ tribuit
vel quãdo diuerſa diuerſis pportiõabiliter ſm
merita diſtribuit. ⁊ ſic ſemper iter diuerſos eq̃
litatem ꝯſtituit. Patet ergo ꝙ iuſtitia eſt diffi-
nienda ex actu reddendi ius debitũ vnicuiqʒ.
Sed ad hoc ꝙ actus iſte ſit virtuoſus neceſſe ẽ
ꝙ procedet ex habitu ⁊ bone diſpoſitione mẽ-
tis. ¶ Erit ergo iuſtitia habitus voluntatis ſi- De iu-
ue bona qualitas mẽtis ius ſuum vnicuiqʒ tri- ſtitia qḋ
buens. Et ad hoc ꝯcurrit fere intentio omniũ ſit.
diffinientiũ iuſtitiã. Dicit enĩ iuriſperitus ꝙ iu
ſtitia eſt conſtans ⁊ perpetua volũtas ius ſuum
vnicuiqʒ tribuens. vbi potentia pro habitu po
nitur. vnde iuſtitia dr dei voluntas idest volũ-
tatis habitus. Et ad hoc ꝙ iſte habitus ſit vir-
tutis non debet quis habere ppoſitum ad ho
ram ſcilicet ad tempus operandi iuſtitiam ſed
perpetuo. alioquin nõ eſſet iuſtus. vnde ſm phi
loſophum. ij. ethi. inter alia que requirũtur ad
actum virtutis ponitur ꝙ operetur immobili-
ter. vbi deſignat actus firmitatem quantũ ad
propoſitum quod debet habere operãs p vir-
tutem. Poteſt ergo predicta diffinitio iuris ad
formam ſic reduci. Iuſtitia eſt habitus volun-
tatis ſm quem aliquis firmo ⁊ cõſtanti propo-
ſito ius ſuum vnicuiqʒ tribuit. Ad hanc etiam
reducitur diffinitio quã ponit Macrobius di-
cens ꝙ iuſtitia eſt vnicuiqʒ ſeruare quod ſuũ

eſt. Iſi3. aūt eam ſic deſcribit. iuſtitia eſt ordo ⁊
equalitas qua homo cuȝ vnaquaqȝ re bene or
dinatur. Tul. aūt in. j. rheto. ſic eā deſcribit iu/
ſtitia eſt habitus animi cōmuni vtilitate ſerua/
ta ſuam vnicuiqȝ tribuens dignitatē. Comple/
tiue aūt eam diſſinit bea. Amb. in li. de offi. di.
Iuſtitia eſt que vnicuiqȝ qđ ſuum eſt tribuit ali
enum non vendicat. vtilitatē propriam negli/
git. vt cōmunem equalitatem cuſtodiat.

¶ De duabus ſpeciebus iuſtitie videlicet cō/
mutatiua ⁊ diſtributiua. Cap. ij.

Poſt aſſignationeȝ
partium integraliū iuſtitie ⁊ diffi/
nitionē eius. Nunc vidēdum ē de
partibus ſubiectiuis. ſ. cōmutati/
ua ⁊ diſtributiua. Cum ergo iuſtitia particula/
ris de qua nūc loquimur reſpiciat aliquā priua
tam perſonam que cōparatur ad cōmunitateȝ:
ſicut pars ad totū. pōt duplex ordo attendi ad
aliquam partē. Unius quidē partis ad partem
cui ſimilis eſt ordo vni⁹ pſone priuate ad aliā. Et
hunc ordinem habet dirigere quedam iuſtitia
que a phō dicitur cōmutatiua. Conſiſtit eniȝ in
his que per quandam cōmutationem habent
fieri inter duas ſingulares pſonas adinuicem
vt patet in emptionibus vēditionibus. locatio
nibus ⁊ quibuſcūqȝ alijs pactiōibus interueni
entibus inter vnū hominē ⁊ aliū. Et hec qdem
iuſtitia ꝯſtituit eqle arithmeticū inquātū ade/
quare oportet rem rei. vt quāto plus iſte hȝ qȝ
ſuum ſit tantūdē reſtituat ei cuius ē minus ha
benti. Alius aūt ordo attenditur totius ad par
tes cui ſimilis eſt ordo cōis laicalis vel alicui⁹
principis vicem cōis gerentis ad ſingulares p
ſonas. Et hunc ordinē habet dirigere quedam
alia iuſtitia que dicitur diſtributiua per quam
bona cōia diſtribuuntur vt honores ⁊ alia hu/
iuſmodi. vt expedit vnicuiqȝ ſm ꝓpriaȝ digni
tatem. Et hec quidē iuſtitia ꝯſtituit equale geo
metricum. quod non eſt accipiendū ſm eandē
quantitatem: ſed ſm ꝓportionē. Cum eniȝ bo
na cōia equalia non ſint nec ciues equales eſſe
omnes poſſint. ſi principes vel hi q rempubli/
cam regunt de rebus cōibus omnibus equali/
ter prouiderent. cōfuſio maxima accideret ⁊ to
tius pollitie ordo periret: talis enim equalitas
ſumma eſſet inequalitas ſi merita diuerſorum
ſm ordinē ꝓportionis non attenderentur. De
bet ergo qui preeſt cōmunitati diligēter atten/
dere ꝯditiones pſonarum ⁊ bonoꝝ cōmuniū
qualitates. quibus inſpectis ⁊ adinuicem com
penſatis debet ea ꝓportionabiliter diſtribuere
vt ſicut vna perſona aliam excedit. ita etiā illō
quod vni tribuitur debet excedere id qđ alteri
exhibetur. Non enim equalibus honorib⁹ ho

notandi ſunt plebei ⁊ optimates. cū iſti maio/
rem principatum teneant in republica. maxi/
me in his que ad defenſionē ⁊ gubernationeȝ
ciuis pertinent. Et ſic patet duas eſſe iuſtitias.
Cōmutatiuā per quā ſubditi dirigūtur in his
que fiunt per mutuas cōmutatiōes reꝝ venaliū.
Et diſtributiuam per quā qui preeſt dirigi
tur in rite diſtribuendo bona cōia ſubditorum
qualitate ſeruata. Pro huius maiori declarati
one circa iuſtitiā ipſaȝ particularē ſeu virtuteȝ
cardinalē ſciendū ſm be. Tho. ij. ij. q. lxj. q̄ iu/
ſtitia ꝯſiſtit circa quaſdā operatiōes exteriores
ſcȝ diſtributionē ⁊ cōmutationē. que qdē ſunt
vſus quorundā exterioꝝ vel reꝝ vel pſonaruȝ
vel operꝝ. ¶ Reꝝ qdem ſicut cū aliquis aufert
alicui rem ſuā vel reſtituit. Perſonaꝝ. ſicut cū
aliquis in ꝓpria pſona alteri iniuriā facit. pcu/
tiendo eum aut verbis ꝯtumeliando. Uel etiā
cum irreuerētiam exhibet. Operꝝ ſicut cuȝ ali
quis iniuſte exigit vel alteri reddit aliqđ op⁹.
Si ergo accipiātur vt materia vtriuſqȝ virtutis
ea quoꝝ operatiōes ſunt vſus eadē eſt materia
diſtributiue ⁊ cōmutatiue iuſtitie. Nam ⁊ res
diſtribui poſſunt ⁊ cōicari ab vno in alios. Eſt
etiam ⁊ quedā diſtributio laborioſoꝝ operū ⁊
recōpenſatio. Si aūt accipiātur vt materia vtri
uſqȝ virtutis actiones ipſe principales quibus
vtimur perſonis rebus ⁊ opibus. ſic inuenitur
vtrobiqȝ alia materia. Nam diſtributiua iuſti/
tia eſt diſtributionis directiua. Et cōmutatiua
eſt directiua cōmutationum. que attēdi poſſūt
inter duas perſonas. Cōmutationum aūt que/
dam ſunt inuoluntarie ⁊ quedam voluntarie.
Et inuolūtarie quidē qñ quis vtitur re alterius
pſona vel opere eo inuito. Qđ quidē contingit
quandoqȝ occulte per fraudem quandoqȝ ma
niſeſte per violentiā. vtrunqȝ aūt contingit aut
in rem aut in pſonā. Et ſi in pſonā. aut ꝓpriam
aut coniunctā. Et in rem qdē ſi qs accipit rem
alterius occulte. vocatur furtū. ſi maniſeſte. vo
catur rapina. In pſonā autem ꝓpriam vel quā
tum ad ipſam ꝯſiſtentiā pſone. vel quantuȝ ad
dignitatem eius. Si quātū ad ꝯſiſtētiā pſone.
ſic leditur aliqs occulte p doloſaȝ occiſionē vel
percuſſionē vel veneni exhibitionē. Maniſe/
ſte vt p maniſeſtā occiſionē vel pcuſſionē vel in
carcerationem vel mutilationē. Quantum aūt
ad dignitatē pſone ledit quis occulte per falſa
teſtimonia ⁊ detractiones. quibus alicui aufer
tur fama ſua. Maniſeſte autem per accuſatio/
nem in iudicio vel conuitiationem. Quantuȝ
autem ad perſonam coniunctam ledit quis in
vxore vt in pluribus occulte per adulteriū. In
ſeruo cum aliquis ſeruum ſeducit vt a domi/
no diſcedat. ⁊ hoc etiam maniſeſte fieri poteſt.
Et eadem ratio eſt de alijs pſonis ꝯiunctis. in

de duabus iuſtitijs. ſ. cōmutatiua ⁊ diſtributiua

de iuſtitie particularis ſpēbus iterum quoad vſum.

ſ. ij. pte

ſ. 3 ho/ nici/ dio. p. ij

ſ. ij. pte

quas poſſunt omnib⁹ modis iniurie circa has perſonas exerceri. Tamen quia ſeruus eſt poſſeſſio quedam domini. refertur ad hoc furtuꝫ. Uoluntarie autem commutationes dicuntur. quando aliquis voluntarie transfert rem ſuaꝫ in alterum. Et ſiquidem rem ſuam ſimpliciter transfert in alterum abſqꝫ debito. ſicut in donatione non eſt actus iuſtitie ſed liberalitatis. In tantum aūt ad cōmutationem ſeu cōmutatiuā iuſtitiam voluntaria tranſlatio ptinet. in quantum ibi aliquid eſt de rōne debiti. Quod qdeꝫ cōtingit multipliciter. Uno modo qñ quis ſimpliciter transfert rem ſuam in alterum ꝑ recōpenſatione alterius. ⁊ ſic eſt commutatio ⁊ venditio. Alio modo cum quis tradit rem ſuā alteri concedens ei vſum rei cum debito recuperādi rem. Et ſiquidem gratis cōcedit vſuꝫ rei vocatur vſufructus reb⁹ que aliquid fructificant. vel ſimpler mutuum. vel accōmodatuꝫ in his que non fructificant. ſicut dnarij vaſa ⁊ hmōi. Si vero nec ipſe vſus gratis conceditur. vocatur locatio ⁊ conductio. Tertio modo tradit aliquis rem ſuā vt recuperandā non ratiōe vſus. ſed ratione conſeruationis. ſicut in depoſito. Uel ratione obligationis ſicut cum quis rem ſuā pignori obligat. ſeu cum quis ꝓ alio fideiubet. In omnib⁹ autem his actionib⁹ volūtarijs vt in volūtarijs eſt eadem ratio accipiendi medium ſm equalitatem recompēſationis. Et iō omnes iſte actiones pertinent ad vnam ſpeciē iuſtitie. ſ. commutationis. Hec omnia beatus Thomas. ¶ Et nota q̄ in commutationibus inuoluntarijs reperiuntur diuerſe ſpecies peccatorum. que habent propria nomina. ⁊ pertinent omnia ad iniuſtitiam. videlicet furtuꝫ. rapina. homicidium. veneficium. incarceratio. mutilatio. verberatio. falſa accuſatio. d̄tractio. deriſio. cōtumelia. ſuſurratio. maledcitio. adulterium. ⁊ hmōi. de quibus omnib⁹ habes ſuꝑ. in ſecūda parte. Et hec omnia reducuntur ad iuſtitiam commutatiuam. ꝑ recompenſationē iniurie ⁊ dāni ab eo q̄ fecit ei cui fecit: ⁊ bono cōi q̄d leſit. que recompenſatio d̄r reſtitutio ſeu ſatiſfactio. Et dicit in. v. ethi. Iuſtuꝫ contra paſſum. quod etiam in commutatiōib⁹ volūtarijs d̄r eſſe iuſtum contra paſſum. Et d̄r contra paſſum ſm beatum Tho. ex eo q̄ recompenſatio fit ſm equalitatem. vt. ſ. paſſio recōpēſata ſit eq̄lis actioni. Non autem ſemꝑ eſſet equalis. ſi idem ſpecie aliquis pateretur quod fecit. Naꝫ ſiquis percuteret principem. ſi tamen ipſe repercuteretur tunc maior eſſet actio q̄ꝫ paſſio ⁊ non equalis. Et ideo non ſolum percutitur ſed multo grauius punitur. Similiter cū quis aliū inuoluntarium in re ſua damnificat. ſi ſolum puniretur etiam iudicio q̄ reſtitueret rem ablatam. maior eſſet actio q̄ꝫ paſſio. quia ipſe non ſuſtineret damnuꝫ ſicut ipſe intulit. Unde punitur vt rem multiplicius reſtituat. quia damnificauit etiam non ſolum rem priuatam. ſed rem publicam. tutele ſecuritatem infringēdo. Similiter in cōmutationibus volūtarijs ſi ſimpliciter daretur vna res pro altera indifferenter eſſet alij inequalitas magna. q: vna eſt multa maioris valoris. Et ideo oportet ſm quādaꝫ proportionatā menſurationem adequare paſſionem actioni in commutatiōibus. In iuſtitia autem diſtributiua non habet locum iuſtuꝫ cōtra paſſum. ex eo q: in iuſtitia diſtributiua non attenditur equalitas ſm proportionem rei ad rem vel paſſionis ad actionem. Unde dicit cōtra paſſum ſed ſm proportionabilitatē rerum ad perſonas. De cōmutationibus voluntarijs ſcilꝫ emptione. venditione. permutatione. mutuo accōmodato. depoſito. pignoratione. locatione. ⁊ cōductione. fideiuſſione. Et quomodo ſit iuſta vel iniuſta. Et de vſura que in his committitur habes. ſ. in ſcda pte ti. j. per totum.

De diuerſis ſpēbus peccatorum ad iniuſtitiam pertinētib⁹

Quid ſit vl' vñ Iuſtum ꝯ paſſū.

¶ De iuſtitia diſtributiua.

Capitulum. iij.

De iuſtitia diſtributiua. Nota q̄ actus eius ē in debita collatione officiorū ⁊ beneficiorum temporaliū ⁊ eccleſiaſticoꝝ ⁊ in adminiſtratione ſeu diſpenſatiōe ſacroꝝ ⁊ bonoꝝ terrenorū eccleſie vel cōmunitatis. ¶ Secūdo in exhibitione congrua reuerentie honoꝝ. ¶ Tertio in recta executione iudicioꝝ. Et in quolibet horū ſi iniuſte fiat poteſt interuenire vitiuꝫ quod dicitur acceptio perſonarum. de qua. ſ. in. ij. parte. Et de iniuſtitia que fit ex parte iudicis vl' aduocati vel teſtis vel rei vel accuſatoris. habes ſ. in tertia parte titu. vj. ⁊. ix. per totum.

quis ſit act⁹ iuſtitie diſtributiue.

¶ Quantum ad col. §. i.

lationem beneficioꝝ ⁊ honoꝝ. Et ſciendū ſm bea. Tho. ij. ij. q. lxiij. q̄ duplex eſt datio. Una pertinens ad liberalitateꝫ qua ſcilꝫ gratis daf alicui. quod ei non debef. ſicut cum aliquid alteri donatur. Et ibi non habet locū acceptio perſonaruꝫ. q: abſqꝫ iniuſtitia poteſt quis dare de ſuo quantū vult ⁊ cui vult. Et talis eſt collatio munerū gratie per que aſſumūtur peccatores a deo. Alia datio eſt pertinens ad iuſtitiā. qua ſcilicet alicui datur q̄d ei debef. Debentur aūt officia ⁊ beneficia his qui ſunt meliores ad aliqua pro bono cōmunitatis. Ad quod debet attendere qui hꝫ iſta cōferre. Et quāuis ſm iura ſufficiat eligere bonuꝫ nec requiratur q̄ eligatur melior. Hoc ſm beatum Thomam eſt verū in foro iudiciali q̄ ſcilicet talis electio non pōt impugnari

De collatione bñficiorum et honoꝝ

Quib⁹ bñficia ⁊ honores debenf.

impugnari ſi eſt facta de bono ⁊ nō de meliori.
Et hoc q: ſi nō fieret ſic omnis electio haberet
calūniam. Sed quantū ad conſcientiā eligen
tis. neceſſe eſt eligere meliorē: vel ſimpliciter
vel in cōparatione ad bonū commune. Alias
ſi preponatur minus bonus meliori. i. aptiori
ad beneficium vel officiū rōne conſanguinita/
tis vel amicicie hmōi pertinet ad acceptionē
perſonarū quod in collatione ſpūalium eſt ma/
gis reprehenſibile. Si autem cōſanguineum
ſuum prelatus in cōferendo bñficiū preferret
eque bono: non videt vitioſum niſi rōne ſcan/
dali vl' exēpli qḋ ide ſepe trahitur. Similiter ſi
quis hȝ diſtribuere bona coītatis vel alicuius
ſocietatis indigētibus: ſi prefert multo minus
indigētes magis indigētibus rōne amicicie vl'
parentele ⁊ hmōi. videt pertinere ad acceptio/
nem perſonarū. Secus ſi de ſua ſubſtātia vult
dare vni. ⁊ non alteri: q: ad illud non tenet. Si
militer de officijs coītatis: q: magis aptis de/
bent diſtribui. niſi forte magis aptus haberet
ſuſpectus de aliqua nouitate. ⁊ huiuſmodi: ſȝ
certe non eſt magis aptus ſi eſt perturbatiuus
boni cōmuni. Similiter ⁊ onera vel operarū
vel laborū vel collectarū ſm debitā proportio
nem imponenda ſunt. Alias minus imponen
tes maioribus ratione ſtatus: qui magis debe
rent grauari: pertineret ad acceptionē perſo/
narum. ⁊ quomodo teneantur ad ſatiſfactionē
habes. ō. in ſecunda parte.

¶ Quantum ad ſe/ .§.ij.

De ex/hibitio ne ho/norū q bus et quomō dn̄tur.

cundum de exhibitione honorē. Nota ſȝ Tho.
vbi. ō. q: cū honor ſit qḋdā teſtimoniū de vtu/
te eius qui honorat. idō ſola virtus eſt debita
cā honoris. Sed ſciendū q aliqs pōt honorari
non ſolū per virtutē ſuā ppriā: ſed ēt per vtutē
alterius: ſicut pncipes ⁊ prelati honorant: ēt ſi
ſint mali. inquātū gerūt pſonā dei ⁊ coītatis
cui pficiunt. Iuxta illḋ Prouer. xxvj. Sicut q
mittit lapidē in aceruū mercurij. Sic q tribu/
it honorē inſipiēti. Et eadē rōne parentes ⁊ do
mini ſunt honorādi ppter participationē con
ditionis dei: qui eſt oīum pr ⁊ dñs. Senes etiā
ſunt honorandi ppter ſignum vtutis qḋ eſt ſe/
nectus. Licet hoc ſignum qñqȝ deficiat. Sap.
iiij. Senectus eſt honoranda ⁊c. Diuites autē
ſunt honorandi: q: maiorē locū in coītatib' ob
tinent. Et ſi illo mō ⁊ hac cā tales honorent ma
gis q̄ alij. q̄uis ſint mali non eſt vitioſum. Si
autē ſolum intuitu diuitiarū honorent eēt ac
ceptio pſonarum. Similiter ſiquis citius vl' po
tius audiret confeſſionē vel daret alia ſacramē
ta diuiti q̄ pauperi ratione ꝯditionis diuitia/
rum: pertineret ad acceptionē perſonarū. Se/
cus ſi faceret: quia credit magis indigere: vel
etiam q: non poteſt ea expectare ⁊ huiuſmodi.

¶ Quantū ad ter/ .§.iij.

tium de executione iudiciorū. Nota ſm Bea. De exe
Tho. q hic etiā hȝ locum iuſtitia diſtributiua cutione
non ſolum q̄tum ad rem iudicatā: q: in iudi iudicio
cio pōt diffiniri non ſolum q̄liter vnus reſtitu/ rum.
at alteri qḋ ab eo accepit: qḋ pertinet ad cōmu/
tatiuā: ſȝ etiā q̄liter aliquid cōmune ſit diſtri/
buendū in multos: ſed ēt quātum ad formam
iudicij: prout ſcilȝ ipſe iudex in ipſa iuſtitia ab
vno accipit ⁊ alteri dat: qñ ſcilicȝ rōne amicicie
vel potentie alicuius dat iuſtitiā ſniam pro eo
vel rōne paupertatis ex cōpaſſione qḋ pertinet
ad acceptionē pſonarū. Vñ dr. Prouer. xviij.
Accipere pſonam in iudicio nō eſt bonū. Et re/
gula iuris in. vj. In iudicijs pſonarū acceptio
nō eſt hñda. Vbi glo. Io. an. Signant cōtraria
di. xl. c. j. Idē. xlv. cū beatus. ⁊. xxiij. q. i. Qui
contra pacē. Sol. In penis defert dignitati et
pſone. vt ibi. Idem in ſedēdo ⁊ aſſurgendo. vt
diſt. xciij. Non opȝ. Et notat. iij. q. ix. c. ſi. In iu/
dicijs aūt vel ſniā non eſt habenda acceptio p/
ſonarū. vt hic. In eis enim eſt equalitas ſeruā
da. Et nota q iudicium interdū ponit pro eo
quod precedit ſniam: vt hic. i. pro examinatio/
ne cauſe. ij. qō. j. Sicut ſine iudicio. Interdum
pro condemnatione vt de conſecra. diſtin. ij. ti
morem. Interdum pro diſcretione. iij. q. vij. in
§. tria. Interdum pro vltima voluntate. de ſe/
pul. c. penulti. hec ibi in glo. ¶ Quatuor autē
perſonarum genera requiruntur in ordinario
iudicio: ſcilicet. Iudex: Actor: Reus ⁊ Teſtis. De q̄tu
Vnde dicitur extra de verborum ſignificatio/ or in iu
ne. forus. Iudex dicitur quaſi ius dicēs. Ius dicio re
autem eo q iuſtum. Actor ſiue accuſator quaſi quiſitiſ
ad cauſam vocans. Reus a re de qua impeti/
tur. Etiā ſi ſit innocens ſit reus dicitur qui accu
ſatur. Teſtis quaſi ſuperſtes. Cauſa dicit qua/
ſi a caſu propter materiā de qua agitur. Que
ante examinationē dicitur cauſa. In examina
tione iudicium. In terminatione ſententia. Fo/
rus autem dicitur locus exercendarū litium.
Eſt autē duplex forus. ſ. conſciētie ⁊ curie ſeu
cōtentioſus. Et iſte duplex: quia eccleſiaſticus
⁊ ſecularis. Fori autē ſm Pe. de pal. non ſunt
miſcēdi: q: aliter pcedendū in vno. alr in alio.

¶ Quatuor autem. §. iiij.

modis peruertitur humanū iudiciū ſm Gre
go. xvj. q. iij. ſcilicet timore: amore: cupiditate:
⁊ odio. Sed quia de iudicibus in proceſſu iu/
diciario ⁊ accuſatore reo ⁊ teſtibus agitur dif
fuſe in. iij. parte. ideo hic nl' vltra de iſta mate
ria. Sed ibi vide de huiuſmodi: ⁊ de peccatis
que in iudicio cōmittūtur a predictis pſonis.

Q. iuſtitia neceſſaria eſt in q̈libꝫ multitudie

¶ Poſt hoc oſten/ .§.v. dendum eſt iuſtitiam neceſſariam eſſe cuilibet multitudini. Quod primo manifeſtari poteſt ex parte finis. Et hoc precipue quantum ad iuſtitiam legalem. Finis autem qui intenditur in regimine ciuitatum eſt pax. Talis autez finis corrumpitur dum iuſtitia legis non ſeruatur. Nā cum omnes vel multi legem que eſt iuſtitie legalis preceptiua frangant ⁊ ad ſtatuta communia non attendunt: ſꝫ vnuſquiſqꝫ quod ſibi placet. ⁊ bono priuato vtile credit hoc facere ſtudet: ordo politie peruertitur. ⁊ ſic pax que ſm Auguſti. eſt tranquillitas ordinis perit. Eſt ergo iuſtitia neceſſaria ad pacem ciuitatis cōſeruandam. Unde Eſa. xxxij. dicitur. Erit opus iuſtitie pax. ⁊ in ps. dicitur. Juſtitia ⁊ pax oſculate ſunt. Hoc pulchre oſtendit Auguſti. in li. de ciuitate dei introducens exemplum de Alexā. ⁊ pirata vbi dicit ꝙ remota iuſtitia quid aliqd ſunt regna niſi magna latrocinia. Quod tamē exemplum plenius ponitur in li. de nugis philoſophorū. vbi dicitur ꝙ cum Pirata eſſet cōprehenſus. ⁊ Alexander euꝫ interrogaret quare haberet mare infeſtuꝫ. Reſpondit libera contumacia. propter quod ⁊ tu orbem terrarum. Sed quia id facio vno nauigio latro vocor: et quia tu facis magna claſſe diceris imperator.

¶ Secundo oſtendi poteſt iuſtitiam eſſe multitudini neceſſariā ex parte gubernantis a quo dirigitur. ⁊ hoc quantum ad diſtributionem. Uidemus enim ꝙ quando aliqua diuerſa ſub vna virtute continentur nec ordinantur ſm diuerſas proportiones. totus ordo eorum que reguntur corrumpitur ⁊ diſſipatur: vt patꝫ in armonia muſicali: vbi chorde niſi a virtute manus ſm earum diuerſas diſpoſitiones proportionabiliter tangantur ſonitum inordinatum ⁊ confuſum reddunt: ⁊ ſic conſonantia armoniaca corrumpitur. Sic etiam in multitudine vbi ſunt multi diuerſarum conditionum ⁊ meritorū niſi proportionabiliter honōres dignitates ⁊ officia. Inſuper labores ⁊ expenſe eis a preſide diſtribuantur. mirabilis diſſonantia inter ſimul habitantes oritur. ⁊ per conſequens totus ordo politie paulatim ad corruptionem diſponitur. Unde dicit Tullius ꝙ tanta eſt vis iuſtitie ꝙ etiam illi qui maleficio ⁊ ſcelere paſcuntur non poſſunt ſine vlla iuſtitie particula viuere. ⁊ ponit exemplum de latronibus. Archipirata inquit quidam latronum princeps niſi predam equaliter: ⁊ ſm aſtutiam ⁊ labores furantium proportionabiliter partiretur interficiendus erat a ſocijs: aut ſaltem a principatu latronum deponendus. ¶ Tertio neceſſaria eſt iuſtitia ex parte ipſius multitudinis que ex multis perſonis colligitur. Et hoc per reſpectum ad iuſtitiam commutatiuam. Uidemus enim ꝙ quando multa adinuicem adunantur: ⁊ vnum alteri non coaptatur. illa multa diſſoluuntur. immo ex eis nihil vnum conſtitui poteſt: niſi ineptitudo tollatur. Unde quando aliqua ligna compaginanda ſunt ad deſtructiōeꝫ domus: aptanda ſunt per dolatorem ⁊ complanatorem: ſi ſunt tortuoſa vel nodoſa. alioqn nihil vnum conſtitui poterit: ⁊ ſi conſtrueretur nō diu maneret. Sic etiam ſi aliqua multitudo q̄ debet eſſe ordinata in vnum. ſi aliqui ſunt inſolentes: iniurioſi: rixoſi: ſeditioſi: vel quocunqꝫ alio modo vitam bonorū inquietātes ⁊ pacem communem turbantes per rigorem iuſtitie corripiendi ſunt penis debitis: aut etiaꝫ exterminandi a congregatione cōmuni ⁊ penitus vita priuandi. alioqn tota multitudo ruit ⁊ diſſoluitur. ¶ De principijs iuſtitie.

Capitulum. iiij.

De triplici principio iuſtitie.

Poſt hoc reſtat videre de principijs iuſtitie. Ubi ſciēdum eſt ꝙ iuſtitia triplex poteſt dici habere principium. ſcilicet. Emanatiuum ex quo eius origo primitus deriuatur.

¶ Imperatiuū ex quo eius auctoritas in ſubditos promulgatur.

¶ Suſceptiuum ex quo eius vtilitas multiplex declaratur.

¶ Emanatiuum ⁊ .§.i. originale principiū eſt deus. a quo omnis lex contentiua iuſtitie initium habet. Ubi ſciendū eſt ꝙ ſicut dicit Auguſtinus. j. lib. de libero arbi. Summa ratio in deo exiſtens eſt lex eius. que eterna dicitur. Cui ſemper obtemperandū eſt. quia iuſtum eſt quicquid ab eo ordinatur. Habet dicta lex quandam iuſtitiam diſtributiuam. per quam vnamquamqꝫ reꝫ in quodam digniori gradu conſtituit. Unde dicit Diony. in lib. de diuinis nominibus. Oportet videre in hoc eſſe veram dei iuſtitiaꝫ. ꝙ omnibus tribuit propria vniuſcuiuſqꝫ exiſtentium dignitatem. Uniuſcuiuſqꝫ naturam in proprio ſaluat ordine ⁊ virtute. Ab hac autē lege dei eterna deriuatur ex naturalis. que nihil aliud eſt q̄ꝫ quedam eius impreſſio in re creata. p quaꝫ ad finem debitum inclinatur. Ex quo manifeſtum eſt ꝙ omnia aliqualiter legem eternam participant. inquantum ex eius directione vel impreſſione in fines proprios actus ſuos ordine debito diriguntur. Inter ceteras autez creaturas homo excellentiori modo hāc legeꝫ participat cum ipſe ſit prouidentie particeps. vtpote ſibi ⁊ alijs prouidere valens. Et ideo in

q. ſ. p̃te ti. de legibus.

homine hec participatio ſiue impreſſio proprie
dicitur lex naturalis. In alijs vero rebus ma//
gis proprie dicitur inſtinctus nature ſiue vis
inſita rebus ꝗ̃ lex que proprie in ratione conſi
ſtit. Eſt enim lex quoddam dictamen rationis
practice. Hec quidem lex naturalis in homine
nunquam extinguitur quin ſemper in malo re
murmuret ⁊ ad bonum impellat. Unde eius
generale preceptum eſt ꝙ omne bonum facien
dum eſt ⁊ omne malum vitandum ex quo alia
precepta nature deriuatur. Puta ꝙ parentes
ſint honorandi. ꝙ non eſt proximo iniurian//
dum. nec quantum ad perſonam. vnde dicit.
Non occides. Nec tantum quomodocunqꝫ
ad perſonam. vnde dicit. Non furtum facies.
Unde ⁊ ſic de alijs. ¶ A lege autem naturali lex hu/
deriuat mana deriuatur ſicut dicit Tullius in ſua re//
lex hu// thorica. regula enim humanorum actuum eſt
mana. ratio naturalis. Nam intantum in eis iuſtum
ſeu regulatum inuenitur inquantum de ratio
ne participant. Ex ea enim humane operatio//
nes ordinantur ⁊ diriguntur. Lex ergo huma
na ſiue ciuilis humanorum actuum directiua
a lege naturalis rationis hortum habet. Harũ
legum precepta deus populo iudeorum ſer/
uanda mandauit. Sed differenter ſecundum
ꝙ vtriqꝫ legi congruebat. Nam precepta mo/
ralia voluit ab omnibus ⁊ omni tempore ob/
ſeruari. Unde non ſolum iudei ſed etiam ce//
tere nationes ad eorum obſeruantiam obliga
bantur. Sunt namqꝫ naturaliter impreſſa hu/
mane menti. ⁊ ideo precepta legis nature vo//
cantur. ſicut ꝙ parentes ſunt honorandi. ꝙ nõ
eſt occidendum. non furandum. ⁊ ſic de alijs.
Hec quidem precepta eadem ſunt apud om//
nes ⁊ immutari nõ poſſunt. In cuius rei ſignũ
mandauit deus moyſi. ꝙ dolaret duas tabu//
las lapideas in quibus ſcripſit verba. ideſt pre
cepta decem digito ſuo tanquam perpetuo du
ratura. Et quantum ad hoc dicitur Baruch.
v. Hic eſt liber mandatorum dei ⁊ lex que eſt
in eternum. Precepta vero iuris poſitiui ab il
lo ſolo pp̃lo pro tempore obſeruanda diſtinxit
deus dupliciter. Nam quedam dedit pertinen
tia ad cultũ diuinũ que dicunt̃ cerimõialia. Et
iſta licuit ſeruare vſqꝫ ad chriſtum ſeu chriſti
paſſionem non autem poſt. Conſummata enĩ
veritate de chriſto iam incarnato ⁊ paſſo. debu
it ceſſare figura ſacrificiorum que myſteria in
carnationis chriſti figura ſignificabant. Alia
vero precepta dedit deus pertinentia ad iuſti/
tiam ciuilem. que dicuntur iudicialia. Et iſta
etiã ſunt euacuata per xp̃i aduentum. vnde nõ
habent vim obligandi. Quia tñ iſta precepta
non erant p̃ncipaliter inſtituta ad figurãdũ xp̃i
myſteria. ſed ſolũ ad diſponenduꝫ ciuiliter iſta

tuꝫ illius populi. Ideo abſqꝫ peccato poſſit ali
quis princeps in ſuo regno ea tanquam pro
ſeruandis legibus ſtatuere. ſecundum ꝙ iudi
caret populo expedire. De cerimonialibus ve/
ro hoc fieri non poſſet abſqꝫ peccati ⁊ fidei pre
iudicio. cum hec ſolum ad ſignificandum chri
ſti myſteria futura fuerint inſtituta. Obſerua/
tor enim horum preceptorum ipſo facto dice/
ret chriſtum in carne nondum veniſſe. ſed ven
turum eſſe. Et ſic patet differentia inter legem
naturalem que ſemper eſt immobilis. ⁊ legem
humanam que ex diuerſis cauſis mutari po/
teſt. A lege ergo naturali. vna immobili per//
manente. deriuatur lex humana que multipli
citer apud diuerſos variari poteſt ſ̃m ꝙ intel/
lectus hominis alia ⁊ alia regendis populis
iudicat expedire. ¶ Sciendum eſt autem ꝙ
a lege naturali aliquid dupliciter poteſt deri/
uari. Uno modo per viam illationis: ſicut ex
principijs deriuantur concluſiones: vt patꝫ ex
hoc prouerbio. Si ab equalibus equalia de/
mas: que remanent ſunt equalia. Elicit geome
tria concluſionem ſic inferendo. Ergo ſi ab eq̃
libus lineis equales partes auferas: que rema
nent ſunt equales. Per quem moduꝫ ab eo ꝙ
dicitur. Nulli malum eſt inferenduꝫ. quod eſt
primum principium legis naturalis. deriua/
tur concluſio talis. ergo non eſt furandum vel
non eſt occidendum. Alio modo a lege natu//
rali aliquid deriuatur per viam determinatio
nis: ſicut a forma communi domus quam ar/
tifex in mente gerit fit quedam determinatio
illius forme ad talem figuram: puta triangu//
larem vel quadrangularem. ⁊ hoc fit per vo/
luntariam applicationem artificis ad debitaꝫ
materiam per quem modum ab eo quod lex
nature abſolute dicit: ſcilicet ꝙ ille qui peccat
puniatur. deriuatur quaſi quedã contractio: ſeu
determinatio iuris quam habet facere prin//
ceps legeꝫ ſtatuens. ſcilicet ꝙ tali pena vel mo
do puniatur. Hic autem duplex modus diffe/
renter in lege humana continetur. Nam ea
que ſunt primi modi videlicet que a lege na/ De con
turali deriuantur: vt concluſiones ita in lege uenien
humana continentur ꝙ vigorem habent ex le tia iu//
ge naturali. Unde eius precepta eadem ma/ riſgen/
nent apud omnes: vt parentes eſſe honoran// tium ⁊
dos: pacta eſſe ſeruanda: furta non commit/ legiſna
tenda. et ſic de alijs que ad ius gentium per/ turalis
tinere noſcuntur. Eſt enim ius gentium ius
naturale ſolum in humana natura repertum.
Unde non differt a iure nature communiter
dicto niſi ſicut ſpecies a genere. Ius enim na/
turale generaliter ſumptum eſt quod natura
animalia omnia docuit. Ea vero que ſunt ſe/
cundi modi. videlicet que a lege naturali de/

tur.Unde Exo.xxiij.dicit.Non accipias mune
ra que excecãt etiã prudentes ⁊ puertũt verba
iuſtorũ.Prudẽter conſuluit iethro.Moyſi co/
gnatus vel ſocer eius.Prouide inquit de om/
ni plebe viros potentes ⁊ timentes deũ in qui/
bus ſit veritas ⁊ qui oderit auaritiam ⁊ conſti
tue tribunos ⁊ centuriones.Exo.xviij.Sequũ
tur etiam infinita mala ex cupiditate pncipis.
Fit enim pecuniarũ improbus actor:ppli.expo
liator ⁊ reipu.dilapidator:ex qbus omnibꝰ fa/
ciliter in tyrannidez degenerat.Facit ẽt hoc vi
tium principem odioſum ſicut ⁊ largitas claꝝ
vt dicit Boe.in de phica ꝯſolatione.¶ Tertio
pnceps debet ſtudere ne carnis cõcupiſcẽtiam
inſequaf.hoc enim vitiũ intellectũ obſcurat qꝛ
dum paſſionibus deſeruit rõ vehementia paſ/
ſionum abſorpta a ſuo lumine excecatur.Item
mentẽ eneruat ⁊ aiam a virtute elongat: qꝛ dũ
libido in carne dñatur cetere vires emolleſcũt
vt ad virtutem ſurgere nequeant.Itẽ hoc viti/
um in principe totam policiam ſubmittit rui/
neꝗꝛ dum rector voluptatibus intendit a cu/
ra reipu.excors remittitur ⁊ exẽplo eius ſubdi
ti licentius ad vitia inclinantur.In policraton
dicitur ꝙ Romanum imperium exhauſtum ⁊
diuiſum eſt Nerone impante:cuius gula oĩa
deuorauit maclauit libido ⁊ ſupbia exinaniuit.

ð.ij.p.
ti.ð no
cumẽtis
luxurie

¶ Principium iu/ .§.iij.

ſtitie ſuſceptiuũ qð tertio loco declarandum re
ſtat eſt hoĩum congregatio que ſit apta pcepta
iuſtitie ſuſcipere.¶ Circa qð duo ſunt videda
¶ Primo que ſit talis cõmunitas ad que poſ/
ſint vel debeant fieri precepta iuſtitie.¶ Secũ
do videndum eſt de multiplici pncipandi do/
minio.¶ Quantũ ad primũ ſciendum eſt ꝙ ſi
cut pꝫ ex.j.li.pol.eſt triplex coitas.ſ.domus:vi
ci ⁊ ciuitatis.¶ Prima quidem coitas eſt cõ/
municatio domeſticarũ perſonaꝝ ſꝫ quotidia/
nos actus neceſſarios humane vite.Humana
aũt vita dupliciter conſeruatur.Uno mõ quan
tum ad indiuiduũ prout.ſ.homo ad ꝯſeruatio
nem vite indiget exterioribus bonis.Et quan
tum ad iſta adminiſtranda ⁊ ꝯſeruanda indi/
get homo ſeruis.Alio conſeruaf humana vita
quantũ ad ſpẽm qð fit per generationẽ ad quã
indiget homo vxore ad filioꝝ procreationẽ ſic
enim conſeruaf humana ſpẽs.Et ſm hoc in p/
fecta domo neceſſarie ſunt tres cõbinatiões.ſ.
dñi ad ſeruũ.viri ad vxorẽ ⁊ patris ad filiũ.In
hac autem domeſtica multitudine non eſt pro/
prie iuſtitia cum vnum combinatorum ſit ali/
quid alterius.Eſt enim filius aliquid patris et
ſeruus domini ⁊ vxor viri.Iuſtitia autem cuꝫ
ſit ad alterũ proprie dꝫ attendi inter perſonas
diſpartitas.Ponitur autem in hac multitudi

De pn/
cipio iu
ſtitie ſu
ſcepti/
uo.
De tri/
plici cõ
munita
te: et q̃
ſit ſuſce
ptiua le
gis.

ne ſm Iſido.qðdam genus iuris.Nam inter
dominum ⁊ ſeruũ ponitur ius dominatiuum
inquantum ſeruis preceptis dñi parere dꝫ.Eſt
enim gratia dñi ⁊ non ſui.Inter virum ⁊ vxo/
rem ponitur ius qð vxoriũ dicitur ſꝫ ꝙ a viro
non ſeruiliter:ſed ſocialiter tractari dꝫ.⁊ ipſa cu
ram rei familiaris intrinſecam tenetur gerere.
Inter patrem ⁊ filium ponitur ius paternum
ſm ꝙ filius patri obedire ⁊ dꝫ pater filio here/
ditatez ſeruare.⁊ eũ in diſciplina tenere.¶ Se
cũda cõmunitas eſt vicus qui ex paucis domi/
bus cõſtat.habuit aũt hec coitas neceſſitatem
ſue originis h̃ modo.Nam domeſtice multitu
dinis multiplicatis per generationẽ alijs nepo
tibus ⁊ filioꝝ filijs.ſicqꝫ pre multitudine ⁊ abſ
qꝫ confuſione in vna domo habitare non valẽ
tibus facta eſt aliqua multitudo domoruꝫ que
ſm phm vici nomen accepit.Uicus aũt cuꝫ cõ
ſtat ex collateralibus ppinquis filijs:nepotibꝰ ⁊
⁊ filijs hmõi:non proprie eſt apta legalia prece
pta ſuſcipere:ſed iuri ciuitatis ſubeſſe dꝫ.Ad
ciuilem tñ multitudinez propinquius accedit
ꝗ̃ domus.maxime ſi in domorũ quãtitate cre/
uit:vñ poſſit aliqua iura inſtituere.Sufficit au
tem directionem haꝝ duaruꝫ coitatum: pater/
na admonitio ſuorũ progenitorũ.¶ Tertia cõ
munitas eſt ciuitas.⁊ hec eſt pfecta que nõ ſo/
lum ꝯſiſtit ex multis domibus:ſꝫ etiaꝫ ex mul
tis vicis:vt tradit phs in eodẽ li.pol.Eadẽ aũt
neceſſitate compulſi ſunt hoies edificare ciuita
tem qua ⁊ vicũ.Nam ſicut creſcentibus colla/
teranis filijs ⁊ nepotibus factus eſt vicus.ſic
multiplicatis eiſdem in parẽtibus ⁊ cognatio
nibus facta eſt ciuitas que ſm phm eſt pfecta
coitas.Et hec ſi ſm aliqð ius viuit:⁊ ad cõmu/
nem vtilitatem ordinaf dicetur populus.Naꝫ
ſm dictum Tullij qð Augu.introducit.ij.de ci
ui.dei.Populus eſt cetus iuris ꝯſenſu ⁊ vtili
tatis cõmunione ſociatus.Ex quo pꝫ ꝙ ad rõ/
nem populi ſiue ciuitatis pertinet ꝙ ſub aliq̃
lege viuat ⁊ cõmune bonum intendat.Sola er
go coitas boni populi eſt legalis iuſtitie ſuſce/
ptiua:⁊ ad ipſaꝫ proprie precepta iuſtitie ſunt
ferenda.Solon vnus de primis legiſlatoribus
non niſi fundata athenienſiũ ciuitate leges cõ
didit.Quãdiu etiam patres veteris teſtamen/
ti Abraaꝫ Iſac ⁊ Jacob in vna familia vel vico
habitauerunt legalem conſeruantiaꝫ a deo nõ
ſuſceperunt:quia eorum monita ad inſtructio
neꝫ familie ſufficiebant.Congregato auteꝫ po
pulo qui iaꝫ legalis iuſtitie poterat eſſe capax.
deus legem per Moyſen dedit.¶ Ad hoc au
tem ꝙ populus ſit in iuris conſenſu ⁊ commu
ni vtilitate ſociatus.reqritur pmo ꝙ per amo/
rem adinuicem ſit collectus:ſicut membra vni
us corporis.Si enim inter ſe ſic vinculo amo/

quid ſit
pplus.

duo ſũt
neceſſa
ria coi
tati.

ris fuerit cõiunct⁹ tollentur rixe: homicidia ⁊ alia que poſſunt ſtatum pacificum perturbare vnde quedam cõmunia charitatis precepta in lege ſunt ſerenda ad hoc ꝙ ciues aſſueſcant ſibiinuicem mutua obſequia impendere. ſic enĩ mandat deus Deute. xxij. Si inquit videbis bouem vel ouem fratris tui errantem non preteribis: ſed reduces fratri tuo. Si tranſieris per viam ⁊ ſitieris. ingredi poteris vineam ⁊ comedere quantũ placet. ⁊ ſic de alijs. Quantum ad pauperes concedebatur vt pro eis eſſent manipuli omiſſi ⁊ racemi in vineis remanentes. Item ꝙ anno decimo ad decimam venirent leuites ⁊ peregrinus ⁊ pupillus ⁊ vidua ⁊ comederent ⁊ ſaturarentur. Et multa talia ſtatuit lex moyſaica ad conſeruationeʒ mutui amoris. vnde dicit Tullius. Non ſoluʒ nobis diuites eſſe volumus. ſed etiam liberis propinquis amicis. ⁊ maxime reipublice. ſingulorum enim facultates ⁊ copie diuitie ſunt ciuitatis. Joſephus ſicut ait egyſippus viſa deſtructione ciuitatis hieroſolymitane flere cepit eo ꝙ mori ei defuiſſet ante patrie ruinam. Ecce quantus amor aderat homini infideli qui mori optabat. cernens ſuos conciues vita priuatos ⁊ talis quidem amor erat ĩ antiquis. qui ſicut narrat Seneca. nõ eſtimabant aliquẽ bene viuere niſi viueret ad aliorum vtilitateʒ. Unde dicit in quadam epiſtola. Non ſibi viuit qui nemini viuit. ¶ Secundo quantum ad conuerſationem populi neceſſe eſt ꝙ ciues ſint fideles principi. Habet enim ſe princeps in republica ad modum capitis ſm̃ illud dictum ſauli .j. Reg. xv. Cum eſſes paruulus in oculis tuis. caput factus es in tribubus iſrael. Uidemus enim ĩ corpore naturali ꝙ membra exhibent capiti ⁊ defenſionem ⁊ honorificentiam. Defenſionem quidem quia naturali motu ad tuitionem capitis ſe exponunt ſicut manus ⁊ brachium in magis ⁊ ſubitis periculis: nulla enim deliberatione rationis prehabita ad defendendum caput ſe erigunt quod etiam apparet ĩ animalibus irratiõabilibus. Unde ſerpens naturali aſtutia cum percutitur ſtatim abſconſo capite corpus percuſſioni exponit. Hoc quidem debet apparere in corpore ciuitatis ex hominibus collecto.

De multiplici pncipãdi dnio ſiue de triplici pncipatu.

¶ Quantum ad .§. iiij.

ſic. ¶ Primo ob hoīs humiliorē exercitatio/
nem. ob deuotionis interioris redūdationeꝫ.
ob plenīorē dei oblationē.ſ.cum mēte ex attē/
tione. ⁊ corpore ex voce. ¶ De triplici attētio
ne que ibi pōt haberi.ſ.ad verba. ad ſenſum
verboꝝ. ⁊ ad finē o͛onis. habes in.iij.parte ti
tu.xiij.c.iij.§.viij. De loco o͛onis queritur. ⁊
ſi vbiqꝫ ꝯgruētius ſit in eccliā. ⁊ de o͛one do/
minicali ⁊ ſepteꝫ petitionibus eius habes in
iiij.parte titu.xiij.c.v.§.iiij. ¶ Et nota ꝙ ſicut
o͛o que eſt actus religionis ꝑmordialiter eſt ī
mēte ſcðario verbis exprimiſ. ⁊ adoratio que
eſt actus quo fit aliqs reuerētia.ꝑmo ⁊ princi/
palr ꝯſiſtit in interiori reuerētia dei. ſecunda
rio in quibuſdā corꝑalibus ſignis humilita/
tis ſicut genuflectionibus: ꝓſtrationibus: in/
clinationibus ⁊ hmōi. Et q͛uis iſta fiant nō ſo
lum deo ſed etiā ſanctis ⁊ angelis ⁊ viatoribꝰ.
tñ alia ⁊ alia rōne. Nā deo fiunt recognoſcen/
do in hoc eſſe noſtrū principiū ⁊ oīum guber
natorē ⁊ ſimilia. ⁊ ſic adoratio eſt actus religi/
onis ſeu latrie. Creaturis aūt fit adoratio ꝓpſ
qn.id.ī participationē diuine excellentie alicu
ius in eius ſctis: q͛ participāt glīam ⁊ ange/
lis ⁊ prelatis: q͛ participāt ꝑtātem ⁊ guberna
tioneꝫ ⁊ hmōi. ⁊ ſic legiſ angelos ⁊ hoīes ali/
quos adoratos. ſed tunc eſt actus alterius v͛tu
tis que diciſ dulia vel obſeruantia. Et nota ꝙ
tria ꝑma ꝑcepta decalogi ꝑtinent ad virtuteꝫ
religionis. ⁊ ſunt de actibus eius. Huic auteꝫ
v͛tuti religionis opponunſ ſm Tho. ſe.ſe. iſta
vitia idolatria. diuīatio que habet multas ſpe
cies.ſ.ꝑ aptani inuocationē demonū ꝑ aſtra:
ꝑ ſomnia: ꝑ auguria: ꝑ ſortes: ꝑ obſeruantiaꝫ
in arte notoria: vel incātationibus: vel in bre
uibus tētatio dei: piuriū: ſacrilegiū: ſymonia

de quibus omnibus habes in.ij.pte in diuer/
ſis titulis ⁊ capitu.

¶ De virtute pietatis. Capitm.ix.

Sequitur de virtu/ Pietas qd ſit
te pietatis quā ſic diffiniuit Tulliꝰ
in ſua rethorica ꝙ pietas eſt ꝑ quā
ſanguine iunctis patrieqꝫ beniuo/
lis officiū ⁊ diligens tribuiſ cultus. Sciēduꝫ
ꝙ pietas ſumiſ tripl͛r. Uno modo ꝓprie pro
cultu ⁊ honore qui exhibeſ deo. ex eo.ſ. q͛ eſt
principalis parēs oīum ⁊ ꝑncipium eſſendi. ⁊
ſic pietas diciſ dei cultus ab Auguſtino in.x.
de ciui.dei. ⁊ ſumiſ ab aplo ſic ad Thimo. So
brie ⁊ pie ⁊ iuſte viuamus in hoc ſeculo. Secū
do modo diciſ pietas improꝑe ipſa miſericor/
dia. Unde Aug. in.x.de ciui.dei.dicit. More
vulgi nomē pietatis in opibus miſeicordie fre
quētaſ. qð ideo arbitror eueniſſe. q͛ hoc preci/
pue mandauit fieri deus ea que ſibi pro ſacrifi
ciis placere teſtaſ. ex qua cōſuetudine factū eſt
vt deus ipſe pius dicaſ. ⁊ Greg.dicit.in.j.mo/
ral. ꝙ pietas in die ſuo ꝯuiuiū exhibet. q͛ cor/
dis viſcera miſeicordie opibus replet. Tertio
modo pietas ſumiſ ꝓprie pro cultu ⁊ honore
qui exhibeſ parētibus ⁊ patrie. ⁊ ſic hic diffiniſ
a Tullio. put eſt v͛tus ſpālis. ¶ Pro cuiꝰ decla/ Hō eſt
ratione ſm.b.Tho.ij.ij.q.ci. Notādum ꝙ hō debitor
efficiſ debitor aliis diuerſimode ſm diuerſam tribus.
excellētiam eoꝝ ⁊ diuerſa bñficia ab eis ſuſce/
pta a qbus ꝑcipue bñficia ſunt vt ipm eē ⁊ gu
bernatio. In vtroqꝫ aūt deus ſūmuꝫ obtinet lo
cū qui excellētiſſimus eſt vt cā nobis eſſendi ⁊
gubnationis primū ꝑncipiuꝫ. Secūdario nři
eſſe ⁊ gubernatiōis ꝑnꝰ ſunt parentes ⁊ patria a
qbus ⁊ in qua nati ⁊ nutriti ſumus. ⁊ ideo de
ꝑmo maxime eſt hō debitor. ſcðo parētibus et
patrie. tertio eſt cā gubernationis ⁊ diſcipline
nře ꝑſone in dignitate ꝯſtitute. que.ſ.hꝫ rege/
re. Unde ⁊ eis rectoribus ⁊ magiſtris debito/
res ſumus. Unde ſicut ꝑmo gradu ad religio/
nē ꝑtinet deo cultum exhibere. ita ſcðo ꝑtinet
ad pietateꝫ exhibere cultum parētibus ⁊ patrie.
⁊ in tertio gradu ꝑtinet ad virtuteꝫ obſeruātie
exhibere cultum ⁊ honoreꝫ in dignitate ⁊ regi
mine conſtitutis. In cultu aūt parētum qð per
tinet ad pietatem includiſ cultus oīum cōſan/
guineoꝝ. q͛ conſanguinei ex hoc dicunſ ꝙ ex
eiſdem parētibus proceſſerūt. ſm philoſophū
viij. Ethic. In cultu aūt patrie intelligiſ etiam
cultus conciuium ⁊ omniuꝫ patrie amicorū. et
ideo ad hoc proprie ⁊ ꝑncipaliter pietas ſe ex/
tendit et cultus quidem qui ponitur in dicta
diffinitione pertinet ad reuerentiam et hono/
rem. obſequium autem ad thuram ⁊ ſubuen/
tionem cum indigent.

Parentes tripl'r ſūt honorādi.

¶ De honoratione .§.i.

parētum qđ ptinet ad pietatez ⁊ pncipaliter in
quarto pcepto. Exo.xx. Honora patrez tuum ⁊
mrēm tuā. Nota ꝙ iſte honor intelligiſ tripl'r
ſ. pmo eis reuerētiam exhibēdo. ſcđo obediē/
tiā faciēdo. tertio in neceſſitatibus ſubuenien/
do. ¶ Primo ergo debemus parētes reuereri
Eccl.vij. Honora patrē tuum ⁊ gemitū matris
tue ne obliuiſcaris. Memento ⁊c. ⁊ hoc aſſur/
gēdo humiliter loquēdo. defectus ſenectutis
ſupportādo. vitia nō detegendo. aut deridēdo
⁊ hmōi. Eccl.iij. Fili ſuſcipe ſenectā patris tui
⁊ nō ꝯtriſteris eum in omni ſua vita. ⁊ ſi defe/
cerit veniam da ⁊ nō ſpernas eum. Cham enī
ſpreuit prēm denudatū. ide maledict⁹ fuit in fi
lijs. Gen.ix. Scđo honorādi ſūt eis obediēdo.
Coloſ.iij. Filij obedite parētibus veſtris. Et in
lege mādaſ ꝙ q ꝯtumaciſ nō obediebat parē/
tibus in bonis monitis. accuſatus ab eis. lapi
dareſ a populo. Sciēdū tñ ꝙ obedire nō dēbēt
in his que ſunt ꝯtra deum. nec etiā ad cōmittē
duz veniale peccatū. Hiero. Hoc de ſuis apud
dños. de filijs apud parentes. de vxorib⁹ apud
viros. ꝙ in illis tm̄ obediāt que ꝯtra dei man/
data nō ſunt. xj. q. iij. ſi dñs. Nec etiam in his
que impediūt pfectum ſalutis. vt ingrediēdo
religionē. in ſeruādo caſtitatem ⁊ hmōi. ⁊ non
ꝯtrhendo matrimoniuz. ⁊ hinc Hiero. ad Helio/
doꝛ. Sūmum genus pietatis eſt in hac re eſſe
crudelem. ſ. parētibus nō acqeſcendo eis in re
manēdo in ſeculo. Tertio honorādi ſunt in ne
ceſſitate ſubueniendo. Paulus ad Hebre. Filij
reddite vicē parentibus. hoc enim acceptū eſt
corā deo. Vicē reddimus cum nutrimus eos.
ſicut ipſi paruulos nos nutrierūt. Unde Chri/
ſtus rephendit phariſeos qui inducebāt filios
ad vouēduz oblationes in tēplo. nō ſubuenien
tes ex his in neceſſitatibus parentū. Matthei
xv. dicens. Irritum feciſtis mandatuz dei pro/
pter traditiones veſtras ſm illud. Honora pa/
trem tuum ⁊ matrem tuam.

Inducētes ad honorādū parentes.

¶ Ad hoc autem .§.ij.

inducūt pmo nature incitamētū. Nam ⁊ bru/
ta aīalia curā gerūt de parētibus ſenibus. Si/
cut dr̄ de gruibus. q: cum prēs ⁊ matres ſiunt
depilati. filij curam gerūt eoꝝ ⁊ neceſſaria pui/
dēt donec recupent penas vel moriant. ¶ Se
cūdo xp̄i documētum nō ſolū vbo. ſed exēplo.
Naz ipe paſſionis inter tot dolores nō eſt obli
tus mris. cōmendās eam Joāni. Prius enim
mortuo Joſeph ſpōſo. ipſe curā habebat. Ipſe
etiā cuz curia ſua celeſti de celo venit ad mrēz
honorādā in morte ⁊ collocādaz honorifice in
throno. Et ipſam voluit ab oībus honorari. ſic
⁊ nos debemus de facto. ¶ Tertio multiplex
inde emolimētū. ¶ Et pmum eſt plōgitas vi/
te. Eccl.iij. Qui honorat patrē ſuum vita viuet
lōgiori. Honora patrē tuum ⁊ matrē tuā vt ſis
lōgeuus ſup terrā. Exo.xx. Iuſtum eſt enim vt
qui eſt gratus bñficio ſibi illato multipliceſ. et
ingrato auferaſ. Cum aūt vitā ⁊ eſſe poſt deuz
habuerimus a parētibus qui eſt grat⁹ eos ho/
norādo meretur plōgari in vita. ⁊ inhonorās
eos abbreuiari. hoc tñ euenit in ordine ad ſalu
tem ſic. b. Tho. ¶ Scđm emolimētuz eſt exau
ditio orōnis ⁊ cōſolatōis in filijs. Eccl.iij. Qui
honorat patrem iocūdabiſ in filijs ⁊ in die ora
tionis exaudieſ. Ecōtra. qui male tractabit pa/
rentes. poſtea ex dei iudicio ⁊ ipſe male tracta
biſ a ſuis. ſicut pȝ per multa exēpla. ¶ Tertiuz
eſt multiplicatio bonitatis. i. tēporaliū ⁊ ſpūa/
lium rerū. Eccl.iij. Honora patrē tuum ⁊ ma/
trem tuā ⁊ ſupueniet tibi bñdictio. Utrum aūt
filius poſſit deſerere parentes indigētes vt in/
grediaſ religionē. Et an ingreſſus teneaſ exire
ad ſubueniendū neceſſitatibus parentū habes
diffuſe in.iij. pte tit.xvj. de religioſis ibi vide.
Et nota ſm beatuz Thomā.ij.q. ꝙ ſub iſto pre/
cepto comprehenditur omne ſubſidium quod
tenemur proximo exhibere occaſione pietatis
ſm oportunitatem.

Emolimētū ē triplex.

¶ De virtute obſeruantie. Caplm.x.

DEinde de obſeruā/
tia vidēdū eſt. ſic aūt diffiniſ a Tul.
Obſeruātia eſt per quam holes ali
qua dignitate precellētes. cultu ⁊ honore deſi/
gnanſ. ¶ Pro cuius declaratione dicit beat⁹
Tho. ſe. ſe. q. cij. Neceſſe eſt ꝙ eo mō per quen/
dam ordinatū deſcēſum diſtinguanſ virtutes.
ſicut ⁊ excellētia pſonaꝝ qbus eſt aliqđ reddē/
dum. Sicut aūt pater carnalis participat rōne
principij qđ vniuerſaliter inueniſ in deo. Ita
etiam pſona que aliquā puidētiaz circa nos ge
rit participat pprietatē patris. q: pater eſt prin
cipiuz ⁊ gubernationis ⁊ educationis ⁊ diſci/
pline oīum que ptinent ad pfectionē humane
vite. Perſona aūt in dignitate ꝯſtituta eſt ſicut
pncipium gubernationis aliquaꝝ rerum. Si/
cut pncipes. dignitates in rebus ciuilib⁹. dux
exercitus in rebus bellicis. magiſter in diſci/
plinis. ſil'r ⁊ in alijs. Et inde eſt ꝙ tales oēs pa
tres appellātur pp̄ter ſilitudinem cure. vnde ⁊
iiij. Reg.v. dixerūt ſerui ad naaman. Pater ⁊
ſi rem grādem dixiſſet tibi pp̄heta ⁊c. Ideo ſi/
cut ſub religione per quam cultus tribuiſ deo
quodā ordine inueniſ pietas per quaz coluntſ
parentes. ita ſub pietate inuenitur obſeruātia
per quam cultus ⁊ honor exhibeſ pſonis in di
gnitate ꝯſtitutis. Et nota ꝙ quis ex hoc ꝙ ali/

Obſeruantia qd ſit

quis habet pfectionem virtutis. vel ſciētie' ha
beat q̄zdā excellētiā in ſeipſo. non tñ hȝ rōnem
principij ſicut ille qui in dignitate ꝯſtituiť. qꝛ
ex hoc ꝙ habet poteſtatē gubernādi ſubditos
hȝ rōnez pncipij. put eſt alioꝝ gubnatoꝛ. Et iō
ſpāliter quedā virtus determinať ad exhiben
dum cultū ⁊ honoꝛem in dignitate cōſtitutis.
Uerū qꝛ per ſcientiā ⁊ virtutē ⁊ oīa alia hmōī
q̄bus idoneus redditur ad dignitatis ſtatum.
ideo reuerētia que exhibeť aliq̄bus ꝓpter quā
cūqꝫ excellētiam ptinet ad eādē virtutē. ſ. obſ/
uātie ſm Tho. ℂ Itē nota ꝙ cū ſit duplex de/
bitū. ſ. legale ⁊ moꝛale. Ex debito legali ad qḋ
reddēdum a lege cōpellimur hȝ homo cultum
⁊ honoꝛē in dignitate ꝯſtitutis qui habēt pꝛe/
lationē ſup eum. Ex debito vō moꝛali quod ex
quadā honeſtate debere dꝛ hō cultum ⁊ hono/
rem alijs etiā p̄latis qui non hñt poteſtatē ſup
eum. b. Tho. Iteȝ nota ꝙ in cultu qui poniť in
diffinitione intelligiť obſequm. dum. ſ. qs obe
dit coꝝ impio qui ſunt prelati ⁊ vicem repen/
dit ſuo modo coꝝ bñficijs. ℂ Tria ergo debē/
Prela/ tis tria debenť
tur prelatis in dignitate ꝯſtitutis. Primo ho/
noꝛ pꝛo rōne ſublimioꝛis gradus. omne enim
mouēs habet quādam excellētiaȝ ſup illud qḋ
moueť. Prelatus autē cum habeat gubernare
ſubditos. ſ. per ꝯñs habet eos mouere in debi
tum finez. qꝛ hoc eſt gubernare ſicut gubernat
nauim nauta. Dulia duplr ſumitur ſm beatuȝ
Tho. Uno modo ſtricte ⁊ ſic impoꝛtat honoꝛē
ſolum a ſeruis debitū dñis. Et tunc eſt ſpecies
obſeruātie. Alio modo large. put impoꝛtat ho/
noꝛē ⁊ reuerētiam qui exhibeť alicui rōne cu/
iuſcūqꝫ excellētie. ⁊ ſic ꝯtinet ſub ſe pietatem ⁊
obſeruātiam. Iteȝ nota ſm. b. Tho. qꝛ obſeruā
tia exhibet honoꝛem dñis a ſeruis ducēdo ad
poꝛtum. ⁊ ſic ei exhibeť honoꝛ. Scdō rōne po/
tentie quam hȝ ad coercēdum. debeť ei timoꝛ.
Tertio rōne gubernationis coꝝ debeť obediē
tia per quam moueñť ad impium p̄ſidentiū. ⁊
tributa que ſunt ſtipēdia laboꝝ eoꝛū. Uñ aplſ
ad Heb. xiij. Obedite prepoſitis veſtris ⁊c̄.

obſuā/ tia hēt ſb ſe du as vir// tutes.

ℂ De honoꝛe qui .§. i.

exhibeť prelatis per obſeruātiam. ℂ Nota ꝙ
obſeruātia habet ſub ſe duas virtutes vt par/
tes ſuas. Una que diciť dulia. Dulia enim gre
ce latine diciť ſeruitus per quā exhibetur ho/
noꝛ ⁊ reuerētia ſuperioꝛibus precipue a ſuis
erga dños. Alia que dicitur obediētia per quā
obeditur coꝝ imperio de qua poſtea diceť. Ad
Hono/ ris diſ/ finitio
declarandū. ergo quid ſit honoꝛ: ſm bea. Tho.
ſecūda ſe. q. ciij. Sciēdum ꝙ honoꝛ teſtificatio
nem quandā impoꝛtat de excellentia alicuius.
Unde hoīes qui volunt honoꝛari teſtimoniuȝ
ſue excellētie querunt. Teſtimonium autē red
ditur coꝛā deo vel coꝛam hoībus. Coꝛam deo
quidem qui eſt inſpectoꝛ coꝛdis teſtimoniū cō
ſcientie ſufficit. Et ideo honoꝛ quoad deuȝ po
teſt ꝯſiſtere in ſolo interioꝛi motu coꝛdis. dum
ſcilȝ aliquis recogitat. vel dei excellētiam vel
alicuius hominis coꝛā deo. Sed quoad homi
nes aliquis nō poteſt ferre teſtimoniū. niſi per
aliqua ſigna exterioꝛa vel verboꝛuȝ. puta cum
aliquis pꝛonūciat oꝛe excellētiam alicuius vel
factoꝛuȝ. ſicut inclinationibus: obuiatiōibus:
⁊ alijs huiuſmodi. Uel etiam reruȝ exterioꝛū.
puta in exhibitione xenioꝝ. muneruȝ oblatio/
ne. aut imaginum inſtitutione. Et ſm hoc ho/
noꝛ in ſignis exterioꝛib⁹ cōſiſtit. ℂ Et nota ꝙ
reuerentia non eſt idē ꝙ honoꝛ. ſed ex vna par Reuerē
te eſt principium motiuum ad honoꝛandum. tia ⁊ ho
inquantum ſcilicet aliquis ex reuerentia quaȝ noꝛ diſ
habet ad aliquem eum honoꝛat. Ex alia vero ferunt.
parte eſt finis honoꝛis. inquātum ſcilicet quis
ad hoc honoꝛatur vt in reuerentia ab alijs ha
beatur. Honoꝛ ergo eſt exhibitio reuerētie in
teſtimonium virtutis ſm philoſophuȝ in ſecū
do Ethicoꝛum. Reuereri eſt actus timoꝛis.
ℂ Itē nota ꝙ laus diſtinguitur ab honoꝛe du
pliciter. Primo quia laus conſiſtit in ſolis ſi/ Laus i
gnis verboꝛuȝ. honoꝛ autem in quibuſcūqꝫ ſi quibus
gnis. Et ſm hoc laus includitur in honoꝛe. cōſiſtit.
Secundo modo quia per exhibitionez hono/
ris reddimus teſtimonium bonitatis de excel
lentia alicuius abſolute. ſed per laudem teſtifi
camur de bonitate alicuius in oꝛdine ad finē.
ſicut laudamus bene operantem propter finē.
Honoꝛ autem eſt etiam optimoꝛum que non
oꝛdinantur ad finem. ſed iam ſunt in fine bea.
Thom. ℂ Gloꝛia autem eſt effectus honoꝛis
⁊ laudis. quia ex hoc ꝙ teſtificamur de bonita Gloꝛia
te alicuius clareſcit bonitas ei⁹ in noticia plu/
rimoꝝ. ⁊ hoc impoꝛtat nomen gloꝛie. Dicitur
enim gloꝛia quaſi clara. Unde. b. Amb. Gloꝛia
eſt clara cum laude noticia. b. Thom.

ℂ Cui exhiben/ .§. ij.

dus ſit honoꝛ. Nota ſm beatum Thomā. vbi Rō q̄re
ſupra. ꝙ cum honoꝛ non ſit aliquid aliud niſi alicui
quedam pꝛoteſtatio de excellentia alicuius. debeť
Poteſt excellentia alicuius conſiderari non ſo honoꝛ
lum per cōparationē ad honoꝛātem. vt. ſ. ſit ex
cellioꝛ eo qui honoꝛať. ſed etiā ſm ſe vel per cō
parationeȝ ad aliq̄s alios. Et ſm hoc honoꝛ ſp
debeť alicui ꝓpter aliquā excellētiaȝ vel ſupio/
ritatē. non tñ opoꝛtet ꝙ ille qui honoꝛať ſit ex/
cellētioꝛ honoꝛāte. Sed foꝛte q̄buſdā alijs vel
ab ipſo honoꝛante quantum ad aliqd ⁊ nō ſim
pliciter. Prelati mali iuſte honoꝛanť nō ꝓpter
excellētiam virtutis. ſed propter excellētiā di/
gnitatis. ſm ꝙ ſunt miniſtri dei. Nota ſm ma

giſtrum vmbertum in expoſi. regule Aug. ca. li. q diuerſa genera pſonarum in ſcriptura ſa cra mandantur honorari. ❡ Et primo rectores. Eccl. x. In medio fratrum rector eorum in ho nore. Et multo magis prelati eccleſie q ſecula res perſone. i. ad Thi. v. Qui bene preſunt pſ byteri duplici honore ſut digni Ar. ad hoc. di. xcvi. Duo ſunt. ❡ Scdo ſunt honorandi deuo ti viri ſancti. qd fit ppter inhabitantem ſpm ſan ctum. ſicut capſella ppter reliquias. Et propter hoc Thobias fuit honorat' a rege Salmanaſ ſar. ❡ Tertio honorādi ſunt ſacerdotes. Eccl. vij. Honorifica ſacerdotes. vj. q. j. Sacerdotes. Exemplo beati martini preferentis ſacerdotez impatori in porrigendo. Reliqui etiā miniſtri ſm gradū ordinis ſunt honorandi. vt habetur di. xciij. ❡ Quarto honorādi ſunt cōfeſſores. Eccl. xxxviij. Honora medicum ꝛc. Et ſi corpo rum multo magis aiarum. Confeſſores dicunt medici aiaꝝ. extra de pe. ⁊ re. Cum infirmitas. ❡ Quinto honorandi ſunt dono ſapientie p dicti. ſap. viij. Propter hanc. ſ. ſapientiam ha bebo honorē apud ſeniores. propt hoc ioſeph a pharaone. ⁊ daniel a nabuchodonoſor. ho norati ſunt. ❡ Sexto miſſi a ſuperiorib' ad ali qua officia exercenda. vt viſitatores. oratores. ⁊ hmōi. Ad phil. ij. Eum cum omni honore ha betote. ⁊ loquitur de epafrodito miſſo ab eo ad eos. Unde quia miſſi a nabuchodonoſor reuer ſi ſunt ſine honore. turbatus eſt contra illos. ❡ Septimo honorandi ſunt religioſi Aug. in regula. Honorate deum in vobis inuicē cuius templa facti eſtis. Templum materiale honora tur qſi deo dicatum. qtomagis rationale dica tum deo per votum religionis. ❡ Octauo ſe niores honorandi ſunt. Eccl. xiiij. Honora pſo nam ſenis. Silr ⁊ priores in ordine ſicut antiq tus priogeniti. ſicut Jacob a pharaōe. ❡ No no vniuerſaliter omnes inuicem. Ro. xij. Ho nore inuicem preuenientes. Credendū eſt enī q quilibꝫ habeat aliquid quod lateat quo nos precellit ſed precipit ppter imaginez dei quod eſt in quocūqꝫ. ❡ Nota de diuerſis modis ho norandi ſm vmbertum in expoſitione regule. ❡ Primus eſt diligenter preſtare auditum lo quentibus. vnde Sap. viij. dicitur. Loquentez me reſpicient. ❡ Secundus eſt alloqui reuerē ter. Eccl. v. Honor in ſermone ſenſati. ❡ Terti us eſt aſſurgere venienti. Leui. xix. Coram ca no capite ſurge. ❡ Quartus eſt decenter aſſur ge re ſedenti more angelico. Eſa. vj. Uidi do minū ſedentem. ⁊ poſtea ſeraphin ſtabant ꝛc. ❡ Quintus comitari incedentem. ij. Regum xv. Uniuerſi ſerui eius ambulabant iuxta euꝫ ſcꝫ dauid imitantes eum cum fugeret de hie ruſalem a facie abſalonis. ❡ Sext' in ſigni

Quib' pſonis ē honor exhibē dus.

Quib' modis quis ho norandus ſit

humiliationis: vt inclinationibus: ⁊ huiuſmo di. Eccle. iiij. Ab humilibus honoratur: ſcilicet deus. ❡ Septim' eſt in exhibitione ſeruitiorū vt lotio pedum ⁊ manuū ⁊ huiuſmodi. Eccl. iij. Qui timet deū honorat parentes. ❡ Octa uus in rerum honorabiliorum collatione: vt honorabilius ferculum ⁊ huiuſmodi. vñ Nu me. xxiij. dixit balach balaam decreueram te honorare ſcilicet muneribus. Sed deus pri uauit in honore. ❡ Nonus in proprie magni ficētie depoſitiōe: vt depoſitio caputij ⁊ hmōi Apoc. iiij. Cū darēt illa qtuor aialia honorē ſe denti ſup thronū ⁊. xxiiij. ſeniores depōebāt co ronas ſuas. ꝛc. ❡ Decim' ē in alteri' ppoſitio ne: in via: in deſcendendo: in ſedendo: in lo quēdo ⁊ huiuſmodi. Eccl. iij. Loquere maior natu ꝛc. ſunt ⁊ alij qs vnctio docet cū expedit.

❡ De obedientia. Capitulum. xj.

Obedientia eſt vir tus ⁊ generalis ⁊ ſpecialis ſm. b. Tho. ſe. ſe. q. c. iiij. Si enim ſuma tur large pro executione cuiuſcū qꝫ q poteſt cadere ſub precepto ⁊ inobedien tia pro omiſſione eius ex qualicūqꝫ intentiōe ſit. Sic obedientia eſt generalis virt': ⁊ inobe dientia eſt generale peccatum. Et ſic ſumit. b. Amb. quando dicit q peccatum eſt inobedien tia mandatorum dei. Si autēz accipiatur obe dientia proprie ſm q reſpicit per intentionez formalem rationem precepti ſic erit virt' ſpe cialis. ⁊ ſm hoc ad obedientiam requiritur q impleat quis actum iuſtitie vel alterius virtu tis intendens implere preceptum ⁊ ad inobe diētiam ſpeciale peccatum ei contrarium req reretur q actualiter contemnat preceptum. ni hil enim prohibet duas ſpeciales rationes ad quas due ſpeciales ṽtutes reſpiciunt in vno ⁊ eodem materiali obiecto. i. actu ꝯcurrere. Sicut miles defendēs caſtrū regis īplet opus fortitudinis. non refugiēs mortis picula pro pter bonū ⁊ opus iuſtitie debitū ſeruitiū dño ſuo reddēs. Sic ⁊ ratio pcepti quā attēdit obe diētia ꝯcurrit cū actib' duaꝝ virtutū. Nō ē tñ de omnib' virtutū actib': q: nō oēs actus vir tutū ſunt in precepto. ⁊ quedā alia cadūt ſub pcepto que ad nullā aliā virtutū ptinēt vt pꝫ in his q nō ſunt mala niſi q: phibita. Q autēz ſit virt' ſpālis pbat ſic ſm. b. Tho. vbi. ſ. Omnia opa bona q hñt ſpālē rōnē laudis habēt ſpe cialē rōnē virtutis. Hoc. n. cōpetit ṽtuti vt op' ei' reddat bonū vt pꝫ p diffinitionē ei'. Obe dire aūt ſuperiorib' debitū eſt ſm ordinez da tū diuinit' q ſtatuit inferiora ſubijci: ⁊ regi p ſupiora. vñ ⁊ p ꝯñs eſt bonū. cū bonū ꝯſiſtat ī ſpē mō ⁊ ordine ſm Aug. in li. de natu. boni.

Obedi entia ē duplex

Obedi entia ē vt' ſpe cialis

Cum aũt inferiores ſupioribus multa debeãt
exhibere inter cetera hoc eſt vnũ ſpãle qđ tenẽ
tur eius pceptis obedire.⁊ ſic pʒ φ obedientia
eſt ſpãlis virtus ⁊ eius ſpãle obm: eſt pceptum
tacitũ vel expſſuʒ. Uolũtas enim ſupioris quo
cũqʒ mõ innoteſcat. eſt quoddã pceptũ tacitũ.
⁊ tãto videſ obediẽtia promptior: quãto pceptuʒ
expſſum obediẽdo preuenit volũtate ſupioris
intellecta. Eſt aũt medium inter ſupfluuʒ ⁊ di/
minutũ: ita vt accipiaſ diminutũ cum nõ obe/
diat: ſupfluũ cum obediat cui nõ dʒ vel in qui
bus nõ dʒ. vnde Gre.xj.q.iij. qđ ergo mirũ. di/
cit φ per obediẽtiã nunqʒ dʒ malũ fieri ⁊ vere
bonũ qđ agiſ per obediẽtiam qñqʒ intermitti
qđ intelligiſ ſm.b.Tho. de bono ad qđ qs nõ
teneſ ex neceſſitate facere. Nam illud bonũ ad
qđ teneſ facere ex neceſſitate. nullo mõ dʒ per
obedientiam omitti: vt diligere deum: ſeruare
mandata eius: ⁊ huiuſmodi.

¶ De excellentia .§.i.

obediẽ/ tie diffi/ nitio. obediẽtie ⁊ diffinitione eius. Sic autẽ diffiniſ
ſm Guil. Obediẽtia eſt obtẽperãtia ſm regu/
lam ſacre ſcripture: maioribus qbuſcũqʒ debi
ta. vel ſic. Obediẽtia eſt ſpontanea ⁊ rõnalis p
prie volũtatis abnegatio. De excellentia dicit
Greg.viij.q.i. Sciendũ φ obediẽtia ſola fidei
meritum poſſidet ſine qua qſqʒ infidelis eẽ cõ
uinciſ. etiãʒ ſi fidem videſ tenere. Et in vltimo
moral. dicit φ cũctas virtutes menti inſerit: in
ſertaſqʒ cuſtodit. qđ intelligiſ inqʒtuʒ actus v/
tutuʒ opaſ obediẽtia cãliter vel diſpoſitiue ad
ipſaꝝ gñationem ⁊ ↄſeruationeʒ: qꝛ ad obedi/
entiam ptinent oẽs actus virtutuʒ put ſunt in
pcepto. ¶ Notãdum tñ ſm.b.Tho. vbi ſupra
φ obediẽtia eſt excellentiſſima virtutũ mora/
liuʒ: ſed theologice ea excellẽtiores ſunt. Et ra/
tio eſt: qꝛ ſicut pctm̃ ↄſiſtit in hoc φ homo ↄtẽ/
pto deo bonis mutabilibus inheret: ita meri/
tum virtuoſi actus ↄſiſtit in ↄ̃rium in hoc φ cõ
tẽptis bonis creaturis deo inheret. Finis autẽ.
potior eſt his que ad finẽ ſunt: ſicut ſanitas po/
tior eſt medicina. Si ergo bona creata ↄtẽnan/
tur ppter hoc vt deo inhereaſ maior eſt virtu/
tis laus ex hoc φ deo inheret qʒ ex hoc φ bo/
na terrena ↄtẽnit. Et ideo ille virtutes quibus
deo ſm ſe iherẽtur. ſ. theologice ſunt potiores
virtutibus moralibus: qbus aliquid terrenuʒ
ↄtẽnitur vt inhereaſ virtuti morali. Aut tanto
aliqua excellẽtior quãto magis per illã ↄtẽni/
tur vt deo inhereat. Quia ergo inter bona tẽ/
poralia ⁊ bona aĩe pcipuum eſt volũtas inquã
tuʒ volũtarius hõ alijs bonis vtitur: ideo obe/
dientia qua ppter deum ↄtẽnitur ppria volun/
tas eſt excellentior moralibus alijs qbus ↄtem
nũtur alia bona creata vt tẽporalia: voluptates
⁊ hmõi. Et qʒuis dicat Gre.viij.q.j. Sciẽdum
φ obedientia aliqñ ſi de ſuo aliqd habet nulla
eſt. aliqñ ſi de ſuo aliqd nõ habeat minima eſt.
Et exẽplificat in primo de pſperis que appetũ/
tur. In ſcđo de aduerſis que horrenſ. veruʒ eſt
ſm bea. Tho. quãtum ad id qđ appareat exte/
rius: qꝛ ſi in pſperis cuʒ per ſe appetãtur videſ
ſn huiuſmodi qs agere nõ ppter preceptũ: ſed
ſolum ppter adimplendũ velle ſuuʒ: ⁊ ſi ſic eẽt
nõ eſſet vera obedientia: ſed ſm iudicium dei
qui corda rimatur: non ſemp eſt ſicut apparet.
Nam põt ↄtingere φ illud qđ erat deſideratũ
fiat cum bona diſpõne rõne precepti. Et ecõtra
qđ erat ſm ſe moleſtum aſſumaſ rõne obedien
tie volũtarie. ⁊ ſic nõ minuitur meritum eius.

¶ De ↄditionibus §.ij.

ſeu gradibus obedientie ſm Guil. in ſumma
ṽtu. Ber. tãgit.vij. gradus obediẽtie. ¶ Pri/ Condi/ tiones obedie
mus eſt libẽter obedire ſine cõtradictione. Jo.
iiij. ait Chriſtus. Meus cibus eſt vt faciãʒ vo/
lũtateʒ eius qui miſit me. ⁊ ait Saulus Act.ix.
Dñe quid me vis facere. Berñ. Qui occulte ſa
tagit vt qđ vult ipſe. h prelatus velit ipſe ſe ſe/
ducit ſi forte ſibi quaſi de obedientia blãdiaſ.
¶ Secũdus eſt ſine diſcuſſione obedire. pſal.
In auditu auris obediuit mihi. Deutero.xiij.
Quod precipio tibi hoc tãtuʒ facito nec addas
quicqʒ nec minuas. Berñ. Poſt pcipiẽtis im/
periuʒ videmus facere multas qõnes quas ſe/
pius ingeminant. vnde hoc venit quis hoc in/
uenit ↄſilium: murmuratio: excuſatio: ſimula/
tio: impoſſibilitas: aduocatio amicoꝝ. Idem.
Perfecta obedientia maxime in incipiente eſt
indiſcreta. i. nõ diſcernit quid vel quare preci/
piatur. Sancti patres multũ exercitabãt diſci/
pulos in hac ſimplicitate: vt pʒ in vitaſpatruʒ.
¶ Tertius gradus obedire hylariter ſine con
triſtatione. Eccle.xxxv. In omni dato hylarem
fac vultum tuũ. Berñ. Serenitas in vultu: dul
cedo in ſermonibus multum colorãt obedien/
tiam obſequẽtis. Obedientes cum triſtitia ſi/
miles ſunt Simoni cyreneo portãti cruceʒ in/
uite. Eccĩ.xxxiij. Precordia fatui qʒſi rota cur/
rus. Talis rota nõ ſolum murmurat per defe/
ctũ vnctionis: ſed etiam vna ante aliã nõ vult
moueri. Sic tales nolunt obedire niſi ⁊ alij fa/
ciãt. ¶ Quartus eſt velociter ſine tardatione.
Cañ.v. diciſ. Manus tornatiles que velociter
mouentur. Exẽplo Jacobi ⁊ Joãnis qui voca/
ti a chriſto ſtatiʒ relictis rhetibus ⁊ patre ſecu
ti ſunt eum. Matthei.iiij. Et zacheus feſtinãs
deſcendit. Luce.xix. Exempluʒ de eo φ dimiſit
litteraʒ imperfectã: vt iret vocatus ab abbate.
Prouer.xxij. Uidiſti hominẽ velocem in ope/
re ſuo coraʒ regibus ſtabit. ¶ Quintus eſt vi/

riliter ſine defectione. Exēplo xp̄i qui factꝰ eſt
obediēs vſqꝫ ad mortē crucis. ⁊ Berñ. Miſi/
ſti manum tuā ad fortia: agēdum eſt inſtanter
⁊ ꝯſtāter obediēdū eſt integralr̄ ſine diminu
tione. Tob. v. Oīa que ꝑcepiſti mihi pater fa/
ciā. Ja. ij. Qui offendit in vno factus eſt oīuꝫ
reus. Sextus eſt humilr̄ ſine elatione. Lu. xvij
Cum feceritis oīa que ꝑcepta ſunt vobis dici/
te ſerui inutiles ſumus. Uel ſextus eſt rōnabi/
liter obedire ſine offenſione. Actu. v. Obedire
oportet deo magis ꝙ̄ hoībus. Augꝰ. Sicut in
poteſtatibꝰ humane ſocietatis maior poteſtas
minori ad obediendū ꝑponit̄: ita deus oībus.
di. viij. que ꝯtra mores. ⁊. xj. q. iij. ſi dñs. ⁊. c. iu
lianus. ❡ Septimus eſt obedire pſeueranter
ſine ceſſatione. j. Cor. ix. Sic currite ⁊ cōprehē/
datis. Grē. In caſſum bonū agitur ſi ante vite
terminū deſeratur. de pe. di. ij. Hi ſeptem gra
dus ſunt illius ſcale quam vidit Jacob Gene.
xxviij. Scala obedientie eſt cuius latera abre/
nunciatio ꝓprij ſenſus ⁊ ꝓprie volūtatis. Tria
de ea dicuntur. Primū eſt ꝙ erat erecta a terra
vſqꝫ ad celum. ⁊ ſignificat̄ rectitudo intentio/
nis. Scōm ꝙ angeli aſcendebāt ⁊ deſcēdebāt
per eam. ſm̄ ꝙ angelicus ſtatus eſt cōuerſatio/
nis. Tertiū ꝙ dñs erat innixus ſcale. ⁊ ſignat
ꝙ per eam tanꝙ̄ viam perfectam ſubito aſcen
ditur ad gloriam viſionis ſuperne.

iductiones ad propter obediēdum.

❡ De incitamen/ .§. iij.

tis ſeu inductiuis ad obedientiā que ſunt. Ra
tio nālis. Creatura vlis. Scriptura diuinalis.
Et vtilitas plurimalis. ❡ Quātum ad pᵐ no/
ta ꝙ ſicut actiones nāles rerū nālium ꝓcedūt
ex potentijs nālibus: ita etiam opationes hu/
mane ꝓcedunt ex volūtate humana. Oportuit
autē in rebus naturalibus vt ſupiora mouerēt
inferiora ad ſuas actiones per excellentiā vir/
tutis nālis collate diuinitus. Sic etiā oportet
in rebus humanis ꝙ ſupiores moueant infe/
riores per ſuam volūtatem ex mādatis diuini
tus ordinatis. mouere aūt per impium ⁊ volū
tatem eſt precipere. Et ideo ſicut ex ipſo ordine
nāli diuinitus īſtituto inferiora neceſſe habēt
in rebus nālibus ſubijci motioni ſupiorꝫ. Ita
etiam in rebus humanis ex precepto nāli ⁊ di
uino tenentur inferiores ſuis ſuprioribus ſubij/
ci ſm̄ Tho. ❡ Quātum ad ſcōm oīs creatura
obedit legi ſibi. ſcꝫ date a deo. iuxta illud pſal.
Preceptū poſuit ⁊ nō pteribit. Precepit enim
ſoli vt peragat curſuꝫ ſuum dietim de oriente
in orientē. ⁊ nunꝙ̄ hoc omiſit niſi quādo tēpo
re Joſue ſtetit firmus in celo. ⁊ hoc ſibi precipi
ente deo. Precepit mari vt nō egrediat̄ termi/
nos ſuos. Terre vt producat fructus et faciat.
Matth. viij. Uenti ⁊ mare obediunt ei. Dixe/
rūt qdam de Chriſto quādo impans fecit tran
quillitatē. Amb. Nō mediocris pudor eſt im/
perio dei inſenſibilia elementa parere ⁊ hoīes
nō obedire. ❡ Quātum ad tertiū Hebr. vlti.
Obedite prepoſitis veſtris ⁊ ſubiacete eis. ipſi
enim puigilēt quaſi rōnem pro aīabus veſtris
reddituri ⁊c̄. Eccl̄. iiij. Melior eſt obediētia ꝙ̄
victime ad Rom. xiij. Omīs aīa poteſtatibus
ſublimioribus ſubdita ſit ⁊c̄. Exemplo abrahe
qui obediuit exeundo de terra ſua ⁊ circūcidē
do ſeipſum ⁊ immolādo filiū. ⁊ ex hoc ſumme
laudat̄. Exēplo Chriſti de quo Luc. ij. Erat ſub
ditus illis. Greg. Quid ergo mirū ſi peccator
hō obedie ſe in pñtis breuitate vite ſubijciat.
qñ hic qui obedientes remunerat nō reliquit.
xj. q. iij. qd ergo. Exēpla multa habes in vitaſ/
patrū. ❡ Quātū ad quartū multiplex eſt fru/
ctus eius. multi ſunt fructꝰ obediētie ſꝫ Guil.
in ſum. v. ❡ Primus: q2 facit hoīem dei ami
cū. Jo. xv. Uos amici mei eſtis ſi feceritis que
ꝑcipio vobis. ❡ Scōs: q2 facit chriſti amicū
⁊ ꝯſanguineum. Matth. xij. Qui fecerit volū/
tatem pat. mei qui in celis eſt ipſe meus frater
ſo. ⁊. m. eſt. ❡ Tertius: q2 facit mētem deo ho/
ſpitiū. Maria enim obediēte voci angeli dei
filius vterum eius intrauit. Aug. O humilis
obediētia que dum fidē dedit celi opificē in/
corporauit. Unde ⁊ Chriſtus hoſpitabat̄ ſepe
in bethania que interpretat̄ domus obediētie
⁊ in domo ſimonis qui interꝑtatur obediens.
❡ Quartus: q2 hominē exaltat in excellētiſſi/
mū ſtatum in pſenti ⁊ in futuro. Deut. xxviij.
Si audieris vocē dñi dei tui faciet te excelſio
rem cūctis gētibus. In preſenti per famā ⁊ mi
racula. Simon qui interꝑtatur obediēs Chri/
ſto iubenti obediens ambulabat ſuper aquas.
Matth. xiiij. Et maurus ad capiendū placitū:
vt narrat Greg. ⁊ cōprehendit ſimon obedien
do chriſto piſcium multitudinē copioſam. Lu
ce. v. In futura exaltat. ad Phili. ij. de Chriſto
dicitur. Factus obediēs ⁊c̄. propter qđ ⁊ deus
exaltauit illū ⁊c̄. Et in vitaſpa. Uidit quidam
iiij. ordines in celo. ſ. infirmorꝫ in patientia ſer
uiētiū in charitate: ſolitariorꝫ in deuotione. ⁊
obediētium patri ſpūali: ⁊ iſtum vltimū ſupio
rem vidit. ❡ Quintus facit orōnes exaudiri.
Greg. Si obedierimus ꝑpoſitis nr̄is obediet
deus orōnibus nr̄is. ❡ Sextus facit a piculis
liberari. Sap. xiiij. Exiguo ligno. ſ. naui obedi
entie credūt hoīes aīas ſuas ⁊ trāſeuntes ma/
re per ratē ſunt liberati. ❡ Septimus facit de
hoſtibus triūphare. Prouer. xxj. Uir obediēs
loquet̄ victorias. Poſtꝙ̄ Adā dimiſit obediē
tiā ſuā inferius. i. ſēdita rebellionis ſigna oſtē
dit ſupiori ſuo. vt pꝫ. Gen. iij. ❡ Octauus fa/
cit hoīem ornare. In huiꝰ figurā legit̄ ꝙ amici

De multiplici fructu obe.

Job obtulerũt ei inaurem vnã ex mãdato dei. Job vlt. ⁊ ſignificat obediẽtiam ſm̃ Greg. que ornat aĩaꝫ ſicut inauris corpus. ¶ Nonus ponit ſe in alijs cum qb⁹ viuit in pace. Eſa. xlviij. Utinaꝫ attẽdiſſes ad mãdata mea: fuiſſet vtiqꜫ quaſi flumen pax tua. In huius figuram legit̃ ij. Mach. xiiij. q̃ ſiluerit terra oĩbus diebus ſimonis qui interp̃tatur obediẽs. ¶ Decimus dat dñium oĩum. Nam obediẽti obediũt creature. De creatura legitur Joſue. x. Non fuit poſtea tam lõga dies obediente deo voci hoĩs. i. Joſue qui hoc poſtulauerat. De creaturis in viaſpa. ⁊ ſanctoꝝ habes multa exẽpla. ¶ Undecimus bñdictioneꝫ dei inducit. Deut. ij. Propono tibi bñdictiones ſi obedieris mandatis dei: ⁊ ita bñdictus eris in agro ⁊c̃. ¶ Duodecimus facit hoĩem dignum prelatione. Unde ⁊ dñs Simonẽ ceteris prefecit. j. Mach. ij. Simon ſcio q̃ vir ↄſilij eſt: ipſum audite ſemp: et ipe erit vobis pater. q̃ſqꜫ p̃eſſe non audeat qui ſubeſſe nõ didicit. ¶ Decimuſtertius ad gliaꝫ p̃ducit. Math. xix. Si vis ad vitam ingredi: ſerua mãdata dei. vnde ⁊ p̃mis parentibus datum eſt p̃ceptũ vt per exercitiũ obedientie magis q̃ꜫ alterius virtutis acq̃rerent regnũ. G: e. Neqꜫ enim mala arbor in paradiſo extitit ⁊c̃. xj. q. iij. qd ergo. ¶ In qbus ergo debeat quis obedire ſuis ſupiorib⁹: ⁊ in qbus nõ teneat̃: ⁊ de vitio inobedientie ſibi cõtrario. habes in ij. parte ti. iiij. c. ij. ⁊ in. iij. parte. ti. xvj. c. j. §. ix. ¶ Et nota q̃ in oĩbus ſimplr̃ ſemp obediẽduꝫ

Deo in oĩb⁹ eſt obediẽdum. eſt deo ⁊ in his que ſunt ↄtra precepta: q: in ipſis põt diſpẽſare ipſe ſolus: ſed nõ homo. Exo. xxiiij. Oĩa que locutus eſt dñs faciemus eri/muſqꜫ obediẽtes deo regnatori vniuerſe terre ſue. Ad oĩa que iuſſerit ſine dubio obtẽperan/dũ eſt. di. viij. que ↄtra mores. Nec tũc. i. cõtra virtutẽ: q: ſm̃. b. Tho. ſe. ſe. vbi. ſ. Sicut deus nihil opat̃ ↄtra nãm ſm̃ hoc eſt natura vniuſ/cuiuſqꜫ rei q̃ in ea dñs opat̃. Tñ aliqñ ↄtra ſo/litũ curſum nature vt in opibus miraculoſis: ita deus nihil põt p̃cipe ↄtra virtutẽ: q: in hoc p̃ncipalr̃ ↄſiſtit v̾tus ⁊ rectitudo volũtatis hu/mane q̃ dei volũtati ↄformet̃ ⁊ eius ſequatur. Impium q̃uis ſit ↄtra ↄſuetum v̾tutis modũ. Et ſic nõ fuit ↄtra iuſtitiã p̃ceptũ abrahe factũ q̃ filiũ innocẽtem occideret: q: deus eſt auctor vite ⁊ mortis. Nec ↄtra caſtitatem p̃ceptum factũ Oſee. vt adulterã accipet: q: deus eſt ordi/nator gubernatiõis humane: ⁊ ille eſt debitus modus vtendi mulieribus quẽ deus inſtituit. ⁊ in huiuſmodi obediẽdo non peccauerũt: ſed homo homini contra mandata dei obedire nõ debet. xj. q. iij. ſi dñs. Huic virtuti opponit̃ in/

Ti. iiij. cap. ij. obedientia. de qua. ſ. in ſecunda parte.

¶ De gr̃a q̃ pars eſt iuſtitie pars. Caplm̃. xij.

GRatia multiplici/ter accipit̃. vt notat Archid. j. q. j. quid ſit gratia. Nũc ergo accipitur prout gr̃a ſeu eſt virtus ſpecialis pars iuſtitie. ſ. potẽtialis quam Tullius ſic diſſinit. Gratia eſt in qua amiciciarum ⁊ officioꝝ alterius memoria ⁊ remunerãdi voluntas cõtinetur. Ad hãc inuitat aplus dicẽs. grati eſtote. Quod autẽ ſit virtus ſp̃alis diſtincta a ceteris ſic declarat. b. Tho. ſe. ſe. q. cvj. ar. j. ſm̃ diuerſas cãs ex qbus aliqd debet̃ neceſſe eſt diuerſificari rõneꝫ debiti reddẽdi: ita tñ q̃ ſemp i maiori id qd̃ eſt minus ↄtineat̃. In deo aũt p̃mo ⁊ p̃ncipaliter inuenitur cã debiti. eo q̃ ipſe p̃mum p̃ncipiũ eſt oĩum bonoꝝ nroꝝ. ¶ Scd̃ario aũt in patre vt eſt primum nr̃e generationis ⁊ diſcipline p̃n/cipium. ¶ Tertio aũt in perſona que dignita/te p̃cellit ex qua cõia bñficia p̃cedũt. ¶ Quarto aũt in aliquo bñfactore a quo aliqua parti/cularia ⁊ p̃uata bñficia p̃cepimus pro quibus p̃ticulariter ei obligamur. Quia ergo nõ quicquid debemus deo vel patri vel perſone in di/gnitate p̃cellẽti. debemus bñfactori a quo ali/quod p̃ticulare bñficium recepimus. Inde eſt q̃ poſt religionẽ qua debitum cultũ deo impẽdimus ⁊ pietatem qua colimus parentes. ⁊ obſeruantiã qua colimus perſonas in dignitate excellentes qui includit obedientiã. eſt alia virtus ſpecialis que dicitur gratia ſeu gratitudo que bñfactoribus gr̃am recõpenſat: ⁊ per hoc diſtinguitur a p̃miſſis virtutibus ſicut quelibet poſterior diſtinguitur a priori quaſi ab eo deficiens. Quãuis aũt retributio pertineat ad iuſtitiam cõmutatiuaꝫ. hoc tamen eſt quando attenditur retributio proportionalis ſm̃ debitum legale. puta ſi pacto firmetur: vt tantum pro tanto retribuatur. vt in mutuo ⁊ in alijs contractibus. Sed ad virtutem gratie ſeu gratitudinis pertinet retributio que ſit non ex debito legali. ſed ex ſolo debito honeſtatis: quaꝫ ſcilicet aliquis ſponte facit. vnde gratitudo eſt minus grata ſi ſit coacta. vt dicit Seneca in libro de benefic. Et Auguſtinus dicit. q̃ ea ſunt in noſtris officijs gratiora: que cum non debeantur. humanitatis tamen gratia impendi/mus. Et quia vera amicicia ſupra virtutẽ fun/datur. Hinc eſt q̃ quicquid eſt virtuti ↄtrariuꝫ in amico: eſt amicicie impeditiuuꝫ: ⁊ qcq̃d eſt virtuoſum eſt amicicie p̃uocatiuum. ideo ſm̃ hoc per recõpenſationeꝫ bñficioꝝ amicicia cõſeruat̃. ⁊ tñ ex hoc non tollitur quin recõpenſatio beneficioꝝ ſpecialiter ad virtutem gratitu/dinis p̃tineat. ¶ Quia v̾o deus eſt ſũmus bñ/factor noſter: imo oĩa bona que habemus ſiue naturalia ſiue gratuita ſiue fortune ſunt eius

De gratitudine. (margin, beside "gratia seu ... gratitu/do.")

De gr̃i/tudine quoad deum.

Ad gratitudinē quis magis teneatur an innocens an penitēs

beneficia. vnde apſls. j. Cor. iiij. Quid habes
qđ non accepiſti. ſ. a deo. q. d. nihil. Ideo pmā
rie debem⁹ eē grati deo ⁊ gratias agere de bñ
ficiis ſuis nobis collatis. Si autem queratur.
Quis magis teneatur ad gratias reddendas
deo innocens an penitens. Reſpondet be. tho.
ij. ij. q. cvj. ar. ij. q aliquo modo tenetur magis
innocens ⁊ aliquo mō magis penitēs. Pro cu
ius declaratiōe dicit idē. q actio gratiaꝝ in ac
cipiente reſpicit grām dantis. vnde vbi eſt ma
ior ex pte grā ex pte dātis ibi reqrit maior gra
tiarū actio ex parte recipiētis. Gra autem eſt id
quod gratis datur. Unde dupliciter poteſt eſ/
ſe ex parte dantis maior gratiam. Uno modo
ex quantitate dati. ⁊ hoc modo innocens tene
tur ad maiores gratiarum actiones. quia ma/
ius donum ei datur a deo. i. magis continua/
tum ceteris paribus. abſolute loquendo. Et
ſm hoc dicit Aug. in li. de confeſ. Quis homi
nuz ſuam cogitans infirmitatem. audet virib⁹
ſuis tribuere caſtitatem aut innocentiam ſuā
vt minus amet te quaſi minus fuerit ei neceſ/
ſaria miſericordia tua donans peccata conuer
ſis ad te. Et ſbdit poſtea. ⁊ iō tantūdem immo
amplius te diligat. q: per quem me videt tan/
tis meoꝝ languoribus exui p cum ſe videt tan
tis peccatorū languoribus non implicari. Itē
q: q̄zto gratuitū bñficium eſt magis cōtinuatū
tanto maior p eo debet gratiarum actio. ſed in
innocente magis ↄtinuatur bñficium diuine
gratie q̄z in penitente. vñ Aug. in eodem. Gre
tue deputo ⁊ mīe tue q pctā mea tanq̄z glaciē
ſoluiſti. gratie tue deputo ⁊ quecūq̧ nō feci ma
la. qđ eni eſt qđ facere nō potui. Et oīa mihi di
miſſa eſſe fateor ⁊ que mea ſponte feci mala. ⁊
que te duce nō feci. Alio modo pōt dici maior
grā q: magis dat gratis. ⁊ ſm hoc magis tenē
tur ad grāꝝ actiones penitētes q̄z innocentes.
q: eis magis dat gratis illud qđ ſibi datur a
deo. Cū eni eēt dignus pena datur grana. ⁊ ſic
licet illud donū quod datur innocēti abſolute
ↄſideratum ſit maius q̄z donū qđ datur peni/
tenti. Eſt tñ mai⁹ datum penitenti in compatio
ne ad ipz. Sicut ēt paruz donū datū paupi. eſt
maius q̄z diuiti magnū. Et q: actus circa ſin/
gularia ſunt. ⁊ in his que agenda ſunt magis
conſiderat quod eſt hic. vel nunc tale q̄z qđ eſt
ſimplr tale. ergo ⁊c. vt dicit phs. iij. ethi. de vo
luntario ⁊ inuolūtario. Unde ⁊ xp̄s lu. vij. dic.
Cui plus dimittit plus diligit. et eadem rōne
plus tenet ad grāꝝ acionē. Et nota q ait amb.
Facilius inuenitur qui conſeruauerit inno/
centiaz q̄z qui digne egerit pniam. de pe. diſt.
j. Sunt qui arbitrantur.

Inuitant autem .§. i

Tria inuitant ad gratitudinem

nos ad grārūactiones erga deū ſm illud qđ
dicit phariſeus orās in tēplo. lz nō recto ani/
mo. Deus grās ago tibi lu. xviij. Pri
mo multitudo ſacraꝝ ſcripturaꝝ. Scdo pleni/
tudo cunctaꝝ creaturaꝝ. Tertio tēporis apti/
tudo pleni grāꝝ. Quātū ad primū frequenter
in ſcripturis admonemur ad agendū gratias
vt illud. j. Theſſa. v. in omnibus grās agite: ⁊
ad Col. iij. Omne quodcūq̧ facitis aut in ver
bo aut in opere omnia in nomine domini no
ſtri ieſu chriſti facite gratias agentes deo ⁊ pa
tri. Et Thob. iiij. Omni tēpore benedic deuz.
Ad ephe. v. Gratias agentes ſemper pro oīb⁹
Et pſal. Benedicā dominum in omni tempo/
re ſemper laus eius in ore meo. In domino
laudabitur anima mea. Debemus enim deo
regratiari: opere: ore. ⁊ corde. Et quantum ad
primum dicit. Benedicam dominum in om/
ni tempore. Sic enim deus maledicitur ma/
lis factis hoīum ⁊ negat. ſic ⁊ bonis factis be
nedicitur ⁊ confitetur. vnde Hiero. dicit. quo
tiens vincimur vitiis atq̧ peccatis totiens de
um negamus. Et quotiens aliqd boni agim⁹
totiens deum confitemur. xj. q. iij. nolite. Om
ni igitur tēpore dñm benedicimus ⁊ gratitu
dine ad eū vtimur. cū omni tēpore bene opera
mur. In omni ſcz tēpore pueritie: adoleſcētie:
iuuentutis: ſenectutis. In omni tēpore ſcz die
ac nocte. In omni tēpore ſcz aduerſitatis ⁊ p
ſperitatis. ne ſit de nūero illoꝝ q ſolū laudant
tēpore proſperitatis: de quibus d: in pſal. Cō
fitebitur tibi cum benefeceris ei. Secundo
ore debemus deo regratiari benedicere ⁊ lau/
dare. ſm illud pſal. Semper laus eius in ore
meo. Propterea. n. dedit deus homini inter
cetera animalia loquelam vt nō ſolum corde
ſed ⁊ ore ipſum laudet. ſm illud Eccli. Domi/
nus dedit mihi linguā ercditā. ⁊ in ipſa lauda
bo deū. Hinc ⁊ Aug. ad Aurelīū. Quid meli⁹
aīo geram⁹ ⁊ ore pmam⁹ ⁊ calamo exprima/
mus q̄z deo grās. Hoc nec dici breui⁹: nec au/
diri leui⁹: nec intelligi grādius: nec agi fru/
ctuoſius pōt. Sz ⁊ de virgine glioſa legitur q
vocata a quoq̄z ſemp deo grās reſpōdebat ne
vel illa paruula hora reſpondendi a laude dei
ceſſaret. Corde pmarime laudādus ⁊ bñdicē/
dus eſt de⁹. Et hoc eſt qđ dicit pſal. In dño lau
dabit aīa mea. Laudabit. i. laudibus occupat.
qđ nō eſt aliud q̄z ipſa dei bñficia cogitare ⁊ re
cognoſcēdo ipſuz bñfactorē amare quō ange
li ⁊ ſancti corpe exuti deū laudāt. ſm illđ pſal.
Laudē dicite deo nr̄o oēs ſancti ei⁹ q timetis
deū puſilli ⁊ magni. Scđz qđ inuitat ad re
gratiādū deo eſt vniuerſalitas creaturarum. ⁊
hoc tripliciter. Primo qdē q: cū oīa fece/
rit de⁹ pp̄ter hoīem. vt dicit Aug. qlibet crea/

ſura eſt quoddã beneficiũ homini collatuȝ vt
inuitet eũ ad regratiandũ ipſi de tali benefi/
cio. ¶ Scḋo pulchritudo ⁊ ṽtus ipſaruȝ crea
turaꝝ ⁊ ordo eis datus a deo in operibus ſuis
quẽ ſeruant ſine defectu q̃ſi per hoc cognoſcẽ
tes beneficiũ ⁊ deũ ſuo mõ laudãtes. ẜm illud
Benedicite oĩa opa dñi dño laudate ⁊ ſuper.
eũ in ſc. Dañ. iij. ⁊ laudate dñȝ de celis ⁊c̃. pſ.
cxlviij. Laudãt aũt ⁊ benedicũt irrõnabilia de
um eodẽ mõ quo dr̃ i puer. vulgari. lopa loda
el maiſtro: qꝛ pulchritudo alicuius picturẽ: ſcri
pture vel ſculpture: mãifeſtat ſapiẽtiã artificis
vñ laudaẽ. ¶ Tertio inuitãt creature ad regra
tiandũ deo qꝛ oẽs exceptis angelis ſunt infe/
riores nobis: ⁊ cũ deus potuerit nos facere vi
liſſimas creaturas nobiliſſimas fecit. ⁊ ad hoc
facit qḋ legiẽ in vitaſpatrũ. qꝛ ꝯgregatis qua
dã vice multis patribus ad colloquẽdum de
deo. dixit vnus magne vite. Benedictus de⁹
qui fecit tot innumeras ⁊ mirabiles creaturas
e quib⁹ nulla eſt que me nõ doceat deũ laudaẽ
⁊ regratiari. Quo dicto ſurrexit qdam minus
expertus interrogans eum ⁊ dicens. Quomo
do te docet laudare deuȝ buſo. Et reſpondit il
le. Multum quidem ⁊ multiplicIter. Nam cũ
intueor illud animal ita horribile in aſpectu.
veneno plenum corpore turgidum ſuper pe/
ctus gradiẽs ſuper terrã oculis trãſuerſis ⁊c̃.
ꝯſidero deũ me potuiſſe talẽ cũ eo facere: ſecit
aũt rõnabilẽ creaturã me ⁊ ſui capacẽ: pręſtat
mihi occaſionẽ multã deo regratiãdi. ¶ Ter
tiũ qḋ iuitat ad grãrũactionẽ ẽ q̃litas tpis. dr̃
enim tp̃s noui teſtĩ tp̃s grẽ: qꝛ ſupabundauit
multiplex grã hũano gñi collata poſt xp̃i ad/
uentũ. Et iḋ multiplicatis bñficijs multiplicã
de ſunt ⁊ grãrũactiões. vñ apl's. ij. ad Cor. vj.
Hortamur vos ne in vacuũ grãm dei recipia
tis. In vacuũ recipit ⁊ fruſtra grãm. i. ſua bñfi
cia q ea nõ recognoſcit: nõ laudat: nõ ea exer
cet i multiplicãdo. Et ſic nõ ſolũ demereẽ alia
ſibi dari: ſȝ ⁊ collata ſibi auferri ẜȝ illḋ Greg.
puilegiũ mereẽ amittere q cõceſſa abutiẽ ptãte
xj. q. iij. eȝ dr̃. Eccl. j. Ad locũ vñ exeũt flumia
reuertũẽ vt iterꝝ fluãt. Flumia. ſ. grãꝝ de mari
oĩa exeũt. ſ. diuine largitatis. etſi nõ reuertanẽ
ad ip̃m mare vñ exeũt. ſ. p recognitionẽ bñfi/
cioꝝ ⁊ grãrũactionẽ. exiccanẽ ⁊ aq̃ grẽ puanẽ
ſȝ ſi redeũt ad mare. i. ad deũ regratiãdo vl' re
cognoſcẽdo ab ipſo ab eo recipiũt in fluxum
aliaꝝ grãꝝ ſeu bñficioꝝ. Et cũ opus illud. ſ. ad
grãrũactiões ſit exercitiũ ſupne pr̃ie ẜm illud
Eſa. lj. Gaudiũ ⁊ leticia inuenieẽ in ea grãrũ/
actio ⁊ vox laudis: q̃nto qs copioſi⁹ ⁊ pfecti⁹ ſe
exercet in grãrũactiõe. tãto magis appropin/
quat ſtatui beatoꝝ pſal. xlix. Sacrificiũ laudis
honorificauit me. vñ ⁊ de ſupna hierſm dicit
Thob. xiij. q̃ per vicos eius cãtabiẽ alleluya.
qḋ interpretaẽ laudate dñm. Oẽs hoĩes in tri
bulatiõibus vel tẽtatiõibus poſiti euadũt ille
ſi aĩa ⁊ corpe laudãdo deũ: ſicut in figura ha/
beẽ de anania azaria ⁊ miſahele miſſis in for/
nacẽ ignis ardẽtis laudãtibus deũ ⁊ benedi/
centibus: illos oĩno nõ tetigit ignis. nec ꝯtri/
ſtauit: nec quicq̃ moleſtie intulit. Sȝ angelus
dñi deſcẽdes i fornacẽ ꝯfortauit eos. Dañ. iij.

¶ De quibus be/ .§. ij.

neficijs ſit deo regratiãdum. dicit decre. Cum
creatura nõ habeat quid pro meritis reſpon/
deat creatori celebrationem miſſarum conti/
nuet aut procuret. iḋ inquit pſal. cxv. Quid re
tribuã dño p oĩ. q̃. re. mi q. d. Tot ⁊ tanta ſunt
que recepi q̃ retribuere vel recompenſare nõ
valeo: ſed nec ipſe exigit equalens: ſed quod
eſt nobis poſſibile. Signãter aũt dicit ꝓpheta
Retribuit nõ conceſſit: quaſi preſupponendo
nos aliquid prius feciſſe dño vel dediſſe vn/
de retribuit. Sed quid dño deo nos tribuim⁹
vel fecimus vnde ſua beneficia largiretur: cer
te nihil niſi mala ⁊ peccata. cũ quibus ẽt naſci
mur. In hoc apparet magna dei bonitas ⁊ be
nignitas erga nos. qꝛ cũ ei tribuerim⁹ ⁊ fece
rimus mala ipſe pro malis retribuit bona. ſ.
beneficia ſua. Et vt no. Guil. in ſum. virtu. tria
genera beneficiorum retribuit nobis dñs. Pri
mo generalia. Secundo ſpecialia. Tertio ſin/ De tri/
gularia. De primis ſcȝ generibus dicit Ber. b⁹ bñfi
Agamus fratres gratias factori nr̃o redẽpto cioꝝ ge
ri nr̃o ⁊ remuneratori nr̃o. Primũ qḋ nobis nerib⁹
preſtitit. qḋ noſipſi ſumus. Adiecit ẽt vñ ſubſi ꝓ qb⁹
ſteremus qui iã eramus. Faciamus inquit ho grati eſ
minẽ ad imaginẽ ⁊c̃. Et paulopoſt. Ut pſit pi/ ſe debe
ſcibus maris ⁊ volatilibus celi ⁊ beſtijs terre. mus
Geñ. j. Iam tertium opus tue redemptiõis at
tẽde. Idẽ fecit te de⁹ tu⁹. fecit tã multa pp te fa
ct⁹ eſt ipſe tecũ caro vna: te quoq̃ȝ faciet ſecum
ſpiritum vnum. Beneficia vero ſpecialia ſunt
tria. ſ. expectationis: iuſtificatiõis: ⁊ cõſerua/
tionis. Primũ eſt beneficiũ expectationis quo De grã/
deus patienter peccatores expectat ad penitẽ tudine
tiam. Unde Eſa. xxx. c. Expectat vos dñs vt mi circa be
rereaẽ veſtri: ⁊ ideo exaltabitur parcens vobis neficiũ
⁊ Hiero. Moderatio dei ac pietas ſolum no/ expecta
ſtrum reditum querit ac nos cupit ſua longa/ tionis
bõitate ſaluari di. xciij. dyaconi. Et nota q̃ cir
ca vnumquodq̃ȝ horum beneficiorum aliqua
ſunt attendenda vt cognoſcatur magnitudo
dei. ¶ Circa primum debet hõ cogitare quo/
tiens meruerit vt tempus penitentie ſibi auſe
ratur: quotiens mortaliter peccauit hoc meru
it: quia peccator indignus eſt vita cum ingra/
tus ſit auctori vite. Job. xxx. Qui vita ipſa pu/

tabanṫ indigni. ¶ Scḋo debet cogitare ꝙ ꝓ/
ximus fuerit qn̄q₃ amiſſioni vite ſeu dānatio
ni. Tanto enim miſericordia eſt gratioꝛ quan
to pena pꝛorimioꝛ eſt ad quā paraṫ. Si eniꝫ ſu
ſpendendus iam laqueū haberet in collo ma/
ius beneficiū reputaret ſi tunc liberareṫ. Vn̄
debet cogitare ſi qn̄ fuit in periculo moꝛtis dū
in ſtatu erat dānationis. Et quo iuiſſet ſi in il/
lo ſtatu deceſſiſſet ⁊ quid ꝓmeruerit apud deū
vt deus ei pepercerit. pꝛouerb. v. Funibꝰ pec/
catoꝝ ſuoꝝ ꝯſtringiṫ impius qbꝰ ſcꝫ ſuſpenda
tur in inferno. vnde Ezechias. Tu aūt eruiſti
aīam meā vt nō periret. Eſa. xxxviij. ¶ Tertio
dꝫ cogitare ꝙ precioſam rē deꝰ ei cōmiſit qn̄
tps penitētie ei dedit. Precioſitas tēpoꝛis ex
hoc perpēdiṫ. qꝛ in momēto tēpoꝛis pōt hō lu
crari regnū eternū. Et illis qui ſunt in inferno
plus valeret momētū tēpoꝛis in quo agerent
penitētiā ꝙ tota maſſa auri qḋ eſt in mūdo. vn̄
Seneca. Nulla maioꝛ iactura ꝙ tēpoꝛis. pec/
catoꝛ aūt re iā ꝓcioſa abuſus eſt. vn̄ Job. xxiiij.
dedit ei deus locū penitentie ⁊ ille abuſus eſt
in ſuperbia. ¶ Quarto debet cogitare ꝙ nia
le meruiſſet vt res tā precioſa ei cōferreṫ: qui
magnū tēpus ſibi pꝛius datū in ꝯtumeliā ip
ſius dei ꝯcedētis expenderat. Aug. Nō eſt di/
gnus dādis qui nō eſt gratus datis. ¶ Quin
to debet cogitare qualiter ſciebat eū deus eſſe
vſuꝝ tāto beneficio. In hoc enim eſt cumulus
diuine miſericoꝛdie: qḋ licet deus ſciuerit euꝫ
vſuꝝ tāto beneficio pꝛo magna parte in cōtu/
meliā dei nō dimiſit ꝓpṫ hoc dare illi. ad Ro.
ij. An ignoꝛas qꝛ benignitas dei ad penitenti
am te adducit. ¶ Circa ſcḋm beneficiū ſcꝫ iu
De gra- ſtificationis debet homo cogitare. ¶ Pꝛimo
titudie a quibus vinculis deus liberauit eū. Tot eniꝫ
circa be vinculis eſt peccatoꝛ ligatus quot peccatis eſt
neficiū irretitus: ⁊ ſunt adeo foꝛtia iſta vincula ꝙ nec
iuſtifica et per moꝛtē qn̄q₃ ſoluunṫ: ⁊ ſolus deꝰ pōt ea
tionis. dirūpere ſeu ſoluere nō aliqua creatura. vn̄ nō
parū debet eē gratus deo is quē dn̄s ab huiuſ
modi vinculis quibus captiuus ducebaṫ ad
infernū liberauit. qḋ in ſe recognoſcens pſal.
cxv. ait ad dn̄m. Dirupiſti vincula mea ⁊c̄.
¶ Scḋo debet cogitare quot ⁊ quāta ei deus
dimiſit. Pꝛo quolibet enim moꝛtali reus erat
moꝛtis eterne. Si quis enim eēt reus tempo/
ralis moꝛtis que momētanea eſt. nōne pro di
miſſione illius paratus eſſet illi ſeruire toto tē
poꝛe vite ſue. Quid ergo benefaciendū eſt er/
ga deū pꝛo dimiſſione moꝛtis eterne que etiā
vni moꝛtali debeṫ Aug. Cui dictū eſt. nauiga
ne ſubmergaris ⁊ diſtulit. Cui dictū eſt. Labo
ra ne moꝛiaris: ⁊ piger fuit. Leuia iubet deus
vt in eternum viuamus: ⁊ vt obediamus ne//
gligimus. ¶ Tertio debemꝰ cogitare ad quā
tam dignitatem deus eū elegit qn̄ eū iuſtifica
uit. Elegit enim eum deus ad regnū eternuꝫ.
vn̄ apl's ad Ro. iij. Ut iuſtificati gratia gratia
ipſiꝰ heredes ſimꝰ. in ſpē vite eterne. ¶ Quar
to dꝫ cogitare in quali ſtatu deus eū elegit. Ho
ſtis enim tunc erat dei ⁊ indignus et pane ex/
ercens inimicitias peccatis ſuis. vnde Deute.
xxxij. inquit Moyſes inuenit eū in terra deſer
ta. i. in ſtatu a grā derelicto. In loco hoꝛroꝛis
ſcꝫ meriti eterne dānationis ⁊ vaſte ſolitudi//
nis. i. magne obſcuritatis mentis in qua habi
tabant varie fere peccatoꝝ. ¶ Quinto dꝫ cogi
tare quot dn̄s reliquit: qbus tale beneficium
iuſtificationis non pꝛeſtitit: immo in peccatis
ſuis perire permiſit pſal. cxlvij. Non fecit tali
ter omni nationi ⁊ iudicia ſua non manifeſta/
uit eis. Judicia ſcilicet ad iudicandum ſe ⁊ di
ſcernendum peccata ſua: ⁊ puniendum quibꝰ
iudicijs homo iuſtificatur. ¶ Circa beneficiū Gratitu
vero tertium conſeruationis etiam attenden/ do cir//
da ſunt quinq₃. Et pꝛimo conſiderandū diffi// ca bene
cultas ſtandi: que apparet ſpecialiter in tribus ficiū cō
in lucifero parente pꝛimo ⁊ iuda chꝛiſti diſci/ ſerua
pulo. Lucifer enim cuꝫ eſſet maxima arboꝛ in tionis
paradiſo dei ad modicum ventum ſuperbie
in terram coꝛruit. Adam cum eſſet abſq₃ coꝛ//
ruptione naturalium propter cohabitationeꝫ
vnius mulieris paradiſum amiſit Hiero. Si
potuit mulier eycere eum qui iam erat in para
diſo: non eſt mirum ſi eos impediat qui nōdū
in paradiſum peruenerunt. Judas ſcarioth cū
eſſet ſub tanto paſtoꝛe ⁊ magiſtro ⁊ inter tales
fratres: occaſione tamen modice adminiſtra//
tiōis cecidit ⁊ nō adiecit vt reſurgeret. ¶ Se
cundo eſt intuenda pugne continuitas in qua
ſumus Job. vij. Militia eſt vita hominis ſup
terram: vbi alia tranſlatio dicit. Tentatio ē vi
ta hominis Greg. Diabolus aſſidue tentat vt
ſaltem tedio vincat. Mirari ſolent homines
cum audiunt aliquem bonum cadere in pecca
dicitur Sap. viij. Manifeſtū eſt autez q̄ actus
charitatis ſequitur alis excedit naturam poten
tie volūtatis niſi ergo aliqua fo:ma ſuperadde
retur naturali potentie per quā inclinareſ ad
dilectionis actum ſm̄ h̄ eſſet actus iſte imper/
fectio: actibus naturalibus: ⁊ actibus aliarum
virtutum: nec eēt facilis ⁊ delectabilis: qd̄ patʒ
eſſe falſum: q: nulla virtus hʒ tantā inclinatio/
nem ad ſuū actuʒ ſicut charitas: nec aliqua ita
delectabiliter operatur. vn̄ maxime neceſſe eſt
q̄ ad actum charitatis exiſtat in nobis aliq̄ ſu/
pernaturalis fo:ma ſupaddita potētie natura/
li. inclinans ipſam ad charitatis actum ⁊ faci/
ens eaʒ p:ompte ⁊ delectabiliter operari. Et ſic
opi. magri. ſen. in hoc cōmuniter rep:obatur.
Nec obſtat ſi dicatur nil creatū eſt infinite vir/
tutis: ſed charitas eſt infinite virtutis: q: aīam
hominis perducit ad bonum infinitum. ergo
eſt quid increatum. nam charitas operatur fo:
maliter perducēdo ad deum. efficacia autē fo:
me eſt ſm̄ virtuteʒ agentis que inducit fo:mā.
⁊ ideo charitas in hoc q̄ facit effectum infinitū
dum coniungit deo animam iuſtificando. ex h̄
demonſtrat infinitatem diuine virtutis que eſt
charitatis acto:. Idem ponit glo. in decreta. de
pe. di. ij. charitas eſt. dicēs q̄ charitas eſt habitus
mentis. ⁊ per ꝯñs aliquid creatum in anima.

ℂ De charitate q̄ .§. ij.

De ex/cellētia charita/tis. ⁊ ꝙ ſit v̄tus ſpālis.

eſt virtus ⁊ ſpecialis ⁊ vna ⁊ excellentiſſima oīum. Primum ſic probat Tho. vbi ſupra arti. iij. Humani actus bonitatem habent ſm ꝙ regulantur debita regula ⁊ menſura. Et ideo virtus que eſt principium omnium bonoꝝ actuum hominis conſiſtit in attingendo regulam bonorum actuum humanorum. Duplex eſt autem hec regula. Prima deus. Secunda ratio humana. Sicut ergo virtus moralis diffinitur per hoc ꝙ eſt ſm rationem rectam ſm philoſophum. ij. Ethi. Ita etiam attingere deū cōſtituit rationem virtutis: ſicut eſt de fide ⁊ ſpe. que habent deum pro obiecto. Cum ergo charitas attingit deum: q꞉ non coniungit deo patet ꝙ ſit virtus. vnde Bea. Augu. de moribus eccleſie. Charitas eſt virtus que cuꝫ rectiſſima noſtra affectione coniungit nos deo. Nec obſtat ꝙ virtus dicitur eſſe qualitas ſeu accidēs. ⁊ accidens eſt inferius ⁊ indignius ſubiecto. ſed charitas eſt nobilior anima in qua eſt: quia hoc eſt verum de accidente quod cauſatur ex principijs ſui ſubiecti. Secus autem eſt de accidente cauſato ex participatione alicuius nature ſuperioris: quia illud eſt dignius ſubiecto ſuo inquātum eſt ſimilitudo quedaꝫ nature ſuperioris. ⁊ hoc modo charitas eſt dignior anima inquātum eſt quedam participatio ſpiritus ſancti. ⸿ Secundum. ſ. ꝙ ſit virtus ſpecialis pꝫ ex hoc ꝙ q꞉ connumeratur alijs virtutibus ſpecialibus ab apoſtolo ibi. Nunc manent fides ſpes ⁊ charitas. qd̄ etiam ſic probat Bea. Tho. vbi. ſ. ar. iiij. Quia actus ⁊ habitus ſpecificantur per obiecta. Obiectum autē propriuꝫ amoris eſt bonum. Et ideo vbi eſt ſpālis ratio boni opꝫ ꝙ ſit ſpālis habitus virtutis. Bonuꝫ autem diuinuꝫ inquātum eſt obiectuꝫ beatitudinis hꝫ ſpālem rationem boni. ⁊ iō amor charitatis qui eſt charitas eſt ſpālis amor ⁊ charitas ꝯſiter ſpālis virtus. Nec obſtat ꝙ charitas ponatur a Hiero. in diffinitione virtutis in generali dicente. ꝙ virtus eſt charitas qua diligitur deus ⁊ ꝓximus. nam dicit̄ charitas omnis virtus. non ꝙ eſſentialiter ſit omnis virtus. ſꝫ q꞉ aliqualiter ab ea depēdēt omnes virtutes. ſ. cum ſine ea nulla ſit vera virtus. ⸿ Tertiuꝫ. ſ. ꝙ vna ſit tm̄ virtus charitatis. ſic probat Tho. vbi. ſ. ar. v. Charitas eſt quedam amicicia hominis ad deum. Diuerſe autem amiciciarum ſpēs accipiuntur: vel ſm diuerſitateꝫ finis. Et ſm hoc ponuntur tres ſpēs. ſ. amicicia delectabilis: ⁊ amicicia vtilis: ⁊ amicicia honeſti. Uel ſm diuerſitatem cōmunicationum in quibus amicicie fundantur. ſicut alia eſt ſpecies cōſanguineorum: alia cōciuium: alia peregrinātiū: quaruꝫ prima fundatur ſuper cōmunicatione naturali: alie ſuper communicatione ciuili vel peregrinationis: vt pꝫ per phꝫ. viij. Ethi. Neutro autem iſtorum modorum charitas poteſt diuidi in pl'a. nam charitas finis eſt vnus. ſ. diuina bonitas. ⁊ etiaꝫ eſt vna cōmunicatio eterne beatitudinis ſuper quā hec amicicia fundatur. Unde ſequit̄ ꝙ charitas ſit ſimplr̄ vna virtus nō diſtincta in plures. Nec obſtat q꞉ habitus vt dictū eſt diſtinguunt̄ ſm obiecta: ſꝫ obiecta charitatis ſunt duo. ſ. deus ⁊ ꝓximus. Naꝫ hoc eſt verū qn̄ obiecta pro equo diſtinguunt̄: ſed deus ⁊ ꝓximus nō ex equo ſunt obiecta charitatis. naꝫ ꝓprium ⁊ ꝑncipale obiectū charitatis eſt deus. ꝓximus autē ꝓpter deū ⁊ charitate dei diligitur. deus autē ꝓpter ſeipſum: vnde vna ſola rō diligendi attendit̄ in charitate principaliter. ſ. diuina bonitas que eſt eius ſubſtantia. Alie autem rationes ad diligēdū inducentes: vel debitum dilectionis facientes ſunt ſecundarie ⁊ conſequentes ex prima.

⸿ De diffinitione .§. iij.

De diſ/finitiōe chari/tatis.

ſeu deſcriptione charitatis magiſter in. iij. ſen. di. xxvij. ſic diffinit. Charitas eſt dilectio. ideſt amor ſm rationem qua diligitur deus ꝓpter ſeipſum: ⁊ proximus propter deuꝫ vel in deo. Proſper in lib. de vita contemplatiua ſic eam pulcherrime deſcribit. Charitas vt mihi videtur eſt recta volūtas ab omnibus terrenis prorſus auerſa: iuncta deo inſeparabiliter: et igne quodam ſpiritusſancti a quo eſt ⁊ ad quem refertur incenſa: inquinamenti omnis extranea corruptionis neſcia: nulli vitio mutabilitatis obnoxia ſup oīa que carnalr̄ diligunt̄ excelſa. affectionū oīum potētiſſima: diuine ꝯtēplationis auida: in oībꝰ ſemp inuicta: ſūma actionuꝫ bonaꝝ: ſalus moꝝ: finis celeſtiū preceptorum: mors criminū: vita v̄tutū: v̄tus pugnantium: palma victoꝝ: arma ſanctaꝝ mētiū cā meritoꝝ bonoꝝ: ꝑmiū ꝑfectoꝝ: ſine qua nullus vnquaꝫ deo placuit: cū qua aliqs peccare non pōt: fructuoſa in penitētibus. leta in ꝓficiētibꝰ: glioſa in pſeuerātibus: victorioſa in martyribꝰ: opoſa in oībus: oīno fidelis ex qua qcqd eſt boni opis viuet. hec oīa. de pe. di. ij. charitas eſt. vbi dicit glo. ⁊ bn̄ ꝙ hec eſt ꝑdicatio ꝑ cāꝫ. ſicut cū dr̄. Deus fortitudo nr̄a ⁊ patientia ⁊ ſpes nr̄a: q꞉. ſ. ex cauſa fortitudinis ⁊ patientie ⁊ ſpei noſtre: ſic dicitur charitas eē oīa iſta: quia cauſat iſta. Cauſat enim rectam voluntatē. Et loquit̄ de charitate perfecta que terrena contēnit. Dicitur autem iuncta deo inſeparabiliter: q꞉ non de facili ſeparat̄. Inquinamenti extranea. ſcilꝫ mortalis peccati. Salus morū. i. ſalutiferos faciens mores. finis preceptorum. ideſt conſumatio: ſumma actionum bonarum. ideſt perfectiſſima ⁊c.

¶ De excellentia .§.iiij.

charitatis. No. quod ait aplus. j. Cor. xij (poſt
dona pſa ſpūalia enumerata) Adhuc excellen//
tiorem viam vobis demōſtro. vbi totū ſequēs
capitulum. xiij. ponit in cōmendationē charita
tis: ſic ipſum terminat maior horum eſt chari/
tas. ¶ Circa qd̄ ſciendum ꝙ charitas eſt ma//
ior omnib⁹ donis ſpūalis in ꝗtuor vt ibi oſtē/
ditur. ¶ Prīo in neceſſitate. ¶ Scdo in opoſi
tate. ¶ Tertio in durabilitate. ¶ Quarto ī di/
gnitate vel nobilitate. ¶ Primo igitur chari/
tas eſt magis neceſſaria ad ſalutem. Nam alia
dona ſpūalia ſine ipſa nihil valēt ad ſalutem: ⁊
ipſa ſufficit ad ſalutem ſine plurib⁹ ex eis. Un̄
ponit aplus gratiaʒ p̄dicatiōis eminentē de
diuinis. ⁊ hec eſt lingua angelica. vel de natu/
ralib⁹ ⁊ moralibus: ⁊ hec eſt lingua humana:
aut delectantē. ⁊ hec eſt humana: aut intrinſec⁹
mouentē ad bonum: ⁊ hec eſt angelica ibi ſi lin
guis ⁊c̄. Ponit ꝓphiam. i. precognitionē futu
rorum cōtingentium vel occultarū reꝝ p̄ſētiuʒ
vel preteritaꝝ. Et ſi nouerīʒ oīa myſteria. i. oc
culta ſecreta ſcripturaꝝ ſacraꝝ: ⁊ omnē ſciam
vt naturalē rōnalem ⁊ moralē. Itē ponit opa//
tioneʒ miraculoꝝ: ibi: ſi habuero oēm fidē ⁊c̄.
Elemoſynarum largitionē: ibi: ſi diſtribuero.
Martyrium: ſi tradidero corpus ⁊c̄. Omnia
iſta magna dōa dei dicit. ⁊ tn̄ ſine charitate nil
ꝓdeſſe. ſ. ad vitaʒ eternaʒ. Quod aūt ſine cha
ritate non poſſit eſſe aliq̄ vera virtus: ſic ꝓbat
btūs Tho. ij. ij. q. xxiij. ar. vij. Uirtus ordinatur
ad bonū. bonū aūt p̄ncipalr̄ ē finis. Nā ea que
ſunt ad finē non dicunf bona: niſi in ordine ad
finem. Sicut aūt duplex eſt finis: vnus vltim⁹
alius p̄xim⁹: Ita duplex eſt bonū: vnum qd̄ eſt
principale bonuʒ hoīs. ſ. deo frui. ƀʒ illud. p̄ō.
lxxij. Mihi adherē deo bonū ē. Et ad hoc ordi
naf hō p charitatem. Bonū aūt ſcdariuʒ ⁊ ꝗſi
pticulare hoīs poteſt eē duplex: vnū qdem qd̄
eſt vere bonū: vtpote ordinabile ꝗtum eſt in
ſe ad principale bonū qd̄ eſt vltimus finis. Ali
ud autem eſt bonū apparēs ⁊ non verū: q2 ab/
ducit a finali bono. Sic igitur pʒ ꝙ virtus ve/
ra eſt ſimplr̄ illa que ordinat ad principale bo/
num hominis: ſicut etiam phs dicit: viij. ethi.
ꝙ virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum: ⁊
ſic nulla vera virtus pōt eſſe ſine charitate. Sʒ
ſi accipiatur virtus ƀm ꝙ eſt in ordine ad ali//
quem finem particularem. ſic poteſt eſſe aliqua
virtus ſine charitate: inꝗʒtum ordinatur ad ali
quod particulare bonum. Illud autem bonuʒ
particulare ſi ſit verum bonum: puta conſerua
tio ciuitatis vel aliquid hmōi. erit quidem ve
ra virtus: ſed imperfecta: ſi non referatur ad fi
nale. ⁊ perfectum bonum. ſ. deum: ⁊ ſic ſumif
cum dicitur ꝙ virtutibus romani meruerunt
imperium. xxvij. q. ij. ſic quippe. §. ex his. Cuʒ
tamē eēnt infideles ⁊ ſine charitate. Si aūt il//
lud particulare bonū nō ſit veꝝ bonū ſed appa
rens virtus que ordinaf ad illud: nō eēt vera
virtus. ſed falſa. habens ſimilitudinē virtutis
ſicut nō eſt vera virtus tpantia auaroꝝ qua ſe
cohibent ab eſu ſumptuoſarum rerum ne ex//
pendant. Et falſa fortitudo qua multi mortis
pericula ſubeunt propter lucrum. Item ƀm. b.
Tho. vbi ſupra. Actus alicuius carentis chari
tate poteſt eſſe duplex. Uno modo ƀm hoc qd̄
charitate caret. i. ƀm pctm̄ aliquod in quo eſt:
vt infidelitate ⁊ huiuſmodi. Sic ſemp ē act⁹
malus ⁊ pctm̄. Alio modo non ƀm id qd̄ chari
tate caret: ſed ƀm aliquod donum dei: vt fidē:
ſpem: vel etiam bonuʒ nature. ſicut īfidelis: vł
etiam fidelis: ſed malus cum dat elemoſynaʒ
ex compaſſione ad pauperem: ⁊ huiuſmodi: ⁊
talis actus non eſt malus: ſed bonus ex gene/
re vnde etſi non eſt meritorius: quia extra cha
ritatem non tamen dign⁹ pena: ſed aliquo bo
no temporali. Sic ergo ſimpliciter nulla eſt ve
ra virtus: nec aliquis actus vere virtuoſus ſi/
ne charitate. Et propter hoc dicit Proſper de
pe. di. ij. ꝙ charitas dicitur via ab apſo: q2 ſi//
cut ſine via non poſſunt homines ambulare:
ſic ſine charitate poſſunt homines errare non
ad patriam ire. ¶ Secundo charitas eſt ma//
ior in operioſitate. Omnia enim bona opera
a charitate procedunt. Unde. b. Grego. Non
poteſt ramus proferre fructum boni operis ni
ſi manſerit in radice charitatis. Unde ipſa cō
paratur igni qui maxime eſt actiuus Luc. xij.
ait chriſtus. Ignē veni mittere in terraʒ: ⁊ qd
volo niſi vt ardeat. Et ſpiritusſanctus apparu/
it ſuper apoſtolos in linguis igneis Actuum.
ij. Hec eſt figurata per ignem quem deus man
dauit in altari ſemper ardere: q2 in corde ſem
per debet eſſe charitatis feruor: ſed ⁊ cor no//
ſtrum ad modum flamme ignis formatuʒ eſt
Augu. de pen. diſtin. ij. Si ſermo meus inue/
nerit in vobis aliquam ſcintillā gratuiti amo
ris ipſam inflate: ad augendam ipſam vos ꝓ/
uocate: vt cum creuerit ⁊ digniſſimam flam/
mam fecerit omnium cupiditatum ligna con/
ſumat. Quod autem ab ipſa procedant om//
nia bona opera ⁊ caueantur mala: oſtendit apo
ſtolus per exempla in quibuſdam dicēs. Cha/
ritas patiens eſt: benigna eſt ⁊c̄. Ubi ponun//
tur. xv. gradus operum. Et idem poteſt dici
de alijs temporibus. Pro cuius declaratione
dicit bea. Thom. vbi ſupra: ꝙ virtus vel ars
ad quam pertinet finis vltimus: imperat vir
tutibus vel artibus ad quas pertinent alij fi//
nes ſecundarij. Sicut ars militaris imperat

Qd̄ maior ē omnib⁹ donis oſtēditur in ꝗtuor.

De charitate ꝙ ſine ea nſla pōt eē vera virtus.

De charitate ꝙ ē maior omnib⁹ v/tutib⁹

De charitate ꝙ ab ipſa oīa opa ꝓcedūt ⁊ mala vitantur

equeſtri: quia equeſtris ordinaſ ad militarem
Cū igitur charitas ordinet hoiem ad vltimuʒ
finē humane vite. ſcilicet ad beatitudinē perſe
ctā. ideo extendit ſe ad actus totius humane vi
te per modū imperij. nō aūt quaſi eliciens actꝰ
oēs virtutū. Itē ſm. b. Amb. dr̄ charitas forma
om̄ ceter virtutū. qḋ ſm. b. Tho. nō eſt intelligē
dum ꝙ ſit forma exemplariter. nec ēt eſſentiali
ter. ſed magis effectiue. inquantū. ſ. inducit ad
opera ſeu imperat alijs actibus virtutū: ſic for

De charitate ꝙ cōparaſ radici ⁊ quaſ.

ma eſt principiū operādi. Cōparaſ ēt radici ex
fundamento inquantū virtutes oēs ex ea ſuſtē
tantur ⁊ nutriuntur. ⁊ nō ſm rōnē cauſe mate
rialis. Aplſ ad Eph. iij. in charitate radicati ⁊
fundati de pe. di. ij. q: radix oīum bonorū eſt
charitas. ⁊ radix oīum malorū eſt cupiditas ni
ſi fuerit vna euulſa nō pōt alia plantari. Et cuʒ
dr̄ ꝙ oīa credit intelligitur credenda. ⁊ ſperat
ſperanda ⁊ nō alſ. ¶ Tertio charitas eſt ma-
ior duratione qḋ notat aplſ. j. Cor. xiij. Dicens
Charitas nunq̄ʒ excidit. Qḋ pōt exponi triplr.
Primo q: nunq̄ʒ cadit in peccatū mortale: qḋ
eſt verū coniunctim dū ſcilicet quis permanet
ī charitate, et pōt itelligi dcm̄ Gre. de pe. di. ij.
Fortis eſt mors dilectio q: mentē quā ſemel ce
perit a dilectione mundi funditus extinguit.
Scḋo modo de perfecta charitate confirmata:
ſicut habuerunt apl̄i per aduentū ſpiritusſan-
cti. ⁊ ſanctificati in vtero que tñ paucisſimis cō
ſertur. Tertio ⁊ proprie quantū ad actū ſuum
qui ēt poſt mortem nō deficit ſed perficitur: nō
ſic de alijs donis dei ⁊ virtutibus. Nam vt ibi
ſcribit aplſ: donum linguarū ibi ceſſabit: quia
anime nō loquuntur vocalr. Corpora aūt glo-
rificata vtiq̄ʒ loquātur laudes diuinas: ſed nō
ſicut nunc ſcilicet ex aſpiratione ⁊ reſpiratione
ſeu repercuſſione aeris q: aer ibi nō erit: ſʒ alio
modo ex vno idiomate. Prophetie oino ceſſa
bunt. Scientia acq̄ſita deſtruetur: nō quantuʒ
ad habitum. ſed quantū ad modū ſciendi qui
nō erit per diſcurſum rōnis: vt nunc. Fides ⁊
ſpes ex toto ceſſabunt. virtutes morales ibi re
manebunt quantum ad habitū: ſed nō quantū
ad eundem actum. q: nō ſunt ibi pericula mor
tis ⁊ delectabilia ciboꝝ ⁊ venereoꝝ que ſūt ma
teria ipſarum virtutū. Charitas vero nunq̄ʒ ex
cidit: q: cum incipit hic. nō deficit in alia vita
vt fides. ſed pficitur in patria. ¶ Quarto cha-

Qḋ eſt maior oībꝰ v̄tutibꝰ in nobilitate

ritas eſt maior in nobilitate ⁊ perfectione. mē-
ſuratur enim humanum meritū ſm charitatē
Nam ſm ꝙ homo facit opus bonū cum maio
ri charitate: ſic magis meretur: ⁊ ꝯ̄ñter exinde
recipit maius premium eſſentiale. Unde figu-
ratur per aurū qḋ eſt precioſus omni metallo
⁊ menſura precioſitatis aliorum. Nam tanto
vnumquodq̄ʒ eſt precioſius quanto plus auri
valet Apoc. iij. Suadeo tibi emere auruʒ igni

De charitate q̄ño aſſimilaſ auro ⁊ quare.

tum ideſt feruentem charitatem vt locuples fi
as. In huius figuram nil erat in templo quod
auro non tegeretur. ideſt in eccleſia. iij. Reguʒ
vj. Quod autem charitas ſit nobilior alijs vir
tutibus. ſic probat. b. Tho. vbi ſupra ar. vj. Cū
bonum in humanis actibus attendatur ſm ꝙ
regulatur debita regula: neceſſe eſt ꝙ virtꝰ hu
mana que eſt principium bonorum actuuʒ cō
ſiſtat in attingendo regulam humanoruʒ actu
um. Duplex autem eſt regula humanorū actu-
um: ſcilicet ratio humana ⁊ deus. Sed deꝰ eſt
prima regula a qua etiam humana ratio eſt re
gulanda. Et ideo virtutes theologice que con-
ſiſtunt in attingendo illam primam regulam.
eo ꝙ earum obiectum eſt deus ſunt excellen-
tiores virtutibus moralibus ⁊ intellectualibꝰ
que conſiſtunt in attingendo rationem huma
nam. ⁊ propter hoc etiam oportet ꝙ inter om-
nes theologicas illa ſit potior que magis deū
attingit. Semper autem id quod eſt per ſe: eſt
magis q̄ʒ id quod eſt per aliud. Fides autē ⁊
ſpes attingunt deum ſm ꝙ ex ipſo nobis pro-
uenit. vel cognitio veri. vel adeptio boni. Sed
charitas attingit ipſum deum vt in ipſo ſiſtat:
non vt ex eo nobis proueniat: ⁊ ideo charitas
excellētior eſt fide ⁊ ſpe ⁊ ꝯ̄ñter alijs. Sicut et

De charitate ꝙ ipſa ī ter alſ v̄tutes theologicas ē excellētior.

prudentia que attingit rōnē hʒ ſe excellētiorē
q̄ʒ alie v̄tutes morales q̄ attingūt rōnē hʒ ꝙ me
dium ex ea ꝯſtituiſ in opibus vel paſſionibꝰ
humanis. Nō ob. ꝙ fides p dilectiōeʒ opaſ. vt
dr̄ ad Gal. v. Et maius ſolet eē id qḋ opaſ q̄ʒ id
p qḋ opaſ. q: hoc eſt verꝝ qñ qs opaſ vt p iſtru
metū. vt dñs p ſeruū. Nō aūt ſic opaſ fides per
charitatē. ſʒ ſicut opaſ res p formā ſuā. Diciſ
charitas mater virtutū: q: ſicut mater ex alio

Qr̄ charitas dr̄ mr̄ v̄tutum ⁊ quare.

ente ꝯcipit ita charitas ex appetitu vltimi fi-
nis ꝯcipit actus aliaꝝ virtutū imperando ipſis
Dr̄ etiam finis virtutū: q: oēs v̄tutes ordinat
ad finē ſuū. Uñ aplſ cōparando ipſas theolo-
gicas adinuicē dic̄. Nūc manet ⁊c̄. j. Cor. xiij.
Charitas ēt eſt in omni natura intellectiua: di
uina vʒ angelica ⁊ humana. Itē oī locoꝝ gene
re. i. in celo: in mundo: in inferno. ⁊ in purga-
torio. nō ſic de alijs. In huius cōmēdationem
dicit proſper de pe. di. ij. Si dilectionem deo
exhibeamus ⁊ proximo corde puro. conſcien-
tia bona. fide non ficta. facile peccato reſiſtimꝰ
bonis omnibus abundamus: ſeculi blandimē
ta contemnimus ⁊ que difficilia ſunt ⁊ aſpera
humane fragilitati cum dilectione ſuperamꝰ.

De cōmēdatiōe ſuper laude charitatis

¶ Ad commendationem charitatis. b. Greg.
in. x. lib. mora. tractans illud Job. xj. c. Multi
plex ſit lex eius: ideſt dei ſic ait. Lex dei q̄ cha-
ritas eſt multiplex dicitur: quia cum vna ea-
demq̄ʒ ſit charitas ſi mentem bene ceperit hāc.

ad innumera opera multiformiter accēdit. cuius diuerſitatem breuiter exprimimus ſi in electis ſingulis bona illius perſtringendo numeremus. Hec nāqꝫ per abel ⁊ electa dei munera obtulit ⁊ fratris gladium non reluctando tolerauit. Hec enoch inter homines viuere ſpiritualiter docuit in ſublimeꝫ vitam etiam corporaliter abſtraxit. Hec noe deſpectis omnibꝰ ſolum deo placabilem oſtendit: atqꝫ in arce fabricam ſtudio longi laboris exercuit: ⁊ mundo ſuperſtitem pro opere exercendo ſeruauit. Hec in ſem ⁊ iaphet humiliter verenda patris erubuit ⁊ ſuperiecto dorſis pallio que nō videbat abſcondit. Hec abrae dextram quam ad mortē filij ſui extraxit hinc prolem innumere gentis patrem fecit. Hec yſaac mentem: quia ſemper mundiciā tenuit: ⁊ caligantibus etate oculis: ad videnda longe poſt ventura dilatauit. Hec iacob compulit ⁊ amiſſum bonum filium medullitus gemere: ⁊ prauorum filiorum preſentia equanimiter tolerare. Hec ioſeph docuit a fratribus venundatum: ⁊ libertate animi minime fracta ſeruitium perpeti: ⁊ eiſdem fratribus poſt mente non elata dominari ſeu principari. Hec moyſen delinquente populo: ⁊ vſqꝫ ad petitionem mortis in precibus ſtrauit: ⁊ vſqꝫ ad interfectionem populi ſtudio erexit. Hic phinees brachium in vltione peccantium erexit: vt arrepto gladio coeuntes tranſfigeret: et iram domini irati placaret. Hec ioſue exploratorem docuit vt prius contra falſiloquos ciues veritatem verbo defenderet. ⁊ hanc primo et gladio hoſtes alligaret. Hec ſamuel in principatum humilem prebuit ⁊ integrum in deiectione ſeruauit. Qui cum perſequentem ſe plebem diligeret ipſe ſibi teſtimonium extitit: qꝛ culmen ex quo deiectus eſt non amauit. Hec dauid apud iniquum regem ex humilitate cōmouit ad fugam: ⁊ pietate repleuit ad veniam ne ſcilicet occideret ſaul cum potuit. Hec nathan ⁊ contra peccantem regem in auctoritatem libere increpationis ſuſtulit. ⁊ cum regis culpa deeſſet in petitiōe humiliter ſtrauit. Hec per eſaiam nuditatem carnis non erubuit. Et ſubducto carnali velamine myſteria ſuperna penetrauit. Hec helyam: quia feruoris zelo viuere ſpiritualiter docuit: ad vitam quoqꝫ ⁊ corporaliter abſtraxit. Hec heliſeum: quia magiſtrū diligere ſuppliciter inſtituit: magiſtri ſpiritu dupliciter impleuit. Per hanc hieremias ne in egyptum populus deſcenderet reſtitit. Sed tamen inobedientes diligēs condeſcendit populus ⁊ ipſe deſcendit. Hec ezechielem: quia prius a terrenis deſiderijs ſuſtulit: quia poſt in eius anno capitis in aere liberauit. Hec in daniele: quia a regijs dapibus gulam cōpeſcuit: ei eſurientium ora leonum clauſit. Hec tribus pueris: quia in tranquillitate poſitis incēdia vitiorum ſubdidit ⁊ tribulationis tempore flammas in fornace temperauit. Hec in petro: qui minis terrentium principum fortiter reſtitit. ⁊ in circūciſione ſubmouenda minarum verba humiliter audiuit. Hec in paulo et manus perſequentium humiliter pertulit. Et tū in circūciſiōis negocio lōge ſe ſperius poſito ſenſum audēter increpauit. Hec ola. b. Gre. ibi.

De charitate quantū ad eiꝰ ſubiectū. Ca. ij.

Viſo de charitate ſecundum ſe: nunc agendum ē de ea. Primo quantum ad eius ſubiectum. Secundo quoad eius obiectum. Tertio quantum ad eius preceptum. Quarto quantum ad eius actum. Et quelibet conſideratio harum habebit ſuum capitulū. Primo de eius ſubiecto. qđ eſt illud. Et ſi ex infuſione cauſetur in eo vel actibus noſtris: ⁊ ſi infundatur ſm quātitatem nālium. ¶ Quantum ad pmum dicit. b. Thom. ij. ij. qō. xxiiij. q̄ charitas eſt in potētia volūtatis ſicut in ſubiecto. Et ratio eſt: qꝛ cum duplex ſit appetitꝰ. ſcꝫ ſenſitiuus ⁊ intellectiuus qui dr̄ volūtas vtriuſqꝫ obiectum eſt bonum: ſed diuerſimode. nā obiectum appetitus ſenſitiui eſt bonum ſenſibile ſeu per ſenſum apprehēſum. Obiectū aūt volūtatis eſt bonum ſub cōmuni rōne boni prout eſt apprehēſibile ab intellectu. Charitatis āt obiectum non eſt aliqđ bonum ſenſibile: ſꝫ bonum diuinum qđ ſolum intellectu cognoſcit. ⁊ ideo charitatis ſubiectum non eſt appetitus ſenſitiuꝰ. ſed intellectualis. Nō eſt aūt in rōne ſicut in ſubiecto: qꝛ ratio nō eſt regula charitatis. ſicut humanarū ṽtutum. ſed regulat a dei ſapientia: ⁊ excedit regulā rōnis humane. ſm illud Ephe. iij. Supereminētē ſcie charitatē xpi. Cauſat aūt charitas in nobis nō per actus noſtros ſed per infuſionē. qđ innuit aplᷓs ad Ro. v. dicēs. Charitas dei diffuſa eſt in cordibꝰ noſtris per ſpiritūſanctū ⁊c. Qđ ſic probat bea. Tho. vbi ſupra arti. ij. Charitas eſt quedā amicicia hoīs ad deū fundata ſuper cōmunicatione eterne beatitudinis. Hec autem cōmunicatio non eſt ſm bona naturalia: ſꝫ ſm dona gratuita: quia vt dicitur ad Ro. vi. Gratia dei vita eterna. Unde ⁊ ipſa charitas facultatem nature excedit. Quod autem excedit nature facultatem non poteſt eſſe naturale: neqꝫ per potentias naturales acquiſitum. Unde charitas non poteſt nobis naturaliter ineſſe. neqꝫ de iure naturali eſſe acquiſita. ſed per infuſionem. ſſ. qui eſt amor patris ⁊ filij. cuius participatio in nobis eſt ipſa charitas creata. Quāuis autē de-

Qđ charitas ē in potētia volūtatis ſicut in ſbto

Unde cāſatur in nobis charitas

De charitate ⁊ quō ē diligibilis

us ſm ſe maxime ſit diligibilis: quia ſumme bonus ⁊ inquantum eſt obiectum beatitudinis: tamen non hoc modo eſt maxime diligibilis a nobis per inclinationez affectus noſtri ad ſenſibilia bona. Sicut ⁊ deus de ſe eſt maxime cognoſcibilis. non tamen a nobis propter defectum noſtre cognitionis qui dependet a rebus ſenſibilibus. Requiritur igitur ad deum diligendum maxime ꝙ infundatur charitas. Non obſtat etiam ꝙ dicitur charitas procedere de corde puro ⁊ conſcientia bona: ⁊ fide nō ficta. vel ſm Aug. ꝙ timor introducit charitatem. Hec enim intelliguntur. quia huiuſmodi actus diſponunt hominem ad recipienduz charitatis infuſionem non ꝙ cauſant vel quia excitant charitatis actum.

De charitate ꝙ nō īfundif ſm q̄ntitatē nāliuz

Item nota ꝙ charitas non infunditur ſm quantitatem naturalium. vt ſcilicet qui habet meliora naturalia ille plus recipiat: ſed ſm dei beneplacitum ſm illud .j. Cor. xij. Hec omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult. Quod probat .b. Tho. ſe. ſe. vbi ſupra ſic. vniuſcuiuſq; quantitas depēdet a propria cauſa. Cauſa autem non producit effectum maiorem ſe. Charitas autem cum ſuperexcedat proportionem humane nature. non dependet ex aliq̄ cauſa naturali ſed ex ſola gratia. ſ. eam infundentis. Et ideo quantitas charitatis non depēdet ex conditione nature vel ex capacitate naturalis virtutis: ſed ſolum ex voluntate ſpiritusſancti: diſtribuentis ſua dona prout vult. Unde ad Ephe. iiij. dicitur. Unicuiq; noſtrum data eſt gratia ſm menſuram donationis chriſti. Nec obſtat quod dicitur Mat. xxv. Dedit vnicuiq; ſm propriam virtutem. Naz illa virtus ſm quam dat deus dona ſua eſt diſpoſitio vel preparatio precedens ſiue conatus gratiaz accipientis: ⁊ hanc etiam diſpoſitionem vel conatum preuenit ſpiritusſanctus: mouens mentem hoīs plus vel minus ſm ſuā voluntatem.

¶ De augmento .§. 1.

charitatis ſi augeatur ⁊ quo. Si per quēlibet actum bonum: ſi in infinitum augef. ¶ Quātum ad primum ſciendum ſm Tho. ſe. ſe. q̄ō. xxiij. ꝙ charitas augeri poteſt.

De charitate q̄ntum ad eius augmētum

Unde Aug. ſuper Jo. Charitas meretur augeri vt aucta mereatur perfici: quod eſt verum de charitate vie. Cuius ratio eſt. Ex hoc dicimur viatores ꝙ in deum tendimus: qui eſt vltimus finis noſtre beatitudinis. In hac autem via tanto magis ꝓcedimus quanto magis deo appropinquamꝰ cui non appropinquatur paſſibus corporis: ſz affectibus mentis. Hanc autem appropinquationem facit charitas. q2 per ipſam mens deo vnitur: ⁊ ideo de ratione charitatis vie eſt: vt poſſit augeri. Si. n. nō poſſit augeri: iā ceſſaret vie ꝓceſſus. Et iō aplš. j. Cor. xij. charitatē viā noīat di. Adhuc excellētiorē viā vobis demōſtro. Et nota ꝙ cū duplex ſit q̄ntitas: dimenſiua .ſ. ⁊ v̄tualis. Charitati nō ↄuenit dimēſiua: ſz virtualis. Sz hoc q̄ntitas virtualis attendif nō ſolum ſm numerum obiectorum. vt. ſ. plura vel pauciora diligātur. Nam minima charitas diligit oīa que ſunt ex charitate diligēda: ſed etiam ſm intēſionem actus. vt magis vel minus aliquid diligatur. ⁊ ſm hoc dr̄ augeri. Item quāuis charitas ſit in ſummo: inquantum obiectum eius eſt ſummum bonum. i. deus. non tamē omnis charitas eſt in ſūmo. quātum ad actū eius. hec .b. Tho. Sed idē probaf de pe. di. ij. per plura capitula. Et ꝓcipue illud Hierony. Charitas in quibuſdā pfecta eſt in quibuſdā impfecta. Perfectiſſima aūt in hac vita haberi nō pōt. Et iterū. Nemo repente fit ſummus: ſed a minimis quiſq; inchoat vt ad maiora perueniat. Augetur autem eſſentialiter charitas in ſubiecto. non ꝙ eſſe incipiat. vl' ꝙ eſſe deſinat in ſubiecto: ſeu per additionem charitatis ad charitatem. ſicut quidam dixerūt. Sz ſolum per hoc ꝙ ſubiectū magis ac magis participat charitatem. i. ſm magis reducif in actū eius ⁊ magis ſubditur illi. Hic. n. eſt modus ꝓprius augmenti cuiuſlibet forme que intenditur. eo ꝙ eē huius forme totaliter conſiſtit ī eo ꝙ īheret ſuſceptibili: ⁊ ideo cū magnitudo rei ↄſequatur eē ipſius. formā eē maiorē: hoc eſt cauſa magis ineſſe ſuſceptibili: nō aūt aliā formā aduenire. Sic igif charitas augef p hoc ꝙ intēdif in ſubiecto. Et h̄ eſt ipſam augeri ſz eſſentiā. ⁊ h̄ eſt pfectius pticipare ſilitudinē ſpiritusſancti aiaz.

De charitate quō p actꝰ diſponif qs ad augmētū charitatis

¶ Quātū ad ſcd'z dič .b. Tho. vbi. ſ. ꝙ nō p quelibz actū bonū augef charitas. ſz diſponit ad augmētū. Augmētū. n. ſpūale charitatis ē ſimile quodāmodo augmento corpali. Augmētū aūt corpale ī aīalibꝰ ⁊ plātis nō ē motꝰ ↄtinuꝰ: ita. ſ. ꝙ ſi tm̄ augef ī tāto tpe neceſſe ſit ꝙ ꝓportiōalr ī q̄libz pte illiꝰ tpis aliqd ad augeaf: ſic ↄtingit ī motu locali. ſz p aliqd tpe nā opaf diſponēs ad augmētū etiā nō agēs actu. ⁊ poſtmodū ꝓducit ad effectū id qd̄ diſpoſuerat augēdo plātā ī actu. ita ēt in q̄libz actu charitatis: charitas augef: ſz q̄libz actus charitatis diſpōit ad charitatis augmētū: ita ꝙ ex vno actu charitatis hō reddif ꝓmptior ad agēdū ſz charitatē: ⁊ habilitate creſcēte hō ꝓrūpit ī feruētiorē dilectōis habitū q̄uſq; tenef ad charitas pfectū: ⁊ tūc charitas augef ī actu. Et nota ꝙ ſicut q̄libet actꝰ charitatis meref vitā eternā: nō quidē ſtatiz ſed tpe ſuo accipiēdā ita ⁊ quilibet actus charitatis meref augmentū charitatis nō ſtatim. ſz tpe ſuo fiēdā. Itē cū

Quō illud itelligitur. In via dei ſtare ē retrocedere.

dicit beatus Grego. In via dei ſtare eſt retrocedere. Sciendum ꝙ in via dei ꝓceditur non ſolum dum actu charitas augetur. ſed etiā dum diſponitur ad augmentum. Sic etiam pōt dici retrocedi in via dei dū per venialia diſponitur quis ad amiſſionē eius quod fit per mortale. ¶ Quantum ad tertium ſciendū ꝙ ſemper in via poteſt magis ac magis augeri charitas.

De charitate ꝙ charitas pōt magis ac magis augeri.

Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. vbi.ſ. ꝙ terminus augmenti alicuius forme pōt prefigi tripliciter. Uno mō ex ratiōe ipſius forme que hʒ terminatam menſuram ad quā cuʒ peruentum fuerit non pōt vltra ⁊ ſi vltra ꝓceſſum fuerit. peruenit ad aliam formā: ſicut pʒ in pallore cuius terminos per continuā alterationeʒ aliquis tranſit: vel ad albedinē vel ad nigredinem ꝑueniens. Secundo mō ex parte agentis cuius virtus non ſe extendit ad alterius augēdum formam in ſubiecto. Tertio mō ex parte ſubiecti. qḋ non eſt capax maioris ꝑfectionis. Nullo autem horum modoruʒ imponitur terminus augmento charitatis in via. Ipſa enim charitas ſm rationem proprie ſpeciei terminū augmenti non habet. Eſt eniʒ participatio quedam infinite charitatis que eſt ſpūſſanctus. Similiter etiam cauſa augens charitatem eſt infinite ṽtutis. ſ. deus. Similiter ex parte ſubiecti terminus huic augmēto prefigi non poteſt qꝛ ſemper charitate excreſcente ſemper creſcit habilitas ad alterius augmentum. Unde relinquitur ꝙ charitatis augmento nullus terminus prefigi poſſit in via. Quāuis enim augmentū charitatis ſit ad aliquem finem: ille tamen finis non eſt in hac vita: ſed futura. Hic autem ſemper capacitas creature ſpiritualis augetur per charitatem: quia per ipſam cor dilatatur: ⁊ ideo adhuc vlterius manet habilitas ad maius augmentum.

¶ De gradibus .§.ij.

De tribus gradibus charitatis.

charitatis qui tres aſſignantur. ſ. incipiēs: proficiens: ⁊ perficiens ſeu perfectus. ¶ Hos ponit bea. Augu. ſuper epiſtolam canonicam. Joan. di. Charitas cum fuerit nata nutritur: cum fuerit nutrita roboratur cū fuerit roborata perficitur. de peni. diſtin. ij. Si quis habuerit. Primum enim pertinet ad incipientes: ſecunduʒ ad proficientes. tertiū ad perfectos. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. ſcđa ſcđe. q. xxiij. ꝙ ſpirituale augmentum charitatis conſiderari poteſt quantum ad aliquid ſimile ſm corporale augmentum: quod quideʒ quāuis in plurimas partes diſtingui poſſit: habet tamen aliquas determinatas diſtinctiones: ſm determinatas actiones vel ſtudia ad que homo perducitur per augmentuʒ ſicut infantilis etas dicitur antequā habeat vſum rationis. Poſtea diſtinguitur alius ſtatus hominis: quādo iam incipit loqui ⁊ ratione vti. Tertius ſtatus eſt pubertatis quādo incipit generare poſſe. ⁊ ſic vlterius quouſqꝫ perueniatur ad perfectuʒ. Ita etiā diuerſi gradus charitatis diſtinguuntur ſʒ diuerſa ſtudia per que homo perducitur ad charitatis augmētum. Nam primo qđem incūbit homini ſtudium ꝑncipale ad recedendū a peccato ⁊ reſiſtendū cōcupiſcentus eius que in cōtrarium charitatis mouēt. Et hoc pertinet ad incipientes in qbus charitas eſt nutriēda vel fouenda ne corrūpatur. Scđm ſtudium ſuccedat vt homo principalr intendat: ad hoc ꝙ in bono proficiat. Et hoc ſtudiū pertinet ad ꝓficiētes. qui ad hoc principaliter intēdunt vt in eis charitas per augmētum roboref. Tertium ſtudiū eſt: vt hō ad hoc principaliter intēdat: vt deo inhereat: ⁊ eo fruaf. Et hoc ptinet ad ꝑfectos qui cupiūt diſſolui et eſſe cuʒ xp̄o. Sicut etiaʒ videmus in motu corꝑali ꝙ ꝑmū eſt receſſus a termino a q̄. Scđm eſt appropinquatio ad alium terminū. Tertiū eſt quies in termino. De primo auctoritas. Regnum celoꝝ vim patitur ⁊ violēti rapiunt illud Matth. xj. Hec violentia eſt reſiſtēdo paſſionibus ⁊ concupiſcētijs ⁊ tentationibus. Jacob. iiij. Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Figura Exo. Cū filij iſrl egreſſis de egypto: ⁊ dura ſeruitute pharaonis poſt trāſitū maris rubri. occurrerūt amalechite pugnātes ꝫ eos. Sic recedētibus de mundo a ſeruitute diaboli poſt mare ꝯtritionis occurrūt tentationes que vincuntur pugnādo ⁊ alioꝝ orōnibus adiuti. Exēpluʒ de btō Bñdicto tentato in vrticis ſe ponēdo. De ſcđo auctoritas cāticoꝝ. ij. Fulcite me floribus. ideſt ſanctis deſiderijs. ſtipate me malis. ideſt virtutibus: quia amore langueo. Pſalmus. Ibunt de virtute in virtutem. Figura in lib. Eſdre quando reuerſi iſraelite de babylonia reedificabant muros Hieruſalem tenentes vna manu gladiuʒ ad defendendum ſe ꝫ aduerſarios alia edificabāt. Exēplū de btō Antonio. q diſcurrebat in viſitando pꝛes ſicut apis a ſingulis eligēdo flores ṽtutū. De tertio auctas Ro. vij. Infelix ego hō quis me liberabit de corꝑe mortis huius. ꝑs. xl. Quēadmodū deſi. cer. ad fon. aquarum ⁊c̄. Figura Gen. xviij. Abrae ſtanti in cōualle mābre in feruore dei in oſtio tabernaculi apparuerūt ei tres viri quibus fecit cōuiuiū. Sic in humilitatis valle moranti: in magno feruore charitatis. in oſtio i. deſiderio mētis apparēt diuina myſteria per cōtemplationem in qua mens ꝯuiuaf. Exēplū bea. Dñici qui ꝑnoctabat in orōnibus deſiderio celeſtis patrie accenſus. abundanter flebat habens multas dei reuelationes ⁊c̄.

De tri/plici charitatis pſectione

De perfectione .§.iij.

charitatis. Nota ꝙ triplex eſt perfectio charitatis ſm.b.Tho.ij.ij.q.xxiiij. Prime eſt diuine eſſentie: ſcḋa eſt ſuperne p̃rie ſeu triũphãtis eccleſie: tertia eſt vie ſeu militãtis eccleſie. Prima perfectio in hoc cõſiſtit vt diligaſ aliquid quãtũ diligibile eſt. Deus aũt tm̃ eſt diligibilis quãtũ eſt bonus. bonũ.n. eſt obiectum amoris. Bonitas autem dei eſt infinita. vñ ſeqtur q̃ deus infinite diligibilis eſt. Nulla aũt creatura põt diligere deũ infinite. Cũ quelibet virtus creata ſit finita. Qḋ aũt eſt finite virtutis nõ põt infinite operari. Et ſm hoc nullius creature põt eẽ charitas perfecta. ſed ſolũ charitas dei qua ſeipſum diligit Matt.v. P̃r veſter celeſtis perfectus eſt. ſ. in dilectiõe de qua ibi loquebaſ. Scḋa perfectio cõſiſtit in hoc ꝙ totũ cor hoĩs ſeu affectus creature ſp actualiter feraſ in deũ vt nil actu cogitet ⁊ amet niſi deũ vł relatũ in deũ. ⁊ nunq̃ꝫ ceſſet ab hoc actu ⁊ iſta eſt perfectio charitatis ſupne p̃rie ſeu ſanctoꝝ. nec eſt poſſibilis infici propter diuerſas neceſſitates corporales ⁊ occupatiões vite preſentis in qbus nõ põt tũc actu cogitari de deo vt in dormiẽdo ⁊ plura alia faciẽdo. De hac pfectõe charitatis p̃rie itelligiſ illud aplĩ Phil. iij. Nõ ꝙ iam apprehenderim aut perfect⁹ ſum ⁊.j.Cor.xiij. Cũ venerit ꝙ perfectũ eſt. euacuabitur qḋ ex parte eſt. ⁊ illud.b.Aug. Perfectio charitatis nulla cupiditas. Eſt enim cupiditas affectus quicũq̃ꝫ inordinatus ſine quo in vita preſenti nullus inueniſ niſi chriſtus ⁊ mater eius niſi per aliquã morulã. Tertia pſectio ſcꝫ charitatis vie põt eẽ triplex. Prima cõſiſtit in hoc vt hoſtiũ ſuũ deuotet ad vacandum deo ⁊ reb⁹ diuinis pterniſſis alijs niſi inquantũ neceſſitas pſentis vite reqrit. ⁊ iſta eſt perfectio charitatis poſſibilis in via de qua.b.Aug.

De triplici pfectiõe charitatis vie in qb⁹ cõſiſtit

Charitas cũ ad pſectũ venit dicit. cupio diſſolui ⁊ eẽ cũ chriſto. Eſt alia pſectio charitatis viatoꝝ q̃ ẽ cõis oib⁹ hñtib⁹ charitatẽ q̃ ↄ̃ſiſtit in h ꝙ aliqs cor ſuũ totũ habitualr ponit ĩ deo. ita ſcꝫ ꝙ nihil cogitet vel velit qḋ ſit diuine dilectõi ↄ̃riũ. hec.b.Tho. de hac põt itelligi illḋ.j.Jo.iiij. Perfecta charitas foras mittit timorẽ .ſ. ſuilẽ q nõ ſtat cũ charitate q̃ꝫtũcũq̃ꝫ minima Talis.n. dolet de cõmiſſis. ⁊ pponit ĩ futuꝝ ab oib⁹ abſtinere mortalib⁹ pp deũ. Ad hoc etiã facit dictũ Hiero. de pe.di.ij. charitas ĩ qbuſdaꝫ pſecta ẽ. ĩ qbuſdã ipſectã. pſectiſſima aũt ĩ hac vita hñi nõ põt. Tertia pſectio.ſ. charitatis vie eſt media inter vtrũq̃ꝫ que.ſ. tẽdit ad p̃mã. non ſolũ ſeruãdo mãdata dei qḋ ptinet ad ſecũdã: ſed ẽt obligãdo ſe ad ↄ̃ſilia paupertatis caſtitatis: ⁊ hmõi de qua d̃r Matth.xix. Si vis pſectus eẽ va. ⁊ vẽ. o. que habes. ⁊ da pauperibus: ⁊ ſequere me. Vñ religio que ordinaſ ad p̃maꝫ perfectionẽ d̃r ſtat⁹ pſectiõis. In decre. de pe. di.ij.§. hec que de charitate in glo. poniſ alia diſtinctio de pſectõe charitatis vie: vꝫ pſectio quoad ſufficiẽtiã neceſſariã ad vitã eternã. de qua de pe.di.iij. talibus. Secũda pſectio. quo ad efficiẽtiã: qua.ſ. pducif actus pſectiõis.ſ. ppoſitũ efficax ſuſtinẽdi martyriũ. de q̃.b.Aug. Si qs habuerit tãtã charitatẽ vt paratus ſit p fratribus mori: pſecta eſt in eo charitas. Tertia pſectio quoad pſeuerãtiã actualẽ in bono. de qua dicit Gra. in.d.§. ꝙ intelliguntur auctoritates ille que videnſ dicere ꝙ charitatẽ habens nõ poſſit peccare: vt dicit.b.Aug. Radicata ẽ charitas ſecurus eſto. nil mali pcedere põt: de pe.di.ij. ⁊ multa alia.

De amiſſione .§.iiij.

charitatis videndum eſt ſi amitti poſſit. Si pfectus ſubito amittit. Quantum ad primũ queſtionem iſtam format magiſter ſent. in.iij. di.xj. Et gratianus de pe.di.ij. per totum valde prolixe eã proſequens. Vterq̃ꝫ inducit plures auctoritates que videntur dicere ꝙ nõ poſſit amitti quas quidam male intelligentes hoc aſſeruerũt. Sed in hoc concordant oẽs magiſtri ſen. cum theologis omnibus ⁊ gratia. cuꝫ canoniſtis cunctis: ꝙ charitas vie poſſit amitti ſimpliciter loquẽdo. qḋ pbat Gratianus per plura exẽpla coꝝ qui habuerunt charitatẽ vel de pſectã: ⁊ tñ q̃nq̃ꝫ amiſerunt: licet poſtea recuperauerũt per peniſtẽtiã. Exẽplũ Ade q habuit pſectã charitatẽ. ⁊ Moyſes qui eã amiſit propter diffidentiam ad aquas contradictionis. ⁊ ſilr Aaron ſm Gratianum. Exemplũꝫ ẽt de Dauid qui cõmiſit adulterium ⁊ homicidium de pe.di.ij.§. Inducit ⁊.c. Hieronymi. Si enim inquit ⁊.c. Gregorij. vbi oſtendit luciferum cum ſocijs in celo amiſiſſe charitatem. Auctoritates aũt que videntur ↄ̃trarium dicere: ſcꝫ ꝙ nõ poſſit amitti. ſũt he.j.Cor.xiij. charitas nunq̃ꝫ excidit.b.Aug. charitas que deſeri potuit nunq̃ꝫ vera fuit. Idẽ charitas eſt fons pprius ⁊ ſingularis bonoꝝ cui nõ coicat alienus. alieni ſunt q audituri ſunt: nõ noui vos. Proſper. Cum charitate nemo peccare potuit ⁊ plura alia. Eſt autem triplex modus reſpondendi ad dictas auctoritates ⁊ materiam queſtionis. Primus eſt magiſtri ⁊ gratiani: videlicet ꝙ poſſunt intelligi dicte auctoritates de pfecta charitate. ⁊ tunc oportet ꝙ intelligaſ perfecta charitas q̃ pſeuerat ſemp vſq̃ꝫ in finẽ vł de pſecta cõfirmata p grãm eo mõ quo apſĩ p aduẽtũ ſpiritusſancti ⁊ ſanctificati ĩ vtero. Secũdus modus rñdẽdi ẽ glo. Jo. queꝫ ſequitur

De charitate vtrum poſſit amitti: ⁊ quõ intelligitur

De triplici mõ reſpõdẽdi charitas nunq̃ꝫ excidit ⁊ trib⁹ auctoritatibus

Ra.ij.cū quibuſdā alijs.ſ.dicte auctoritates in telliguntur coniunctim.i. ꝙ hñs charitatem dum permanet in charitate non peccat.ſ.mortalr.⁊ ſic exponit Hiero.illud.j.Jo.iij. Oīs q natus eſt ex deo non peccat dum.ſ.ꝑmanet in tali natiuitate ſeu filiatione que eſt ꝑ grām de pe.di.ij.ſi enim inqt.Jllud tamen apli Charitas nunꝗ̄ excidit.intelligit ꝙ nō deficit ſicut fides ⁊ ſpes in patria:ſed ablata impfectione eius:que nō ē eſſenti aliter remanebit ⁊ actus eius. Tertius modus ridendi eſt ſm tho.ij.ij. q.xxiiij.q ait ꝙ tripłr poſſum⁹ ꝯſiderare charitatē. Uno mō ex ꝑte ſpūſſancti mouentis aīam ad diligendum deū. Nā ꝑ charitatem.ſſ.habitat in nob:⁊ ex hac ꝑte charitas habꝫ impeccabilitatem ex virtute.ſſ.q infallabilr operaſ qd cunqꝫ voluerit. vnde īpoſſibile eſt hec duo eſſe vera ꝙ ſpūſſctūs velit aliquē mouere ad actuꝫ charitatis:⁊ ꝙ ipſe peccando charitatem amittat. Scdō modo pōt ꝯſiderari charitas ſm ꝓpriam rōnem:⁊ ſic charitas non pōt niſi illud quod ꝑtinet ad rōnem charitatis. vñ charitas nullo mō poteſt peccare:ſicut nec calor pōt infrigidare:nec iniuſtitia bñſacere. Tertio mō pōt conſiderari charitas ex ꝑte ſubiecti qd eſt vertibile ſm arbitrij libertatē:⁊ quia in via liberꝫ arbitriū ē v̄tibile ad malū ſic̄ ad bonū charitas pōt amitti:⁊ hñs charitatem poteſt peccare in patria:quia liberū arbitrium non eſt vertibile ad malu;amitti nō pōt. Aſſignat auteꝫ b. Tho.pulchrā ⁊ ſubtilem rōnem ibi. quare hic peccare pōt hñs charitatem ⁊ liberū arbitrium verti ad malū ⁊ nō in patria. Dicit enim ꝙ cōparatio charitatis ad hoc ſubiectum pōt attendi.⁊ ſm vniuerſalem rōnem qua cōparaſ materia ad formā.⁊ ſm ſpālem rōnem q̄ comparaſ habitus ad potentiā. Eſt autem de rōne forme ꝙ ſit in ſbiecto amiſſibiliſ:qn̄ nō replet totā potētialitatē materie:ſic̄ pꝫ ī formis generabilium ⁊ corruptibiliū:q: materia horū ſic recipit vnam formā ꝙ remanet in ea potentia ad aliā formā quaſi non repleta tota potentialitate materie ꝑ vnā formā.⁊ iō forma vna pōt amitti ꝑ acceptioneꝫ alterius:ſicut mortuo aīali deſtructa forma aīalis.ſ.anima ſenſitiua introduciſ in illa materia forma cadaueris.⁊ ſic de alijs. Sed forma corporis celeſtis:q: replet totā potētialitatem materie:ita ꝙ nō remanet in ea potētia ad aliā formam inamiſſibiliter ineſt:vt in ſole luna ⁊ ſtellis. Sic ergo charitas patrie.q: replet totā potentialitatē rōnalis mētis inꝗ̄tū.ſ.oīs actualis mot⁹ ſꝑ ferſ in deū inamiſſibiliter habeſ. Charites autem vie nō ſic replet potētialitatē ſubiecti ſui:q: nō ſemꝑ actu ferſ in deū:vnde qñ actu in deū non ferſ poteſt aliquid menti occurrere vnde charitas amittaſ.aliā cōparationem ſcꝫ habitus ad potentiā ob breuitatem amitto. Ad auctoritatem Aug.inductā.ſ.ꝙ charitas nō eſt vera que deſeri pōt.dicit ꝙ hoc eſt de rōne charitatis ꝙ nō amittaſ quātū eſt ex ipſa:ſed tñ ex mutabilitate ſubiecti amittiſ contra propoſitū charitatis ad dictū Gre.ꝙ amor dei nunꝗ̄ ē ocioſus ⁊c̄. dicit ꝙ operatur ſemper magna in propoſito ſed non ſemper actu.

¶ Per vnū actū .§.v.

peccati mortalis quodcunqꝫ ſit illud charitas amittiſ. Nā pro quolibet mortali ſit hō dign⁹ morte eterna. Juxta illud Ro.vj. Stipēdia peccati mors ⁊ di.xxv.§.alīs ea demū. Sed habēs charitatē hꝫ meritū vite eterne. Dicit.n.chriſtus Jo.xiiij. Siquis diligit me diligeſ a patre meo:⁊ ego diligā illū ⁊ ego manifeſtabo ei me ipſum. Jn qua manifeſtatiōe ꝯſiſtit vita eterna ⁊ habeſ Jo.xvij. Nullus aūt pōt eē dignus ſimul vita eterna ⁊ morte eterna. Unde ſequiſ ꝙ pro quocūqꝫ mortali amittaſ charitas. Unde Hiero.in lib.ꝯtra Jouinianū. Que coīcatio lucis ⁊ tenebre.chriſti ⁊ belial. qm̄ ſicut dies ⁊ nox miſceri nequeūt:ſic iuſtitia ⁊ iniqtas:peccatū ⁊ bona operatio:xp̄s ⁊ antichriſtus. Si ſuſcepimus chriſtum in hoſpitio pectoris noſtri:ilico fugamus diabolum. Si peccauimus ⁊ peccati ianuam ingreſſus fuerit diabolus ꝓtinus recedit chriſtus.de pe.di.ij. Si enim inquit chriſtus aūt habeſ in pectore mentis per charitatem.⁊ diabolus per mortale peccatum pro cuius declaratione dicit Tho.ij.ij.q.xxiiij. ꝙ vnūquodqꝫ per aliud ſuperueniēs ꝯriū tollatur:qlibet aūt actus peccati mortalis ꝯriaſ charitati ſm ꝓpriā rōnē que ꝯſiſtit in hoc ꝙ deus diligaſ ſuꝑ oīa.⁊ ꝙ hō ſe totalr ſubyciat ei.oīa ſua referendo in ipſuꝫ. Eſt igiſ de rōne charitatis.vt ſic deū diligat ꝙ in oīb⁹ ſe velit ſubycere ⁊ ꝑceptoꝝ eius in oībus regulā ſeq. quicqd autem ꝯtrariaſ ꝑceptis eius maī'eſte ꝯtrariaſ charitati:vñ illud tale de ſe hꝫ ꝙ charitatē excludere poſſit.⁊ ſi qdē charitas eēt habit⁹ acqſitus ex virtute ſubiecti depēdēs nō oporteret ꝙ ſtatim per vnū actū ꝯtrariū tolleret act⁹ enim nō directe ꝯtrariatur habitui. ꝯſeruatio aūt habitus in ſubiecto nō requirit ꝯtinuitatē actus vñ ſuꝑueniēte ꝯtrario actu nō ſtatim habitus acqſitus excludiſ.ſꝫ actus cū ſit habitus infuſus dependet ex actione dei infundentis q ſic ſe hꝫ in infuſiōe ⁊ ꝯſeruatiōe charitatis.ſicut ſol in illuminatiōe aeris:⁊ iō ſicut lumē ſtatim ceſſaret eē in aere cū aliqd obſtaculū poneretur illuminatiōi ſolis:ita ⁊ charitas ſtatim deficit eē in aīa cū aliqd obſtaculū poniſ influētie charitatis a deo in aīam. Manifeſtū eſt aūt

De amiſſione charitatis per vnum actum peccati amittitur

Q charitas amittit p quod cũqȝ pctm

ꝙ p quodlibet mortale. qꝛ ↄtrariatur diuinis pceptis ponitur ꝓdicte infuſiõi obſtaculum. qꝛ ex hoc ipſo ꝙ hõ eligẽdo pfert peccatũ diuine amicicie q̃ reqrit vt dei voluntatẽ ſequamur: ↄñs ẽ vt ſtatiȝ p vnũ actũ peccati mortalis: habitus charitatis perdatur. Uñ Aug. ſup Geñ. ad lram dicit. ꝙ hõ deo. ſ. pñte illuminatur: abſente aũt ↄtinuo tenebratur a quo nõ locoꝝ interuallis: ſed voluntatis auerſione diſceditur. qd aũt Orige. dicit ꝙ perfectus nõ ſtatim euacuatur ⁊ decidit: ſed paulatim ⁊ per partes: intelligitur nõ ꝙ perfectio charitatis nõ tollatur per vnũ mortale: ſed ꝙ perfectus nõ ſubito cõmuniter cadit in mortale: ſed prius in aliquaȝ negligentiam ⁊ aliqua venialia que ſunt diſpoſitio ad mortale: vel etiam intelligi poteſt ꝙ non ſubito decidit: ita ꝙ ex malitia peccet. Quod etiam Bern. dicit: In petro negãte charitatem ſopitam non extinctam. intelligitur ꝙ eam non amiſerit per contemptũ peccans: ſed per paſſionẽ ⁊ timorẽ: vel quia non irrecuperabiliter ⁊ finaliter amiſit: vt iudas: ſed ſtatiȝ recuperauit. Item nota ꝙ fides ⁊ ſpes non tollũtur per quodcunqȝ mortale quoad habitum ſicut charitas. Et ratio huius eſt: quia charitas importat quandam vnionem ad deum. nõ aũt fides ⁊ ſpes. Omne autem peccatum mortale cõſiſtit in auerſione a deo. ⁊ ideo omne mortale contrariatur charitati: non auteȝ omne mortale contrariatur fidei ⁊ ſpei. ſed quedam determinata peccata per que habitus fidei ⁊ ſpei tollitur. Per alia peccata non tollitur habitus ipſarum. ſed remanet informis. charitas aũt informis remanet nõ põt cũ ſit vltima forma virtutũ: ex h ꝙ reſpicit deũ in rõne vltimi finis.

De diminutiõe. §. vi.

An charitas poſſit diminui et quõ intelligit

charitatis: vtrũ poſſit diminui. Ad quod dicit Tho. ij. ij. ꝙ diminutio poſſit dici tripliciter. Uno modo indirecte ⁊ improprie. vt dicatur diminutio diſpoſitio ad corruptionem ipſius que ſit vel per peccata venialia vel per ceſſationem ab exercitio actuum charitatis. ⁊ poteſt diminui. Et ſic poteſt intelligi illud Aug. ꝙ augmentum cupiditatis eſt diminutio charitatis accipiendo large cupiditatem pro quolibet affectu inordinato ⁊ veniali. Alio modo dicitur diminutio propria ⁊ directa: ⁊ ſic diminui non poteſt. Aſſimilatur enim charitas igni Canti. viij. Lampades eius. i. charitatis lampades ignis. Sed ignis q̃diu manet ſemper aſcẽdit ⁊ non deſcendit: ſic charitas creſcere poteſt: ſȝ non minui. quod ſic probatur. Charitas per cõparationem quam habet ad obiectum ſicut augeri non poteſt. ſic nec minui. Augetur autem per comparationem quam habet ad ſubiectuȝ vt dictum eſt ſupra. Sed ex hac parte ⁊ cõſideratione diminui non poteſt. Nam ſi diminueretur per comparationem ad ſubiectum: hoc eſſet vel ex ceſſatione ſola actus charitatis: vel ex dei operatione vel ex praua actione peccati ex pma cauſa ſcȝ ex ceſſatione ab actu procedere non poteſt diminutio charitatis. Ratio huius eſt: qꝛ per ceſſationem ab actu diminuunt ſolum ille virtutes que ex actibus acquirunt. ⁊ quandoqȝ etiam corrumpuntur. Unde de amicicia phs. iiij. eth. dicit ꝙ multas amicicias in appellatiuo ſoluit. i. nõ appellare amicũ ⁊ nõ colloqui ei: ſed hoc ideo eſt: qꝛ ↄſeruatio vniuſcuiuſqȝ rei depẽdet a cauſa ſua. Cauſa. n. virtutis acquiſite eſt actus humanus. Uñ ceſſantibus actibus humanis diminuitur virtus acquiſita. ⁊ tandẽ totaliter corrũpitur ſed hoc in charitate locũ nõ hȝ: qꝛ nõ cauſat ab actu humano: ſed ſolũ a deo infunditur vt dictum eſt ſupra. Uñ ſequitur ꝙ ceſſante actu charitatis charitas propter hoc nõ diminuitur nec corrumpitur ſi deſit peccatũ ſcȝ mortale. Ex ſecunda cauſa. i. a deo cauſari nõ põt talis diminutio. Rõ huius eſt: qꝛ a deo nõ cauſatur in nobis aliquis defectus niſi per modum pene: ſȝ ſcilicet ꝙ ſubtrahit gratiam in penam peccati. Unde nec ei competit diminuere charitatem: niſi per modum pene. Pena autem debet peccato. Unde relinquitur ꝙ ſi charitas minuat hoc procedit ex tertia cauſa ſcilicet ex peccato. Sed etiam ex actu peccati diminui non poteſt Rõ huius eſt: qꝛ ſi ex peccato eſſet iſta diminutio: aut hoc eſſet effectiue aut meritorie. Neutro autem modo mortale diminuit charitateȝ ſed totaliter corrumpit ipſam ⁊ effectiue: quia omne mortale contrariatur charitati: vt dictũ eſt: ⁊ ſic expellit eam. ⁊ etiam meritorie. qꝛ qui peccando mortaliter contra charitatem aliqd agit. dignum eſt vt ei deus ſubtrahat charitatem. Similiter nec per venialia peccata charitas diminui poteſt effectiue nec meritorie. Nõ effectiue: quia ad ipſam charitatem nõ attingit veniale. Charitas enim eſt circa vltimum finem. veniale vero eſt quedam inordinatio circa ea que ſunt ad finẽ. Nõ aũt diminuitur amor finis ex hoc ꝙ quis committat aliquã inordinationem circa ea que ſunt ad finem. ſicut aliquando contingit ꝙ aliqui infirmi multum amãtes ſanitatẽ. inordinate tñ ſe hñt ad diete obſeruationẽ. Similiter per veniale nõ meretur diminui charitas. Cum enim aliquis delinquit in minori nõ meret detrimẽtũ pati in maiori. Deus. n. nõ plus ſe auertit ab hoĩe q̃ homo ſe auertat ab eo. Et ſic cũ inordinate ſe habeat in his que ſunt ad finẽ meretur pati detrimentum in charitate per quam ordinatur

Dĩa iter ceſſationẽ vtutũ acqſitarũ ⁊ infuſarũ

ad finem. Sic igitur pʒ ꝙ directe loquēdo cha
ritas minui non poteſt. Unde illa glo. que ha/
betur de peni. diſt. ij. cum ſanctam que incipit.
Sunt itaqʒ gradus vbi dicitur ꝙ charitas in/
tenditur ⁊ remittitur. ideſt diminuitur. vel nō
eſt vera vel indirecta locutio: vt dicatur dimi/
nutio diſpoſitio ad corruptionem.

De ſignis chari §.vij.

ſigni charitatis que ſunt.

tatis. Nullus pōt eſſe certus in vita preſenti ſi
hʒ charitatem niſi fuerit ei ſpāliter reuelatū.
Unde dicit Eccs. ix. Nemo ſcit vtrum odio vel
amore ſit dignus. ſ. dei. tū ſm quaſdam conie/
cturas ⁊ ſigna poteſt quis eſtimare ſe hr̄e cum
in ſeipſo ſigna viderit. Et ſunt hec ſigna decē.
Primum ſignū eſt cum aliqs libēter ⁊ affe/
ctuoſe cogitat de deo. Sap. vj. Cogitare de illa
ſ. ſapientia increata que deus eſt ſenſus eſt con
ſummationis. ideſt pfectionis per dilectionem
Matth. vj. Ubi eſt theſaurus tuus. i. qd maxi
me amas: ibi eſt cor tuū cogitādo. pūerbiū eſt.
Ubi amor ibi oculus. Un̄ Magdalena dixit
Jo. xx. de Jeſu. Dn̄e ſi ſuſtuliſti eum ⁊c̄. Glo. nō
dicit quem: qꝛ hoc gerere ſolet in aīo vis amo
ris vt quem ſemp cogitat nullum alium igno
rare credat. Scd̄m ſignum eſt cū quis libenter
de deo audit ⁊ audita retiet memorie. Jo. viij.
Qui eſt ex deo verba dei audit. Et Joan. xiiij.
Qui hʒ mandata mea ⁊ ſeruet ea. ille eſt qui di
ligit me. Lu. x. Maria magdalena ſtans ſecus
pedes dn̄i audiebat verbum illius. Tertiū
eſt cum quis libēter cū deo loquitur qd fit in
oratione. Jſido. Cum oramus cū deo loqmur:
⁊ cum de deo libēter loquimur. Chꝛy. ſup illd.
Quis non ſeparabit a charitate xp̄i. Hic mos
amantium eſt vt amorē ſuū ſilentio tegere ne
queant: ſed neceſſario ⁊ charis ſuis efferant ⁊
det. b. Tho. ij. ij. q. xxvj. q̄ opinio fuit quorū-
dam q̄ omnes proximi ſunt equaliter ex cha-
ritate diligendi quantum ad affectum: ſed nō
quantum ad effectum exteriorem ponentes or
dinem dilectionis eſſe ſeruandum quantum
ad exteriora beneficia: vt ſcilicet magis ea de-
beamus impendere proximis q̄ꝫ alienis: non
ſm̄ interiorem affectum quem debemus habe
re equalem. etiam omnibus inimicis. Sꝫ hāc
opinionem dicit eſſe irrationabilem. ⁊ ratio ē:
quia non minus eſt ordinatus affectus chari-
tatis que eſt inclinatio gratie q̄ꝫ affectus natu
ralis qui eſt inclinatio nature. vtraqꝫ enim in-
clinatio ex diuina ſapientia procedit. Uidem⁹
enim in naturalibus q̄ inclinatio naturalis ꝓ
portionatur actui: vel motui qui conuenit na-
ture vniuſcuiuſqꝫ: ſicut terra habet maiorem
inclinationē gravitatis q̄ꝫ aqua: quia compe
tit ei eſſe ſub aqua. Oportet ergo q̄ inclinatio
gratie que eſt affectus charitatis proportione
tur his que exterius ſunt agēda: vt ſcilicet ad
eos intentiorem affectum charitatis habeam⁹
quibus oportet vel conuenit nos beneficos eē
⁊ ideo dicendum q̄ etiam ſm̄ affectum opor-
tet magis diligere vnum proximorum q̄ꝫ ali-
um. ⁊ ratio eſt: quia cum principium dilectio
nis ſit deus: ⁊ ipſe diligens neceſſe eſt q̄ ſm̄ ꝓ
pinquitatem maiorem ad alterum iſtorum p̄n
cipiorum maior ſit dilectionis affectus. In oī-
bus enim in quibus inuenitur aliquod princi
pium: ordo attenditur per comparationem ad
illud principium. Quod autem dicit. b. Aug.
in lib. de doctrina chriſtiana q̄ omnes hoīes
eque diligendi ſunt: ita equalitas intelligen-
da eſt quantum ad bonum quod optam⁹ ami-
cis ⁊ in genere: quia omnibus hominib⁹ opta
re debemus ex charitate idem bonum in gene
re: ideſt vitam eternam. Sed ad intentionem

Quō v̄bum Aug. itelligit̄ q̄ oēs eq̄ ſunt diligē-di.

actus non refertur q̄ intēſius poſſumus ⁊ de-
bemus diligere vnum q̄ꝫ alium. Uel etiam po
teſt intelligi q̄ omnes ſunt eque diligendi: ita
ſcilicet q̄ nullus excludatur quantum ad be-
niuolentiam: ſed non ſic quoad beneficentiam
quia cum nō poſſit vnus omnibus ſubuenire:
ita aliquibus ꝓuidet q̄ nō alijs: q̄ꝛ non pōt.

¶ Quē debemus .§. v.

magis diligere meliorem vel coniunctiorem. Quis ſit magis diligēd⁹ an melior aut nob cōiūctior

Rñ. b. Tho. ij. ij. q. xxvj. q̄ meliori debem⁹ dili
gere maius bonum. Coniunctiori debemus
diligere illud bonum quod ei amamus inten-
ſius. Ratio huius eſt: quia dilectio habet ſpēꝫ
ex parte obiecti. ſed intenſionem ex parte dili
gentis. Obiectum autem eſt deus. Unde per
comparationem ad obiectum: ideſt deum quā
to quis eſt propinquior deo tanto ei debemus
velle maius bonuꝫ ex charitate: quia licet vnū
bonum ſit quod vult charitas omnibus ſcili-
cet vita eterna ſm̄ ſe. habet tamē diuerſos gra
dus ſm̄ diuerſas beatitudinis participatiōes
⁊ hoc pertinet ad charitatem vt velit iuſtitiam
dei ſeruari ſm̄ quam meliores pfectius beati-
tudinem participant. ⁊ hoc pertinet. ad ſpēm
dilectionis. Sūt enim diuerſe ſpecies dilectio
nis ſm̄ diuerſa bona que optamus. his quos
diligimus ex charitate. Intenſio autem dile-
ctionis eſt attendenda per comparationem ad
ipſum hominem qui diligit. ⁊ ſm̄ hoc illos q
ſunt ſibi propinquiores intenſiori affectu dili
git ad illud bonum ad quos eos diligit q̄ꝫ me
liores ad maius bonum. Eſt etiam ibi alia diſ
ferentia attendenda: nam aliqui proximi ſunt
propinqui nobis ſm̄ naturalem originē a qua
diſcedere non poſſunt: quia ſm̄ ea ſunt id qđ
ſunt: ſed bonitas virtutis ſm̄ quam aliqui ꝓ-
pinquant deo poteſt accedere ⁊ recedere: auge
ri ⁊ minui: vt patet ex ſupradictis. Et ideo poſ
ſumus ex charitate velle q̄ iſte q ē mihi ꝯiun-
ctus ſit melior alio. ⁊ ſic ad maiorem gradum
beatitudinis peruenire poſſit. Eſt ⁊ alius mo
dus quo plus diligimus ex charitate nob ma-
gis coniunctos: quia ſcilicet pluribus modis
eos diligimus. Ad eos enim qui non ſunt no
bis coniuncti. non habemus ad eos niſi ami-
ciciam charitatis. Ad eos vero qui nobis con
iuncti ſunt habemus alias amicicias ſm̄ mo-
dum coniunctionis eorum ad nos. Cum aūt
bonum ſuper quo fundatur omnis alia amici
cia honeſta. ordinet ſicut ad finem bonum. ſu-
per quo fundatur amicicia charitatis. conſe-
quens eſt vt charitas imperet actum cuiuſlibꝫ
amicicie alterius. Et ſicut ars que eſt circa finē
impat arti que eſt circa ea que ſunt ad finē: pu
ta ars medici arti aromatarij: ſic hoc ipſuꝫ qđ

eſt diligere aliquē: quia conſanguineus: vel quia coniunctus: vel quia conciuis: vel ꝓpter quodcū qꝫ aliud licitū ordinabile in finē charitatis poteſt a charitate imperari: ꝛ ita ex charitate eliciente cū imperante plurib⁹ modis diligimus magis nobis coniunctos.

Utrum ſit ma/ .§.vi.

De charitate q̄ origine. Illi qui ſūt nob magis ꝯiūcti magis diligē/ di ſūt

gis diligendus qui eſt coniunctus ſm carnalē originē q̄ꝫ coniunctus ſm alias coniunctiōes. Reſpondet ad hoc.b.Tho.ij.ij.q.xxvj. q̄ vt dictū eſt: illi qui ſunt nobis magis cōiuncti ſunt magis diligendi: tū quia intenſius diligūt: tū quia pluribus diliguntur rationibus. Intenſio aūt dilectionis eſt ex coniunctione dilecti ad diligentē: ꝛ ideo diuerſoꝝ dilectio eſt menſuranda ſm diuerſam rationē coniunctionis. vt ſcilicet vnuſquiſqꝫ magis diligaſ in eo qḋ pertinet ad illā coniunctionē ſm quā diligeret. Et vlterius cōparanda eſt dilectio dilectioni ſm cōparationē coniunctionis ad coniunctionē. Sic igitur dicendū eſt q̄ amicicia conſanguineoꝝ fundatur in coniunctione nālis originis: amicicia ciuiū in coīcatione ciuili: ꝛ amicicia cōmilitonū in coīcatione bellica. ꝛ iō in his que ꝑtinent ad nām plus debemus diligere ꝯſanguineos. In his que ꝑtinent ad ciuilē ꝯuerſationē plus debemus diligere cōciuis. In his que ꝑtinēt ad bellū cōmilitones: vñ ꝛ phs dicit.ix.eth. q̄ ſingulis ꝓpa ꝛ ꝯgruentia eſt attribuēdum. Sic aūt ꝛ facere videntur ad nuptias. qḋā vocāt cognatos: videtur vtiqꝫ ꝛ nutrimēta parētib⁹ oportere ſufficere maxime ꝛ honorē p̄ie. ꝛ ſilē ēt in alijs. Si autē cōparem⁹ ꝯiunctionē ad ꝯiunctionē cōſtat q̄ ꝯiunctio nālis originis eſt ꝑor ꝛ imobilior q: eſt ſm id qḋ ꝑtinet ad ſbam. Alie aūt ꝯiunctiones ſunt ſupueniētes ꝛ remoueri pñt. ꝛ iō amicicia ꝯſanguineoꝝ eſt ſtabilior. ſꝫ alie pñt eē potiores ſm id qḋ eſt ꝓpriū vnicuiqꝫ amicicie. Et q: amicitia ſocioꝝ ꝓpria electiōe ꝯtrahitur in his que ſub nr̄a electiōe cadūt: puta in agēdis: iō ꝓponderat hmōi dilectiōi ꝯſanguineoꝝ: vt.ſ. magis illis ꝯſentiam⁹ in agēdis: ſꝫ amicicia ꝯſanguineoꝝ eſt ſtabilior: ꝛ preualet in his q̄ ꝑtinēt ad nām. Itē qḋ.b. Amb. dicit. Nō vos min⁹ diligo quos ꝑ euāgeliū genui q̄ꝫ ſi ꝯiugio ſuſcepiſſem. Intelligēdū eſt q̄ꝫtuꝫ ad bñficia q̄ ꝑtinēt ad coīcationē grē.ſ. de inſtructiōe moꝝ. In hac.n. dꝫ hō magis ſbuenire filijs ſpiritualibus q̄ꝫ filijs carnalibus qb⁹ tenetur ꝓuidere corporalibus ſubſidijs.

De cōparatiōe .§.vij.

dilectionis diuerſoꝝ ꝯſanguineoꝝ ad inuicē. Et pmo ſi dꝫ magis diligi ex charitate pater vl̄ filius proprius. Ad qḋ reſpondet.b. Tho. vbi̇ ſupra. q̄ gradus dilectionis ex duobus penſari pōt. Uno mō ex ꝑte obiecti. Et ſm hoc id qḋ hꝫ maiorē rōnē boni magis eſt diligēdū: ꝛ qḋ eſt deo ſilius. Et ſic pater magis diligēdus eſt q̄ꝫ filius: q: ſ. patrē diligimus ſub rōne ꝑncipij qḋ hꝫ rōnē eminentioris boni: ꝛ ideo deo ſilioris. Alio mō cōputatur gradus dilectiōis ex parte diligētis. ꝛ ſm hoc magis diligiſ qḋ eſt ꝯiunctius. vnde ex hoc filius magis diligēdus eſt q̄ꝫ pater. quod probat phs.viij.eth. quatuor rationibus. Primo qdem: q: parētes diligunt filios vt aliqd ſui exñtes. Pater vō nō eſt aliqd filij: ꝛ ideo dilectio qua pater diligit filium eſt ſilior dilectioni qua qs diligit ſeipꝫ. Scḋo q: parentes magis ſciunt aliquos eē ſuos filios q̄ꝫ econuerſo. Tertio q: filius eſt magis propinquus parenti: vtpute pars exñs q̄ꝫ pr̄ filio ad quē hꝫ habitudinē ꝑncipij. Quarto q: parentes diutius amauerunt. Nā ſtatim pr̄ īcipit diligere filiū. Fili⁹ aūt patrē ꝓcedēte tpe. Dilectio aūt q̄ꝫto ē diuturnior tāto fortior. ſm illud Eccl̄i.ix. Nō dimittas amicū antiquū. nouus.n. nō erit ſilis illi. Et q: ꝑncipio debeſ ſubiectio reuerētie ꝛ honor. Effectui aūt ꝓportionabilr̄ cōpetit recipe īfluētiā ꝑncipij ꝛ ꝓuiſionē ipſi⁹. ꝛ ꝓpter hoc parētib⁹ a filijs magis debeſ honor. filijs aūt magis debeſ cura ꝓuiſionis. ꝛ ſm rōnē eminētioris bōi nālr̄ fili⁹ plus diligit patrē q̄ꝫ filiū. ꝛ ſꝫ hoc ītelligēdū ē vbū b. Amb. dī. q̄ poſt deū plus diligēdi ſūt parentes: deīde filij. Filijs aūt a parētib⁹ magis debeſ cura ꝓuiſiōis: ꝛ ſm ħ dīc apl̄s.ij. Cor.xij. Nō debēt filij theſaurizare parētib⁹: ſꝫ parentes filijs. ꝛ ſꝫ rōnē maioris ꝯiūctiōis ad ſeipꝫ plus qs diligit: filiū q̄ꝫ patrē. In articulo tñ neceſſitatis fili⁹ obligaſ magis pr̄i ex beneficijs ſuſceptis vt parentib⁹ maxime ꝓuideat.

An parētes ſī magis diligē/ di q̄ꝫ filij

Utrum autēꝫ .§.viij.

De cō/ paratione dilectionis iter pa/ trem ꝛ mr̄em qs ma/ gis di/ ligēd⁹

debeat magis diligi pater vel mater. Rñ. beā. Tho. q̄ in iſtis comparationibus illud qḋ dī ītelligendū eſt per ſe: vt vꝫ ītelligatur eē queſitum de patre īquantū pater eſt: an ſit plus diligendus q̄ꝫ mater īquantum eſt mater. Poteſt enim in omnibus hmōi eē tāta diſtantia virtutis ꝛ malitie vt amicicia ſoluaſ vel minuaſ: vt dīc phs.viij.eth. ꝛ ideo vt Amb. dīc. Boni domeſtici ſunt malis filijs preponendi per ſe ergo loquendo debet magis diligi pater q̄ꝫ mater. quod etiam dicit Hierony. ſuper Ezech. q̄ poſt deum diligendus eſt pater deinde mater. Ratio huius eſt: quia vterqꝫ diligitur vt principium naturalis originis. Sed pater habet excellentiorem rationem principij q̄ꝫ mater: q: pater eſt principium per modum agentis:

mater. autem per modum patientis ꝛ materie.
Nec obſtat quod phs dicit in lib. de generatio
ne ꝙ ſemina dat corpus: ſed animaꝫ certuꝫ eſt
ꝙ dat deus: q: in generatione hominis mater
materiam miniſtrat corporis informẽ tamen.
Formatur autem per virtutem formatiuã que
eſt in ſemine patris. Et quãuis hec virtus for/
matiua nõ poſſit cauſare animam rationalem.
diſponit tamen materiam corporalem ad hu/
iuſmodi forme ſuſceptionem.

¶ Utrum autem .§. ix.

Utrum plꝰ qs debeat diliger vxoreꝫ q̄ꝫ parẽtes.

debeat quis plus diligere vxoreꝫ q̄ꝫ parentes.
Rñ. bea. Tho. ꝙ gradus dilectionis: vt dictuꝫ
eſt poteſt attendi. ꝛ ſm rõnem boni ꝛ ſm ratio/
nem coniunctionis ad diligẽtes. Scõm ratio/
nem ergo boni qḋ eſt obiectuꝫ dilectionis ma/
gis ſunt diligendi parentes q̄ꝫ vxores: q: dili/
guntur ſub ratione ꝑncipij ꝛ eminentioris cu
iuſdaꝫ boni. Scõm autem rationẽ coniunctio
nis magis diligũtur vxores: q: vxor cõiungi
tur viro vt vna caro. ſm illud Math. xix. Ita
q̄ꝫ non ſunt duo: ſed vna caro. Et ideo intẽſius
diligitur vxor: ſed maior reuerentia eſt exhibẽ
da parentibus ſuis. Et cũ dicitur Geñ. ij. Pro
pter hoc relinquet homo patreꝫ ꝛ matrem ꝛc̃.
Non eſt intelligenduꝫ ꝙ deſerantur parentes
quoad omnia: ſed quãtum ad cohabitationeꝫ
ꝛ copulam: ſed in alijs debet quis magis aſſi/
ſtere parẽtibus q̄ꝫ vxori. ꝛ qḋ ait apoſtolus ad
Ephe. v. ꝙ viri debent diligere vxores ſicut ſe
ipſos: non eſt intelligendum equaliter ſicut ſe:
ſꝫ quia ratio dilectionis vxoris ſumitur ex ſui
dilectione: hoc eſt per ſimilitudinem.

¶ Utrum debeat .§. x.

quis magis diligere benefactorem q̄ꝫ benefi/
ciatum. Ad hoc reſpõdet bea. Thom. vbi. s. ꝙ
aliquid diligit dupliciter. vno modo q: habet
rationẽ excellentioris boni: ꝛ ſꝫ hoc magis dꝫ
diligi benefactor: q: cum ſit ꝑncipium in bñfi/
ciato hꝫ rationem maioris boni ſicut ꝛ de pre
dictum eſt. s. Alio modo diligit aliquid rõne
maioris cõiunctionis: ꝛ ſm hoc magis diligi/
mus bñficiatos. qḋ probat phs. ix. Ethico. per
quatuor rõnes. Et ꝑma eſt: q: bñficiatus eſt q̄ſi
qḋdam opus benefactoris. Uñ conſueuit dici
de aliquo. Ille eſt factura illius. Naturale autẽ
eſt cuilibet vt diligat opus ſuuꝫ. ſicut poete di/
ligunt poemata ſua. Et hoc iõ eſt: q: vnũqḋq̄ꝫ
diligit ſuum eſſe ꝛ ſuum viuere: qḋ manifeſtat
maxime in ſuo agere. Scḋꝫ eſt: q: vnũquodq̄ꝫ
naturaliter diligit id in quo aſpicit bonũ ſuuꝫ:
habet quidem ꝛ bñfactor in bñficiato aliquod
bonum: ꝛ ecõuerſo. Sꝫ bñfactor inſpicit in bñ/
ficiato ſuum bonũ honeſtũ. Beneficiatus aũt
inſpicit in benefactore ſuuꝫ bonũ vtile. Bonũ
autẽ honeſtum delectabilius ꝯſiderat q̄ꝫ bonũ
vtile. tũ q: eſt diuturnius. Utilitas eniꝫ cito trã
ſit ꝛ delectatio memorie non eſt ſicut delectatio
rei preſentis tũ etiam q: bona honeſta magis
cũ delectatione recolimus q̄ꝫ vtilitates que no
bis ab alijs prouenerũt. Tertia eſt: q: ad aman
tem pertinet agere. Uult enĩ ꝛ operat bonum
amato. ad amatũ autẽ ptinet pati: ꝛ iõ excellen
tioris eſt amare: ꝛ ꝓpter h̄ ad bñfactorẽ ptinet
vt plus amet. Quarta rõ eſt q: difficilius eſt im
pendere bñficia q̄ꝫ recipere. Ea vero in quibus
laboramus magis: magis diligimus: q̄ võ no
bis de facili ꝓueniunt magis ꝯtẽnimus. Non
tñ dicitur ꝙ quoſlibet beneficiatos plus dbea/
mus diligere qbuſlibet bñfactoribꝰ. ¶ Nam
bñfactores a quibus maxima beneficia recipi
mus vt deum ꝛ parentes preferimus his qui/
bus aliqua minora beneficia impendimus.

¶ Utrum ordo .§. ix.

charitatis maneat in pãria. rñdet. b. Thom. vbi
s. Neceſſe eſt ordinẽ charitatis manere in pa/
tria: q̄ꝫtũ ad hoc ꝙ deus diligat ſup oĩa. Hoc
enim ſimplr erit tunc qñ hõ pfecte eo fruetur.
Sed de ordine ſui ad alios diſtinguẽdũ vr: q:
ſicut. s. dictũ eſt. Dilectionis gradus diſtingui
põt. vel ſm dr̃iam boni qḋ quis alteri exoptat:
vel ſm intẽtionẽ dilectionis. Prio qdẽ modo
plus diligit meliores q̄ꝫ ſeipſuꝫ: minus võ mi
nus bonos: volet ei qlibet btũs vnũquẽq̄ꝫ hẽre
qḋ ſibi debet ſm diuinã iuſtitiã ꝓpter ꝯformi/
tateꝫ volũtatis humane ad diuinam. Nec tũc
erit tp̃s ꝓficiẽdi per meritũ ad maius ꝑmiũ ſi/
cut nũc accidit. qñ põt hõ melioris ꝛ vtuteꝫ et
ꝑmium deſiderare. Sꝫ tũc volũtas vniuſcuiuſ
q̄ꝫ in h̄ ſiſtet qḋ eſt determinatũ diuinitus. Se
cundo võ mõ aliquis plus diligit ſeipm q̄ꝫ pri
mum ẽt meliorẽ q: intẽſio actus dilectionis ꝓ/
uenit ex pte ſubiecti diligẽtis ꝛ ad hoc ẽt donũ
charitatis vnicuiq̄ꝫ ꝯfert a deo: vt primo qdeꝫ
mentẽ ſuã in deũ ordinet: qḋ ptinet ad dilectio
nem ſuiipſius. ſecũdario vt ordinẽ etiam alia/
rum mentiuꝫ in deũ velit. vel etiã operetur ſm
modũ ſuum. Sꝫ q̄ꝫtum ad ordinẽ ꝓ primorum
adinuicem ſimpliciter quis magis diligit me/
liorẽ ſm charitatis amorem tota eniꝫ vita bea/
ta conſiſtit in ordinatione mẽtis ad deũ. Unde
totus ordo dilectionis beatoꝝ conſeruabit per
cõparationem ad deuꝫ. vt. ſ. ille magis diligat
ꝛ propinquior ſibi habeat ab vnoquoq̄ꝫ qui ẽ
propinquior deo. Contingit tñ in patria ꝙ ali/
quis ſibi ꝯiunctũ pluribus rõnibus diliget. nõ
eniꝫ tunc ceſſabũt ab aĩo beati honeſte dilectio
nis cauſe: tñ oĩbus iſtis rõnibus ꝑfert incõpa/
rabilr rõ dilectiõis q̄ ſũit ex ꝓpinqtate ad deũ.

¶De charitate quoad p̄ceptū decalogi.Ca.v.

Conſequēter eſt videndu3 de charitate per reſpectū ad preceptum.Dicit eni3 chriſtus Mat.xxij.Diliges dominum deum tuum ex to.ꝛc̄.hoc eſt maximum ꝛ primū mandatum.Secundum autem ſimile eſt huic Diliges proximum tuum ſicut teipſu3.In his duobus mandatis vni. lex pen. ꝛ pphe. Prima igitur videndum eſt quomodo de charitate fuit dandum preceptum. Pro cuius declaratione dicit.b.Tho.ij.ij.q.xliiij.ꝙ preceptum importat rationem debiti. Eſt autem aliquid debitu3 dupliciter.Uno modo per ſe.Alio modo propter aliud.Per ſe quidem debitū eſt in vnoquoqꝫ negocio:id quod eſt finis: quia habet per ſe rationem boni. Propter aliud aute3 eſt debitum quod ordinatur ad finem ſicut medico per ſe eſt debitum vt ſanet propter aliud vt det medicinam ad ſanandum.Finis ſpiritualis vite eſt vt homo vniatur deo quod fit per charitatem.Et ad hoc ordinantur ſicut ad finē omnia que pertinent ad ſpiritualem vitam.vnde ꝛ apoſtolus dicit.j. ad Thimo.j. finis p̄cepti eſt charitas de corde puro.conſcientia bona.ꝛ fide non ficta. Omnes enim virtutes de quarum actibus dātur precepta ordinant̄:vel ad purificandum cor a turbinibus paſſionum ſicut virtutes que ſunt circa paſſiones.vel ſaltem ad habendam bonam conſcientiam ſicut virtutes que ſunt circa operationes.vel ad habendam rectam fidem:ſicut alia que pertinēt ad dei cultum.Et hec tria requiruntur ad diligendum deum.Nam cor impurum a dei dilectione abſtrahitur propter paſſiones inclinātium ad terrena. Conſcientia enim mala facit horrere diuinam iuſtitiam propter timorē pene.Fides autem ficta trahit affectum in id qꝺ de deo fingitur ſeparans a dei veritate.In quolibet autem genere id quod eſt per ſe eſt potiꝰ eo quod eſt propter aliud:ꝛ ideo maximu3 eſt preceptum de charitate.vt dicitur Matt.xxij. Quāuis autem dilectio dei ſit finis ad quē ordinatur dilectio proximi.tamen dari oportuit preceptum non ſolum de dilectione dei:ſed ēt aliud de dilectione proximi propter minus capaces qui non de facili conſiderarent vnū horum preceptorum ſub alio contineri. Et q̄uis charitas ſit vna virtus.habet tamē duos actꝰ ſcilicet diligere deum ꝛ diligere proximū:quorum vnus ordinatur ad alium ſicut ad finem. Unde in dilectiōe p̄rimi includit̄ dilectio dei ſicut finis in eo qꝺ eſt ad finem. ꝛ econuerſo.

Quare neceſſe fuit dare p̄ceptu3 de dilectione dei ꝛ primi

¶Finis precepti .§.i.

eſt charitas de corde puro:conſcientia bona.ꝛ fide non ficta.j.ad Thimo.j.Quanta bōa hinc ſequantur:habes de pe.di.ij.ergo. Et circa dictam auctoritatem poſſunt tria notari.

¶Primum eſt neceſſitas obſeruationis:ibi: finis precepti.

¶Secundum eſt precioſitas ordinatiōis:ibi: charitas.

¶Tertium eſt ſinceritas dilectionis:ibi: de corde puro ꝛc̄.

¶Quantum ad primum ſ3 phm propter qꝺ vnumquodqꝫ tale ꝛ illud magis. Omnia precepta ſunt neceſſaria cum ordinentur ad charitatem vt finem:ergo ipſa multomagis eſt neceſſaria. Eſt autem hoc preceptum lucidu3 breue:vtile:ꝛ leue. Eſt lucidum quide3 pſal.xviij. Preceptum domini lucidum. Et hoc ne quis dicat:non licuit mihi intelligere. Breue ne qs dicat:non potui notare vel retinere. Abreuiatum faciet deus verbum ſuper terram. Utile pſal.cxviij.Bonum mihi lex oris tui ſup mi. au.ꝛ ar. Leue. Nihil enim dulcius ꝛ leuiꝰ charitate Matth.xj. Onus meum leue. Precioſitas patet ex nomine charitatis. vnde charitas quaſi chera vnitas: quia vnit nos cum omnibus vtiliter. Apoſtolus ad eph.iij.Ut poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis que ſit longitudo:latitudo:ſublimitas ꝛ profundum ſcilicet charitatis. Eius ſublimitas eſt q2 vnit nos cum deo abſolute:ideſt propter ſe:profundum eius:quia vnit nos cum his qui ſunt in purgatorio. Eius latitudo eſt:quia vnit nos cū omnibus viuentibus bonis ꝛ malis.amicis ꝛ inimicis. Eius longitudo.quia vnit nos cum precedentibus preſentibus ꝛ futuris:vel vſqꝫ in finem. Sinceritas innuitur de corde puro: ideſt non ficto vel infecto vel mixto cupiditate. Conſcientia bona:ideſt non erronea: ꝛ fide non ficta:ideſt ſine errore vel ſine hypocriſi. Sciendum etiam ꝙ omnia precepta decalogi ordinantur ad dilectionem dei ꝛ proximi:iō precepta charitatis non fuerunt annumerāda inter precepta decalogi:ſed in omnibus includuntur. Et quāuis modus dilectionis non cadat ſub illis preceptis que dantur de alijs actibus virtutū:puta:ſub hoc p̄cepto. Honora patrem tuum ꝛ matrem:nō cadit hoc ꝙ ex charitate fiat:cadit tū̄ actꝰ dilectōis ſb̄ ſpāli p̄cepto.

¶De dilectione .§.ij.

inſufficienter ſunt data tantum illa duo precepta. Uñ chriſtus dixit Matt.xxij.,In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet ꝛ prophete. Ratio huius eſt ſm.b.Tho. vbi ſupra arti. ij. Charitas eſt amicicia quedam. amicicia autem eſt ad alterum. Unde Grego. dicit ꝙ cha/

ritas ad minus ꝗ̃ inter duos haberi nõ poteſt. Cum aũt dilectio ⁊ amoꝛ ſit boni: bonum autẽ ſit vel finis: vel id quod eſt ad finem: conuenienter de charitate duo pꝛecepta ſufficiunt vnũ quo inducimur ad diligendum deum ſicut finem. Aliud quo inducimur ad diligendum ꝓximum propter deum ſicut propter finem.

Q̃ nõ fuerũt danda ꝓcepta de dilectiõe ſui Nõ ponitur.

De dilectione ſui ⁊ coꝛpoꝛis ſui que etiam diligenda ſunt dicit .b. Aug. ꝙ nulla fuerunt danda ꝓcepta. Et ideo eſt quia quantumlibet quis excidat a veritate remanet tamen ſemper in eo dilectio ſui ⁊ coꝛpoꝛis ſui. Sed modus diligẽdi precipiendus erat homini: vt ſcilicet ſe oꝛdinate diligeret ⁊ coꝛpus ſuum quod fit per hoc ꝙ homo diligit deum ⁊ proximuꝫ. Item quãuis precepta dentur de actibus virtutum: ⁊ charitas habeat plures actus: videlicet dilectio gaudium: pax: beneficentia. tamen quia pꝛimus ⁊ ꝓncipalis actus charitatis eſt dilectio ⁊ et ex eo conſequũtur alij ſicut effectus ex cã: ideo in ꝓceptis dilectionis includuntur ꝓcepta de alijs actibus ex ea pꝛocedentibus: ⁊ tamen pꝛopter tardioꝛes inueniuntur de ſingulis explicita ꝓcepta. De gaudio quidem ad Phil. iiij. Gaudete in domino ſemper ⁊c̃. De pace ad Hebꝛe. Pacem ſequimini cum omnibus. De beneficentia: ad Gal. vi. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. De ſingulis etiã partibus beneficentie inueniuntur precepta in ſacra ſcriptura: vt patet intuenti. Iteꝫ quia plus eſt operari bonum ꝗ̃ vitare malum: ideo in ꝓceptis affirmatiuis per quem pꝛecipitur facere bonum vt diligere: gaudere: benefacere: pacẽ habere: includuntur precepta negatiua qbus pꝛohibetur malum facere: vt non odire: nõ accidiari: non inuidere: non diſcoꝛdare: non ſcãdalizare. Et tamen inueniuntur explicita pꝛecepta data ꝯtra huiuſmodi vitia oppoſita charitati. Nam contra odium dicitur Leuit. xix. Non oderis fratrem. t. in coꝛ. t. Contra accidiam dicitur Eccli. vj. Non accidieris in vinculis eius. Contra inuidiam dicitur ad Gal. vj. Nõ efficiamur inanis gloꝛie cupidi inuicem ꝓuocantes: inuicem inuidentes. Contra diſcoꝛdiam. j. Coꝛ. j. Idipſum dicatis omnes ⁊ nõ ſint in vobis ſciſmata. contra ſcandalum Ro. xiiij. Non ponatis ſcandalum vel offendiculum. ⁊ de dictis peccatis habes ſupꝛa in. ij. parte. De actibꝰ võ charitatis in ſequẽtibꝰ capitulis.

Quid ſit vel quõ intelligit diliget deũ ex toto coꝛde

¶ Declaratio pꝛe- .§. iij.

cepti de dilectiõe dei ſm .b. Tho. ſe. ſe. q. xliiij. ar. ij. Hoc preceptum inuenitur diuerſimode traditum in diuerſis locis. Nam Deut. vj. ponuntur tria. ſ. Diliges dominum deum tuuꝫ ex toto coꝛde tuo ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex tota foꝛtitudine tua Mat. xxij. Ponuntur duo hoꝛum ſcꝫ ex toto coꝛde: ⁊ ex tota anima ⁊ omittitur ex tota foꝛtitudine: ſed additur ex tota mẽte. Sed Mar. xij. ponuntur quatuoꝛ ſcilicet ex toto coꝛde: ⁊ ex tota mente: ex tota anima: ⁊ ex tota virtute: que eſt idem cum foꝛtitudine: hec etiam quatuoꝛ tanguntur Lu. x. Nam loco foꝛtitudinis ſeu virtutis ponitur ex omnibus viribus tuis. Et ideo hoꝛum quatuoꝛ eſt ratio aſſignanda. ¶ Pꝛima expoſitio eſt igitur conſideranda ꝙ dilectio eſt actus voluntatis que ſignificatur per coꝛ. Nam ſicut coꝛ coꝛpoꝛale ẽ principium omnium coꝛpoꝛalium motuum: ita etiam voluntas: ⁊ maxime quantum ad intentionem finis vltimi quod eſt obiectum charitatis: eſt pꝛincipium omnium ſpiritualium motuum. Tria autem ſunt pꝛincipia actuum que mouentur a voluntate ſcilicet intellectus qui ſignificatur per mentem. Vis appetitiua interioꝛ que ſignificatur per animam. Et vis executiua exterioꝛ que ſignatur per foꝛtitudinem ſeu virtutem ſeu vires. Pꝛecipitur ergo nobis vt tota intentio noſtra feratur in deum quod eſt ex toto coꝛde: ⁊ quod intellectus noſter ſubdatur deo quod eſt ex tota mente: ⁊ ꝙ appetitus noſter reguletur ſm deum. quod eſt ex tota anima: ⁊ ꝙ exterioꝛ actus noſter obediat deo: quod eſt ex tota foꝛtitudine vel virtute vel viribus. Alia expoſitio: quidam dicunt: ex toto coꝛde: ideſt intellectu: anima: ideſt voluntate: mente: ideſt memoꝛia. Tertia expoſitio: ſꝫ beã. Greg. nizenum. Per coꝛ ſignificatur anima vegetabilis. Per animam ſenſitiua anima. Per mentem memoꝛia: quia hoc ꝙ nutrimur ſentimus ⁊ intelligimus. debemus in deuꝫ referre. ¶ De hoc quod dicitur ex tota voluntate. Pꝛocuius declaratione nota ſm .b. Thom: vbi ſupꝛa ꝙ precepta dantur de actibus virtutum. Requiritur autem ad actum virtutis nõ ſolum ꝙ cadat ſuper debitam materiam. Sed etiam ꝙ veſtiatur debitis circunſtantijs qbus ſit pꝛopoꝛtionatus tali materie. Deus autẽ eſt diligendus ſicut finis vltimus: ad quem omnia ſunt referenda. Et ideo totalitas quedã ſuit deſignanda circa hoc preceptum de dilectione dei ad hoc innuendum.

Dupl'r ꝯtingit deũ diliget ex toto coꝛde

Dupliciter autem contingit diligere deum ex toto coꝛde. Vno modo in actu: vt ſcilicet totũ coꝛ hominis ſemper actualiter feratur in deum: ⁊ iſta eſt perfectio patrie. Alio modo vt habitualiter totũ coꝛ hominis in deum feratur: ita ſcilicet ꝙ nihil contra dei dilectionem coꝛ hominis recipiat: ⁊ hec eſt perfectio vie cui non contrariatur peccatum veniale: quia non tollit habitum charitatis. cum non tendit in oppoſitum obiectum ſed ſolum impedit charitatis vſum. Secũduꝫ

primum modum impletur illud preceptū per
fecte.per ſcd̄m modū impletur imperfecte.Dī
enim tunc perfecte impleri p̄ceptū qn̄ perue/
nitur ad finē quē intendit precipiens. Impſe/
cte aūt qn̄ etſi nō peruenitur ad finē precipien/
tis:nō tn̄ receditur ab ordine ad finē. Sicut ſi
dux precipiat militibus vt pugnent.Ille perſe
cte implet id preceptū qui pugnando hoſtem
vincit qḋ dux intendit. Imperfecte autē cuiꝰ
pugna ad victoriā nō attingit.nō tn̄ ꝯtra diſci
plinā militarē agit.Intendit aūt deus per hoc
preceptū:vt perfecte hō deo vniatur qḋ erit in
patria.Et ideo tunc p̄fecte implebitur.Hic aūt
imperfecte.Tanto aūt perfectius quanto ma/
gis acceditur per ſimilitudinē ad perfectionē
patrie.vn̄ Hierony.Charitas in quibuſdā eſt
perfecta:in quibuſdā imperfecta: p̄fectiſſima
aūt in hac vita haberi nō pōt de pe.di.ij.cha//
ritas.℃ Q̄uō deus diligitur ex toto corde:ꝛ
ex tota anima:ꝛ ex tota mente vel v̄tute.Ber.
Diſce o chriſtiane a chriſto quēadmodū dili/
gas chriſtū.diſce amare fortiter dulciter ꝛ pru
denter.Dulciter ne illecti.Prudenter ne dece/
pti.Fortiter ne depreſſi ab amore domini auer
tamur.hoc ē amare ex toto corde:ꝛ ex tota ani
ma:ꝛ ex tota fortitudine vl' virtute. Dulciter
amat ait idē.cū chriſto paſſo cōpatitur cōpun/
gitur ꝛ mouetur. Sapienter ſeu prudenter q
ab eccleſiaſtici ſenſus puritate:nulla deuiat ve
ri ſimilitudine:ꝛ qui diſcretionis metam nul/
la ſuperſtitione vel leuitate vel ſpūs feruētio//
ris vehemētia deſerit.Amor fortis eſt:cū nul
la vi laboꝝ vel tormētoꝝ:vel etiam metu mor
tis iuſtitia deſeritur.Itē ex ſumma virtutum.
Guil.pn̄t illa tria ad tres vires animi referri.
Cor ad iraſcibilē:qꝛ in corde magnanimitas
anima ad ꝯcupiſcibilē:qꝛ eius eſt velle. Mēs
ad rōnalē:qꝛ eius eſt meditari.Totis ergo his
tribus viribus deū amat:cū vis rōnalis a deo
ſolo deſiderat illuminari ꝛ ab eo ſolo poſſe ſe
ſapientē fieri credit:cū vis ꝯcupiſcibilis repu
tat deū gaudiū ſuū:ꝛ in illo ſolo gaudere que
rit:ꝛ cū vis iraſcibilis in illo ſolo gloriari deſi
derat:aliā gloriā ꝯtemnēs.℃ Itē Guil.vbi ſu
pra ex toto corde diligit deum.ideſt intellectu
qui intellectū ſuū in obſequiū chriſti captiuat
ꝛ qui ſtudiū ſuū chriſto dat ꝛ qui ad viſionem
dei toto deſiderio anhelat.Primū.i.captiuare
intellectū ſuū.de quo ait apl's.ij.ad Cor.x. In
captiuitatē redigētes omnē intellectū in obſe/
quiū chriſti.Fit tripl'r iſta captiuatio. ℃ Pri/
mo vt in his que ſunt fidei deo obediamꝰ. hy
lariꝰ.Soli deo de ſe credēdū eſt : que ſe ſolum
nouit.℃ Scd̄o vt male de nobis ꝛ bene de p̄
ximis ſentiamꝰ:ꝛ circa noſmetipſos intēdētes
ab alijs oculos auertamꝰ.Seneca:qḋ hodie li
bēter faciūt de alijs de te apḋ te male exiſtima.
℃ Tertio vt ſenſum ſup̄ioris nr̄i ſenſui nr̄o p̄/
feramus:ꝛ per maxime in religione.Vn̄ Ber.
Lignum ſcientie boni ꝛ mali cenſura diſcre//
tionis eſt in religione penes patrem ſpiritualē
Secundū:ideſt ſtudium ſuum dare deo.fit eti
am hoc tripliciter.Primo dum ea quibus ad/
iuuamur in deum ab eis quibus impedimur
ſagaciter diſcernuntur:quod pertinet ad pru/
dentiam ſm̄ Aug. Secundo cum doctrinam
chriſtū neſcientem faſtidit Ber. Si diſputas
aut conferas:non ſapiat niſi ſonuerit ibi chri/
ſtus.Tertio qui in creaturis deum intelligit.
Ad Ro.j.Inuiſibilia dei p̄ ea que facta ſūt ꝛc̄.
Tertium.i.anhelare ad dei viſionem . Fit ſeu
ad hoc iuuat mundi contēptus:meditatio dei
ꝛ peccati deteſtatio. Ex tota anima ſeu volun/
tate amat deum quis tripliciter. Qui perfecte
obedit.Quem nec timor mali tranſitorij exter
ret.ꝛ quē nec gaudiū ſeculi:nec amor bōi trā
ſitorij ab obediētia retrahit.Ex tota mente ſeu
memoria amat deū qs tripl'r.Qui ſcꝫ ea q̄ deo
diſplicēt ꝛ ab amore eius retrahūt : obliuioni
tradit.vt iniurie nobis illate que dū irrogant
ſunt quaſi ferruꝫ in vulnere qḋ vulneribus ſa
nationē impedit.Scd̄o qꝛ ea que ad dei timo/
rē p̄tinēt ꝛ ſalutē aiaꝝ memorie cōmēdat.Ter
tio quē magnus dei amor de alio qḋ de deo:
diu cogitare nō ſinit:ſicut ſolet accidere fatue
amātibꝰ:q nō pn̄t obliuiſci qḋ amāt Ber. O
amor īpetuoſiſſime q p̄ter te aliḋ cogitare nō ſi
nis.p̄uerb.xxiij.Fili p̄be mihi cor tuū ait deꝰ.

℃ Declaratio .§.iiij.

precepti de dilectiōe proximi cū.ſ.dr̄. Diliges
proximū tuū ſicut teipſum Math.xxij.hoc ſiq/
dē p̄ceptū ſm̄.b. Tho.ſe.ſe.q.xliiij. ꝯuenienter
tradit.Tangit.n.in eo diligēdi rō ꝛ modus di
lectiōis.Rō diligēdi tradit in eo qꝛ p̄rimꝰ no/
minat pp̄ hoc.n.debemꝰ alios ex charitate di/
ligere.qꝛ ſunt nobis p̄rimi:ꝛ ſm̄ nālē dei ima
ginē:ꝛ ſm̄ capacitatē glie. Nec refert vtrū di/
catur p̄rimꝰ vel frater :vt habet.j.Joā.iiij. vel
amicus.vt Leuit.xix. Per oia hec eadē affini/
tas deſignat.Modus aūt dilectiōis tangit cū
dr̄.Sicut teipſuꝫ. ℃ Qḋ nō eſt intelligēdū q
aliqs carnaliter diligat ſibi p̄rimū: ſed ſimil'r
ſibi.Et hoc tripliciter.Primo quidem ex par//
te finis.vt ſcꝫ diligat proximum propter deū:
ſicut debet diligere ſeipſum:vt ſic dilectio p̄ri
mi ſancta.Secundo ex parte regule dilectiōis
vt ſcꝫ nō ꝯdeſcendat p̄rimo in aliquo malo. ſꝫ
ſolū in bonis ſicut ꝛ volūtati ſue ſatiſfacere dꝫ
homo ſolum in bonis:vt ſic ſit dilectio p̄rimi
iuſta.Tertio ex parte rationis dilectionis. vt
ſcꝫ non diligat aliquis proximū pp̄ propriam

De mō dilectōnis p̄rimi ꝛ rō q̄re p̄rimus ē diligē/dus.

Q̄uō i/telligit v̄bū ſic teipm.

vtilitatem vel delectationem: ſed ea rõne ꝙ ve
lit proximo bonum ſicut vult bonum ſibiipſi.
vt ſic proximi dilectio ſit vera. Nam cum quis
diligit proximum propter ſuã vtilitatẽ vel de
lectati onem non diligit proximũ ſed ſeipſum.
Beatus Augu. quoqꝫ dicit. xxiij. q. iiij. Debet
homo diligere proximũ ſicut ſeipſũ vt omnẽ
hominẽ quem potuerit vel beneficẽtie conſo
atione. vel coertione diſcipline vel informatio
ne doctrine. inducat ad colendũ deum. Proſp
in lib. iij. de vita cõtemplatiua. c. xv. dicit. Pro
inde proximos ſicut noſmetipſos diligimus.
quãdo ad bonos mores ⁊ ad vitã eternã con
ſequendam. ſicut nobis ſaluti eorum conſuli
mus quãdo nos in eorum peccatis ⁊ periculis
cogitamus. Et ſicut nobis ſubueniri optare
mus. ita eis ſubueniamus: aut ſi facſtas deſue
rit voluntatem tamen ſubueniendi tenemus.
de peniten. diſtinctio. ij. proinde.

ℭ Quod debemus. §. v.

proximum diligere ſicut xp̃s dilexit nos. Sic
Debe- enim nobis precepit dicens Jo. xv. Hoc eſt pre
mus p ceptum meum vt diligatis inuicẽ ſicut dilexit
ximũ ſi vos. Dilexit autem xp̃s nos tripliciter. in quo
cut xp̃s debemus eum imitari. ſ. amore gratuito: amo
nos di- re diſcreto: amore vehementi: ⁊ fructuoſo.
lexit di ℭ Primo quidẽ amore gratuito. i. amore no
ligere bis gratis dato ſine meritis precedentibus no
triplici ſtris. j. Jo. iiij. In hoc eſt charitas dei: nõ quaſi
amore. nos dilexerimus eum: ſed quoniã ipſe prior di
lexit nos. Sic debemus proximos diligere. Et
non ſicut faciunt quidã qui nolunt amare niſi
eos a quibus primo noſcuntur amari Matth.
v. Si diligitis tñ eos qui vos diligunt: quid
amplius facitis: nõne Ethnici. hoc faciũt. Nec
amauit nos chriſtus propter ſuã vtilitatẽ ſed
propter noſtram. Non vt a nobis acciperet ſed
vt nobis daret Sen. Amicus qui vtilitatis cau
ſa aſſumptus eſt tãdiu placebit quandiu vtilis
erit. Scđo amauit nos chriſtus amore diſcre
to. Amor diſcretus eſt quo perſonas amamus
⁊ vitia perſequemur: nec ſic perſonis condeſcẽ
dit ꝙ vitijs implicef. Bernar. Chriſtus in car
nis aſſumptione condeſcẽdit mihi in culpe vi
tatione conſuluit mihi. Unde de eo dicit Eſa.
vij. Butyrum ⁊ mel comedet vt ſciat reproba
re malum ⁊ eligere bonum. Sic ⁊ nos debe
mus proximos diligere vt nõ aſſentiamus eis
in malo. ſicut fecit Adam Eue. Ad Roma. xiij.
Dilectio proximi malum non operatur. Tulli
us in lib. de amicicia. ℭ Nulla eſt excuſatio ſi
amicicie cauſa peccaueris. Amicicia mundi a
poſteriori. ideſt in malo ligat homines vt vul
peculas Sanſon. Judi. xv. quia facit eos con
cordes in malo: ſicut facti ſunt amici Herodes
⁊ pylatus ad chriſtum affligendũ. Tertio ama
uit nos chriſtus amore fructuoſo ⁊ vehemẽti.
Joã. xv. Maiorem hac dilectionem nemo ha
bet vt animam ſuã ponat quis pro amicis ſu
is. Et ſic nos debemus proximum diligere vt
cum expedit etiam mortẽ pro eo ſuſtineamus.
j. Joã. iij. In hoc cognouimus charitatem dei
qm̃ ipſe animam ſuam. i. vitam pro nobis po
ſuit: ⁊ nos debemus pro fratribus animas po
nere. Et nota ꝙ chriſtus interrogauit ter Pe ẽ. eo. ti.
trum ſi eum diligeret plus ceteris vt habetur c. iij. §.
Joã. vlti. Simon Joãnis inqt diligis me plus viij.
his. Et Petrus reſpondit. Domine tu ſcis qa
amo te. Ad innuendum ꝙ debet quis ita vehe
menter amare proximum vt bona temporalia
⁊ obſeqa corporalia ⁊ exercitia ſpiritualis cõ
ſolationis ⁊ neceſſaria det pro ſalute proximi:
ſicut apoſtolus Paulus qui pauperibus fideli
bus procurabat elemoſynas: diſcurrebat per
orbem. nocte laborans manibus ſuis ne alios
grauaret. Et anathema eſſe optabat a xp̃o pro
fratribus ſuis. Ad Roma. xj. i. ſeparatus a con
ſolationibus contẽplationis. Uel melius etiã
vltra ſubſtantiam ⁊ laborem corporis: etiam
ipſam vitam. Unde ⁊ in huius ſignum in ter
tia interrogatione Petrus contriſtatus eſt: qa
naturaliter quilibet triſtaf de morte. Et ſic pſe
uerãter diligif primus: qꝛ vſqꝫ ad mortẽ: ſicut
fecit xp̃s qui in finẽ dilexit eos. Joan. xiij.

ℭ De principali actu charitatis q̃ eſt dilectio.

Capitulum. vj.

VLtimo videndũ eſt de actibus charitatis. Et p̃mo
de actu eius principali: qui eſt di
lectio. Circa qđ ſciendum ſm bea.
Tho. ſecunda ſecũde. q. xxij. ꝙ cũ charitas vt
dictum eſt ſit quedam amicicia ⁊ amicicia ſm
phm. viij. Ethico. magis conſiſtat in amare q̃ꝫ
in amari. ideo etiam charitati magis conuenit
amare q̃ꝫ amari. Huius ratio eſt: qꝛ amare con
uenit charitati inquantum eſt charitas. ℭ Nã
cum charitas ſit quedam amicicia ſm ſuã eẽn Qđ pri
tiam habet inclinationem ad proprium actũ. mus et
Amari autem non eſt actus charitatis ipſius p̃ncipa
qui amat: ſed actus eius eſt amare. Amari au lis act⁹
tem competit ei ſm cõmunem rationem boni charita
prout. ſ. ad eius bonũ: alius ad actũ charitatis tis eſt a
mouef. Unde manifeſtum eſt ꝙ charitati magis mari.
cõuenit amare q̃ꝫ amari. Huius ẽt duplex eſt ſi rõ po
gnũ. Primũ qꝛ amici magis laudantur ex ꝙ nitur.
ꝙ amant q̃ꝫ ex hoc ꝙ amãtur. quinimo ſi amẽ
tur ⁊ non amãt vituperãtur. Scđo qꝛ matres
que maxime amãt plus querũt amare q̃ꝫ ama
ri filios. Quãuis autem homines cõmuniter
magis velint amari q̃ꝫ amare: ꝟ͞ propterea eſt
vt dicit

vt dicit phs.viij.Ethi.q: homines volũt amari inq̃tum volunt honorari. Sicut honor exhibet alicui vt quoddaz teſtimonium boni in eo qui honorat: ita p hoc q aliquis amat oſtẽdit in ipſo eſſe aliqḋ bonum: q: ſolum bonuz amabile eſt. Sic igit querunt hoies amari ſicut honorari pp aliud ſcʒ ad manifeſtationem boni in amato exñtis. Amare aũt querunt charitatem hñtes ẛm ſe quaſi ipm ſit bonum charitatis: ſicut ⁊ quilibet virtutis actus eſt bonũ virtutis illius. Unde magis pertinet ad charitatez velle amare q̃ȝ amari: q: magis eſt qḋ eſt ẛm ſe q̃ȝ quod eſt propter aliud.

¶ Quod deus di/ .§.i.

Q̃uo diligẽdus eſt deus pptr ſe ipſuȝ et quõ itel ligit ly pp ter.

ligẽdus eſt pp ſeipm. hoc ſic pbat. Solo deo fruẽdum eſt. Frui aũt eſt amare ⁊ inherere rei pp ter ſe ẛm btm̃ Aug. vt ponit pmo ſeñ.di.j. ergo diligẽdus eſt deus pp ſeipm ⁊ ipſe ſolus hoc mõ. Pro cuius declaratione dicit.b.tho. ſe.ſe.q.xxvj. q li pp importat hbitudinẽ alicuius cauſe. Eſt aũt quadruplex genus cauſe: ſcʒ finalis: formalis: efficiẽs: ⁊ mãlis. Ad quã etiaȝ reducit mãlis diſpõ que nõ eſt cauſa ẛm pꝛ: ſed ẛm qd. Et ẛm hec quatuor genera cauſarum dr̃ aliquid diligi. Scḋm quidẽ genus cauſe finalis: ſicut diligimus medicinã pp ſanitatem. Scḋm genus cauſe formalis ſic diligimus hoiem pp virtutem: q: virtute formaliter eſt bonus: ⁊ p ꝯñs diligibilis. Scḋm cãʒ efficiẽtem ſic diligimus aliquos inquantum ſunt filij talis pr̃is. Scḋm autẽ diſpõnem que reducit ad genus cauſe mãlis dicimur aliqd diligere pp ter id qḋ nos diſpoſuit ad eius dilectionem. puta pp ter aliqua bñficia ſuſcepta: q̃uis poſtq̃ȝ iam amare incepimus nõ pp ter illa bñficia amemus amicũ: ſed pp ter eius virtutem. Primis igit tribus modis deum non diligimus pp ter aliquid ſed pp ter ſeipſum. Nõ enim ipſe ordinat ad aliud ſicut ad fineȝ: ſed ipſe eſt vltimus finis oium: nec etiã informat ab aliquo alio ad hoc vt ſit bonus: ſed eiꝰ ſuba eſt eius bonitas ẛm quã exẽplariter omnia ſunt bona. Nec etiam bonitas ab altero ei ineſt: ſed ab ipſo oĩbus alijs. Sed quarto modo põt diligi pp ter aliquid: q: ſcʒ ex aliquibꝰ alijs diſponimur ad hoc vt in dei dilectione pficiamus. puta p bñficia ab eo ſuſcepta: vel pp ter premia ab eo ſperata: vel penas quas per ipm vitare intẽdimus. Qḋ aũt dicit Greg. in omel. q ex his que nouit aĩa.i. ſenſibilibꝰ diſcit incognita amare.i. intelligibilia diuina. Intelligẽdum eſt nõ q cognita ſunt rõ diligẽdi ipſa cognita per modum cauſe formalis efficientis vel finalis: ſed per modum cauſe diſponentis: q: per hoc diſponit ad amandum incognita. ¶ Item nota q vltra amorem naturalẽ de deo qui eſt cois oĩbꝰ bonis ⁊ malis: ẛm illud.b.Aug. Deum amat omne qḋ amare põt. ¶ Eſt triplex amor ẛm Berñ. in lib. de diligendo deum. ¶ Primus eſt quo quis amat deum eo q cognoſcit ſibi neceſſariũ. iuxta illḋ ps. Diligã te dñe fortitudo mea dominus ⁊c. ¶ Scḋs eſt quo quis amat deũ pp ter delitias que ſunt in eo. Sapien. viij. Amor factus ſum forme illius. ¶ Tertius eſt amor amicicie quo quis amat eum propter ſeipſum: eo q dignisſimus ſit amore noſtro: quia ſũmũ bonũ. Ber. amat q ipʒ quẽ amat q̃rit: nõ geq̃ȝ aliud eius.

De triplici amore q̃uo ds̃ diligit. ẛʒ Bernar.

¶ Quod deus in .§.ij.

hac vita imediate amatur ⁊ ſine modo ⁊ totaliter. Quod ſic declarat.b.tho. vbi.ſ. Ordo rerum eſt talis ẛm ſe q deus per ſeipſum eſt maxime cognoſcibilis ⁊ amabilis vtpote eſſentialiter exiſtens ipſa veritas ⁊ bonitas per quam alia cognoſcuntur ⁊ amantur. ſed quoad nos quia noſtra cognitio ortum habet a ſenſu: prius ſunt cognoſcibilia que ſunt ſenſibus propinquiora: ⁊ vltimus terminus cognitionis eſt in eo quod eſt maxime remotum a ſenſu. Et propter hoc dilectio que eſt actus appetitiue virtutis: etiam in ſtatu vie. primo tendit in deum ⁊ ex ipſo deriuatur ad alia. Et ẛm hoc charitas imediate deũ diligit. alia võ eſt mediãte deo. In cognitiõe võ eõ: quia.ſ.p alia deũ coſcimꝰ ſicut cauſam p effectũ: vel p modũ eminentie: vel per modum negationis. vt patet p Diony. in.q. de diui.no. ¶ Notandũ etiam q dilectio dei aliquid maius q̃ȝ eius cognitio: maxime ẛm ſtatum vie. ⁊ preſupponit ipſam. Et quia cognitio nõ quieſcit in rebus creatis: ſed per eas in aliud tendit: ideo in illo dilectio incipit: ⁊ per hoc ad alia deriuatur per moduȝ cuiuſdam circulationis duȝ cognitio a creaturis incipiens tendit in deum: ⁊ dilectio a deo icipiens: vt ab vltimo fine ad creaturas deriuatur. ¶ Quantum ad moduȝ dilectionis dicit Ber. in lib. de dili. deum q cauſa diligenti deum eſt deus. Modus autem eſt ſine modo. ¶ Pro cuius declaratione dicit.b.Tho. vbi.ſ. q modus importat quandam menſure determinationem. ẛm be. Aug. Hec autem determinatio inuenitur in menſura ⁊ in mẽſurato. Aliter tamen ⁊ aliter. In menſura enim inuenitur eſſentialiter quia menſura ẛm ſeipſam eſt determinatiua ⁊ modificatiua alioꝝ. In menſuratis autem inuenitur menſura ẛm aliud.i. inq̃tum attingunt menſuram. Et ideo in menſura nihil poteſt accipi imodificatuȝ. Sed res menſurata eſt immodificata: niſi menſuram attingat: ſiue excedat: ſiue deficiat. In omnibus

De dilectione dei q.ſ. ẽ aliqd maiꝰ q̃ȝ cognitio eiꝰ Rõ ponit.

autem appetibilib⁹ ꝛ agibilibus menſura eſt.
finis q: eorum que appetimus ꝛ agimus : opꝫ
rationem accipere ex fine. ꝛ ideo finis ſm ſeip/
ſum hꝫ modum. Sed ea que ſunt ad finē hñt
modum ſm ꝙ ſunt fini ꝓportionata. Et ideo ſi
cut phs dicit in .j. Poli. Appetitus finis in om
nibus artibus eſt abſqꝫ fine ꝛ termino. Sed eo
rum que ſũt ad finē eſt aliqs terminus. Nõ .n.
medicus ponit aliquē finē ſanitati: ſed facit eā
perfecte quātūcūqꝫ poteſt. Sꝫ medicine ponit
terminū: q: non dat quātum poteſt: ſed quātū
debet ſm ꝓportionem. alias eſſet inordinata.
Cum igitur humanaꝝ actionū ꝛ affectionuꝫ fi
nis ſit dei dilectio: qui per hanc maxime attin
gimus vltimum finē. ideo in dilectione dei nõ
pōt accipi modus ſicut in re mēſurata: vt ſit in
ea accipere plus ꝛ minus: ſed ſicut inenit mo/
dus in menſura in qua nõ pōt eē exceſſus: ſed
quanto plus attingitur regule. tanto melius ē
ita etiam quāto quis plus deum diligit tanto
melius eſt. ℂ Quantū ad totalitatē dicit. bea.
Augu. ꝙ modus diligēdi deum eſt vt diligat
ex toto corde: hoc intelligit ſic vt diligatur ꝙ̄/
tūcunqꝫ diligi poteſt quod pertinet ad moduꝫ
qui conuenit mēſure. Sic igitur interior act⁹
charitatis hꝫ rõnem finis: quia vltimuꝫ bonū
hominis conſiſtit in hoc ꝙ inhereat deo. Exte/
riores aūt actus charitatis vt beneficētia: ꝛ hu
iuſmodi. ſunt ad finē: ꝛ ideo cōmenſurandi ſūt
ſm charitatē ꝛ rõnem. Sciendum etiam ꝙ cū
dicitur deum diligi ex toto corde: intelligit ſer
uari iſta totalitas: vt modus totalitatis refera/
tur ad rem dilectam: vt ſcꝫ totum quod perti/
net ad deum diligat. Uel etiā ad diligenteꝫ: vt
ſcilicet quis diligat ſm totū ſuum poſſe: ꝛ om/
nia ordinet ad dei dilectionē. ꝛ ſicut debet ꝛ po
teſt illud ſeruari. Sed ſi iſta totalitas imporiet
modum diligētis adequatum modo rei dile//
cte. ſic impleri non poteſt: quia hoc eſſet infini/
te diligere eum: cum infinitum ſit diligibilis
licet creatura ſit finita.

ꝙ debe mus de um dili gere ex toto cor de quō intelli// gitur.

ℂ Quod ſit ma/ .§. iij.

gis meritoriū diligere deū vel ꝓximū. Ad qḋ
reſpōdetur ſm beatū Tho. ꝙ ſi vtraqꝫ dilectio
conſiderer ſeorſum: dilectio dei eſt magis me/
ritoria. Debetur enim ei merces ꝓpter ſeipſuꝫ
quia vltima merces eſt frui deo in qḋ tendit di
lectionis motus. Si autem intendatur iſta cō/
paratio vt dilectio dei accipiatur ſm ꝙ ſolus
diligitur: dilectio proximi ſm ꝙ proximus di
ligitur ꝓpter deum ſic dilectio proximi inclu/
dit dilectionem dei. Dilectio autem dei nõ in/
cludit dilectionem proximi. Sic in iſto ſenſu ꝓ
eminet dilectio proximi dilectioni dei. Eſt enī
comparatio dilectiōis dei perfecte: que ſcilicet

q̄ dile// ctio ſit magis merito/ ria dili/ gere de uꝫ an ꝓ ximum

ſe extendit vſqꝫ ad proximum ad dilectionem
dei imperfectam ꝛ inſufficientem.

ℂ Quid ſit ma/ .§. iiij.

gis meritoriū diligere amicū vl' inimicū. Rñ.
bea. Tho. vbi. ſ. ꝙ iſte dilectiões pñt cōſidera/
ri dupliciter. Uno mõ ex parte proximi qui di
ligitur. Alio mõ ex parte rõnis per quam dili/
gitur. Primo mõ dilectio amici preeminet di/
lectioni inimici: q: amicus melior eſt ꝛ magis
coniunctus. Unñ ꝛ materia eſt magis ꝯueniens
dilectiõi. Et ꝓpter hoc actus dilectionis tranſi
ens ſup hanc materiam melior eſt. Alio modo
dilectio inimici ꝓeminet dilectioni amici pro/
pter duo. Primo quia dilectionis amici po//
teſt eſſe alia ratio ꝗ̄ deus. ſed dilectionis ini//
mici ſolus deus eſt ratio dilectionis. Secūdo
quia preſuppoſito ꝙ vterqꝫ diligatur propter
deum dilectio inimici fortior eſſe oſtenditur q̄
ad remotiora extendit animum hominis: ſcili
cet vſqꝫ ad inimicos. Sicut ignis tanto fortior
eſt: quanto calorem ſuum ad remotiora diffun
dit: tanto etiam oſtenditur dei dilectio fortior
quanto propter ipſum difficiliora implemus
ſicut virtus ignis tanto eſt fortior quanto ma/
gis poteſt comburere materiam minus cōbu/
ſtibilem: ſed ſicut idem ignis in propinquio//
ra fortius agit ꝗ̄ in remotiora: ita etiam cha//
ritas feruentius diligit coniunctos ꝗ̄ remo//
tos. Et quantum ad hoc dilectio amicorum et
feruentior ꝛ melior eſt ꝗ̄ inimicorum. Quod
autem dicit chriſtus Matthe. v. Si diligitis
eos qui vos diligunt quam mercedem habe//
bitis? Intelligendum eſt per ſe. ideſt ꝙ cum di
liguntur amici ſolum ex hoc: quia amici. quod
videtur quando ſic amantur amici ꝙ ipſi ſoli
ꝛ non inimici diliguntur: tunc non habet mer
cedem dilectio amicorum: ſed ſi diligantur a/
mici: non ſolum quia amici: ſed etiam propter
deum: tunc eſt meritoria.

Diliger amicuꝫ vel ini/ micum qd ma/ gis me ritoriū.

ℂ De dilectione .§. v.

inimicorum quomodo ſit intelligendum illud
preceptum. Diligite inimicos veſtros. habes
ſupra in. ca. de dilectione proximi. Sed hic no
tanda ſunt ſeptem que valent ad oſtenduꝫ
ꝙ non eſt ita difficile diligere inimicos ſicut q
dam credunt: nec eſt dedecus ſed honor. ℂ Et
primum eſt ſtatus inimici eius qui iniuriatus
eſt ꝛ non vult ſatiſfacere. eſt enim ſpiritualiter
mortuus. Ipſe enim in ſe quaſi manus iniecit
cum iniuriam fecit. Sap. xvj. Per malitiaꝫ oc/
cidit homo animam ſuam. Crudeliores fuiſſe
videntur qui chriſto mortuo nõ pepercerunt:
ꝗ̄ qui viuū vulnerauerunt. quis eſt autē adeo
cecus qui non intelligat dedecus nõ eſſe ſi qs

De dile ctiōe ini micorū ꝙ nõ ē ita diffi cile dili gē ini// micos oñdit ꝑ ſeptem.

de inimico mortuo nõ vult ſe vidicare. ¶ Se
cundũ eſt vtilitas iniurie illate. Perſecutores
enim noſtri tribulatiõibus nos pungunt: ſed i
ſuturũ fauũ nobis eterne beatitudinis ꝑparit.
iuxta illud ps. Circũdederũt me ſicut apes. ⁊
Eccl. Uſqȝ in tp̃s ſuſtiebit patiẽs. ⁊ poſtea red
ditio iocũditatis. ¶ Tertiũ eſt ꝙ dilectio ini/
micorũ eſt vtilior nobis q̃ʒ amicorum: q: valet
ad ſanandũ pctã. b. Aug. Ego ad dilectionem
inimicorũ vos moneo: q: ad ſanandum vulne/
ra pctõrũ nullũ medicamẽtum efficacius eẽ co
gnoſco. Multũ eni facit ad perfectionẽ boni/
tatis: vt pʒ Matth. v. Poſt illõ diligite inimi/
cos. Eſtote pfecti ſicut pater veſter ⁊c̃. ¶ Quar
tum: q: eſt gratior deo. Luc̃. vj. Poſt illud dili/
gite inimicos. ſubditur. Et eritis filij altiſſimi
bea. Aug. Quanta gr̃a per nos ſerui digni nõ
ſumus. ⁊ inimicorũ dilectiõe filij dei efficimur.
Chryſo. Nihil ſic deo placabile facit ſicut mali
gnis ⁊ ledentibus eſſe placabilẽ. ⁊ per ꝯñs dia
bolo eſt moleſtior: q: magis ſe per hoc homo
elongat ab eius ſimilitudine q obſtinato odio
hominem perſequitur. ¶ Quintum eſt: q: hu
iuſmodi dilectio id qđ deſtruendũ eſt in inimi
co: magis deſtruit q̃ʒ aliud. Ipſa eni eſt ignis
inimiciciam in inimico annihilans. Rom. xij.
Si eſurierit inimicus tuus ciba illũ. ⁊c̃. Chry.
Omnis inimicicia beneficiorũ aſſiduitate cõ/
peſcitur. ¶ Sextũ eſt: q: non potes nocere ini
mico qn tibi noceas. Aug. Quod malitia tua
alteri nõ noceat fieri poteſt: ſed ꝙ tibi nõ noce
at fieri non poteſt. Solũ ex hoc ꝙ odium por/
tat ſibiipſi multũ nocet qa ⁊ peccat ⁊ remiſſio/
nem peccatorum p̃teritam euacuat quoad fru
ctum. Uñ dicitur de pe. di. iiij. dicit tibi deus.
Dimitte ⁊ dimitteẽ tibi: dimiſi prius dimitte
vel poſtea: q: ſi nõ dimiſeris reuocabo te. ⁊ qc
qđ dimiſeram replicabo tibi. Talis eſt illis illi
qui ex hoc ꝙ aliqs ſcidit ſibi tunicam ipſe gla
dio ſeipſum interficit. ſ. odij. ¶ Septimũ ẽ dei
imitatio. Eccl. xxiij. Magna eſt gloria ſeq do/
minum qui iniuriatus eſt tibi magis deum q̃ʒ
te offendit. ⁊ tñ ipſe patiens eſt. Sed exemplũ
xp̃i in cruce pẽdentis ꝯſiderandũ. j. p. ij. Chri/
ſtus paſſus eſt pro nobis ⁊c̃. vt ſequamini ve/
ſtigia eius: qui cũ pateretur ⁊c̃. ſed orabat i cru
ce pro crucifixoribus dicens. Pater ignoſce il
lis ⁊c̃. Et tñ omne genus iniuriarũ tũc ſuſtinuit
In ſubſtantia vi ſibi ablata ⁊ plus in matre de
riſa: in fama ⁊ honore ablatis per contumeli/
as in perſona: in vita. ergo xp̃m ſequere inimi
cos diligens. ¶ De amore qui eſt paſſio mul/
a habes. ẽ. in p̃ma parte. ⁊ de proprietatibus
eius que poſſunt conuenire dilectioni.
¶ De gaudio inquantum eſt actus iterior cha
ritatis.

Capitulum ſeptimum.

POſt p̃ncipalẽ actũ
charitas qui eſt dilectio videnduʒ
eſt de alijs actibus interioribus q
ſunt gaudium ⁊ pax. Et de exterio
ribus ſcʒ beneficẽtia ⁊ miſericordia q̃ etiaʒ eſt
actus interior eius dictum eſt ſupra in tracta/
tu de iuſtitia. ¶ De gaudio primo videndum
eſt. Et ſciendum ꝙ gaudium non eſt virtus qđ
patet ex hoc: quia nõ cõnumeratur inter ṽtu/
tes theologicas: nec morales nec intellectua/
les: ſed eſt actus virtutis. Unde cõnumeratur
ab apoſtolo ad Gal. v. inter fructus ſpiritus q
ſunt actus virtutum. Hoc autẽ ſic declarat. be.
Tho. ij. ij. q. xxviij. Uirtus eſt habitus quidam
operatiuus. Et iđ ſm propriam rationem hʒ i/
clinationem ad aliquem actum. Eſt aũt contin
gens ex vno habitu plures actus eiuſdem rõ/
nis ordinatos prouenire quorum vnus ſeqtur
ex altero. Et quia poſteriores actus non proce/
dunt ab habitu virtutis niſi per actum priorẽ
inde eſt ꝙ virtus non diffinitur nec denomina
tur niſi ab actu priori q̃uis etiam alij actus ab
ea ſequantur. Manifeſtum eſt autem ex his q̃
dicta ſunt ſupra de paſſionibus ꝙ amor eſt pri
ma affectio appetitiue potentie qua ſequitur ⁊
deſiderium ⁊ gaudium. Et ideo idem habitus
virtutis eſt qui inclinat ad diligendum ⁊ deſi/
derandum bonum dilectum ⁊ gaudenduʒ de
deo. Sed quia dilectio inter hos actus eſt pri/
or. ide eſt ꝙ virtꝰ non denominatur a gaudio
vel deſiderio: ſed a dilectione. ⁊ dicitur chari/
tas. Sic ergo gaudium non eſt aliqua virtus a
charitate diſtincta: ſed eſt quidam actus ſeu ef
fectus eius. ¶ Quod cauſetur gaudiuʒ ex cha
ritate. ſic declarat. bea. Tho. vbi ſupra ex amo/
re procedit gaudium ⁊ triſtitia: ſed contrario
modo vt dictum eſt ſupra. Gaudium enim ex
amore cauſatur. vel propter preſentiam boni
amati. vel propter hoc etiam ꝙ ipſi bono ama
to proprium bonum ineſt ⁊ conſeruatur. Econ
trario autem ex amore ſequatur triſtitia. vel p
pter abſentiam amati. vel propter hoc ꝙ is cui
bonum volumus ſuo bono priuatur: aut aliq̃
malo deprimitur. Charitas autem eſt amor dei
cuius bonuʒ immutabile eſt: quia ipſe eſt ſum/
ma bonitas. Et ex hoc quod amatur eſt in amã
te per nobiliſſimum ſui effectum. ſm illud. j.
Joan. iiij. Qui manet in charitate in deo ma/
net ⁊ deus in eo. q̃uis enim in via non ſit p̃ñs
per ſpeciem viſionẽ. eſt tamen p̃ſens per gr̃ĩ in/
habitationẽ. Unde bea. Aug. dicit ꝙ ſicut cor/
pus non viuit niſi aĩa preſente: ita nec aĩa. ſ. p
gr̃am niſi deo p̃ñte. de pe. di. j. reſuſcitatus.

De gaudio. ſ. ꝙ nõ ẽ vir tus nec intelle/ ctualis nec mo ralis: ſʒ actꝰ vir/ tutis.

ꝙ gau/ diũ cau ſatur ex charita te

Gaudium habē ad mixtam triſtitiam quō intelligit.

¶ Utrum gaudium ſpūale qḋ eſt ex charitate habeat admixtā triſtitiā. Rūdet. b. Tho. vbi. ſ. q̄ ex charitate cauſaſ duplex gaudiū de deo Unum quidē principale qḋ eſt ꝓpꝛium charitatis q. ſ. gaudemus de bono diuino in ſe cōſideratio. Et tale gaudium ꝑmixtionē triſtitie non patit: ſicut nec illud bonū de quo gaudemus pōt aliquā mali admixtionem habere. ſꝫ illud Sap. viij. Non habet amaritudinē conuerſatio illius. ſ. ſapiētie diuine. Et ideo aplus dicit ad Phil. iiij. Gaudete in dño ſemp. Aliud eſt gaudium charitatis quo quis gaudet de bono diuino ſm q̄ participaſ a nobis. Hec autem ꝑticipatio pōt impediri ꝑ aliqḋ ꝯrium Et iō ex hac pte gaudium charitatis pōt habere ꝑmixtionē triſtitie: put aliquis triſtaſ de eo quod repugnat ꝑticipatiōi diuini boni: vel in bonis vel in ꝓximis: quos tanq̄ noſ ipos diligimus. Fletus enim ꝓ ꝓximo vel pꝛo ſeipſo non eſt niſi de aliquo malo. Omne aūt malū importat defectū ꝑticipationis ſummi boni. Fletus etiā huius incolat⁹ ꝓ dilectione patrie ꝓcedit ex eo q̄ vita pñs impedit nos a ꝑfecta ꝑticipatiōe glorie. Et ideo charitatis gaudiū hmōi pōt habere admixtiōnē triſtitie. Primū tñ gaudiū melius eſt ⁊ procedit ex charitate. Scōm pōt ꝓcedere etiam ex ſpe ſm illud. Spe gaudentes. ad Roma. xij. ¶ De plenitudine gaudij vtrum. ſ. gaudium ſpūale ex charitate cauſatum poſſit īpleri. ad quod rñdet. b. Tho. vbi. ſ. q̄ ex pte rei de qua gaudetur. i. de deo vt. ſ. tm̄ deo gaudeaſ q̄ntum dignum eſt de ea regaudere. Sic in creatura non pōt eſſe gaudium plenū: ſed ſolum gaudiū dei eſt plenū de ſeipſo: q2 gaudium eius eſt infinitū. ⁊ hoc condignum infinite bonitati eius eſt. Cuiuſlibet aūt creature gaudiū opꝫ eſſe finitum. Ex parte autem gaudentis ſic pōt eſſe gaudiū plenum in creatura. Gaudiū enim cōparaſ ad deſiderium ſicut quies ad motum. Eſt aūt quies plena cum nil reſtat de motu. Uñ tunc eſt gaudiū plenū cū nil reſtat deſiderādū. Et q2 q̄mdiu in hac vita ſumus nō quieſcit in nobis deſiderij motus: q2 adhuc reſtat q̄ magis deo appꝛopiquemus ꝑ grām. Sꝫ qñ iā ad beatitudinē ꝑuentū fuerit ꝑfectam: nil deſiderādū reſtabit: q2 erit dei plena fruitio: in q̄ homo obtinebit q̄cq̄d etiam circa alia bona deſiderauit ſm illud Ps. cij. Qui replet in bo. deſi. t. ideo quieſcet deſiderium non ſolum quo deſideramus deum: ſed etiam erit oīum deſideriorum quies. ideo hic non eſt plenum deſiderium noſtrum ſed ſolū gaudium beatorum eſt plenū ⁊ ſuper plenū: quia plus obtinebunt q̄ deſiderare ſufficerēt Non enim in coꝛ hominis aſcendit que prepa rauit deus diligentibus ſe: vt dicitur. j. Coꝛ.

Q2 hic in via non poſſumus habere plenū gaudium.

ſecūdo. ⁊ hoc eſt quod dicitur Luce. vj. Menſuram bonam ⁊ confertam ⁊ ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum: q2 tamen nulla creatura eſt capax gaudij de deo ei condigni. inde eſt q̄ illud gaudium omnimodo plenum non cadit in homine: ſed potius homo intrat in ipſum ſm illud Matthei. xxv. Intra in gaudiū domini tui. Itē cum peruentum fuerit ad beatitudinem vnuſquiſq̄ attingit terminum ſibi pꝛefixum ex predeſtinatione diuina: nec reſtabit vlterius quo tendatur: quāuis in illa terminatione vnius perueniat ad maioꝛem gradū q̄ alius. Et ideo vniuſcuiuſq̄ gaudium plenum erit ex parte gaudentis: q2 vniuſcuiuſq̄ deſiderium plene quietabitur. Tamen gaudium vnius erit maius gaudio alterius propter plenioꝛem participationē beatitudinis. Iſtud tamen gaudium beatoꝛum non eſt gaudium paſſionis quod eſt cum tranſmutatione coꝛpoꝛali: vt in alijs paſſionibus: nec ꝑtinet ad ſenſitiuam partē: ſed intellectiuam. i. voluntatem.

¶ Gaudium veſtrum. §. i.

¶ Gaudium veſtrum nemo tollet a vobis dixit Chꝛiſtus loquens de gaudio ſuperne fruitionis quo beati vndiq̄ circundantur. vnde Matthei. xxv. Euge ſerue bone ⁊ fidelis ⁊c̄. intra in gaudiū domini tui. Iſtud verum gaudium pꝛouenit a ſex partibus ſm Guil. in ſumma. ¶ Primo a ſuperna maieſtate. Joā. xvj. Iterū videbo vos ⁊ gaudebit coꝛ veſtrum. Hoc autem gaudium erit tripliciter. Primo ex viſa diuinitate. Ber. Iſtud eſt verum gaudiū quod non eſt de creatura: ſed de creatoꝛe ꝯcipitur. Secūdo ex aſpecta humanitate. Eccleſiaſtes. xj. Delectabile eſt oculis tuis videre ſolem ideſt chꝛiſtum. Tertio ex intellectu nature diuine vnite cum humana. vnde natura noſtra exaltatur: ſicut gaudent homines de exaltatione ſuoꝛum fratrū. ¶ Secundo ꝓcedit illud gaudium a loci amenitate. ⁊ hoc tripliciter: videlicet ex eius claritate: ex eius puritate: ex eius latitudine ⁊ vaſtitate. Apocalyp. vltimo. Ciuitas illa nō eget ſole ⁊c̄. Baruch. iij. O iſrael q̄ magna eſt dom⁹ dei ⁊c̄. Apocalyp. xiiij. Sine macula ſunt ante thꝛonum dei. ¶ Tertio procedit illud gaudium ex ſocietate. ⁊ hoc tripliciter. Ex eius multitudine. Apocalyp. vij. Uidi turbam magnā quam nemo dinumerare poterat. Ex eius nobilitate: quia omnes erūt reges ⁊ regine. Apocalyp. j. Feciſti nos deo noſtro regnū ⁊c̄. ⁊ de qualibet anima ſancta. Ps. Aſtitit regina a dextris tuis. Ex eius charitate intima. Eſa. xxj. dicit dominus. Cuius ignis eſt in ſyon: ⁊ caminus eius in hieruſalem. ¶ Quarto procedet tandē a coꝛpoꝛis perfectionalitate. ⁊ hoc qua

De gaudio ꝑfecto. ſ. ſuperne fruitionis: q̄ a ſex partibus ꝑueniat.

drupliciter. Ex ſpecioſitate vel claritate: ſubtilitate: agilitate: ⁊ impaſſibilitate. que omīa notat apl's. j. Coꝛ. xv. ibi. Seminatur aīale: ſurget ſpūale ⁊c̄. ¶ Quinto ꝓcedet ab inferni vaſtitate. ⁊ hoc tripl'r. tum ex euaſione eius cum meruiſſent. tum ex diuine iuſtitie in illis execucione. ps. lxviij. Letabitur iuſtus cum viderit vindictā ⁊c̄. tū ʒ de demonū alligatione ne ibi noceant. ¶ Sexto ꝓcedet a mundi qualitate. ⁊ hoc tripl'r. Primo ex remotione. Apoc. xxj. Uidi celum nouū ʒ ⁊ terrā nouā ⁊c̄. Scd̄o qꝛ oīa erunt eis ſubiecta ad nutum. Tertio qꝛ ex oībus ſpeculabunt gl'iam dei in illis ⁊c̄. Et qꝛ gaudium eſt vna ex paſſionibus. de pluribꝰ aliqs ptinētibus ad gaudiū q̄ſtū ʒ gaudium eſt paſſio vide. s. in tractatu de paſſionibus.

¶ De pace inq̄ſtum eſt actus interioꝛ charitatis: ⁊ quō differt a ꝯcoꝛdia. Capl'm. viij.

Pax eſt alius actus interioꝛ ꝓcedens ex charitate includit ꝯcoꝛdiā. ⁊ vltra hoc addit vnionem appetitiuā vnius appetentis. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. ſe. ſe. q. xxix. art. j. q̄ vbi eſt pax ibi eſt ꝯcoꝛdia. nō tñ vbicūq̄ eſt cōcoꝛdia eſt pax ſi nomen pacis ꝓprie ſumat. Cōcoꝛdia enim ꝓprie eſt ad alterū ʒ inquātum ſcʒ diuerſoꝝ coꝛdiū voluntates ſimul in vnū conſenſum ꝯueniunt. Cōtingit etiam vnius hoīs coꝛ tēdere in diuerſa dupl'r. Uno quidem mō ſm̄ diuerſas potētias appetitiuas. Sicͭ appetitus ſenſitiuus plerūq̄ tendit in ꝯ̄trium appetitus rōnalis. ſm̄ illud Gal'. v. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄. Alio modo inq̄ſtum eadē ʒ vis appetitiua in diuerſa appetibilia tendit que ſimul aſſequi nō pōt. vnde neceſſe eſt eſſe repugnantiā motuū appetitus. Unio aūt hoꝝ motuum eſt de rōne pacis. Non enim hʒ coꝛ pacatum q̄zdiu vult. etiā hēat aliquid qđ vult: ad huc tñ reſtat ei aliquid volēdum qđ ſimul habere nō pōt. Hec aūt vnio nō eſt de rōne ꝯcoꝛdie. vnde ꝯcoꝛdia impoꝛtat vnionem appetituum diuerſoꝝ appetentium. Pax autē ſupra hanc vnionē impoꝛtat etiā vnionem appetituum vnius appetētis: ⁊ ſic paci opponitur duplex diſſenſio. ſ. diſſenſio hoīs ad ſeipm̄: ⁊ diſſenſio hoīs ad alterum. Cōcoꝛdie aūt opponitur hec ſola ſcd̄a diſſenſio. Uñ ꝯcoꝛdia pōt eſſe peccatoꝝ in malo. Sed pax ꝓprie non niſi bonoꝝ. Eſa. lvij. ⁊. xlviij. vbi eſt eadem autoꝛitas nō eſt pax impijs. ¶ Eſt aūt triplex genus pacis. ſ. tp̄alis: ſpūalis: ⁊ eternalis. Hec pñt notari ibi Jo. xiiij. Pacem relinquo vobis. ſ. eternalem. Pacē meā do vobis. ſ. ſpūalem. Non quō mundus dat ego do vobis. ſ. tempoꝛalē. Nam mūdus dat tp̄alem pacē ʒ p̄ guerras oppreſſam ⁊ multa mala. nō ſic xp̄s: ſed per oꝛationes ⁊ bona opera. Unde apl'us. j. ad Ti. ij. vult in eccl'ia oꝛatiōes fieri pro pace. Poſſunt etiam predicte paces notari in ps. Loquetur dominus pacem in plebem ſuam quoad tempoꝛalem quam dat quando ppl'us eſt ſuus per mandatoꝛum obſeruationem. Et ſuper ſctōs ſuos quoad pacem eternalem quam habēt ſoli ſancti in patria. Et in eos qui conuertuntur ad coꝛ quoad ſpiritualem. ¶ Pax tempoꝛalis de qua dicit. ij. Mach. j. Adaperiat deus coꝛ noſtrū ʒ in lege ſua ⁊ in p̄ceptis ſuis ⁊ faciat pacem. perturbatur per rixam que eſt inter vnū ʒ ⁊ alterum. ⁊ per ſeditionem que eſt inter vnā ʒ partem ciuitatis ⁊ alteram. ⁊ bellum quod eſt inter ciuitatem ⁊ ciuitatē ʒ. ¶ Pax ſpiritualis debet eſſe cum deo. Job Habete pacem cū ʒ eo ſubijciendo voluntatem tuam ei ⁊ penitendo de peccatis cū ʒ proximo. Apl's. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt cum omnibus hominibus pacē habentes. Cum ſeipſo. ad Phil'. iiij. Pax dei que exuperat omnem ſenſuū cuſtodiat coꝛda veſtra. ¶ De eterna dicitur in ps. Poſuit fines tuos pacem ⁊c̄. Nec excludit triplex bellū ʒ quod eſt in mundo. etiam in ſanctis. Primū ʒ eſt in coꝛpoꝛe vbi bellant ad inuicem calidum contra frigidum: ⁊ ſiccum contra humidum. ⁊ econuerſo ex quo tandem coꝛpus deſtruitur. Secundum eſt quo caro cōcupiſcit aduerſus ſpm̄. Tertium eſt diuerſarum opinionum. Beatus Aug. Quot homines tot opiniōes in vna ⁊ eadem re diuerſoꝝ moꝝ. poeta. Pectoꝛibus moꝛes tot ſunt quot in oꝛbe figure. Uelle ſuū ʒ cuiq̄ eſt nec voto viuitur vno. Perſius. Sed in paradiſo nulla infirmitas vel coꝛruptio: nulla tētatio: nulla diuerſitas opīonū vl' volūtatū.

quō pax ⁊ cōcoꝛdia differunt.

De triplici genere pacis vſq̄ triplex pax eſt.

q̄ ī mūdo nō ē pax vera: ſed bellū ⁊ hoc triplex.

¶ De pace quomodo eſt effectus ſeu actus charitatis: ⁊ nō virtus ſpecialis: .§.i.

Primum patet ex illo pſl'a. Pax multa diligentibus legem tuam ⁊c̄. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. vbi ſupꝛa. q̄ de ratione pacis eſt duplex vnio quarum vna eſt ſm̄ oꝛdinationē p̄pꝛioꝛum appetituū in vnū. Alia eſt ſm̄ vnionem appetitus p̄pꝛij cum appetitu alterius. Et vtranq̄ vnionem efficit charitas. Prima quidā ʒ ſm̄ q̄ deus diligitur ex toto coꝛde: vt. ſ. omnia referamus in ipſum. Et ſic omnes appetitus noſtri in vnum feruntur. Aliā ʒ p̄out diligimus p̄ximus noſtros ſicut noſmetipſos. Ex quo contingit q̄ homo vult impleri p̄ximi volūtatē ʒ ſicut ſuiipſius. Et propter hoc inter amicabilia vnū ʒ ponitur idētitas electionis: vt patet. ix. Ethi. ⁊ Tullius de amicicia dicit q̄ amicoꝛum eſt idem velle ⁊ nolle. ¶ Scd̄m. ſ. q̄ non ſit virtus ſic probat

De pace q̄ ſ. nō ē virtus vel' actꝰ charitas.

beatus Tho. cū oēs actus ſe invicē ꝯſequūtur
ſm candē rōnem ab agente ꝓcedens. omnes
hmōi actus ab vna virtute ꝓcedunt: nec habēt
ſinguli ſingulas virtutes a qbus ꝓcedant: vt
pꝫ in rebus corporalibus. qꝛ enī ignis caleſaci
endo liqueſacit ⁊ rareſacit non eſt in igne alia
virtus liqueſactiua ⁊ alia rareſactiua. ſed oēs
actus hos operatur ignis per vnā ſuam virtu/
tem caleſactiuam. Cum igit̄ pax cauſet̄ ex cha/
ritate ſm ipſam rōnem dilectiōis dei ⁊ proxi//
mi: vt oſtenſum eſt ſupra. nō eſt alia virtus cu/
ius pax ſit ꝓprius actus: niſi charitas. Et quia
eſt actus virtutis datur preceptū de ea. Mar.
ix. Habete pacē inter vos. Et qꝛ etiam eſt actus
meritorius. ponit̄ inter beatitudines que ſunt
actus virtutis pfecte. Math. v. Et inter fruct⁹
numeratur. ad Gal. v. Inquantū eſt quoddam
finale bonū habēs ſpūalem dilectionē. ¶ Iteꝫ
ſciendū qꝛ ſalua pace pōt eſſe diſſenſio in opini
onibus inter habentes charitatem: ſicut inter
Paulū ⁊ Barnabam. Actuū. xv. ⁊ inter beatū
Augu. ⁊ bea. Hiero. Nam ſm phm. ix. ethico.
Ad amiciciā non ptinet ꝯcordia in opinioni/
bus. ſed ꝯcordia in bonis ꝯferentibus ad vitā
⁊ precipue in magnis. Nam in paruis diſſen/
tire non videt̄ diſſenſus. ⁊ ꝓpter hoc nihil ꝓ/
hibet aliquos charitatē habentes in opinioni
bus diſſentire: nec hoc repugnat paci. Opini
ones enim ptinēt ad intellectum qui precedit
appetitum qui per pacem vnit̄. Diſſenſio ergo
in opinionibus ⁊ in minimis repugnat qdeꝫ
paci pfecte patrie in qua plene veritas cogno/
ſcetur. ⁊ oīs appetitus quietabitur: ſed nō paci
imperfecte vie. Pax ſm catholicon dicit̄ a pa/
cto: qꝛ poſt pactum ſit pax. Et ſm etymologiaꝫ
dicit̄ quaſi preliū arcens: qꝛ expellit preliūꝫ vt
ſuum ꝯtrarium qd̄ ſumme eſt odioſum ⁊ meri
to. Nam innumera mala oriunt̄ ex eo. Uñ Da
uid preelegit peſtē potius qꝫ preliū. ij. Re. vi.
Pax hꝫ tres litteras que repreſentant. p. p. pa/
trem. p. a. repreſentatur amor ſpiritusſancti p.
x. chriſtus dei filius. Nam ſumma ⁊ pma pax
vnde oīs alia originatur eſt trinitas. vñ canit
eccliā. tu charitas. tu puritas. tu pax. ⁊c̄.

Margin: ꝙ inter diſſenti entes in opinioi bus ma net pax et i cha ritate e/ xiſtētes

¶ Pacem omnia .§. ij.

appetunt ſm bea. Aug. xix. de ciui. dei ⁊ Dio//
nyſium de diui. no. quam ꝯcluſioneꝫ ſic decla/
rat. b. Tho. vbi. s. ar. ij. Ex hoc ipſo qꝛ hō aliqd
appetit ꝯñs eſt ipſum appetere aſſecutionē ei⁹
⁊ per ꝯñs remotionē eorum que ꝯſecutionem
impedire poſſunt. Pōt autem impediri bonū
ſeu boni deſiderati aſſecutio: per ꝯtrariū appe
titum ſui vel alterius. ⁊ vtrunqꝫ tollitur p pa//
cem vt ſupra dictum eſt. Et idō neceſſe eſt qꝛ oē
appetens appetat pacē inquantum ſcꝫ oē appe
tens appetat tranquille. ⁊ ſine impedimento p
uenire ad id qd̄ appetit. in quo cōſiſtit ratio pa
cis. quaꝫ bea. Augu. diffinit eſſe tranquillitatē
ordinis. ¶ Nec obſtat quod Dionyſius dicit
qꝛ pax eſt vnitiua conſenſus. Nam pax impor/
tat non ſolū vnionem appetitus intellectualis
aut rōnalis aut ſenſualis ad quod pōt pertine/
re ꝯſenſus: ſed etiam cōnaturalitatis vt in con
ſenſu importetur vnio appetituū ex cognitio/
ne precedentiuꝫ. per cōnaturalitatē vero vnio
appetitiuū naturalium. Nec ei obſtat qꝛ aliquī
bella faciunt. Nā tales nō deſiderant niſi pacē
quam ſe habere non eſtimant. Unde bea. Au//
guſti. xxiij. q. j. noli. Non enim pax queritur vt
bellum exerceat̄: ſed bellū geritur vt pax conſe
quatur bellando. ergo eſto pacificus ⁊c̄. Item
pax que eſt malorum eſt apparens ⁊ non vera.
Unde dicitur Sap. xiiij. In magno viuentes i
ſcitie bello. tot ⁊ tanta magna pacem arbitrati
ſunt. ¶ Et eſt triplex pax mala ſcilicet inordi//
nata. vt cum ſuperior obedit inferiori vt ratio ō tripli/
ſenſualitati. vel prelatus ſubdito. Hanc pacem ci pace
ſeruauit Adam potius obediens vxori qꝫ vo// mala
ci domini. Gen. iij. Non decet ſeruuꝫ domina
ri principib⁹. Prouerbio. xix. Secūda eſt pax
ſimulata. qualis fuit iude proditoris in oſculā
do xp̄m. Et Joab ad Amaſan. ij. Reg. xx. pſal.
xxvij. Loquuntur pacem cum proximo ſuo ma
la autem in cordibus eorum. Tertia eſt pax in/
quinata ſcilicet qui ſunt in malo concordes. vt
Herodes ⁊ Pilatus facti amici in paſſione xp̄i
Matth. x. Nolite arbitrari qꝛ venerim mittere
pacem in terram. ¶ Item. b. Aug. xix. de ciui
dei. ponit multas ſpecies pacis eas diffiniens. De ſpe/
Dicit enim qꝛ pax corporis eſt ordinata tēpera/ ciebus
tura partiū. Pax anima irrationalis ordinata pacis ſꝫ
requies appetitionum. Pax anime rationalis Augu.
ordinata cognitionis actioniſqꝫ ꝯſenſio. Pax
corporis ⁊ anime ordinata vita ⁊ ſalus animā
tis. Pax hominis mortalis ⁊ dei ordinata in ſi
de ſub eterna lege obedientia. Pax hominum
ordinata concordia. Pax domus ordinata im
perandi obediendi concordia inhabitantium.
Pax ciuitatis ordinata imperandi obediendi
ciuium concordia. Pax celeſtis ciuitatis ordi/
natiſſima ⁊ concordiſſima ſocietas fruēdi deo
⁊ inuicem in deo. Pax omnium rerum trangl
litas ordinis. Ordo aūt eſt pariuꝫ. diſpariūqꝫ
rex ſua cuiqꝫ loca tribuens diſpoſitio.

¶ Beneficientia .§. iij.

non eſt virtus ſpecialis. Et ratio eſt quia actus
interior ⁊ exterior nō requirunt diuerſas ꝟtu/
tes. Sed beneficientia ⁊ beniuolentia nō diffe
runt niſi ſicut actus interior ⁊ exterior: qꝛ bñfi
ciētia eſt executio beniuolentie. Unde ſicut be

niuolentia non eſt alia virtus a charitate. ita nec beneficientia. Eſt autē actus charitatis ex terior. Quod ſic declarat bea. Tho.ij.ij.q.xxxj. Beneficientia nil aliud importat q̄ facere bonum alicui. poteſt autem hoc bonum conſiderari dupliciter. Uno modo ſm cōmunem rationem boni. ⁊ hoc pertinet ad cōmunem rationem beneficientie. Et hic eſt actus amicicie ⁊ p̄ conſequens charitatis. Nam in actu dilectionis includitur beniuolentia per quam qs vult bonum amico. vt ſupra dictum eſt. Uoluntas autem eſt effectiua eorum que vult ſi adſit facultas ⁊ ideo ex conſequenti benefacere amico ex actu dilectionis conſequitur. Et propter hoc beneficientia ſm cōmunem rationem eſt amicicie vel charitatis actus. Si autem bonū quod quis facit alteri accipiatur ſb aliqua ſpeciali ratione boni: ſic beneficiētia accipiet ſpecialem rationem. ⁊ pertinebit ad aliquam ſpecialem virtutem. ſicut ſi faciat bonum primo ſub ratione ſubleuantis miſeriam eius pertinebit ad miſericordiā. Si ſub ratiōe debiti vt parentibus pertinebit ad iuſtitiam ⁊ huiuſmodi diſſi.lxxxvj. Non ſatis eſt bene velle niſi ſtudeas etiam benefacere. ¶ Eſt autē beneficientia exercenda ad omnes ſi fieri poteſt: cum dilectio charitatis ſe extendat ad omnes. pro loco tamen ⁊ pro tempore ſm debitas circunſtantias. Peccatoribus autem in neceſſitate etiā eſt ſubueniendum ad ſuſtentationem nature. non ad fomentum culpe. Unde dicit bea. Augu. v. q.v. Non omnis q̄ vtilius eſurienti panis ſubtrahitur q̄ frangitur. ſi de cibo ſecurus in iuſtitie acquieſcat. Et ſic etiam excōmunicatis ⁊ infidelibus in neceſſitate eſt benefaciendum ⁊ ſubueniendum: magis autem coniunctis ceteris paribus potius ſubueniendum eſt. Dicit eni bea. Tho. vbi ſupra q̄ virt⁹ ⁊ gratia imitātur ordinem nature: qui eſt ex diuina ſapiētia inſtitutus. Eſt autem talis ordo nature vt vnū quodq̄ agens naturale per prius magis diffūdat ſuam actionem ad ea qui ſunt ſibi propinquiora. ſicut magis calefacit ignis rem ſibi magis propinquam. Exhibitio autem beneficiorum eſt quedam actio charitatis in alio. ⁊ ideo oportet q̄ in propinquos magis fiat beneficiētia. ſed propinquitas vnius hominis ad aliū poteſt attendi ſm diuerſa in quibus homines ſibi cōmunicant vt conſanguinei in naturali cōmunicatione: ciues in ciuili: fideles in ſpirituali. ⁊ ſic de alijs. Et ſic ſm diuerſas coniunctiones ſunt diuerſis diuerſa beneficia diſpenſanda. Nam vnicuiq̄ eſt magis exhibendum beneficium pertinens ad illam rem ſm quam eſt nobis magis coniunctus ſimpliciter loquēdo: tamen hoc poteſt variari ſm diuerſitatem

De bñficientia exercenda ad oēs

temporum locorum ⁊ negociorum. Nā in aliquo caſu eſt magis ſubueniendū extraneo neceſſitatem extremam patienti q̄ patri non ſuſtinenti tantam. De bonis autem debitis alteri quia eius ſūt plus tenetur et benefacere reddendo q̄ coniunctis niſi coniuncti eſſent in tāta neceſſitate q̄ liceret ei ſurari ad ſubueniendum eis niſi ⁊ ille cuius eſt res eēt in ſimili neceſſitate. In quo caſu penſanda eſt cōditio vtriuſq̄ ⁊ alias conditiones prudentis iudicio: qz in talibus non poteſt dari vniuerſalis regula.

Titulus. VII. De ſpe.

¶ De triplici ſpe. ⁊ eius qdditate. ⁊ fructib⁹.
Capitulum primum.

Sequitur de ſpe que eſt ſecunda virtus theologica. ad quam hortatur ſcriptura dicens ps. xxxvj. Spera in domino ⁊c. triplex autem eſt ſpes: videlicet naturalis: virtualis: ⁊ criminalis. Spes naturalis eſt quedam paſſio vnde ⁊ philoſophus dicit q̄ iuuenes ſunt magne ſpei. Hoc eſt communenobis ⁊ brutis. per experientiam enim videmus q̄ canis mouetur ad inſequendum leporem. ⁊ accipiter auē ⁊ hoc quidem non faceret niſi quia ſperat aſſequi. eſt autem hec paſſio in vi iraſcibili que eſt etiam in brutis ſm beatum Thom. in. ij. ſentē. di. xxvj. Cum enim omnis paſſio ſit in concupiſcibili vel iraſcibili omnis illa paſſio de cui⁹ intellectu eſt appetitus in bonum vel conueniens ſimpliciter eſt in concupiſcibili. ſicut amor delectatio. ⁊ hmōi: ⁊ oppoſita hor̄. Omnis autem illa paſſio de cuius intellectu eſt motus in bonum cum circunſtantia difficultatis eſt in iraſcibili. ⁊ hmōi ſunt omnia illa que ſportant bonum vel malum cū duratione alicuius q̄titatis. ſicut ira q̄ exurgit ex magna leſiōe quā quis poteſt vindicare: ſed non in promptu. Timor non eſt de quolibet malo ſz de magno cui non poteſt reſiſti. vel difficulter. Spes importat modum appetitus in aliquod bonum commenſuratum appetenti. Non enim eſt de bono ⁊ tanto ad quod nullo modo poteſt peruenire. Nec tamen de tam paruo quod pro nullo habeatur: ſed de eo quod eſt difficile haberi. ⁊ tamen poteſt haberi propter quod dicitur arduum. Et ſic arduum addit quandam ſpecialem rationem bonitatis ſcilicet precioſitatem quandam ex hoc ipſo quod non de facili poteſt haberi: ſicut dicitur. Omne rarum carum. Differt autem in hoc ab audacia: quia audacia importat extenſionem appetitus in aliquod arduum malum vt repellatur.

Qd̄ eſt triplex ſpes.

Spes autem extenſionem appetitus in arduū bonum vt acquiratur. Sed quia de ſpe prout eſt paſſio dictum eſt. ſ. in prima parte. ideo hic non aliud de ea dicitur. Naturalia tantum nō ſūt vitia nec virtutes. ¶ Spes ꝟtualis eſt virtus theologica. de qua pſ. lxxij. Tu es domine ſpes mea. ⁊ ē ibi predicatio per cāz. ideſt tu es cauſa ſpei mee. Ubi etiaz ſciendum ſm beatū

Quod ſpes accipit q̄drupliciter.

Tho. in. iij. ſententiarum. di. ij. ꝙ ſpes vltra acceptionem predictam. ſ. pro paſſione ſm ꝙ ſumitur in bonuz accipitur quadrupliciter. Uno modo prout nominat habitum inclinantez ad actuz voluntatis ſimilem actui ſpei que eſt paſſio partis ſenſitiue. vt ibi. j. Cor. xiij. Nunc manent fides ſpes charitas. Secundo modo ꝑut nominat actum procedentez a tali habitu. ⁊ ſic eſt actus virtutis. vt ibi in pſ. Moab olla ſpei mee. Moab ſignificat malos qui ſunt olla facientes ſua perſecutione ferueſcere ⁊ coquere. i. perficere ſpem noſtram. Tertio modo ꝑut nominat rem perfectam ⁊ ſperataz. ⁊ ſic eſt obiectum virtutis. vt ad Titū. ij. Expectantes beatā ſpem. i. viſionem beatam ſperataz. Quarto modo prout nominat certitudinem que ſequitur ſpem. vt ibi ad Ro. v. probatio vero ſpei. i. ſpei certitudinem. ⁊ ſic nominat ſtatum perfectiōis in virtute quantuz ad certitudinis intentionē. Eſt etiam ſciendum ꝙ ſpes que eſt virtus non opponitur timori qui eſt donum. Quis illa ſit de bono futuro: iſte de malo futuro. Et ratio huius eſt: quia ſpes ſe extendit in deum ex conſideratione diuine largitatis. timor vero dicit reſilitionez ex conſideratione proprie paruitatis: ⁊ ita non eſt ſm idem reſilitio timoris ⁊ extēſio ſpei. Unde non ſunt contraria: cum contraria ſint ſm idez. ¶ Spes criminalis ſolo nomine ⁊ improprie dicitur ſpes propter aliquaz apparentem ſimilitudinem quam habet cum ipſa. de qua dicitur in pſ. Nolite ſperare in iniquitate. Et in euāgelio. Luc. vj. Mutuum date nihil inde ſperantes. ¶ Naz talis ſpes que tamē improprie ⁊ large dicitur ſpes. in mutuo inducit vſuram. extra. de vſur. conſuluit. Quod intelligitur quando talis ſpes eſt cauſa principalis mutui. De iſta tamen materia plene habes ſupra in. ij. parte ti. j. Et dr̄ ſpes ſm etymologiam: quia eſt pes progrediendi ad ardua. quaſi pes dicta. vt dicitur in catholicon.

¶ Nota ſecundum .§. i.

Quod ſpes in malo accipiēda eſt triplex.

iſtam largam acceptionem ſpei. ſ. in malum. ſm Bail. in ſum. virtu. ꝙ ipſa eſt triplex. Prima eſt confidentia de ſeipſo. Secunda eſt confidentia de alio. Tertia eſt ꝯfidētia de aliquo vano. De prima dicitur Prouer. xxviij. Qui confidit in corde ſuo ſtultus eſt. Uere autem ſtultus eſt confidens de ſe que proprius loquendo pſumptio eſt. Naz homo non eſt ſufficiens ex ſe: nec ad ſuſtinēdum: nec ad defendēdum ſe: nec ad merēduz. Quod homo nec aliqua creatura ſit ſufficiens ad ſuſtinēdum ex ſe. oſtēdit Grego. di. Eſſe omnium que de nihilo ſunt: in nihiluz tēderet: niſi ea omniuz actor manu regiminis retineret. Secūdo non eſt ſufficiens defendere ſe ab hoſtibus ſuis: imo a demonibus cito perimeretur niſi a deo protegeretur. Thren. iij. Miſericordie eius ꝙ nō ſumus conſumpti. Tertio eſt inſufficiēs ad merēdum: quia nec ex ſe ſufficit bonū vnū inchoare ſeu bonaz vitā accipere. ſecūda Corinth. iij. Non ꝙ ſufficientes ſimus aliqd cogitare a nobis quaſi ex nobi ⁊c̄. Cogitatio autem primum opus eſſe videtur. Poteſt homo ſe perimere: ſed non ſe reſuſcitare. Oſee. xiij. Perditio tua ex te iſrael. tantum in me auxilium tuum. Secundo eſt inſufficiēs in bono inchoato perſeuerare. Grego. Citō bonum amittitur niſi a largiēte cuſtodiatur. Tertio in bono inſufficiens eſt proficere. pſal. lxxx. Beatus vir cuius eſt auxiliuz abs te ⁊c̄. ¶ Cōfidentia ſeu ſpes in alio homine eſt fallax ⁊ cōfundens hominem. Eſaie. xx. Confundētur ab ethyopia ſpe ſua. ⁊ confidūt in homines in altero aliquādo ratiōe poteſtatis. ſed dicitur his Eſaie. xxxj. Ueh qui deſcendūt in egyptum ad auxilium ſperandū: ⁊ non ſunt cōfiſi ſuper ſanctum iſrael ⁊c̄. Aliquando ratione cōſanguinitatis. Sed dicitur Hierem. xvij. Maledictus vir qui confidit in homine: ⁊ ponit carnē: ideſt parentelam brachium ſuum: ideſt robur ſuuz. Aliquando ratione malitie ⁊ iniquitatis. pſal. lxj. Nolite ſperare in iniqtate per aſtutias hominum putantes obtinere que volunt. ¶ Confidentia in re vana eſt ꝯfidentia vel in vita temporali que breuis ⁊ momentanea eſt. Sapien. v. Spes impij quaſi lanugo que a vento tollitur. Uel confidere in diuitijs. prima ad Ti. vj. Diuitibus huius ſeculi precipe non ſperare in incerto diuitiarum: ſed in deo viuo. Uel confidere in fama ⁊ opinione hominum. Job. viij. Spes hypocrite perhibit. quid enim hypocrita in cunctis ſuis operibus ſperat niſi honorē: reuerentiam: gloriaz laudis: a melioribus memi: ſanctus ab omnibus vocari: ſed perhibit iſta ſpes: quia eternitatem non querens ſugit quod tenet: quia eius intentio in illa gloria nō figitur que ſine fine poſſidetur. Job. ſicut tele aranearuz fiducia eius ſcilicet hypocrite. Omnis ergo iſta mala ſpes improprie dicta ſpes abijcienda eſt.

¶ Spes que eſt vir- §. ij.

tus theologica ſic diffinitur a Magiſtro ſen-

tentiarum in.iij.Spes eſt certa expectatio futu
re beatitudinis ex meritis ⁊ gratia prouenieſ.
Ubi tanguntur tria de ipſa.

De ſpe vt ē vtᵘ theolo/gica qd ſit.

¶ Primo eius actus:ibi.Certa expectatio.
¶ Secundo eius obiectum cum ſubditur.fu/
ture beatitudinis.
¶ Tertio meritum.cum dicitur.ex meritis et
gratia proueniens.

¶ Quātum ad primum ſcilicet cum dicit cer/
ta expectatio eſt ſciēduȝ ꝙ ſicut omnes alie vir
tutes participāt aliquid a charitate:ſcilȝ deſi/
derium ſummi boni propter quod operātur.
ita ille actus qui eſt expectare principalius cō/
uenit ſpei.⁊ ille virtutes quibus conuenit ille
actus expectationis:vt patientia:lōganimitas
⁊ magnanimitas:participant ipſum actum a
ſpe.Nam expectatio patiētie eſt expectatio di
uini auxilij in periculis.per lōganimitateȝ ex/
pectat quis diuinum auxiliū in laboribus ten
dens diu in aliquod bonum arduum obtinen
dum.Per magnanimitatem expectat quis di/
uinum auxilium vt tendēs in aliquod bonum
arduum tēporale.Sed expectatio ſpei eſt expe
ctatio boni ardui eternalis poſſibilis adipiſci
quale eſt eterna beatitudo obiectum ſpei.bea.
Tho. Eſt autem actus proprius ſpei expectare

quis ſit actᵘ ꝓꝓ us ſpei

nō ſpectare futuram .ſ.beatitudineȝ.Huius ra
tio eſt:quia cum ſpes tēdat in bonum poſſibi/
le nobis adipiſci.ſi ſpes tēdat in bonum obti/
nēdum ſm propriam virtuteȝ ſic dicitur ſpes
ſperare tm̄.Sed ſi tēdat in aliquod bonum ob
tinēdum per virtutem alienam.ſic ꝓprie ſpes
dicitur expectare.Et hec duo tangit apoſtolus
ad Roma.viij.Si qđ videmus ſperamus per
patiētiam expectamus.b.Thom̄.j.ij. Iſta au//
tem expectatio dicitur certa:vt patet in diffini
tione ad oſtēdēdum ꝙ ſpes preſupponit facul/
tatem.⁊ facit certitudinem perueniēdi in bea/
titudinem futuram.Unde apoſtolus qui habe
bat certitudinem illius beatitudinis.⁊ hoc nō
niſi p ſpem dicebat.ij.ad Thim̄.j.Scio cui cre
didi ⁊ certus ſum:quia potēs eſt depoſituȝ me
um ſeruare ⁊c̄.Si autem arguatur ſic in cōtra/
rium.Certitudo eſſe nō poteſt: de eo quod po/
teſt deficere.Sed multi viatores habētes ſpeȝ
deficiunt a ꝯſecutione beatitudinis:ergo ſpes
viatorum nō habet certitudinem. Reſpondeo
ꝙ aliqui habētes ſpeȝ future beatitudinis.ha
bēt certitudinem cōſequendi eam ex quinqȝ.

ꝙ certitudo fu ture btī tudis ſperātibus eſt ex qnqȝ

Primo ex auxilio diuine omnipotētie.Secun
do ex auxilio diuine miſericordie immēſe.Ter/
tio ex infinita dei liberalitate. Quarto ex eter/
na dei ordinatione . Quinto ex liberi arbitrij
ad peccati inflexibilitate:quia ſcilȝ non ponūt
obſtaculū ſupradictis alicuius peccati . Et hāc
certitudinem habent vel habuerūt omnes in
gratia confirmati.Aliqui vō habētes ſpem fu
ture beatitudinis deficiunt a cōſecutione eius
nō quidem ex defectu diuini auxilij:qđ in pre
dictis quatuor cōſiſtit:ſed ex defectu liberi ar/
bitrij ponētis obſtaculum peccati : ita ꝙ certi/
tudo ſpei quam.ſ.ſpes habet de obtinēdo vi/
tam eternā.cauſatur ex quatuor ſupradictis.ſ.
ex dei omnipotētia:miſericordia:liberalitate:
⁊ eterna ordinatione:certitudinaliter ⁊ infalli
biliter quātum eſt de ſe ordinātibus nos in vi
tam eternam ⁊ dirigētibus. Sed quia ꝙdiu ſu//
mus in hac vita pōt eē accidētale impedimen/
tum peccati mortalis ne ſpes que de ſe certitu/
dinem habet finē ſuum ꝯſequatur.ideo in hac
vita cum ſpe habēdi vitam eternā adiungitur
timor ſeparationis a deo.b.Tho.in.iij.ſen.di.
xxvj.¶ Addit tertio in diffinitione future btī

De obo ſpei:ſcȝ futura beatitudine.

tudinis.Nam ꝓprium ⁊ primū obiectum ſpei
eſt beatitudo futura:que in dei viſione ꝯſiſtit.
Unde apoſtolus ad Heb.vj.Habemus ſpem ſi
cut anchorā tutam ⁊ firmā incedētem vſqȝ ad
interiora velaminis.Expoſitio.Habemus.i.ha/
bere debemus.ſ.anchoram tutam.ſ.ab omni
malo tuētem ⁊ firmam.i.in omni bono nos cō/
firmātem.incedētem.i.incedere faciētem vſqȝ
ad interiora velaminis.i.celeſtem beatitudinē
nobis velatam in via. In cuius figura.Exodi
xxvj.dicitur.ꝙ velum ponebatur inter ſancta
⁊ ſanctaſanctorū:qđ ſignificat beatitudineȝ no
bis velatam hic.j.ad Corinth.ij. Oculus non
vidit ⁊c̄.Ratio ad hoc eſt : quia ſpes innititur
virtuti infinite dei.ſed propriū eſt infinite vir/
tutis ad bonum infinitum perducere quod eſt
vita eterna:que in dei perfecta fruitione conſi
ſtit.Ergo ſpes eſt expectatio future beatitudi//
nis be.Tho.ij.ij.Et nota ꝙ ſicut fides reſpicit
principaliter deū.ſecūdario reſpicit etiam al/
ta que ordinātur in deum vt myſteria incarna
tionis.ſacramēta.⁊ que ꝯtinentur in ſacra ſcri
ptura:ita ſpes principaliter reſpicit beatitudi/
nem ſupernam:ſecūdarie aliqua alia inquan/
tum ordinant nos ad ꝯſecutionem beatitudi/
nis.Nō enim lȝ ſperare aliqđ bonum ꝑter bea
titudinem ſicut vltimuȝ finem:ſed ſicut id qđ
eſt ordinatum ad conſequēdum beatitudineȝ
ſicut remiſſio peccatoruȝ:augmentum gratie:
ſubleuationeȝ in periculis ne deficiat:⁊ huiuſ/
modi.Et ſignanter dicitur in diffinitione futu
re : quia ſpes eſt de inuiſibilibus non habitis
ſed habēdis.Et nota ꝙ predeſtinatus per ſpeȝ
expectat vitam eternam vt futuram quam eſt
habiturus.⁊ quātum ad ſuam eſtimationem ⁊
ſm rei veritatem. Preſcitur autem ꝙuis non
ſit habiturus vitam eternam.⁊ ita non ſit ei fu/
tura in rei veritate:tamen eſt ei futura ſm ſuaȝ
eſtimationeȝ.alſ enim non expectaret Thom̄.

De medio quo ſeu modum attingendi beatitudinem ɔſequimur.

in tertio ſententiarum. Demum ponit mediuꝫ ſeu modum attingendi premium ⁊ conſequē di ipſum. cum dicit in diſſinitione Magiſter ſententiarum. ex meritis ⁊ gratia prouenieNs. Non autem dicitur ſpes ex meritis ⁊ gratia eo ꝙ ipſe habitus ſpei per quam aliquis expectat futuraꝫ beatitudinem cauſetur ex meritis: ſed pure ex gratia. vnde eſt habitus infuſus vt fides ⁊ charitas. Sed dicitur ſpes prouenire ex gratia et meritis precedentibus quantum ad duo. ¶ Primo quantum ad actuꝫ ſpei formate inquantum dei gratia ⁊ merita precedentia ꝓducunt actum ſpei. Ubi nota ꝙ ſpes non preſupponit merita in actu: ſed in propoſito. Nō enim aliquis ſperat propter merita quaſi merita exiſtentia producunt actuꝫ ſpei. ſed quia per merita que proponit ad beatitudinem ſe peruenire ſperat. ¶ Secundo modo ſpes dicitur ex meritis prouenire quantum ad obiectum: ſcilicet quantum ad ipſam rem expectataꝫ. prout ſcilicet aliquis ſperat ſe beatitudinem adepturum ex dei gratia ⁊ meritis precedentibus ⁊ propter hoc dicit Magiſter ſententiaruꝫ. in iij. diſtin. queſtio. xxvj. ſic ſine meritis aliquid ſperare: nō ſpes ſed preſumptio dici pōt. Tho. in. iij. diſt. xxvj. ⁊ Ray. in ſumma.

¶ Pro maiori .§. iij.

De quatuor modis cāe efficientis.

declaratione vltime partis diſſinitionis ſpei. Sciendum ꝙ modi cauſe efficientis ſunt quatuor. vt dicit Auic. in Metha. ſua. Prima cauſa efficiens eſt qui inducendo formam ſubſtantialem vel accidentalem vltimam perfectionē cauſat. ¶ Secunda cauſa efficiēs eſt diſponēs que ad receptionem forme materiam preparat vel diſponit. ¶ Tertia cauſa efficiens eſt coadiuuans: que ad prime cauſe effectum operam preſtat. ¶ Quarta cauſa efficiens eſt conſiliās que alteri finem ⁊ formam agendi oſtendit. ¶ Iſtis quatuor modis poteſt aliquis eſſe cauſa alterius ad beatitudinem conſequendam.

De quatuor modis quibus quis pōt eſſe cā alterius ad beatitudinem

¶ Prima eſt cauſa efficiens vt perficiēs: ſcilꝫ diuina gratia vel miſericordia ps. Gratiam et gloriaꝫ dabit dominus. ¶ Secunda cauſa efficiens vt diſponens ſunt opera meritoria. Unde apoſtolus prima ad Corinth. iij. Unuſquiſqꝫ propriam mercedeꝫ accipiet ſm ſuum laborē. Ubi etiam notandum ꝙ opera noſtra ſi cōſiderantur ſm ꝙ ꝓcedunt a propria voluntate ſeu ſm propriam eorum virtutem. ſic non poſſunt mereri vitam eternam de condigno ꝓpter maximam diſtantiam noſtri meriti ad vitam eternam: propter qd̄ apoſtolus ad Romanos. viij. ait. Nō ſunt condigne paſſiones huius tē. ⁊c̄. Merentur tamen ipſa opera noſtra de ɔgruo. Nam ⁊ congruum eſt vt homini operanti bene ſm ſuam virtutem. deus ſm ſue virtutis intelligentiam recompenſet. Si autem conſiderantur opera noſtra prout procedunt ex gratia ſpiritusſancti inhabitantis animam: ſic de condigno merentur vitam eternam eo ꝙ opus noſtrum habet efficaciam ex parte dei mouentis. Tho. j. ſecū. q. cxiiij. Et Bern. dicit ſuper Can. hoc totum hominis meritū ſi totam ſpem ſuā ponat in eo qd̄ totuꝫ ſaluū fecit. ¶ Tertia cauſa efficiens: vt coadiuuans ad beatitudineꝫ eſt alterius oratio deuota. Nulli enim licet ſperare de aliquo homine vel de aliqua creatura ſicut de agente principali. ſed ſicut de agente ſecūdario ⁊ inſtrumentali. per quod aliquis adiuuatur ad quecūqꝫ bona cōſequenda in beatitudinē ordinata. Et hoc modo ad ſanctos nos cōuertimus ⁊ aliqua ab hominibus petimus. Tho. ſe. ſe. q. xvij. Et ſic virgo Maria dicitur ſpes noſtra: ſcilꝫ ſuffragij a qua debemus precipue ſperare adiuuari. vt tamē ſecūdario agēte. ⁊ de hac cauſa coadiuuāte ait apoſtolus prima Corinth. ix. Cooperatores ſumus dei. Adiuuamus enim deum ad ordinanduꝫ alios in futuram beatitudinem non propter defectum virtutis eius. cum ſit virtutis infinite. Sed inquantum deus ſuam per nos exequitur actionem. ſicut dn̄s per ſeruum ⁊ agens principale per inſtrumētale.

qd̄ oratio nibus ſcō ruꝫ ſperamus ſaluari

¶ Eſt autē differentia inter agens creatum ⁊ increatum: quia agens creatum ſine medio agere non poteſt: quia eſt finite virtutis. Sed agens increatum. ſ. deus cum ſit infinite virtutis poteſt agere ſine aliquo medio per ſeipſum. Agit tamen multa per medias cauſas. Et hoc ſpecialiter propter tres rationes. ¶ Prima propter mundi decorem. Naꝫ mūdi decor ⁊ pulchritudo in hoc ɔſiſtit ꝙ quidam ſunt aliorum cauſe. ⁊ quidam eorum effectus. ¶ Secūda eſt propter dei perfectionem. Nam cum deus ſit bonitatis infinite ſuam bonitatem voluit rebus creatis cōmunicare: non ſolum quātum ad hoc ꝙ ſint: ſed etiam ꝙ ſint aliorꝫ cauſe. ¶ Tertia eſt propter noſtri inſtructionem. ſicut enim apparet in naturalibus ꝙ ſol non ſolum in ſe eſt lucidus: ſed etiā eſt alijs cauſa luminis. ſic nos debemus eſſe cauſa beatitudinis non ſolū nobis ſed etiam alijs. Jac. v. Qui conuerti fecerit peccatorē ⁊c̄. ¶ Quarta cauſa vt conſiliās eſt exhortatio vel inſtructio vel eruditio fraterna ad beatitudinem ɔſequēdam. ad Roma. xij. Qui docet in docendo: qui exhortatur in exhortando ⁊c̄. Ray. in ſumma.

Saluat nos deus ꝑ medias cās. ſ. orōnē ſeu merita ſcōrū quadruplici de cā

¶ Deinde vidē .§. iiij.

Quatuor ſunt effectus ſpei in nobis.

dum eſt de ſpe quātum ad eius fructum quem producit: Secūdo quātum ad eius ſubiectum in quo agit. Tertio quātum ad eius actū queꝫ

pꝛoducit. Quarto quantum ad eius obiectum qꝺ reſpicit. Et quãtum ad pꝛimum ſciẽdum ꝙ ſpes operatur quatuoꝛ magna bona. Eſt enim pꝛimo dilectionis effectiua. Secũdo delectationis ꝓductiua. Tertio operationis perfectiua. Quarto pꝛemiatiõis collatiua. Quod aũt ſpes ſit dilectionis effectiua ꝓbatur rõne ⁊ autoꝛitate. Rõne qdem: qꝛ ille qui ſperat bonuꝫ aliqꝺ obtinere ſi ſua virtute vel a ſeipſo nõ poſſit illud bonuꝫ obtinere: illud diligit cuius virtute ⁊ auxilio ſibi poſſit illud prouenire. Cuꝫ ḡ ſpes ſit expectatio future beatitudinis quaꝫ nõ poſſumus ꝯſeq niſi dei virtute: ex hoc incipimus deum diligere. Autoꝛitate qdem ideꝫ oſtẽdit. dicit enim apl's ad Col. j. Dilectionẽ quam habetis in ſanctos ꝑpter ſpem que repoſita eſt vobis in celis. Ex quo ſeqtur ꝙ ſi ſpes celeſtis pꝛemij eſt cauſa qua diligimus ſãctos. multo magis ipſa ſpes facit nos diligere deũ tanq̃ꝫ pꝛincipale oĩm beatitudinis future ⁊ cauſa. Sup illo etiã v̾bo Matth. j. Abꝛaam genuit yſaac. yſaac aũt genuit Jacob. dicit glo. ſic fides genuit ſpem. ſpes v̾o dilectioneꝫ: ⁊ ſic dilectio ex ſpe cauſat. ¶ Scꝺo ſpes eſt delectationis ꝓductiua. Ratio eſt bonum appꝛhẽſum ꝯueniẽs delectat. ſi enim bonum vt ꝯueniẽs appꝛhẽdatur vt p̄ſens ſic ſenſus qui eſt boni p̄ntis ꝯuenientis eſt cã delectationis. Delectat enim ſenſualitas in vidẽdo pulchꝛa: in audiẽdo armoniam ſonoꝝ: in guſtãdo dulcia: ⁊ huiuſmodi. Si autem bonuꝫ vt ꝯueniẽs appꝛhendat vt p̄teritũ ſic memoꝛia cauſat delectationẽ. Cum eniꝫ qs actualiter recoꝛdat aliquoꝝ geſtoꝝ in quibus afficit ſiue bona opa quãtuꝫ ad bonos: ſiue mala quãtum ad prauos ſic delectat. Si v̾o appꝛehẽdatur bonum cõueniẽs vt futurum ſic ſpes cauſat delectationẽ. Cuꝫ enim qs ſperat adipiſci magnã dignitatẽ: vtilitatẽ: p̄miuꝫ: ⁊ hmõi. inde delectat ꝑmaxime cum ſperat p̄miũ eternuꝫ: inde hꝫ cãm delectationis ⁊ gaudij. Apl's ad Ro. xij. ſpe gaudẽtes. ibi glo. Amb. nõ niſi eterna ſperetis: ⁊ inde gaudebitis. gaudiũ aũt impoꝛtat delectationẽ creature rõnalis. Jtem ad Roma. xv. Deus aũt ſpei repleat vos omni gau. ⁊ p̄s. Ego aũt in dño ſperaui: exultabo et letaboꝛ in miſ̾icoꝛdia tua. Nec eſt ꝯtra qꝺ dicitur Pꝛouer. xiij. Spes que differt affligit animã. Ubi Beda. ſpes eterni pꝛemij affligit animã: qꝛ nimiruꝫ ꝙ differt ſpes eternoꝝ affligũtur ãie fideliũ. Nam ſpes alia rõne eſt cã afflictionis. alia rõne cauſa eſt delectationis. Cauſa enim afflictionis eſt rõne dilationis pꝛemij eterni de quo eſt ſpes. Cũ enim ſpes ſit de eterna btitudine: qꝛ tale bonum non eſt p̄ſens: ſed differt ad ꝯñdum vſq̃ꝫ in finẽ rõne ſue dilationis ꝯtriſtat. Sicut ⁊ mater de ſuo filio abſente ⁊ gaudet ⁊ triſtat: gaudet inq̃ꝫtum ſperat ipſm quẽ amat. reuerſum cum gaudio honoꝛe ⁊ ſui vtilitate. Triſtat ex dilatione cõſiderãs p̄cipue picula que ei poſſunt accidere ne reuertat. Unde p̄s. lxj. Fuerunt mihi lachꝛy. mee pañes die ac noc. dum dicit mi. per ſingulos dies vbi eſt deus tuus. ¶ Tertio ſpes eſt opationis pſectiua ⁊ auxiliatiua. Unde p̄s. xxxvj. Spera in dño ⁊ ſtatim ſubdit. Et fac bonitatẽ. Spes enĩ adiuuat ⁊ foꝛtificat ad opanduꝫ tripl'r. Pꝛimo rõne eius qꝺ aſpicit. Scꝺo ratione eius qꝺ efficit. Tertio rõne eius qꝺ pficit. Et q̃ꝫtum ad pꝛimum ratione eius qꝺ reſpicit. Reſpicit qdem ſpes ad beatitudinẽ futuram: que cum ſit difficilis ad habẽdum conatuꝫ ⁊ opationẽ intẽdit. Unde Apoſtolus pꝛima Coꝛinth. ix. Qui arat debet arare in ſpe fructus percipiendi. Unde Auguſti. Qui arat ideſt p̄dicatoꝛ qui coꝛda hominum ad fideꝫ apit. vel qcũq̃ꝫ alius miniſter chꝛiſti ⁊ coopatoꝛ dꝫ arare. i. pꝛedicare vel alia bona facere in ſpe ſtipẽdioꝝ ſpũaliuꝫ. nõ ꝑpter ſpem tpalium: hoc eſt vt neceſſaria vite: ꝙ tñ nõ ꝑpter illa p̄ncipaliter p̄dicet. Hiero. ⁊ Señ. Omne opus leue fieri ſolet cuꝫ pꝛeciũ eius cogitat. Et ſpes p̄mij ſolatium ſit laboꝛis. Scꝺo ſpes adiuuat ad opanduꝫ rõne eius qꝺ efficit. Nam ſpes delectationẽ cauſat. vt dictuꝫ eſt in §. precedẽti. Delectatio autem pficit opus ſm pħm. Tertio ſpes adiuuat ad opandum rõne eius qꝺ pficit. Nam ſpes pficit volũtatẽ inquãtum facit diligere vt dictuꝫ eſt. ſ. in. j. §. huius capli. Sed diligens facilius ⁊ foꝛtius opat. ita dicit Aug⁹. j. li. confeſſi. Qui amat nõ laboꝛat. Omnis laboꝛ amãtibus nõ eſt grauis. Soluꝫ amoꝛ eſt quod nomen difficultatis erubeſcit. Quarto ſpes eſt pꝛemij collatiua. Unde pſal. xxxviij. Btũs vir cuius eſt nomẽ dñi ſpes ei⁹. Quod exponẽs Aug⁹. ait. Btũs vir qui tpalia ab eo nõ ſperat: ſed illud quod indicat nomen eius: ſcilicet ſalutem. i. beatus qui ipſum deuꝫ non aliud a deo ſperat. Ideꝫ qui gaudet in ſpe tenebit ⁊ rem. Hec quatuoꝛ que pꝛedicta ſunt ponit Ray. piſanus in ſumma ſua.

Spes foꝛtificat ad operanduꝫ tripl'r.

¶ Et poteſt huic .§.v.

addi quod habetur in ſumma virtutum: ſcilꝫ septẽ pꝛemia ſeu vtilitates ꝯſequẽtes ex ſpe. ¶ Pꝛima eſt qꝛ eſt penitentie directiua ⁊ incitatiua. Nullus enim peniteret niſi ſperaret veniam. Amb. Nemo digne agere poteſt penitẽtiam niſi qui ſperauerit indulgẽtiam. de peni. diſtincti. j. In huius figuram fuit pꝛeceptum. Deute. xxiiij. Non accipies loco pignoꝛis molam ſupioꝛem nec inferioꝛẽ. Mola ſupioꝛ que depꝛimit opa hominis que facit ne eis eleuetur. eſt timoꝛ. Mola inferioꝛ que retinet mate

De ſeptẽ ſpei effectib⁹ ſeu vtilitatib⁹

ciam ne in terraȝ deſcēdat eſt ſpes que retinet
hominem a motu deſperationis. ne abſorbeat
triſticia: inter iſta dȝ eſſe motus corpis ī pnia. ⁊
non ſemp dȝ habere apud ſe in mente. ¶ Se/
cunda q: eſt in anguſtiis ⁊ periculis magnis
fortificatiua. Eſa. xl. Qui ſperant in dño muta
bunt fortitudinē. vi. xlvii. Omnes huius exē/
plum habemus de illa ſanctiſſima muliere de
qua dī. ii. Machabeoꝝ. vii. ꝙ pereūtes ſepteȝ
filios ſub vnius diei tpe ꝯſpiciens bono aīo ſe
reba t ꝓpter ſpem quā in deū habebat. ¶ Ter
tia q: eſt intelligentie aperitiua. Sap. iii. Qui
ꝯfidunt intelligent veritatē. Exemplū in abraā
qui ex magna ſpe quā habuit in deum fuit illu
minatus ad cognoſcendum quō deberet ſe ha
bere in illa perplexitate cū deſcendit in egyptū
circa vxorē ſuam. vnde Aug. Fecit qđ potuit:
qđ nō potuit deo cōmiſit in quē ſperauit: nec
eum fides aut ſpes feſellit. xxii. que. ii. que vt.
¶ Quarta q: ē in malis liberatiua. ps. xxi. In
te ſpauerūt pr̄es nr̄i. ſpauerunt ⁊ liberaſti eos.
Exēplū de Suſāna libata a calūnia ſenū ⁊ mor
te. Erat. n. cor eius fiduciā habēs in dño. vt di
citur Daniel. xiii. ¶ Quinta quia eſt tentatio/
num diaboli triūphatiua. ps. lv. In dño ſpera
ui. nō timebo quid faciet mihi hō. i. diabolus
In figuram Dauid nō armatus armis proprie
ꝯfidentie. ſȝ ꝯfidentia dñi proſtrauit Goliath.
i. Re. xvi. ¶ Sexta quia eſt capitis. i. intentio/
nis hominis preſeruatiua. Vñ dicit ab apoſto
lo galea que caput cuſtodit. i. Thi. v. Galeaȝ ſa
lutis aſſumite. i. deſt ſpem ſalutis. Ex intentiōe
auteȝ iudicat opus hominis qui aūt ſperat in
deum in opibus ſuis: non pōt niſi vti bona in
tentione. ¶ Septima q: eſt bonorum multipli
catiua. ps. li. Ego aūt ſicut oliua fructifera ī do
mo dei ſperaui in miſericordia dei mei ⁊c. ps
cxxix. A cuſtodia ma. vſ. ad no. ſpe. iſrael ī dño
A cuſtodia matutina vel vigilia ſm aliā litterā
que eſt quaſi initiū diei ſignat principiuȝ quo
alicui incipit apparere ſol vſus rōnis. Nox ſi/
gnificat finem vite. q. d. a principio vſqȝ in finē
ſemper ſperet aīa. Vel cuſtodia matutina ſigni
ficat tempus quo xp̄s reſurrexit: q: illa hora re
ſurrexit. Nox eſt finis mūdi: iſrael populus fi/
delis. q. d. ex tpe reſurrectiōis xp̄i qui inchoa/
uit beatitudinē debemus ſperare vſqȝ in finē.
¶ Et nota ꝙ dī Oſee. xii. Spera in deo tuo ſp
ad oſtendendū ꝙ oī tpe debemus in dño ſpe/
rare. Precipue debemus ſperare in dño tēpo/
re tentationis: aſflictionis: defectiōis: ⁊ offen/
ſionis. ¶ Primo debemus ſperare in deo tpe
tentationis: vt ſcȝ reſiſtamus ⁊ nō cadamus vt
vincamus. Nam ſpes quā habemus in deo li/
berat nos ab oī tentatione. Prouer. iii. Clype⁹
eſt ſperantibus in ſe. Nō aūt ſperat qui inijcit

ꝙ oī tē/ pore de bemus ſperare in deo.

ſibi laqueos. non vitando occaſiones pctōrum
ſed preſumit talis. Non ſperat qui tantū cōſi/
derat fragilitatē ſuam ⁊ nō penā. Non ſperat
qui in tentatiōe ad deum nō recurrit orando.
Ps. xxvii. In dño ſperauit cor meū ⁊ adiutus
ſum. ¶ Scđo debemus ſperare in deo tpe aſ/
flictiōis. Et hoc triplici rōne. Prima q: de⁹ tri
bulatos nō deſerit. Iudith. xiii. Qui nō deſer/
uit ſperantes in ſe. Scđa: q: deus tales eripit.
ii. ad Cor. i. Qui de tātis periculis nos eripuit
⁊ eruet in quē ſperamus. Tertia: q: deus in ſe
ſperantes ſecuros reddit. In. ps. lv. In deo ſpe
raui: nō timebo qđ faciat mihi hō. Ambro. De
diuina miſericordia tūc ſperandū eſt amplius
cum pſidia humana defecerint. Et Greg. in. x.
mora. Tanto ſpes in deo ſolidior ſurgit: quan
to quis grauiora ꝓ illo ptulerit. Unde Hiere.
xvii. Spes mea in die aſflictiōis. Et Eccl. xiiii.
Felix qui nō habuit animi ſui triſtitiā nec exci
dit a ſpe ſua. Qđ exponit ſic. Felix ſcȝ beatitu/
dine vie. ⁊ poſtea patrie: q: lȝ modo habuerit
triſtitiam carnis vel mūdi. non tñ habuit triſti
tiā animi per quaȝ exciderit a ſpe dei. Vel ſic.
Felix qui non habuit triſtitiam. i. cauſam triſti
tie que eſt pctm̄: ⁊ qui nō excidit: ſcȝ per pecca/
tum: a bonis operibus qbus paratur ⁊ ſperat
beatitudo. Vel ſic. Felix qui non habuit triſti/
tiam. i. accidiam per quā quis excidit a ſpe ve
nie. ¶ Tertio debemus in deo ſperare tpe de/
fectionis. Sicut enim ſeruus in dño diuite et
largo ſperat: ſic tēpore paupertatis in dño eſt
ſperandum. Et hoc triplici ratiōe propter quā
pauper in diuite ſperat. Prima rō eſt propter
cibum vl' nutrimentum. Ps. lxvii. Paraſti in
dulcedine tua pauperi deus. Secunda eſt pro/
pter auxilium. Eſa. xxv. Fact⁹ es fortitudo pau
peri. Spes a turbine: vmbraculuȝ ab eſtu. Iob
v. Saluum faciet egenum a gladio oris eoruȝ
⁊ de manu violenti pauperē: ⁊ erit egeno ſpes.
Ubi ſciendum ꝙ tribus modis inducitur ali/
quis ad peccandum: ſcilicet vel contumelia et
adulatoria perſuaſione. Et contra hoc dicitur.
Saluum faciet egenum idest illum qui ſe pu/
tat egere auxilio dei a gladiis eorum ideſt ini/
qua perſuaſione laude: contumelia vel adula/
tione: que eſt gladius. Prouerbio. pe. Genera/
tio que pro dentibus habet gladios. ¶ Secū
do inducitur aliquis ad peccandum iniurie il/
latione. Et propter hoc dicitur de manu violē/
ti ideſt poteſtate tyrāni qui alios opprimit. In
pſal. lxxi. Liberauit pau. a potente. Tertio in/
ducitur aliquis ad peccandum temporalis bo
ni defectione. ⁊ contra hoc dicit. Erit egeno
ſpes ideſt illi qui eſt temporalis boni auxi/
lio deſtitutus erit ſpes adeptionis boni ſpiri/
tualis. ¶ Et merito: quia ſpes eſt certa expe/

Sparet deo in tpe aſfli ctiōis ⁊ hoc tripli ci de cā

Sparedemus in paupertate ī de triplici de cā.

Tribus modis qs ad. peccandū īducitur.

ctatio future beatitudinis. Unde mens cuius ſpes eſt in eternis ſolidata: nec adulatione nec detractione deijcitur: nec perſuaſione emollit: nec ad uerſitate frāgitur: q: innititur ſoli deo. ¶ Quarto debemus ſperare in deo tēpore of/ſenſionis. Ratio huius eſt: q: ſi eſſet medicus aliquis corporalis qui vellet. ſciret ⁊ poſſet om nes infirmitates curare: tūc quilibet infirmus deberet in tali medico ꝯfidere ⁊ ſperare. Talis medicus eſt deus qui vult ſcit ⁊ pōt oēs pecca/tores curare ⁊ ſanare vel ſaluare. ꝙ ⁊c̄. j. Thim. j. vult omnes hoīes ſaluos fieri. Aug. ſup Jo. ¶ Quantum eſt in medico ſanare venit egro/tum ⁊c̄. Unde Eccl. ij. Reſpicite filij nationes hoīum ⁊ ſcitote: q: nullus ſperauit in dn̄o ⁊ cō fuſus eſt ꝑmāſit in mandatis eius ⁊ derelictus eſt. Aut qs inuocauit eum ⁊ deſperit euz. Glo. coll. Hic tria dicit. Primo ꝙ nullus ſperans in dn̄o eſt confuſus. i. in ſpe ſua eſt fruſtratus. ad Roma. v. Spes non ꝯfundit. i. nō facit erube/ſcere ſperantem. Cuius ratio eſt: q: aliquis cō/funditur qn̄ qḋ ſperabat non inuenit vel non impleuit ſicut ꝯtingit illi qui ſperat in homi/ne propter qḋ dicitur Hiere. xvij. Maledictus qui ꝯfidit in hoīe. Spes autez non ꝯfundit: q: eſt in deo qui non fallit nec fallere pōt. Secun/do dicit ꝙ nullus operās ex charitate nō ex ti/more vel cupiditate eſt derelictus. Eccle. viij. Qui cuſtodit p̄ceptum nō experietur quicꝙ̄ ma li. ps. xxxvj. Junior fui ⁊c̄. Et nō vidi iuſtuz de relictum ſimpliciter. videlz etſi ad tēpus expo/nat cum tribulatiōibus. Tertio dicit ꝙ nullus inuocās ex fide eſt deſpectus. Unde ſubditur. Aut quis inuocauit ⁊c̄. i. intus ex corde voca/uit fideliter: humiliter. ⁊ pſeuerāter deprecan/do. ⁊ deſperit eum nō exaudiēdo. q. d. nullus. ps. cxliiij. Prope eſt dn̄s oībus inuocantibus eum ⁊c̄. Lz enim credere priuſꝙ̄ ſperare ⁊ di/ligere ſit. tn̄ nil petitur ex fide niſi ſit ſpes habē di ⁊ diligatur. Et ideo in dictis verbis vltimo ponit fides primo ſpes. ſecundo charitas. Hec Hugo cardinalis in poſtilla.

¶ De ſbīo ſpei de qbus ſperādū ſit. Cap. ij.

De ſubiecto ſpei. i.

gnitio cauſatur a rebus cognitis ſed diuīa co-
gnitio eſt cauſa rerum cognitarum. Unde per-
fectio humani boni que dicitē beatitudo nō po-
teſt cauſari a noticia humana ſed magis noti-
cia humana de beatitudine alicuius ꝓcedit: ⁊
quodāmodo cauſaē ab ipſa beatitudine īchoa-
ta vel perfecta. Et iō in fama vel humana glīa
non pōt conſiſtere hominis beatitudo ſʒ bonū
hominis depēdet ſicut ex cā a cognitione dei.
Et iō ex gloria que eſt apud deū dependet bea-
titudo hominis ſicut ex cauſa ſua ſm illud ps.
xc. Eripiam eū ⁊ glorifica. eum longitudine di-
erum ⁊c̄. ℭ Scḋa ratio eſt: quia beatitudo ha-
bet in ſe veritatem. Fama autem ſeu gloria tē-
poralis habet in ſe frequenter falſitatem. Naʒ
humana noticia ſepe fallitur: ⁊ precipue ī cō-
tingentibus ſingularibꝰ. cuius ſunt actus hu-
mani. Multi enim creduntē boni qui ſunt ma-
li. Unde Gre. ad Mauritiuʒ. Multa ſunt que
de dei iudicio homines ignorant. Nam quos
vos laudatis ille forte reprehēdet: ⁊ quos vos
reprehendetis ille laudabit.xi.q.j. ſacerdoti-
bus. Unde Damaſus papa qui fuit ſanctus fu-
it infamatus de adulterio vt refert Hierony.ij.
q.vij.§.cuʒ Balaā.in fine. Et Symon magus
reputatus eſt deus a romanis. ℭ Tertia ratio
eſt: quia beatitudo eſt bonum permanens. vn-
de dicitur ſtatus. Sed gloria temporalis dici-
tur quid valde tranſitoriuʒ. Eſaias.xl. dicitur.
Omnis caro fenum: ⁊ omnis gloria eius qua-
ſi flos agri: quia vna die apparet: alia decidit
⁊ marcet. Unde Boeti. O gloria gloria. quid
aliud es ꝗ̄ in millibus hominum inflatio que-
dam aurium. Sedechias rex iſrael fuit in ma-
gna gloria in regno ſuo: ⁊ poſtea captus exce-
catus ductus in babyloniam in magna confu-
ſione. Hierem.vl. vnde non appreciandа in ſe.
Grego.x.q.iij. Inter verba laudantium ⁊ vitu-
perantium ad mentem ſemper recurrendum
eſt. Et ſi ſibi nō inuenitur bonum quod de no-
bis dicitur magnam triſtitiam debet genera-
re. Si autem ibi non inuenimus malum quod
de nobis homines loquuntur: in magnam de-
bemus letitiam reſilire. Uerum: vt dicit Au-
guſti. ibi in ca. Non ſunt audiendi ad edifica-
tionē alioꝝ ⁊ tollendū ſcandalū debemus con-
ſeruare bonā famā. Et cū qs poteſt debet decla-
rare innocentiam ſuaʒ cum iniuſte infamatur.

ℭ Quod conſi- .§.v

ꝙ nec ēt ī ptāte vel dominio.

ſtat beatitudo in poteſtate ſeu dominio ſm.b.
Tho.j.ij.q.ij. eſt impoſſibile. Et ratio eſt: q: po-
teſtas ſe hʒ ad bonum ⁊ maluʒ. Multi eñ ma-
le vtuntur vt frequentius: vt patet in Saule p-
mo rege populi dei qui de optimo effectus eſt
peſſimus. Omnes etiam reges iſrael fuerunt
mali reges. etiā Juda pro maiori parte. ſʒ Au-
gu. de ciui. dei. Beatitudo aūt eſt puruʒ ⁊ per-
fectum bonum: ⁊ non poteſt quis vti male.
Magis autem poteſt conſiſtere aliqua beatitu-
do in bono vſu poteſtatis que eſt per virtuteʒ
ꝗ̄ in ipſa poteſtate. ℭ Secunda ratio eſt: quia
beatitudo non habet anxietatem: ſed delectati-
onem ⁊ ſecuritatem. poteſtas auteʒ terrena ha-
bet plurimuʒ anxietatis ⁊ timoris. Unde Gre-
gori. Omne quod hic eminet plus meroribus
afficitur ꝗ̄ honoribus gaudet diſtin.xiij. ner-
ui. ⁊ Boe.ij. de conſola. Poteſtas humana ſol-
licitudinum morſus expellere formidinū acu-
leos vitare nequit. Exemplum ponitur in illo
domino qui fecit pendere gladium acutum fi-
lo tenui ſuper caput amici recumbentis ſecuʒ
in menſa copioſiſſime preparata ⁊c̄. ℭ Ter-
tia ratio eſt quia beatitudo eſt bonum per ſe
ſufficiens ⁊ non indigens alio: vt patet in
primo Ethicorum. ita ꝙ ipſa adepta nullum
bonum deficit homini neceſſarium. Sed ha-

viſta p̄tāte adhuc multis indiget alias miſer eſ
ſet: nec eam tenere poſſet. Indiget enim ſerui/
toribus officialibus ⁊ multis adiutorijs. Und̄
⁊ due poteſtates principales in eccl̄ia. ſ. impia/
lis ſeu regalis ⁊ pontificalis: vna indiget alte/
ra: vt dicit Cyprianus di. xcvj. cum ad ver̄. ⁊
xxiij. q. v. c. principes. Et p̄tās imperialis fre/
quenter adiuuit ⁊ defendit eccleſiam ſeu pote/
ſtatem papalem: vt patet di. lxiij. adrianus. ⁊
ca. tibi domino. ⁊ papa cōfirmat impator̄.

¶ Quod in vo/ .§. vi.

Q̄ nec etiaȝ in volup/ tatibus — luptatibus cōſiſtat beatitudo vera impoſſibile
eſt. Et rō eſt ſm̄. b. Tho. j. ij. q. ij. Quia delecta/
tiones ſpūales ſūt potentiores corporalib⁹: ſȝ
in delectationibus ſpūalibus nō conſiſtit prin
cipalis beatitudo pfecta. ergo multo minus
incorporalib⁹. Quod autem non conſiſtat bea
titudo principaliter in delectatiōe ſpirituali. p
batur per hoc: quia in vnaquaqȝ re aliud ē qd̄
pertinet ad eſſentiam rei. aliud eſt proprium ac
cidens eius. ſicut in homie aliud eſt qd̄ eſt aīal
Delectatio vñ cauſet. — rōnale. aliud quod eſt riſibile. ¶ Eſt autē conſi/
derandū q̄ oīs delectatio eſt quoddam propri
um accidens qd̄ conſequit̄ beatitudinem vel
aliquam beatitudinis ptem. Ex hoc eniȝ aliqs
delectatur quod hȝ aliquod bonum ſibi conue
niens in re vel in ſpe, vel ſolum in memoria.
Bonum aūt conueniens ſi ſit perfectū eſt hoīs
beatitudo ipſa. Si autem ſit imperfectum eſt
quedam beatitudinis participatio vel propin/
qua vel remota. vel ſaltem apparens. Uñ mani
feſtum eſt q̄ nec ipſa delectatio que conſequit̄
bonum pfectum eſt ipſa eſſentia beatitudinis:
ſed quoddam ɔ̄ñs ad ipſam ſicut p ſe accidēs:
ſed ⁊ voluptas corpalis non poteſt etiaȝ modo
predicto ſequi bonum pfectum: nam ipſa ſeq
tur bonum qd̄ apprehendit ſenſus qui eſt vni
tus anime vtens organo corpali. Bonum aūt
quod ptinet ad corpus ⁊ apprehenditur ſȝ ſen
ſum nō poteſt eſſe pfectum hoīs bonum. Cum
eniȝ ps aīe que eſt abſoluta ab organo corpali
vt intellect⁹ habeat quandā infinitatē reſpectu
ipſius corporis ⁊ ptium aīe corpis concreatar̄
ſicut īmaterialia ſunt quodāmodo infinita re/
ſpectu materialium. Naȝ vlē quod cognoſcit
intellectus eſt abſolutum a materia. ⁊ continet
ſub ſe. quaſi infinita ſingularia. iō bonum con/
ueniens corpi quod p apprehenſioneȝ ſenſus
cauſat delectationem corpalem: nō eſt pfectuȝ
bonū: ſed quoddam minimuȝ in compatione
ad bonū aīe. Et ſic voluptas corpalis non pōt
eſſe ipſa beatitudo. nec p ſe accidens beatitudi
nis. ¶ Scd̄a rō eſt q: beatitudo vera eſt ppria
creature rōnalis cuius eſt capax p rōneȝ vel in/
tellectum. Uoluptates aūt corpales ſunt cōes
nobis ⁊ brutis. Unde ⁊ Boe⁹. dicit q̄ ſi volu/
ptates nos beatos efficere poſſent nihil cauſe
eſt quin pecudes quoqȝ beate eſſe dicātur: ſed
hoc abſurdum eſt dicere. Eſt autem vehemens
appetitus delectationis ſenſibilis contingens
ex hoc q̄ operationes ſenſuum que ſunt prin/
cipia noſtre cognitionis ſunt magis percepti/
biles. vnde a pluribus appetuntur q̄ delecta/
tiones ſpirituales. Et q̄ ſunt magis note. ideo
ſumpſerunt ſibi nomen voluptatis ſm̄ phm̄
in. vij. Ethic. Eo autem modo omnes appetūt
delectationem quo appetūt bonum. Nam de/
lectatio eſt quies in bono deſiderato. tamē de/
lectatio appetitur ratione boni ⁊ nō ecōuerſo. Delectatio qd ſit.
Unde nō ſequitur q̄ delectatio ſit maximuȝ ⁊
per ſe bonum: ſed q̄ vnaquaqȝ delectatio cōſe/
quatur aliquod bonum ⁊ maxima delectatio ⁊
ſūma. ſequitur ſūmum bonuȝ habitū. ¶ Ter/
tia ratio eſt q̄ beatitudo cum ſit perfectum bo/
nū: nulli pōt eſſe nociua. Sed voluptates ſunt
nociue aīe ⁊ corpori. Unde Boe. in. iij. de cō/
ſo. Triſtis eſſe exitus voluptatū quiſquis libi/
dinum ſuarum reminiſci voluerit intelliget. ⁊
Sene. Plures occidit voluptas q̄ gladius. Et
Hiero. q̄ Gali. dicit. Athletas quor̄ vita ⁊ ars
ſagina eſt non diu viuere poſſe nec ſanos eſſe.
aīaſqȝ eorū nimio ſanguine ⁊ adipe quaſi luto
innolutas: nihil tenue: nihil celeſte cogitare: ſȝ
ſemp de carnibus eructare: ⁊ vētris ingluuieȝ
cogitare. de ɔ̄ſe. di. v. ne tales. Et Grego. dicit.
Salomon quippe ex inordinato amore femi/
narū ⁊ vſu ad hoc vſqȝ perductus eſt vt ⁊ tēpla
idolis conſtrueret. xxxij. q. iiij. Salomon.

¶ Quod in ſani/ .§. vij.

tate ⁊ quiete corpis ⁊ optima diſpoſitione con
ſiſtat beatitudo: eſt impoſſibile. Et prima ratio Q̄ nec ē in ſa/ nitate triplici rōne.
eſt ſm̄. b. Tho. j. ij. q. ij. q: impoſſibile eſt q̄ illi/
us rei que ordinatur ad aliud ſicut ad fineȝ. vl/
timus finis ſit conſeruatio eius in eſſe. Sicut
nauis que ordinatur vt ad fineȝ ad nauigatio/
nē: finis eius vltimus non eſt cōſeruatio eius:
ſed nauigatio. Et hoc intēdit principaliter gu/
bernator eius. Manifeſtuȝ eſt autem q̄ homo
ordinatur ad aliquid extra ſe ſicut ad finē. Nō
enim homo eſt ſūmum bonum ad quod incli/
natur per naturalem appetitum eius: q: vt di/
cit Boe. Inſerta eſt mentibus hominū natura
liter veri ſummiqȝ boni cupiditas. Unde im/
poſſibile eſt q̄ vltimus finis voluntatis ⁊ ratio
nis ſit conſeruatio ſui eſſe. Unde Eccl̄i. xv. dici/
tur. q̄ deus ab initio conſtituit hominem: ⁊ re
liquit eum in manu conſilij ſui: ideſt liberi ar/
bitrij. ex quo ordinat ſe ad fineȝ ⁊ eligit ea que
ſunt ad finem. ¶ Secunda ratio eſt: quia dato
q̄ finis rationis ⁊ voluntatis eſſet conſeruatio

ſui.adhuc tamen nõ poſſet dici ꝙ finis homi/
nis eſſet aliquod bonũ corporis.Eſſe enim ho/
minis cõſiſtit in aia ⁊ corpore:⁊ ꝗuis eſſe cor/
poris dependeat ab aia.non tamẽ ecõuerſo eẽ
anime dependet ab eſſe corporis.Et ipſum cor
pus eſt propter aiam:ſicut inſtrumẽtum ꝓpter
motorem:vt per hoc ipſum ſuas actiones exer
ceat.Unde oia bona corporis ordinanſ ad ani
mam.⁊ bona eius ſicut ad finez.Et ideo eſt im/
poſſibile ꝙ in bonis corporis conſiſtat beatitu
do:que eſt vltimus finis hominis.Ad qḋ etiã
facit quod dicit Augu.ꝙ maius dãnum eſt in
amiſſione vnius anime ꝙ̃ mille corpoꝝ.xxiiij.
q.iij.ſi habes.¶Tertia ratio eſt:qꝛ ſm beatitu
dinem homo excellit omnia aialia:ſed ſm bo/
na corporis homo a multis aialibus ſuperaſ:
ſicut ab elephante ⁊ fenice in diuturnitate vi/
te.a leone in fortitudine.a caprea ⁊ ceruo in ve
locitate.ab aquila ⁊ lince in viſus acumine.a
cane in odoratu.ab aranea in leuitate tactus.
⁊ huiuſmodi.

¶Quod beati/ .§.viij.

Q. nec ẽt in cognitiõe cuiuſcũꝗ rei: nui ipſe cta co/ gnitiõe dei.

tudo pfecta non conſiſtat eſſentialiter in cogni
tione quacũꝗ vel cuiuſcũꝗ rei niſi perfecta co
gnitione dei.Et ꝙ non conſiſtat in cognitione
ſenſitiua quacũꝗ.¶Probatur ex hoc ſm be.
Tho.j.ij.q.iij.Nam beatitudo hominis conſi
ſtit eſſentialiter in cognitione ipſius ad bonuz
increatum.quod eſt vltimus finis:cui hõ con/
iungi non poteſt per operationez ſenſus:quia
ſpiritus eſt deus.Bruta etiam animalia cum
cõmunicent nobis in ſenſitiua operatiõe:ſi in
hoc cõſiſteret beatitudo.eſſent ⁊ ipſa beata:qḋ
eſt abſurdum dicere.Item beatitudo eſt ſacia/
tiua:ſed vt dicitur Eccẽ.j.Nõ ſaciatur oculus
viſu nec auris auditu.⁊ ſic de alijs.

¶Quod non cõ/ .§.ix.

Nec in opatiõe intellꝰ.

ſiſtat beatitudo perfecta in operatione intelle/
ctus practici.probatur ex hoc ſm bea.Thom.
vbi ſupra.ꝙ intellectus actus practici nõ que/
ritur propter ſeipſum:ſed propter actionem.
Ipſe etiam actiones ordinantur ad aliquem fi
nem:ſed vltimus finis cuius eſt beatitudo per
fecta non queritur propter aliud:ſed ꝓpter ſe.
Item qꝛ beatitudo cõſiſtit in operatione homi
nis ſm phm:⁊ in optima operatione.optima
operatio hominis eſt optime potẽtie reſpectu
optimi obiecti.Optima autem potentia eſt in
tellectus:cuius optimum obiectum eſt bonuz
diuinum:qḋ non eſt obiectum intellectus pra/
ctici:ſed ſpeculatiui.Item in his que pertinẽt
ad vitam actiuam ad quam ordinatur actio in
tellectus practici cõmunicant nobiſcuz anima
lia bruta aliqualiter.que tamen non ſunt capa/
cia beatitudinis.Unde patet ꝙ beatitudo non
conſiſtit in actione practici intellectus.

¶Quod non con/ .§.x.

Nec in cogni/ tione ſpecula tiuaruz ſciaruz

ſiſtat in cognitione ſpeculatiuarum ſcientiarũ
beatitudo.probatur ſm be.Thom.vbi ſupra.
Primo:qꝛ dñs dicit Hiere.ix.Non glorietur
ſapiens in ſapiẽtia ſua.Et loquitur de ſapiẽtia
ſcientiaꝝ ſecularium.Sed de pfecta beatitudi
ne eſt gloriãdum.ergo ⁊c̃.Ratio eſt ad hoc:qꝛ
ꝯſideratio ſpeculatiue ſcientie non ſe extendit
vltra virtutem principioꝝ illius ſcientie:qꝛ in
principijs ſciẽtie virtualiter tota ſcientia cõti/
netur.Prima aũt principia ſpeculatiuaꝝ ſcien
tiarum ſunt accepta per ſenſum vt patet in fine
poſterioꝝ.Unde tota conſideratio ſpeculatiua
rum ſcientiaꝝ non põt vltra extendi ꝙ̃ ſenſibi
lium cognitio ducere poteſt.In cognitione au
tem ſenſibiliũ non poteſt conſiſtere beatitudo
que eſt vltima pfectio hoīs.Nõ enim aliquid
perficitur aliquo inferiori niſi ſm ꝙ in inferio
ri eſt aliqua participatio ſuperioris.Maniſe/
ſtum eſt aũt ꝙ forma lapidis vel cuiuſcũꝗ rei
ſenſibilis eſt inferior hoīe.Unde per formaz la
pidis non perficitur intellectus inquãtum eſt
talis forma:ſed inquãtum participatur aliqua
ſimilitudo alicuius.qḋ eſt ſupra intellectũ hu/
manum.ſ.lumen intelligibile vel aliquid hu/
iuſmodi.Per ſenſibilia autẽ nõ poſſumus de/
uenire in cognitionem ſubſtãtiaꝝ ſeparatarũ.
Omne aũt qḋ eſt per aliud reducitur ad id qḋ
eſt per ſe.Unde oportet ꝙ vltima perfectio ho
minis ſit per cognitionem alicuius rei:que ſit
ſupra intellectum humanum.Item beatitudi/
ne nullus poteſt male vti:ſed ꝯſideratione ſciẽ
tiarum ſpeculatiuarum in preſenti multi abu/
ſi ſunt:⁊ abutuntur in ſuperbiam:ſicut philo/
ſophi qui cum cognouiſſent deum nõ ſicut de
um glorificauerunt ⁊c̃.ad Roma.j.elati per ſu
perbiam.⁊ Hieroꝰ.fuit dire flagellatus:qꝛ ni/
mis inordinate ⁊ affectuoſe vacabat tali ſtudio:
vt habetur diſt.xxxvij.legimus.

¶Quod non cõ/ .§.xi.

Nec in cogni/ tiõe ſbã rũ ſepa ratarũ.

ſiſtat beatitudo perfecta in cognitione ſubſtan
tiarum ſeparatarum:ideſt angelorum.proba/
tur ex hoc ſcḋm beatum Thomam.vbi ſupra.
Quia dominus dicit Hierem.ix.In hoc glo/
rietur qui gloriatur ſcire ⁊ noſſe me.Et non di
cit ſcire angelos.Item ratio eſt ad hoc:qꝛ per/
fecta hominis beatitudo non conſiſtit in eo qḋ
eſt perfectio intellectus ſm alicuius participa/
tionem:ſed in eo quod eſt per eſſentiam talez.
Maniſeſtum eſt autem ꝙ vnumquodꝗ intan
tum eſt perfectio alicuius potentie inquantuz
ad ipſum ptinet ratio proprij obiecti illius po

tentie. Propꝛium aũt obiectum intellectus eſt
verum. Quicquid ergo habet veritatẽ partici/
patam ꝯtẽplatam non facit intellectum ꝑfectũ
vltima ꝑfectione. Cum aũt ſit eadeꝫ diſpoſitio
rerum in eſſe ſicut in veritate quecũqꝫ ſunt en/
tia per participationem: ſunt vera per partici/
pationem. Angeli aũt habent eſſe participatũ:
qꝛ ſolius dei eſſe ſuum eſt ſua eſſentia. Unde re
linquitur ꝙ ſolus deus ſit veritas per eſſentiaꝫ
⁊ eius ꝯtẽplatio perfecta qualis habetur in pa
tria facit perfecte beatum. Aliqualem aũt bea/
titudinem imꝑfectam ſm bea. Tho. nihil pro/
hibet attendi in ꝯtẽplatione angeloꝝ. Et ſimi/
liter in ꝯſideratione ſciẽtiarum ſpeculatiuarũ.
minoꝛem tñ ꝗꝫ in cognitione angeloꝝ. Utraqꝫ
auteꝫ maioꝛ in ꝯtẽplatione diuinoꝝ. que tantẽ
nõ põt haberi niſi imperfecte. Sic igitur beati
tudo qualis hic haberi põt. pꝛimo cõſiſtit in cõ
tẽplatione. ſecũdario in operatione intellectus
pꝛactici oꝛdinantis ſuas actiones ⁊ paſſiones.
Operationes aũt ſenſus ad beatitudineꝫ poſ
ſunt pertinere: nõ quidem eſſentialiter ſed an/
tecedẽter ⁊ ꝯſequenter. Antecedenter quantuꝫ
ad beatitudinem imperfectam que haberi põt
in via: qꝛ videlꝫ operatio intellectus pꝛeexigit
operationem ſenſus cuꝫ oĩs noſtra cognitio oꝛ
tum habeat a ſenſu: vt dicit phs. Cõſequenter
qꝛ in illa perfecta beatitudine que expectaꝛ in
celo poſt vltimam reſurrectioneꝫ. ex beatitudi/
ne aĩe fiet quedaꝫ influentia in coꝛpus ⁊ in ſen
ſus coꝛpoꝛeos: vt in ſuis operationibus perfi/
ciantur. Non aũt operatio intellectus qua deo
coniungetur dependebit a ſenſu.

¶ Utrum beati/ .§. xij.

tudo perfecta ꝯſiſtat in aliquo bono creato ſiue
bono aĩe ſiue alio. Rñ. ad hoc bea. Tho. j. ij. q.
iij. ꝙ beatitudo eſt vltimus finis hominis. ſed
finis dupliciter diciꝛ. Uno modo ipſa res quã
adipiſci deſideramus. Alio mõ vſus ſeu ade/
ptio ⁊ poſſeſſio illi⁹ rei. Si ergo loquamur de
vltimo fine hominis ꝗtum ad ipſam rem quã
appetimus vt vltimuꝫ finem: impoſſibile eſt ꝙ
vltimus finis vel beatitudo ſit ipſa anima vel
aliquid eius. Et ratio eſt: qꝛ ipſa in ſe conſidera
ta eſt vt in potentia exiſtens. Fit enim de poten
tia ſciente actu ſciens. Et de potentia virtuoſa
actu virtuoſus. Cum auteꝫ potentia ſit pꝛopter
actum ſicut pꝛopter cõplemẽtum eſt impoſſibi
le ꝙ id quod eſt ſm ſe eſt in potentia exiſtẽs ha
beat rationem vltimi finis. Unde impoſſibile
ꝙ anima ipſa ſit vltimus finis ſuiipſius. Simi/
liter nec aliquid eius poteſt eſſe finis eius ſiue
ſit potentia ſiue habitus ſiue actus. Et ratio eſt
qꝛ bonum qḋ eſt vltimus finis. eſt bonum per/
fectum cõplens appetitum. Appetitus autem
humanus qui eſt volũtas eſt boni vniuerſalis.
Eſt enim obiectum volũtatis bonum vniuerſa
le: ſicut obiectũ intellectus eſt verum vniuerſa
le. Quodlibet aũt bonum inherens ipſi aĩe eſt
bonum participatũ. ⁊ per ꝯſequens bonuꝫ par
ticulatum. ſic nõ poteſt eſſe vltimus finis hoĩs
ſeu beatitudo. Et eadeꝫ ratio eſt de quolibet bo
no creato extra aĩam exiſtente. Cum enim oĩs
creatura habeat bonitatem participatam ⁊ bo
num vniuerſale nõ inueniaꝛ in aliquo creato:
ſed ſolum in deo. ideo nihil põt quietare volũ/
tatem hoĩs niſi ſolus deus qui eſt bonum vni/
uerſale. Unde ps. cij. Qui replet in bonis deſi/
derium tuum. Et Aug. in li. confeſ. Feciſti nos
dñe ad te: ⁊ inquietum eſt coꝛ noſtrũ donec re/
quieſcat in te. Et quãuis homo qui dicitur mi/
noꝛ mũdus oꝛdineꝛ ad vniuerſum qḋ dicitur
mũdus maioꝛ ſicut pars ad totum. non tamen
ſequiꝛ ꝙ vniuerſuꝫ ſit vltimus finis hominis.
Hoc enim eſſet ſi ipſum vniuerſuꝫ non oꝛdina
retur ad aliud ſicut ad finem. Sed qꝛ vniuerſi/
tas creaturaꝝ oꝛdinatur ad deum ſicut ad finẽ
oĩum. ideo etiaꝫ vltimus finis partis eſt deus.
Item ꝗuis per hoc homo efficiatur beatus ꝙ
eius deſiderium quietaꝛ: ſed naturale hoĩs de/
ſiderium non extẽditur ad maius bonuꝫ ꝗꝫ ſit
ipſe capax eſt ſciẽdum: ꝙ etſi bonum creatum
nõ eſt minus ꝗꝫ bonum cuius homo eſt capax
vt rei intrinſece ⁊ inherẽtis. eſt tamẽ minus ꝗꝫ
bonum cuius eſt capax vt obiecti quod eſt infi
nitum. Bonum autẽ participatum ab angelo
⁊ vniuerſo toto eſt bonum ꝯtractum ⁊ finituꝫ.
Sed loquendo de vltimo fine hoĩs quantũ ad
adeptionem ipſam vel poſſeſſioneꝫ ſeu quem/
cũqꝫ vſum rei que appetitur vt finis ſic ad vlti
muꝫ finem ptinet aliquid hoĩs ex parte aĩe: qꝛ
homo per aĩam beatitudinem ꝯſequitur. Res
ergo ipſa que appetitur eſt id in quo beatitudo
ꝯſiſtit. ⁊ qḋ facit beatuꝫ: ſed huius rei adeptio
vocatur beatitudo ⁊ finis hominis. Exẽplum
in auaro cuius finis diciꝛ pecunia: vt res que
diligiꝛ ab eo: ⁊ etiam poſſeſſio pecunie vt vſus
illius rei. ⁊ ſic beatitudo eſt aliquid anime. Sꝫ
id in quo ꝯſiſtit beatitudo eſt aliquid extra ani
mam. Et ſm hoc dicit Aug⁹. xix. de ciui. dei. ꝙ
ſicut vita carnis anima eſt: ita beata vita ani/
me deus eſt. De quo dicitur ps. cxliij. Beatus
populus cuius dominus deus eius.

¶ De diſpoſitiuis ad beatitudineꝫ. Cap. v.

SEquitur de beati/
tudine diſpoſitiua. qua ſcilꝫ diſponi
tur homo ad perfectaꝫ beatitudinẽ.
Et poteſt notari ibi cum diciꝛ. Bea/
tus populus cuius dñs deus eius. i. illi qui de
um verum habẽt pꝛo dño: vt. ſ. ſint ei ſubiecti.

ꝙ nihil qetare hoiem niſi ſolus de⁹ poteſt. Rõ ponitur.

vt ſerui dñó: ꝛ obediāt mādatis eius: illi ſunt beati in vita iſta.ſ.beatitudine vera ſed imperfecta: diſpoſitiua tamē ad pfectam. de qua pſ. cxviij. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dñi. Et Chriſtus dicit Joā.xiij. Scitis hec. Beati eritis ſi feceritis ea. Eſt aūt beatitudo diſpoſitiua operatio virtuoſa ꝓcedēs a dono ſpirituſſancti. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho.j.ij.q.lxix. ꝙ vt ſupra dictū eſt: beatitudo eſt vltimus finis humane vite. Dicit aūt quis iam finem habere ꝓpter ſpem finis obtinendi. Unde ꝛ ſm phm in.j.et hic. Pueros dicimus beatos ꝓpter ſpem. Et apl's ad Roma. viij.att. Spe ſalui facti ſumus. Spes aūt de fine ꝯſequendi exurgit ex hoc ꝙ homo ꝯuenienter mouet ad finem ꝛ appropinquat ad ipſum qd vtiqꝫ fit per aliquam actionem. ad fineꝫ aūt beatitudinis mouet aliquis ꝛ appropinquat per actiones donoꝝ: ſi loquamur de beatitudine eterna. ad quam ratio non ſufficit: ſꝫ in eam ducit ſpirituſſanctus ad cuius ſequelam ꝛ obedientiam per dona perficimur. Et ideo beatitudines diſtinguūtur a virtutibus ꝛ donis nō ſicut diuerſi habitꝰ diſtincti ab eis: ſed ſicut actꝰ diſtinguūtur ab habitibus. Diſtinguitur autē hic operatio in ſeptem partes. que ſunt paupertas ſpiritus mititas. luctus: eſuries ꝛ ſitis iuſticie: miſericordia mūditia cordis ꝛ pacificatio que habentur Matth.v. Et ꝗuis iuſtitia ꝛ miſericordia ꝛ mititas.i. manſuetudo hic numerata videantur eſſe virtutes: attribuuntur tamē donis: quia etiam dona ſint pfectiora virtutibus cardinalibus: perficiunt enim hoiem circa omnia que perficiunt ipſe virtutes. Et ſic non hic ſignificatur habitus illarum virtutuꝫ ſed actus donorum a ſpiritu ſancto ꝓcedentes.

Quo diſtinguūtur btitudies a ṽtutibus et donis.

Sunt autem ſe/ .§.i.

De ꝯuenientia btitudinis cuꝫ donis.

ptē beatitudines ſicut ſunt ſeptē dona ſpūſſancti. Unde Aug. de ſermone dñi in mōte ſingulas btitudines ſingulis attribuit donis: videlꝫ dono timoris: paupertateꝫ ſpūs: qua quis ſe deo humiliat: quo deijcitur ſupbia. Dono pietatis mititatem ſeu manſuetudinē. Precipue enim ad māſuetudinē mouet reuerētia ad deuꝫ que ptinet ad pietatem. Nam pietas eſt dei cultus ſm Aug. hac aūt frangit ira. Dono ſciētie attribuit luctus: qꝛ per ſciētiaꝫ homo cognoſcit defectus ſuoꝝ actuū ꝛ rerum mūdanarum. vnde moueri hꝫ ad luctuꝫ. ſm illud Ecci.j. Qui addit ſciētiam addit dolorē: hac auſert auaritia. Dono fortitudinis eſuries et ſitis iuſtitie. ad hāc enī pcipue mouet animi fortitudo: ſcꝫ ad opa iuſtitie exercēda ꝛ nō deſiſtēdum ꝓpter laborem. Et hac ꝓſternit accidia dono cōſilij attribuitur miſericordia: qꝛ ad miſerāduꝫ precipue mouet ꝯſiliū dei. Dan.iiij. Placeat tibi cōſiliū meuꝫ: peccata tua elemoſynis redime ꝛc̄. Et hac deuincit inuidia que non hꝫ compaſſionem. Dono intellectus attribuit mundicia cordis: quo gula abijcit: que hebetat intellectum ꝓpter fumoſitates. Dono ſapiētie purificatio: hac occiditur luxuria: qꝛ guſtata ſuauitate ſpirituſſancti qd fit per ſapientiam. deſipit oīs caro: ſm Bern. ¶ Ubi ſciēdum ꝙ cum hō perficiatur per vitaꝫ actiuam ꝛ contēplatiuam: per quinqꝫ dona priora pficit in actiua: ꝛ actus donoꝝ ipſoꝝ quinqꝫ exprimūtur in ipſis meritis beatitudinuꝫ. Unde dicitur. Beati pauperes. beati mites ꝛc̄. hec enim ſignificāt actus. Sed per alia duo.ſ. intellectū ꝛ ſapiētiam perficitur in contēplatiua. ea vō qui pertinēt ad contēplatiuam vitam vel ſunt perfecta beatitudo finalis vel aliqua inchoatio eius. ꝛ ideo nō ponuntur ipſi actus contēplatiue tanꝙ merita in ipſis beatitudinibus: ſed tanꝙ premia dum dicitur. Qm̄ ipſi deum videbūt: quoad primuꝫ. ꝛ qm̄ filij dei vocabuntur: quoad ſcdm: in quibus cōſiſtit beatitudo. Ponunt autem in ipſis duabus beatitudinibus vltimis tanꝙ merita effectus vite actiue: quibus homo diſponitur ad vitam cōtēplatiuam.ſ. mūdicia cordis qua perficit in ſeipſo ꝛ pacificatio qua perficit quoad proximum. Quod auteꝫ ponitur pro octaua btitudine.ſ. beati qui pſecutionē patiuntur ꝓpter iuſtitiam: qm̄ ipſoꝝ eſt regnum celoruꝫ: nō facit aliam diſtinctam de per ſe ab alijs: ſed eſt ſm be. Tho. vbi ſupra. quedam ꝯfirmatio ꝛ manifeſtatio omnium precedentium. Ex hoc eniꝫ ꝙ aliquis eſt firmatus in paupertate ꝛ mititate ꝛ alijs ſequētibus prouenit ꝙ ab his bonis propter nullam pſecutioneꝫ recedit. vnde octaua illa pertinet ad ſeptem precedentes. Et perſecutionem quidē patiunt hoīs dupliciter videlicet vel ab infidelibus ꝛ tyrānis exteriorem. vel a prauis fidelibus per publica mala. vt habetur.vij.q.prima.§.eſt ꝛ aliud. Item nō eſt contra predicta quod Lucas.vj.c. referens beatitudines a chriſto expreſſas ponit tm̄ quatuor. quia ſm beatum Thom̄. Mattheus narrauit ſermonem dñi factum in monte diſcipulis: vbi ſepteꝫ expreſſit beatitudines quas Auguſti. attribuit donis tanꝙ perfectioribus hominibus. Lucas vero narrat alium ſermoneꝫ factum turbis in loco campeſtri. vnde beatitudines narrantur ab eo ſm capacitatem turbarum qua ſolam voluptuoſam ꝛ tēporaleꝫ beatitudinē nouerant. Unde dñs per illas quatuor beatitudines expreſſas excludit que ad predictam beatitudinē terrenam pertinere vident: quoꝝ primum eſt vt bene ſit homini ꝗtuꝫ ad abundantiam bonorū exteriorum: qd excludi

De his q videnť euāgeliſte diſcordare quad numeruꝫ btitudinum.

tur per hoc quod dicit: beati pauperes. Scḋm eſt vt bñ ſit homini in cibis ⁊ potibꝰ. quod ex/cluditur cum dĩ. Beati qui eſuritis. Tertium vt bñ ſit ei q̃ntum ad cordis iocunditatem: qḋ tollitur cum dĩ. Beati qui lugent. Quartū vt bñ ſit ei q̃ntum ad exteriorem hoīum fauorem: qḋ aufertur cum ait. Beati eritis cum vos ode rint hoīes. Unde Amb: attribuit has virtutibꝰ cardinalibus. Paupertatē dicit ptinere ad tē/perantiam que illecebroſa non querit eſuriē iu ſtitie: q: qui eſuriunt compatiunẜ ⁊ compatien do largiunẜ. Fletū ad prudentiā. cuius eſt fle/re occidua. Pati odiū hoīum quo ſ. quis odi tur ab aliqs ꝓpter bonū. ad fortitudinē ptinet.

¶ Beatitudines .§. ij.

De tri/plici btitudine quã ali/q poſue/runt.

autē ſeptem que ponuntur. Matth. v. ꝯuenien tiſſime enumerantur ſm btm̃. thõ. j. ij. q. lxix. Ad cuius euidentiam conſiderandū eſt ꝙ tri/plicem beatitudinem aliqui poſuerūt. Quidā enim poſuerunt beatitudinem in vita volup/tuoſa. Quidā ī vita actiua. Quidā in vita cõtē platiua. He autē beatitudines diuerſimode ſe hñt ad beatitudinem futuram: cuius ſpe dici/mur h̄ beati. Nā btitudo voluptuoſa quia fal ſa eſt ⁊ rõni cõtraria: impedimētum eſt future beatitudinis. Beatitudo vero actiue vite ē di/ſpoſitiua ad beatitudinem futuram. Beatitu/do aūt contemplatiua ſi ſit perfecta eſt ipſa bea titudo futura eſſentialiter. ſi ſit imꝑfecta ē que dam incoatio eius. Unde dñs propoſuit quaſ/dam beatitudines quaſi remouentes impedi/mentum beatitudinis voluptuoſe. Cõſiſtit enī vita voluptuoſa in duobus. Primo in affluen tia bonorum exteriorum que ſunt diuitie ⁊ ho nores. a quibus retrahitur homo per virtutē: ſic vt moderate eis vtatur. Per donum autem excellentiori modo. vt. ſ. homo totaliter ea cõ/temnat. Unde prima beatitudo ponitur. Beati pauperes ſpiritu: quod poteſt referri vel ad contemptum diuitiarum. ⁊ ſic exponitur pau/peres ſpū. i. voluntate. vel ad contemptum bo norum. qḋ fit per humilitatem. ⁊ ſic exponitur a grego. pauperes ſpū. i. humiles. Secundo vi ta voluptuoſa conſiſtit in ſequendo proprias paſſiones ſiue iraſcibilis ſiue concupiſcibilis. A ſequela autem iraſcibilis retrahit virtus. ne homo ſuperfluat in eis ſm regulam rationis. Donum autem excellentiori modo. vt. ſ. homo ſm voluntatem diuinam totaliter ab eis tran/quillus reddatur. Unde ſecunda beatitudo ponitur. Beati mites. A ſequela autem paſſio num concupiſcibilis retrahit virtus modera/te hmōi paſſionibꝰ vtendo. Donum vero ſi ne/ceſſe fuerit totaliter eas abijciendo: quinimo ſi neceſſarium fuerit voluntarium luctum aſſu

Quõ p ſingula dona ⁊ ſinglas btitudi/nes hõ/mies diſponun/tur ad beatitu/dinem.

mendo. vnde tertia beatitudo eſt. Beati qui lu gent. Actiua vero vita in his precipue conſiſtit que proximis exhibemus. vel ſub rõnem debi ti: vel ſub rõne ſpontanei bñficij. ⁊ ad primum quidē nos virtus diſponit. vt ea que debemus ꝓximis non recuſemus exhibere: qḋ pertinet ad iuſtitiam. Donū autē ad hoc ipſum abūdā/tiori quodā affectu nos inducit. vt ſicut feruē ti deſiderio eſuriēs ⁊ ſitiēs capit cibū ⁊ potū: ſic feruēti deſiderio iuſtitie opa ipleamus. Uñ q̃rta btitudo ponẜ. Beati qui eſuriūt ⁊ ſitiunt iuſtitiam. Circa vero ſpõtanea dona nos ꝑficit virtus. vt. ſ. donemus qbus ratio dictat eē do/nandum: puta amicis vel alīs nobis ꝯiunctis. qḋ pertinet ad virtutē liberalitatis. Sed donū ꝓpter dei reuerentiā ſolā neceſſitatē cõſiderat in his quibus gratuita bñficia preſtat. Uñ Lu. xiiij. dicit. Cum facis prandiū ⁊c̃. noli vocare amicos: ſed pauperes. qḋ ꝓprie eſt miſereri. Et ideo q̃nta beatitudo ponitur. Beati miſericor des. Ea võ que ad vitā ꝯtemplatiuā ptinēt vel ſunt ipſa beatitudo finalis vel aliq̃ inchoatio eius. Et iõ non ponunẜ in btitudibus tanq̃ merita: ſed tanq̃ pmia ea ſcilꝫ que ptinēt ad cõ templatiuā vitā. vt. ſ. dictum eſt. Ponunẜ aūt tanq̃ merita q̃dam pertinētia ad actiuā vitā. quibus hõ diſponiẜ ad ꝯtemplatiuā. Effectus autē vite actiue q̃ntum ad virtutes ⁊ dona qbꝰ hõ perficiẜ in ſcipſo eſt munditia cordis: vt ſcꝫ mens hoīs paſſionibus nõ inquieteẜ. Uñ poni tur ſexta beatitudo. Beati mūdo corde. Quan tū ad v̓tutes ⁊ dona qbus hõ perficiẜ in cõpa ratione ad ꝓximū. effectus vite actiue eſt pax ſm illud Eſaie. xxxij. Opus iuſtitie pax. ⁊ ideo ſeptima beatitudo eſt. Beati pacifici. Quod autem in ſcriptura ſacra ponantur alie plures beatitudines. vt illa Job. v. Beatus qui corri/pitur a domino. Et illa primo pſal. Beatus vir qui non abijt in conſilio ⁊c̃. Neceſſe eſt ſm Beatum Thomam vbi ſupra omnes illas ad has. vij. beatitudines reduci: vel quantum ad merita: vel quantum ad premia. quia neceſſe eſt ꝙ omnes pertineant aliquo modo vel ad vi tam actiuam vel contemplatiuam. Unde il/la. Beatus qui corripitur a domino pertinet ad beatitudinem luctus. Alia ſcilicet Beatus vir qui non abijt: pertinet ad munditiam cor/dis. ſicut etiam illud Pſal. cxxxvj. Beatus qui tenebit ⁊ allidet paruulos ſuos ad petram. Qḋ ſic exponit Ambro. qui habet cogitationes in/firmas ⁊ lubricas elidat ad chriſtum. qui om/nes irrationabiles motus ſui reuerentia. ⁊ di/ſcretione comminuat de peniten. diſtinctio. iij. in ſalicibus. Illud autem Prouerbio. iij. Bea tus qui inuenit ſapientiam pertinet ad premiū ſexte btitudines. Et ſic de alijs poſſent induci.

De p̄mijs di/ .§.iij.

ctarum beatitudinuʒ in pꝛeſenti vita. Nota q̄ Ambꝛo. dicit illa impleri ⁊ ptinere ad futuraʒ beatitudinem. Aug. autem dicit ea impleri in pꝛeſenti vita: pꝛecipue in perfectis. Chꝛy. dicit aliqua pertinere ad pꝛeſentē vitam: aliqua ad futuram. Sed bea. Tho. vbi ſupꝛa. dicit q̄ oīa poſſunt pertinere ad pꝛeſentē vitam ⁊ futurā.

De pꝛe/mys di/ctaꝝ bti/tudinū/ ſʒ tho.

¶ Pꝛo cuius declaratione dicit idem q̄ ſpes que eſt de beatitudine pōt eſſe in bonis ꝓpter duo. Pꝛimo pꝛopter aliquam pꝛeparationeʒ ⁊ diſpōnem ad futurā beatitudinē q̄ eſt per modum meriti. Alio modo per quādaʒ inchoationem impfectā future beatitudinis in viris ſanctis: etiā in hac vita. Aliter enim habetur ſpes fructificationis arboꝛis cum vireſcit in frondibus. aliter cum iam p̄moꝛdia fructuū incipiūt apparere. Sic ergo ea que ſignanꝑ in beatitudinibus tanq̄ merita ſunt quedam p̄parationes ſeu diſpōnes ad beatitudinē vel pfectaʒ vel inchoatam. Ea v̄o que ponunꝑ tanq̄ pꝛemia pñt eſſe vel ipſa beatitudo pfecta: ⁊ ſic ptinēt ad futuram vitam. Vel aliqua inchoatio beatitudinis. ſicut eſt in viris pfectis. ⁊ ſic pꝛemia pertinent ad vitam p̄ntem. Cum enim aliq̄s incipit pficere in actibus v̄tutum ⁊ donoꝝ pōt ſperare de eo q̄ puenit ad pfectionem p̄ie. ¶ Quomodo impleanꝑ pꝛemia illa in p̄ſenti. ſic declarat be. Tho. poſt Aug. Regnum celoꝝ pōt intelligi perfecte ſapientie initium. ſm̄ q̄ incipit ſpūs in eis regnare. Poſſeſſio terre ſignificat affectum bonum aīe requieſcētis per deſiderium in ſtabilitate hereditatis ſupne: que per terram ſignificatur. Cōſolantur in hac vita. ſ. que eſt paraclytus. i. ꝯſolatoꝛ participando. Saturanꝑ ⁊ in hac vita illo cibo de quo chꝛiſtus di. Meus cibus eſt: vt faciam volūtateʒ eius qui miſit me. In hac etiam vita ꝯſequuntur hoīes dei miſericoꝛdiā. Ac etiam purgato oculo per donum itellectus deus quodāmodo videri poteſt. Similiter ⁊ in hac vita qui motus ſuos pacificauit ſeu pacificant ad ſimilitudinem accedentes filij dei vocanꝑ. Hec tamen omnia perfectius erunt in patria.

q̄ p̄dcā/rū btitu/dinū p̄/mia il/la i p̄nti/q̄dāmō/ ipleanꝑ.

De p̄mijs di/ .§.iiij.

ctarū beatitudinū q̄ꝛ ꝯuenientiſſime aſſignantur ꝓut pcipiunꝑ in vita futura. Et hoc ꝯſiderata conditione ſm̄ tres beatitudines ſupꝛa aſſignatas. Tres enim p̄me accipiunꝑ per retractionem ab hꝭs in q̄bus vita voluptuoſa cōſiſtit quaʒ hō deſiderat querēs illud q̄ naturaliter deſideratur. Sed hoc nō debet querere niſi in deo. non auteʒ in rebus tꝑalibus ⁊ caducis. Et ideo p̄mia trium p̄maꝝ beatitudinū accipiuntur ſm̄ ea que in beatitudine terrena aliq̄ querūt. Querūt enim hoīes in rebus exterioꝛibus ſ. diuitijs ⁊ honoꝛibus excellētiā quādā ⁊ abūdātiam quoꝝ vtrūq̄ impoꝛtat regnum celoꝛū p̄ q̄ homo ꝯſeq̄tur abūdantiā ⁊ excellētiā bonoꝝ in deo. Et ideo regnum celoꝝ dñs paupibus ſpiritu ꝓmittit. Querūt etiam hoīes feroces ⁊ imites per bella ⁊ litigia ſecuritatem ſibi acq̄rere inimicos ſuos deſtruēdo. Unde deus repꝛomiſit ſecuram ⁊ quietaʒ poſſeſſionē terre viuētium per quam deſignaꝑ ſoliditas bonoꝝ eternoꝝ. Querūt etiam hoīes in ꝯcupiſcentijs ⁊ delectationibus habere ꝯſolationē ꝯtra mūdi huius laboꝛes. ⁊ ideo ꝯſolationē lugētibus repꝛomittit. Alie v̄o due ptinent ad opa actiue beatitudinis que ſunt opa virtutū oꝛdinantiū hoīem ad ꝓximum a q̄bus opibus aliq̄ retrahanꝑ ꝓpter inoꝛdinatum amoꝛeʒ ꝓpꝛij boni. ⁊ ideo dñs illa pꝛemia attribuit his beatitudinibus: ꝓpter que hoīes ab eis diſcedunt. Diſcedūt enim aliq̄ ab opibus iuſtitie non reddētes debitum: ſed potius aliena rapiētes vt bonis tēpoꝛalibus repleanꝑ. ⁊ ideo dñs eſurientibus iuſtitiā ſaturitatē repꝛomiſit. Diſcedūt aliq̄ ab opibus mīe ne ſe inmiſceant miſerijs alioꝝ. ſ. indigēdo. ⁊ ideo dñs miſericoꝛdibus miſ̄icoꝛdiā repꝛomittit: per quam liberantur ab omni miſeria. Alie v̄o due ptinent ad cōtēplatiuam beatitudinē: ſeu felicitatē. Et ideo ſm̄ ꝯuenientiam diſpōnum que ponunꝑ in merito pꝛemia reddunꝑ. Nam mūditia oculi diſponit ad clare vidēdum. Unde mūdis coꝛde dei viſio pꝛomittitur. Cōſtituere v̄o pacem vel in ſeipſo vel inter homines manifeſtat hominē eſſe dei imitatoꝛem: qui eſt deus vnitatis ⁊ pacis. Et ideo pꝛo pꝛemio redditur glīa dei filiatiōis: que eſt in perfecta cōiunctione ad deum per ſapiētiaʒ conſūmataʒ. Et vt dicit Chꝛy. omnia iſta p̄mia vnum ſunt in re: ſcilicet ipſa beatitudo eterna. Sed q̄ꝛ eam intellectus non capit humanus: ideo opoꝛtuit per diuerſa nobis nota deſcribere obſeruata cōuenientia ad meritum. Item ſicut octaua beatitudo eſt quedaʒ firmitas omnium pꝛecedentiū: ita debentur ſibi omniū beatitudinuʒ pꝛemia: ⁊ ideo redijt ad caput vt intelligātur ſibi omnia pꝛemia cōſequenter attribui. Vel ſm̄ Ambꝛo. paupibus pꝛomittitur regnum quantū ad gloꝛiaʒ anime. Paſſis auteʒ in coꝛpoꝛe perſecutionē regnuʒ quantū ad gloꝛiam coꝛpoꝛis. Notandū etiam q̄ iſta pꝛemia ſe habent per additioneʒ adinuicē. Nam plus eſt poſſidere terram regni celoꝝ q̄ȝ habere ſimpliciter. Nam multa habemus que non firmiter ⁊ pacifice poſſidemus. Plus eſt etiam cōſolari in regno q̄ȝ hēre ⁊ poſſidere. Multa enim cum doloꝛe poſſidemus. Plus eſt etiā ſaturari

Q. pꝛe/mia illa/ in futu/ra vita/ iplebū/tur.

ꝙ ſimpliciter ꝯſolari. Nam ſaturitas abūdantiam cōſolationis importat. Miſericordia vo excedit ſaturitatē: vt plus. ſ. accipiat ꝙ̄ meruerit vel deſiderare potuerit. Adhuc eſt magis videre deuʒ: ſicut maior eſt qui in curia regis nō ſolū prādet: ſed etiā videt facieʒ regis. Sūmaʒ aūt dignitatem hʒ in domo regia filius regis.

¶ Nota ſecundum .§. v.

dn̄m Joā. dn̄icī ſup Matth. aliam pulchrā expoſitioneʒ de his ſeptem beatitudinibus: que pōt predicari in feſto oīum ſanctoꝝ. Et poterit ſumi illud thema. Merces veſtra multa eſt in celo. Matthei. v. Et illud ps. cxxvij. Beati oēs qui timent dn̄m qui ambulāt in vijs eius. Ubi tria nota. ¶ Primo inchoatiuum ſaluationis ſpūalis. ibi. Qui timet dn̄m: ⁊ in hoc eſt merces noſtra. Scd̄o diuerſificatiuum conuerſationis virtualis. ibi. qui ambulāt in vijs eius. ⁊ in hoc eſt merces multa. ¶ Tertio cōpletiuuʒ appetitionis humanalis. ibi. beati oēs. Et hoc eſt merces in celo: ⁊ ſic merces veſtra multa eſt in celo. ¶ Quātum ad pmum nota ꝙ principiuʒ ſalutis eſt timor. non tn̄ quicūqꝫ ſed timor dn̄i. Eſa. xxxiij. Diuitie ſalutis ſapiētia ⁊ ſcientia. timor dn̄i ipſe eſt theſaurus eius. ps. ix. Initiuʒ ſapientie timor dn̄i. Unde non dicit hic ſimpliciter. Beati qui timent: ſed beati qui timēt dominuʒ. Aliq enim habēt timorem mūdi. ſ. non diſplicēdi hoībus. Sic timuit Adam nō diſplicere vxori ⁊ contriſtare eam. Aliq timent pellē ſue. vt Petrus ꝓpter qd̄ negauit chriſtū. Hinc Aug⁹. xj. q. iij. Timēdo mortem carnis tue dabis mortem aīe tue. ſ. qn̄ quis ꝓpter hoc facit ꝯtra precepta. Alij timēt preciſe penaʒ inferni. non timētes deum offendere ac ſi exiſtimarent infernū non eſſe. Sed dicit Jo. in prima cano. ꝙ timor talis qui. ſ. dicit̄ ſeruilis non eſt in charitate nec ſufficit ad ſaluteʒ ꝙ̄uis diſponat ad eam. Unde Augu. Cum per timorem gehēne aliqs ſibi cauet a malo fiet paulatim ꝯſuetudo iuſticie: ⁊ incipit quod bonuʒ erat amari. xxiij. q. vj. Nullus igit̄ horꝫ timorꝫ eſt principiuʒ ſalutis ſed timor dn̄i quo. ſ. quis abſtinet a malo ⁊ bonum facit: ne deo diſpliceat ipſum ſup oīa amans. Et in iſto timore eſt merces magna et multa. Merces veſtra. ſ. veſtrum qui timetis. Eccī. ij. Qui timetis deuʒ credite illi. ⁊ nō euacuabitur merces veſtra. Signum huius timoris eſt illud quod dicitur Eccē. vij. qui deuʒ timet nihil negligit. ſ. eorum qui ſunt neceſſaria ad ſaluteʒ. ¶ Quātum ad ſcd̄m nota ꝙ multe ſunt vie que oēs habēt dictum pncipiū. ſ. timoris qbus pueniſtur ad celum ⁊ ad beatitudineʒ veraʒ. Et vt dicit̄ Prouer. iij. Uie eius vie pulchre. ꝫm aūt ꝙ repiuntur ſepteʒ ſtatus hoīum in eccleſia militanti: ſic in iſto euāgelio notant̄ ſeptem vie ſalutis. per quas itur ad beatitudinem vt quilibet vadat per viam ſuam. Et beati oēs qui ambulāt in vijs ei⁹. ¶ Primus ſtatus eſt eccleſiaſticoꝝ ſiue religioſoꝝ ſiue aliorū clericoꝝ. ⁊ horuʒ via eſt paupertas ſpiritus. Et tūc ſunt beati ſi de mūdo nihil querūt qui deo ſunt mancipati. Nō eſſet venenum in eccleſia dei ſi mundi ambitio ⁊ auaritia nō poſſideret eoſdem. Ad hoc faciūt autoritates. xij. q. j. clericus. ⁊ c. cui portio. ¶ Secundus ſtatus eſt doctoꝝ ſcientia preditoꝝ. ⁊ horū via precipua eſt humilitas. Nam vt dicit̄ Prouerb. xj. Ubi humilitas ibi eſt ſapiētia. ſciētia autem inflat ꝫm apoſtoluʒ: ſed beati mites. i. humiles. hi enim poſſidēt terram lacte ⁊ melle manātem. i. intellectum dulcem ſcripturarū qui ſuper his clauditur ⁊ cōtentioſis ⁊ cautilloſis laicis ⁊ prophanis. Propterea ꝫm Dionyſ. moyſes habuit magnam noticiaʒ de diuinis: q̄ mitiſſimus erat ſup terram ⁊ humilis. Poſſident etiam iſti terram. ſ. eccleſie. q̄ tales regūt vel regere debent alios. ¶ Tertius ſtatus eſt ſolitarioꝝ vel penitētiuʒ. ⁊ horꝫ via eſt continue lugere. ſua ⁊ aliorum peccata: quaſi luce gratie egeant ſemper. ⁊ ideo ſunt beati. vnde Aug⁹. dicit de vero penitēte ꝙ ſemper debet lugere. de peni. di. iij. ſi apoſtolus. Eſt aūt duplex genus lachrymaruʒ ſeu cōpunctionis. ſ. doloris peccatorū. ⁊ amoris supernoꝝ. que figurate ſunt per irriguum ſuperius ⁊ inferius. qd̄ dedit Caleph are filie ſue ⁊ filio ſponſe Othoniel. Judic. j. Expoſitione ipſius figure ponit. b. Greg. circa finem tertij libri dyalogoꝝ. Quatuor ſtatus ſequentes ſunt ſecularium. Primus eſt principuʒ ſeu rectorū: quoꝝ ſtudium debet eſſe circa ſequelam iuſtitie. Juxta illud Sapiē. j. Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram. Nam beati qui eſuriunt ⁊ ſitiūt iuſtitiam. dicit Saluator in quarta beatitudine. Sūmum enim bonum in rebus humanis eſt iuſtitiam colere: ⁊ ſua vnicuiqꝫ iura ſeruare. Grego. in Regiſtro. Et Jſido. dicit. ix. diſt. Juſtum eſt principem obtēperare legibus ſuis ⁊c̄. ¶ Quintus ſtatus eſt diuitum. ⁊ horū via eſt inſiſtere operibus miſericordie ſicut fecerunt Abraam. Loth. Job. Thobias. ⁊ multi alij in veteri teſtamēto. Unde Saluator dicit. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: ideſt diuitijs vt recipiant vos in eterna tabernacula. Beati miſericordes ſequitur in quinta beatitudine: quoniaʒ ipſi miſericordiā conſequentur. Diuitibus aūt qui non ſunt miſerti pauperū dicetur. Jte maledicti in ignem eternum. Sicut patuit in diuite epulone. ¶ Sextus ſtatus eſt rebus familiaribus deditorū: vt artifices: mercatores matrimonio ſancto viuen

ſunt vie ad beatitudinē ſʒ ꝙ ēt ſeptem ſūt ſtat⁹ i eccl'ia militāti

De duplici genere lachrymarum.

tes. Et de iſtis dicit. Beati mūdo corde. Nam ſi cor eſt mūdum ⁊ manus.i.opa erūt munda. Principiū enim oīs peccati a corde pcedit propter qđ dicit Prouerb.iiij. Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum: qm̄ ex ipſo vita pcedit.ſ.gratie qua deꝰ videt. Hac mirabiliter fulſit Job.xxxj. in ꝯiugio poſitus: ⁊ dicebat inter cetera. pepigi fedus cum oculis meis ne cogitarem qdez de v̄gine. ¶ Septimus ſtatus eſt infirmorū ⁊ pauꝑum qui deſpecti multa incōmoda patiuntur. Et ſi hi ſunt pacifici.i.qui patiēter tolerāt: ⁊ pacē cum deo faciūt dimittētes peccata propter que coīter immittūtur aduerſa ſunt beati Job.v. In ſex tribulationibus liberabit te: ⁊ in ſeptima nō tāget te malum. Et ſic per has vias incedētes ad eternam beatitudinez ⁊ mercede puenīūt: vbi eſt merces multa ſm̄ illud dictuz Abrahe. Gene.xv. Merces tua multa nimis.

¶ Quātum ad tertiū vbi notatur cōplemētuz humani deſiderij qđ eſt beatitudo. dicit beati oēs.ſ.tales erunt. Et hoc in celo. vbi eſt omnis pfectio ſupradictaꝝ beatitudinū: ſed alio modo ꝙ hic. Illa enim glia hꝫ ſpūs pauptatez: qꝛ nihil cōcupiſcit: qm̄ illum hꝫ qui eſt ſup oīa.ſ. deuz. Ideo ergo beati ſunt paupes ſpiritu: qm̄ ipſoꝝ eſt regnuz celoꝝ.i.deus. Itē ibi nulla eſt aduerſitas. Non enim eſuriēt neqꝫ ſitient amplius vt dicit Apoc.xxj. Et ideo quilibet eſt mitis: nulla ibi ira vel odiuz vel mala riſio habet locū: ſed terram viuētiuz pacifice poſſident. Reperit ibi ſūma grarum actio cantantibus cunctis. Sāctus ſctūs ⁊c̄. Et talis regratiatio eſt totalis nō partialis. qꝛ in veritate cognoſcunt a ſe nihil habere. Et hoc eſt lugere.i.luce egere. Cognoſcūt enim ſe in ppria natura egere ſemper. ſed dei gratia ſemꝑ gaudere ⁊ ꝯſolari. Ps.cxlix. Exultationes dei in gutture eoruz. Nulla eſt ibi inordinata dilectio. Et ideo non cōtriſtatur filius de dānatione patris: nec econuerſo. ſed iuſtitiam dei venerātur cum ſumma leticia. Juxta illud pſalmi.liij. Letabitur iuſtus cum viderit vindictam. Et ſic ipſam iuſtitiam eſuriunt ⁊ ſitiunt. que quidem iuſtitia nō fundatur in crudelitate: ſed diuina miſericordia. Nam ſi deus dānandos ad condignum puniret eos annihilaret. ſed cum eis miſericorditer agit. naturam preſeruās ab annihilatione impoſitis penis pſeruatiuis. Sicut medicus miſericorditer agit cum infirmo ponēdo vnguētum corroſiuum ſuper plagam inſanabilem: ne citius putrefacta perducat ad mortem. Leticia eorū eſt qꝛ diuinam miſericordiā in omnibus vijs ſuis conſpiciunt in dānatis ⁊ in ſe. Et ſic miſericordes miſericordiaz conſequuntur: prout miſericordia dicitur mira ſuauitas rigans corde. Et hoc miſericordia ſumma cauſa eſt dilectionis in beatis. vt quilibet ex dulcedine amoris dicat. Miſericordias domini in eternum cantabo. O ꝙ clara viſio ibi exiſtit et ꝙ vniuerſalis. Quid eſt enim quod non videant qui vidētez omnia vidēt. Et hoc ideo quia mundi ſunt corde. Dicitur enim de ipſis Apocalyp.xiiij. Sine macula ſunt ante thronū dei vt nec minimuz veniale poſſit ibi reperiri. Eſt ibi ſecuritas perpetua ſine qua non forent beati. ⁊ hec eſt pax eis. Unde pacifici ⁊ filij dei vocabūtur. Eſaie.xxxij. Sedebit populus in pulchritudine pacis in requie opulenta. quia ſm̄ pſalmiſtā.cxlvij. Confortauit ſeras portarum tuarum: ideſt ſuperne hieruſalez. vt nullus inimicus poſſit accedere ⁊ eos perturbare. nullus ciuis exire. ibi eſt ſumma congratulatio de perpeſſis ⁊ oppreſſis in mundo. Juuat enim meminiſſe malorum militie ⁊ pugne ⁊ ꝙ periculoſe pro qua tamen coronati. Unde ſūmam iocūditatem habet. Et ideo beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam ⁊c̄. Et ſic beati omnes qui inchoantes a timore inceſſerunt per vias predictas. ſcilicet paupertatem: humilitatem: lachrymoſitatem: equitatem: pietatem: puritatem: equanimitatem horum merces multa eſt in celo.

Qđ cō/pleta et pfecta beatitudo erit in celo.

¶ Alia adapta/ .§.vi.

tio de ſeptem beatitudinibus ad ſeptem etates cuiuſlibet ſcđm dominuz Joānem Dominici ſuper Matthe. Et poteſt ſumi pro themate in feſto omnium ſanctoruz illud. Beati eritis. Matthei qnto. ⁊ inducit illud pſal.cxviij. Beati immaculati in via. maculam proprie in animam inducit ſolum mortale peccatum. ſm̄ Thomam in.iiij. Illi ergo qui immaculati viuunt in pn̄ti tp̄e: ideſt ſine mortali. vel de ipſis penitentes ſaltem decedunt immaculati: ideſt ſine criminali. hi erunt beati. Nam ſi aliquod mortale reperiatur a tranſeunte de via mortis ad alium ſtatum. vt dicit Auguſti. eterna illum flāma trucidabit. di.xxv.§.alias. Uita autez preſens diſtinguit per ſeptem etates: in qbus omnibus regulat nos chriſtus per ſeptem beatitudines in euangelio. Matthei.v. Oēs iſtas que aliud nō ſunt ꝙ actus virtuoſi debet quilibet habere ſimul habitualiter. Licz quelibet per ſe adaptari poſſit vni etati hominis. ¶ Prima igitur etas infantia vſqꝫ ad ſeptennium eſt humilis ⁊ pauper ſpiritu. Niſi enim conuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli ⁊c̄. ideſt humiles ⁊c̄. Matth.xviij. hec ergo eſt beata: quia ait ipſe. Sinite paruulos venire ad me. talium enim eſt regnum celoꝝ: ⁊ ſicut illi ſunt beati. ⁊ ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ. ſic qui erūt paupes ſpiritu erunt beati. ⁊ eoruz eſt

Septez btitudines ad ſeptem etates adaptatio.

regnū celorum. ¶ Scḋa etas a pueritia vſqȝ
ad ānos.xiiij.quadā alia ſpē humilitatis reſul
get.⁊ faciliter placat⁊ hoc eſt eſſe mitem. Ip//
ſi etiam ſunt beati q peccare nō poſſunt.ſ.quo/
vſqȝ hēant vſum rationis. Nam ante vſum rō/
nis ſicut nec mortaliter ſic nec venialiter pecca
tur ſm.b.Tho. A multis tn̄ habet̄ vſus rōnis
ante.xiiij.ꝗuis iura ponunt illū eſſe annuȝ di/
ſcretionis in maſculo. Sic ⁊ mites poſſident
terram viuentiū.ps.xxxvj. Manſueti autem
hereditabunt terrā ⁊c̄. ¶ Tertia etas ſubijcit̄
tentationibus multis.que dr̄ adoleſcētia vſqȝ
ad annū.xxviij. Mundus eniȝ tūc delectat Al
licit caro.hoſtis ipugnat.ꝑpter quod dr̄.Eccl̄i.
vlti.Adoleſcētia ⁊ voluptas vana ſūt.⁊.xij.q.
j. Omnis etas prona eſt ad malū ab adoleſcen
tia ſua:nil incertius vita adoleſcentiū. Reme//
dium ergo eſt tūc penitentia ſe macerare:⁊ in
continuo luctu ꝯtra peccata pſeuerare. Exem/
pluȝ de Cecilia que cilicio membra domabat:
deuȝ gemitibꝰ exorabat:biduanis ⁊ triduanis
ieiunijs ⁊c̄.⁊ ſic beati qui lugēt ⁊c̄. Oratio eni
vt dicit Glo.deuȝ lenit:lachryma cogit.ſ.exau/
dire ⁊ ſubuenire ⁊ ꝯſolari. Tobie.iij. Poſt la//
chrymationem ⁊ fletū exultationeȝ infundis.
¶ Quarta etas ē iuuētꝰ vſqȝ ad ānū.xl.q: ma
gis ihiat lucris ⁊ p phas et nephas extorquet
que ſua nō ſūt rob ur ē iuuentutis aiuȝ pſtat:
Ideo iniuſta prelia niſi fortiter caueatur cōmit
tit. Sed pecunia male acqſita corpus animā/
qȝ cōmaculat.ait Amb.⁊ iterum oēs cupidi:
omnes auari:giezi lepram cū diuitijs ſuis poſ
ſidēt eterno cruciatu ⁊ breui fructu.j.q.j.cito.
Et ideo tu iuuenis ſitim ⁊ eſuriem hēas conti
nue iuſtitie.i. virtutis ſinceritatis ⁊ ſanctita/
tis ſi vis eſſe btūs. Beati qui eſuriunt ⁊ ſi.⁊c̄.
⁊ alibi. Beatus vir qui poſt aurū nō abijt nec
ſpauit in pecunie theſauris. ¶ Quinta etas q̄
dr̄ virilitas aut perfectio viri iam ad occaſum
declinat.hec dȝ ꝯtra cōmiſſa prouidere vt dele
ant peccata ⁊ elemoſynis inſiſtere:ſi etiā dolen
da non cōmiſit.q: non portabit ſecum bona
mūdi. Et ſiue ergo cōmiſit ſiue non miſericor
diter viuat. Nam ad examē iudicis currit vbi
miſericordibus miſericordia datur:⁊ crudeli/
bus ſm ꝙ male geſſerunt. Judicium eniȝ ſine
miſericordia fiet illi q non fecit miſericordi//
am ⁊c̄. Econtra ps.cxj. Jocundus homo q mi/
ſeretur ⁊ commodat:diſpo.ſer.ſuos in iu. Po
terit enim talis allegare ordinationem a xp̄o
factam. Mat.xxv.cum dixit. Uenite benedicti
patris mei ⁊c̄. Eſuriui eniȝ ⁊ dediſti.⁊c̄. ¶ Sȝ
notandum eſt quod dicit Aug.in enchiridion
⁊ obſeruandum.dicit enim ꝙ qui vult ordina
te dare elemoſynaȝ debet a ſe primo incipere:
⁊ eam ſibi primitus dare. Eſt enim elemoſyna

odus miſericordie veriſſime de qua dictuȝ eſt.
Fili miſerere anime tue placens deo. Beati er
go miſericordes ⁊c̄. ¶ Sexta etas que eſt ve//
neranda ſenectus. Corpore quideȝ ſi vult mun
da eſt. Deficiente enim naturali calore caro vt
in pluribus multum frigeſcit. Et ſic etiam artꝰ
ad actualia pctā imunes q̄ſi redduntur. Solus
eni ſenex eſt loquacitate potēs. Sua ergo pctā
ex corde procedunt.niſi fuerit obſtinatus vſqȝ
ad illud tempus in malis. Nā vt dr̄ puer.xxij.
Adoleſcens iuxta viā ſuā ambulans etiā cū ſe
nuerit non recedet ab ea. Quales fuerūt illi ſe/
nes qui falſo accuſauerunt Suſannaȝ:quia nō
valuerunt turpitudinem exercere cum ea vt ſo
liti erant alias decipere. Dan̄.xiij.⁊ ſic legit̄ de
illo ſene. Nicolao.lx.annorum luxurioſo. pro
quo bea. Andreas orauit. Hodie ſunt multi ta/
les ſenes maledicti inueterati dierum malorū
que denarijs ⁊ lābacitatibꝰ ⁊ mille modis cor
rumpunt pueros ꝑpter quod de eis dicitur. la
queus iuuenum omnes vos eſtis. Et vt dicit
Grego.lxxxvj.di.tanta. Tales ſeniores graui/
us q̄ ceteri ſunt puniendi ⁊ arguendi de ſuis
malitijs. ¶ Septima etas que dicitur decrepi
ta:⁊ nullo vnqȝ annorum numero finitur.pre/
mitur infirmitatibus ⁊ doloribus multis. Nā
vt dicitur i ps.lxxxix. Si in potētatibꝰ.lxxxix.
anni ⁊ amplius eorum labor ⁊ dolor. Sed per
fectio eorum eſt habere pacem ⁊ patientiam in
aduerſis. Nam ex vna parte longa experiētia
facit eos ſuſpectos ita vt ſi videant hominem
ridere putant ꝙ derideat eos. Infirmitas facit
eos ſibimet tedioſos. Uanitas etiam iuuenuȝ
querit ſolatia ⁊ deriſiones ex eis. Et ſic oȝ eos
ſecum ⁊ cum alijs habere pacem ſi debent be//
ne tranſire. Et beati paci.qm̄ ⁊c̄.⁊ quoniaȝ illa
etas plena eſt perſecutionibus. Omnia enim
elementa videntur perſequi eum ad deſtruen/
dum.⁊ ideo ſubditur. Beati qui perſecutionē
patiuntur propter iuſtitiam ⁊c̄. Sic ergo colli/
ge in te omnes has virtutes:habendo pacem
cum omnibus aduerſis ⁊ hominibus: mundi
ciam cordis ab iniquitatibus. Eſa.j. Lauami//
ni mundi eſtote:auferte malum cogitationuȝ
veſtrarum. Miſericordiam in operibus. Luc.
vj. Eſtote miſericordes. Juſtitiam in conuerſa
tionibus. Sap.j. Diligite iuſtitiam qui iudica
tis terram. Fletum ex tentationibus. Jaco.iiij.
Miſeri eſtote ⁊ lugete. Mititatem in contre//
ctationibus. Mat.xj. Diſcite a me quia mitis
ſum ait xp̄s. ¶ Paupertatem ſpiritus ſeu hu/
militatem.j. Pe.v. Humiliamini ſub potenti
manu domini. Sic enim eritis imaculati i via
⁊ per hanc viam perueniretis ad patriam vbi
ſunt beati.qui ex eo ꝙ beati ſunt non poſſunt
non obtinere quod volunt.alſ non eēnt beati.

Nam ſm

Mā ſm Augu. Beat⁹ eſt qui hꝫ qcqd vult. Ergo ſi volēt nos eē ſaluos ſalui erim⁹. Et iō oīā/di ſunt vt velint. Hic potes dicere quare diuerſos ſanctos oꝛamus: ⁊ quō oꝛant pꝛo nobis.

¶ Alia adaptatio .§.vij.

adaptatio de vij. bti. ad. vij. etates mūdi.

de ſeptēꝫ beatitudinibus ad ſeptem etates mūdi ſm dn̄m Joh. do. ſuper. Mat. poteſt ſumi pꝛo themate in feſto omnium ſanctoꝛuꝫ illud. Beati eritis ⁊c̄. Mat. v. Et induci illud Boe. de philo. cōſo. ꝙ omnis moꝛtalium cura quaꝫ multiplicium ſtudioꝛum labor exercet diuerſo quidem calle procedit ad vnius tn̄ beatitudinis finem nititur peruenire. Sed multi non querentes diligenter in quo conſiſtat vera beatitudo. ⁊ quomodo perueniatur ad eaꝫ cuꝫ aliquid attingunt de particularib⁹ conditionib⁹ eius que aliqualiter videntur haberi in iſta vita. hic iſtunt ⁊ ponunt fineꝫ ſuum. Sicut aliq in diuitijs: alij ī potentijs: ⁊ hmōi. Sed iſta doctrina ſeptem beatitudinum reducit munduꝫ ad felicem ſtatum primum ⁊ btm̄: a quo deuians p pctā incidit in diuerſos erroꝛes. ¶ Primus enim ſtatus ⁊ pꝛima etas cecidit propter rapinam a regno celoꝛum. Per viam oppoſitā reuerti potes quoad primam beatitudinem. ſ. Beati pauperes ſpū. ¶ Secunda etas cecidit per ambitionem. Nēbꝛoth ⁊ ſuoꝛum ſequacium turrim confuſionis edificantiuꝫ vt poſſiderent terram moꝛtuoꝛum. Reuertere ad poſſeſſionem terre viuentium quod continet ſecunda: quia beati mites ⁊c̄. ¶ Tertia etas cecidit quia aduerſa in deſerta ſuſtinere nolebat. imo pꝛoſpera putabat aduerſa: ⁊ conſolationem tātum in minimis requirebat. Sed vade ad conſolationeꝫ optatam ⁊ non cognitam per luctuꝫ mundi pſentis. qꝛ beati q lugēt ⁊c̄. ¶ Quarta etas aruit qꝛ ſciebat moderamina regni: ⁊ iuſtitia calcata peruerſi regna tenebant: ⁊ ſaturaberis regno perpetuo: ſi iuſtitiam rectam eſurieris. quia beati q eſuriūt ⁊c̄. ¶ Quinta etas crudelitate maxima tabuit. vt libꝛi Machabeoꝛuꝫ teſtantur: ⁊ crudeles crudeliter occiſi ſunt. vt habetur ibidem. Igitur quia omnis homo miſericoꝛdia indiget: per miſericoꝛdiaꝫ reſurges quoad quintum. Tunc enim miſericoꝛs dominus natus eſt: quia beati miſericoꝛdes ⁊ cetera. Et quia de mūdo coꝛde vixit: ſe nobis oſtendere venit eum ſequamur ſi mundi coꝛde erimus. ⁊ ſic eum intuebimur. quia beati mundo coꝛde ⁊c̄. Sed etas ſeptima ſeditionibus ⁊ guerris plena erit quaꝫ ſoli pacifici tute tranſibūt quia beati pacifici ⁊c̄. Et merito. quia illi pacifici a perſecutionibus non erunt immunes. immo plus ceteris cruciabuntur. Unde ſequitur de perſecutione ⁊ pꝛemio ſuo: quia beati qui perſecutionē patiūtur ⁊c̄. Ex his potes facere vnam predicationem: adde ad ſingulas beatitudines quomodo talia mala regnant in mundo. ⁊ propterea deſtruunt ipſum. Ita vt Joan. euangeliſta dicat. j. Can̄. v. c. Totus mundus in maligno poſitus eſt. Sed de diſcipulis chꝛiſti dicitur ꝙ de mundo non ſunt. Jo. xvij. Et ideo ſi volumus eſſe diſcipuli chꝛiſti. vt cuꝫ eo nos reperiamus in monte gloꝛie opoꝛtet nos habere iſtas beatitudines contrarias conditionibus mundanoꝛum. ſicut habuerūt ſancti iſti quoꝛum feſta agimus.

¶ De ſingulis beatitudinibus in particulari. Et pꝛimo de paupertate ſpūs. Caplm. vj.

Nunc de ſingulis harum eſt videndum in particulari: ſcilicet ſeptem beatitudinuꝫ dilatando materiam ad vnam predicationum pꝛo qualibet beatitudine. Eſt igitur pꝛima Beati pauperes ſpiritu: qm̄ ipſoꝛuꝫ eſt regnum celoꝛum: Matth. v. Ubi dicit Chꝛy. in omel. Sunt quidam naturaliter ⁊ ex cōplexione pauperes: humiles ⁊ virtuoſi. Sꝫ tales non ſunt beati. Un̄ dicit non ſimpliciter. Beati pauperes: ſꝫ addit ſpiritu. ideſt illi qui ex voluntate ⁊ electione ſe humiliant. Ideo hic incipit radicitus euellere ſuperbiaꝫ: quia hec fuit radix ⁊ fons malitie vniuerſe contra quam ponit humilitatem velut quoddam ſtabile fundamentum: qua ſubiecta cum ſtabilitate ⁊ alia ſuperedificantur: hac deſtructa pereunt quecunqꝫ bona congregaueris. hec ille.

¶ Sciendum auteꝫ .§.i.

Triplex paupertas ſpiritus.

ꝙ paupertas ſpiritus poteſt ſumi ⁊ exponi tripliciter. ⁊ hoꝛum eſt regnum celoꝛum.

¶ Pꝛimo eſt paupertas ſpiritus per veraꝫ humiliationem.

¶ Secundo eſt paupertas ſpiritus per inoꝛdinati affectus remotionem.

¶ Tertio eſt paupertas ſpiritus per totalem mundi abdicationem.

¶ Pꝛimo ergo dicitur ſpiritu pauper verus humil. Unde Augu. Paupertas ſpiritus dicitur humilitas ſpiritualis que ſpiritum inflantem eradicat: euacuat ſeu extenuat. Nam ſcriptura aliquando vocat ventum ſpirituꝫ. ſm illud Actuū. ij. Factus eſt repente de celo ſonus tanquā vehementis ſpiritus. ideſt venti. Super bi enim dicuntur inflati: ⁊ quaſi vento diſtenti. Et no. ꝙ dicit chꝛiſtus. Beati qui nō habēt ſpiritum. ideſt ventuꝫ. ſ. elationis ⁊ inanis gloꝛie: qꝛ pene nullus eſt. Nulla eſt enim taꝫ excelſa virtus que dulcedine gloꝛie non tangatur. ⁊ ideo dicit Beati pauperes ſpiritu. ſ. qui pax

Quare xps dixit beati pauperes ſpū et nō aſr.

hſit de iſto ſpiritu ſeu vento elationis. ꝙ qu iſto
quis minus tangitur co tanto melius. Eſt aūt
humilitas ſm Ber. qua vnuſquiſqꝫ veriſſima
ſui cognitione vileſcit ſibiipſi. Et vere magnā
cauſam hꝫ vnuſquiſqꝫ ſe humiliādi. Nā vltra
innumeras miſerias ſuas aīe ꝙ corporis ꝗtūcū
ꝙ ſit perfectus. neſcit tñ terminum ſuuꝫ vtruꝫ
ſaluetur vel damnetur. Unde dixit dominus
ad Job. Indica mihi ſi noſti omnia in qua via
habitet lux ꝙ tenebrarum quis ſit locus vt du-
cas vnumquodqꝫ ad terminum ſuum. ideſt ſꝫ
Gregorium in. xix. libro moral. Si te plenam
ſcientiam habere putas dic in qua via habi-
tet lux. ideſt in cuius mentem veniens iuſtitia
impleat: ꝙ tenebrarꝫ quis ſit locus. i. in quo ini
quitas ceca perduret: vt ducas vnūqꝺqꝫ ad ter
minum ſuuꝫ. i. vt diiudices ſiue is que nūc ini
quus cernitur in malis vitā finiat. vel is qui iu
ſtus cernit extremitateꝫ vite ſue iuſte ac perfe-
cte ꝯcludat. quis iſta vel ſalteꝫ impterritus au-
diat. Multos videmus quotidie ꝗ iuſtitie lu-
ce reſplendēt. ꝙ tñ ad finem ſuum nequitie ob

Exēpla ꝗre nos humiliare de bemus. ꝙ rōnes

ſcuritate tenebreſcunt. ꝙ ecōtra. Multos tene-
bris peccatoꝝ inuolutos ad lucē virtutuꝫ fore
reuerſos aliquos ſemꝑ in bonis ꝑmanere. ali-
os ſemꝑ in malis. Exēpla. Illa gentilitas deo
auerſa luce iuſtitie a deo perfuſa eſt. ꝙ iudea du
dum dilecta ꝙ illumiata ꝑfidie nocte cecata de
relicta eſt. Latro de cruce tranſiuit in regnum.
Judas de apl'atus gloria demerſus eſt tartarū.
Alius latro cuꝫ xp̄o crucifixus ꝑſeuerās in ma
lo. inductus eſt ad infernū. Alij apli permanen
tes in ſancto ꝓpoſito peruenerūt ad regnum.
Hec dei iudicia ꝯſiderās apl's vas electiōis ra-
ptus ad tertiū celum de ſeipſo timēs ꝙ humili
ans ait. Caſtigo corpꝰ meū ꝙ in ſeruitutē redi-
go: ne cū alijs predicauerim: ipſe reprobus in
ueniar. Idcirco autem dn̄s interrogabat Job.
Si nouit finē bonum vel malū queꝫ habituri
ſunt luminoſi iuſti: vel tenebroſi pctōres dicēs
Indica mihi ꝛc̄. Ut alioꝝ finem cognoſcere nō
valens ad ſuum finē recurrat: q2 ſicut alioruꝫ:
ita nec ſuuꝫ neſcit. Et inde neſciēs finē ſuum ti
meat timēs humiliat. humiliatus de actibꝰ ſu
is nō ſe extollat: ꝙ non elatus ſpū ſupbie in ar-
ce gratie ꝑſiſtat. Beati ergo paupes ſpū. i. hu-
miles. qm̄ ipſorū humiliū eſt regnum celoruꝫ.
q2 vt dicitur puer. xxix. Humilem ſpiritu ſuſci
piet gloria. Uel dicuntur paupes ſpū. i. animo
qui. ſ. oīno nihil ſe habere putant: nec ſeipſos:
nec corpus nec aīam: nec membra: ſed omnia
vt cōmodata habent: ꝙ vt alienis vtuntur. Hec
Chryſo. Et pertinet ad ꝑfectam humilitatē vel
etiam regnum celoꝝ. i. ꝑſidentiam in eccleſia.
Dan. iiij. Dominatur altiſſimus in regno ho-
minū ꝙ cuicūqꝫ voluerit dabit illud ꝙ humili-

mum conſtitu et ſuper eū. Exemplūꝫ de Petro
apoſtolo. Ambroſio. Nicolao. Gregorio. ꝙ ali
is. Secundo dicitur pauper ſpiritu. ideſt
voluntate. Sunt enim aliqui pauperes neceſſi-
tate ꝙ coacti: qui. ſcilicet indigent rebus ne-
ceſſarijs. Et quia non habent deſiderant ꝙ mur
murant male contenti de ſua paupertate im-
patientes. Illi non ſunt beati ſed miſeri et re-
probi: quia non ſunt pauperes ſpiritu. ideſt vo
luntate. Alij ſunt pauperes rebus tpalibus ſed
patienter ferunt ſuā paupertatē: non murmu-
rātes: ſed deū laudātes. Et iſtis paūptas eſt ad
meritūꝫ rōne patientie: vt dicit Amb. di. xlvij.
Sicut hi. qualis fuit Lazarus mēdicus ꝙ pau-
per. qui moriens portatus eſt ab angelis in ſi-
num Abrae vt ſcribit Lu. xvj. Tertij ſunt pau-
peres affectu etſi diuites ſuba. i. non habentes
affectū inordinatū ad terrena que poſſidēt abū
danter: vt Abraāꝫ de quo ſcribit ꝙ erat diues
in poſſeſſione auri ꝙ argēti. ꝙ ſanctꝰ Ludo. rex
francie ꝙ Gregorius magnus. Et per ꝯtriuꝫ ad
iſtam paupertatē dicit. Impoſſibile eſt diuiteꝫ
intrare in regnū celoꝝ. Matth. xix. Loquit eni
de eo diuite qui habet affectū inordinatum ad
ea que poſſidet ponēs finem ſuum in diuitijs.
Iſti ergo q2 pauperes ſunt ſpū. i. affectu: etſi di
uites rebus ſunt beati. Tertio dicitur paup
ſpiritu qui ex feruore ꝑfectionis omnibꝰ ſe ex-
propriat affectu ꝙ effectu: vt veri religioſi. Uñ
Chryſo. ſuper hec in omel. Illos pauperes bea
tificat: qui ſpiritu. i. ꝓpter ſpm̄ ſanctū ſe bonis
proprijs priuant. Jaco. ij. Nōne pauperes do-
minus elegit diuites in fide ꝙ heredes regni.
Iſtud autem non fit niſi ex magno feruore ſpi-
ritus. de quo ſpiritu ait apoſtolus. Spiritū no-
lite extinguere. ideſt feruorem. Extinguitur au
tem cum quis abrenuncians ſeculo incipit po
nere affectuꝫ ad tpalia. videlicet ad villa ꝙ par
ua. Crathon philoſophus docuit duos iuue-
nes diſcipulos ſuos cōtennere mundum ꝙ effi
ci pauperes frangēdo et cōminuendo lapides
precioſas magni valoris in conſpectu populi.
Sed non eſſe veram paupertatem illam. quia
non ſpiritu. ideſt propter ſpiritum. ſed ꝓpter
gloriam mundi. Unde nec deo gratam oſten-
dit Joannes euāgeliſta: vt habetur in legenda
eius. Illi autem qui ſunt veri pauperes ſpiritu
per perfectum contemptum terrenoruꝫ vt Do
minicus Franciſcus: ꝙ prius ꝙ perfectius apo
ſtoli. Iſtorum eſt regnum celorum. quinimmo
ſunt futuri iudices aſſeſſores cum chriſto in vl
timo iudicio. Job. xxxvj. Pauperibus tribuit
iudicium. ideſt poteſtatem iudicādi. ſcilꝫ aſſeſ-
ſorie. Unde ꝙ chriſtus dixit apoſtolis Matth.
xix. Uos qui reliquiſtis oīa ꝙ ſecuti eſtis me:
ſedebitis ſup ſedes duodecim iudicantes duo

Paupe res bti qui ſūt ꝙ g non

Ueri re ligioſi dicunt bti pau pes ſpi ritu.

decim tribus iſrael. Sicut per duodecim tri/
bus intelliguntur omnes iudicādi: ita per ſe/
dentes in duodecī ſedibus intelliguntur om/
nes perfecti pauperes qui cum chriſto iudica/
bunt ſm Auguſtinum.

Beati mites .§.ij.

quoniā ipſi poſſidebunt terram. Poſt beatitu/
dinem paupertatis. ſecunda beatitudo eſt miti
tatis vel manſuetudinis. Qui eniꝫ pauper eſt:
multis laceſſitur iniurijs. ⁊ ideo neceſſariū eſt
ꝙ ſit mitis. Unde Ambro. ſuper Lu. Cum ſim
plicitate contentus fuero inops ſupereſt vt mo

quis ſit mitis ⁊ qs dicitur māſuetus.

res meos temperem. Quid enim mihi prodeſt
carere temporalibus niſi fuero mitis. ¶ Ubi
notandum ꝙ mitis ⁊ manſuetus idem ſunt ſꝫ
rem: ſed differunt ratione. Nam mitis eſt qui
alios offendentes tolerat. Unde Papias. Mi/
tis eſt lenis ⁊ ad ſuſtinendum iniuriam tacens
quaſi mutus. Manſuetus eſt qui manu aſſue/
tus eſt: qui nulli iniuriam irrogat. vel ſic. Mi/
tis eſt qui nulla animi accenſione turbatur: ſed
in trāquillitate animi ⁊ bonitate iugiter perſe
uerat. Manſuetus eſt autem cui facile eſt ſuſti/
nere non malum pro malo reddere. ⁊ ſic mitis
dicitur in affectu. manſuetus in effectu. Cōmu
niter autem ſumitur pro eodem vt ſynonima.
⁊ ſumuntur tribus modis. Primo ſic. Mitis
eſt quem mentis amaritudo non afficit. Et ſic
importat lenitatem quantuꝫ ad motuꝫ ⁊ exclu
ditur amaritudo rancoris. Unde Augu. Mi/
tes ſunt qui cedunt improbitatibus: ⁊ nō reſi/
ſtunt malo: ſed vincunt in bono malum. In bo
no. ſ. mititatis ⁊ manſuetudinis malum ranco
ris ⁊ indignationis reddentes bonum pro ma
lo. Dicit idem Augu. ſuper ps. Sex differentie

De ſex differētijs retributionum.

ſunt retributionum. ſ. reddere pro malis bōa.
non reddere mala pro malis. hec duo bonorū
ſunt: ſed primum melius. Non reddere bona
pro bonis. Reddere mala pro bonis. hec duo
malorum ſunt. ⁊ poſterius deterius. Et redde
re bona pro bonis ⁊ mala pro malis. hec duo
ſunt mediorum. ſed prius propinquum bonis
xxiij. q. iij. ſex. ¶ Secundo exponitur ſic. Mi
tis eſt quem ira non deijcit. ſed omnia equani
miter ſuſtinet. Et ſic pertinet ad innocentiam.
⁊ ſic excluditur amaritudo liuoris. ideſt vindi
cte per innocentiaꝫ. Unde Ambroſi. ſuper Lu/
cam. Mitiga affectum tuum ⁊ non iraſcaris.
aut certe iratus ne peccaueris. ſcilicet aliuꝫ of/
fendendo. Preclarum eſt enim motum tempe
rare conſilio. nec minoris virtutis dicitur tem
perare iracundiam ꝙ̄ omnino non iraſci. Et ꝑ
maxime iudices ⁊ rectores oportet ab ea caue/
re. quia peruertit iudicium. obnubilans ratio/
nem. Unde Grego. Illa propoſitorum ſolutio
vtilis eſt. illa cautela laudabilis in quo nihil ſi/
bi vendicat furor. ſed totum ratio agit. Reſtri/
genda eſt ergo ſub ratione poteſtas. nec quid
agendum prius ꝙ̄ concitata mens ad trāquil/
litatem redeat. Nam commotionis ſue tempo
re iuſtum putat omne quod fecerit. xj. q. iij. Il/
la ſicut phutiſar patronus Ioſeph. qui iratus
eſt contra eum. cum falſo fuit accuſatus ab vxo
re ꝙ voluiſſet ſibi violentiam inferre: non di/
ſcuſſa veritate iniuſte incarcerauit eum. Sicut
ergo ira impedit iudicium ne iuſte fiat. ⁊ veri/
tatem ne capiatur. Ita econtra de mititate dicit
Pſal. xxiiij. Diriget manſuetos in iudicio. do/
cebit mites vias ſuas. ¶ Tertio modo dicitur
mitis qui non irritat alios nec nocet nec noce/
re cogitat. quod pertinet ad equanimitatē. per
quam excluditur amaritudo impatientie ⁊ in/
dignationis. Ad hāc chriſtus hortatur dicēs.
Mathei. xj. Diſcite a me quia mitis ſuꝫ. Om
nia enim que habent irritare hominem. ideſt
prouocare ad iram ⁊ impatientiam. paſſus eſt
chriſtus. Nam turbatur quis cum ei auferun/
tur ſua. Et chriſto fuerunt ablata etiaꝫ propria
veſtimenta ⁊ coram eo ludo expoſita. Iraſcitur
quis cum contumeliarum ſuſtinet verbum. et
infertur maledictio. ⁊ detractio. ⁊ huiuſmodi.
Chriſtus autem contumelias ſuſtinuit. in paſ/
ſione deriſiones blaſphemias. detractiōes. ca/
lūnias. omniaqꝫ equo animo ſufferens. Irrita
tur homo cuꝫ in amicis ſuis ⁊ conſanguineis
iniurias ſuſtinet. Et chriſtus in matre ⁊ diſci/
pulis opprobria ⁊ perſecutiōes paſſus eſt. Uer
ba vnicuiqꝫ ſunt aſpera et horrori habita: et
multo magis ipſa mors. Sꝫ hec omnia vt mi/
tiſſimus agnus chriſtus tolerauit. Unde per
Hieremias capitu. xj. dicit. Ego quaſi agnus
manſuetus qui portatur ad victimam. Mites
ergo eſſe oportet exemplo piiſſimi magiſtri.
Sunt autem mites beati. Quod patet triplici/
ter. per oppoſitum: per effectum: ⁊ per fructuꝫ.
¶ Primo quidem mites ſunt beati. patet per
oppoſitum. Nam contrariorum eadem eſt di/
ſciplina. vt ſcilicet quicquid de vno dicitur in/
telligatur oppoſitum de alio contrario. Sicut
de albedine dicimus ꝙ eſt diſgregatiua viſus.

Qd̄ mites ſint bti tripliciter

Ita de nigredine que eſt contraria ipſi oportet
dicere ꝙ eſt congregatiua viſus. Nunc ergo
mititas opponit rabiei ⁊ iracundia manſuetu
dini. Sed rabies ſeu iracundia eſt miſeria per
peccatum. Et Sapien. viij. dicitur. Miſeros
facit populos peccatum. Nam miſeria et feli/
citas ſeu beatitudo opponuntur. ergo miti/
tas ſeu manſuetudo etcetera. ¶ Secūdo patet
hoc per effectum. Nam mititas facit homi/
nem impaſſibilem. Quod probatur ex hoc qđ
philoſophus dicit in lib. Ethicoꝝ. ꝙ mitis pa/

titur ſed nõ deducitur.i.vincit̃:q: leſiones nõ
ſentit ita ꝙ conturbetur. Mitas eſt ſicut mol/
lis culcitra que dura recipit in qua animꝰ leui/
ter ⁊ ſuauiter requieſcit ſicut corpus in culcitra.
Eccli.xiiij. Felix qui non habuit animi ſui triſti
tiam. ¶ Tertio patet ex fructu q̃ eſt hereditas
ſupne patrie. Ps.xxxvj. Manſueti autẽ heredi/
tabũt terrã ⁊c̃. Un̄ pro premio dr̃. Qm̃ ipſi he
reditabunt terram. Qd̓ poteſt intelligi de tripli
ci terra quã poſſidebunt mites.ſ.terrã mũdi:
terrã corpis proprij: ⁊ terram paradiſi. ¶ Pri
mo q: inmites ⁊ feroces terram mũdi deſtru/
unt: ideo non merent̃ eam poſſidere Sed quia
mites terrã mundi pacifice regunt cum mitita
te ſe habent ad ſubditos. ideo poſſident terrã.
ſ.regnum mundi. vñ ⁊ moyſes qui fuit primꝰ
rector populi dei: ⁊ per totam vitam ſuam dr̃
ꝙ erat mitiſſimus hoium qui ſunt ſuper ter/
ram. Et dominiũ Holofernis ⁊ Nabuchodo
noſor ad nihilũ deduxit. Et ad hoc facit quod
dr̃ Eccli.x. Sedes ducum ſupborũ deſtruxit.
⁊ ſedere fecit mites pro eis. ¶ Scd̓o immites
⁊ feroces non poſſidebunt terram corpis pro/
prij imo eam deſtruunt q: non ſubyciunt ſen/
ſualitatem rõni: ſed ira ſuperantur. que indu/
cit ad nocendum alijs ꝓpter quod aliquando
morte perimunt̃. Sꝫ ex ⁊ ipſa paſſione ire ita
ſanguis incendit ꝙ notabiliter nocet corpori.
Unde dr̃ Eccli.xxx. zelus ⁊ furor minuunt dies
Refert aug. in de ciuita. dei. Syllam nobiliſſi/
mum Romanum qui pluries fuerat ꝯſul Ro. a
quo cepit bellum inteſtinum in vrbe: ⁊ diuiſio
ſeu partialitas ꝯtra marium ꝙ ex ira ſua rupta
vena effuſo ſanguine mortuꝰ eſt. Sꝫ mites vel
manſueti quia habent dñiũ corporis ſui ſubij
cientes ſenſualitatem rõni poſſident terram.
Luc.xxj. In patientia veſtra poſſidebitis aĩas
veſtras: etiam ſenſitiuam. ¶ Tertio immites ⁊
feroces a terra paradiſi excludunt̃. mites autẽ
pacifice ⁊ quiete ⁊ ſecure dominiũ poſſidebũt
in terra viuentium. de qua Ps. Credo videre
bona domini in terra viuentiũ. Terra iſta mun
di eſt terra mortuorum ſed ſuperna patria eſt
terra viuorum. que terra dr̃ propter firmam ſta
bilitatem. Hinc Aug. Rixentur immites ⁊ di/
micent pro terrenis ⁊ temporalibus rebus.
Sed beati mites quoniam ipſi poſſidebunt ter
rã illã de q̃ euelli nõ pñt. Et de q̃ Ps.cxlj. Por/
tio mea dñe ſit in terra viuẽtiũ. Significat eñ
q̃ndã ſtabilitatẽ hereditatis ꝑpetue. vbi aĩa p̱
bonũ affectum tanq̃ꝫ in loco ſuo requieſcit ſicut
corpus ĩ terra. Ipſa eñ ẽ requies ⁊ vita ſanctoꝝ.

Mites triplicẽ terram poſſidebunt.

¶ Beati qui lu/gent. §.iij.

gent quoniam ipſi conſolabunt̃. Mat.v. Hec
eſt tertia beatitudo que rationabiliter ſequitur
primam ⁊ ſecundam. Nam poſt mundi contẽ
ptum per paupertatem. poſt quietem mentis
per mititatem ſeu manſuetudinem vacans ho
mo ſibiipſi nil inuenit niſi flebile. Unde Am/
bro. ſuper Luc. Cum hec feceris vt ſis pauper
⁊ mitis memento quia peccator es lugeto pec
cata tua. Unde dicitur beati qui lugent. Sed
nota trinũ luctum habendum.

¶ Primus luctus eſt de ꝑpetrata iniquitate.
¶ Secundus de aliena calamitate.
¶ Tertius de delata felicitate.

¶ Primus luctus eſt de ꝑpetrata iniquitate.
Pſal. Laboraui in gemitu meo: lauabo per ſin
gulas noctes: ideſt peccata lectum meum: ſci/
licet conſcientie. ⁊ in Thren. Deduc quaſi tor/
rentem lachrymas per diem ⁊ noctem: ⁊ non
quieſcat pupilla oculi tui. Hunc habuit Petrꝰ
poſt negationem chriſti quando egreſſus fo/
ras fleuit amare Matth.xxvj. Et ex his lachry
mis ⁊ luctu conſequitur homo remiſſionem
peccatorum. ⁊ per conſequens euaſionem dã/
natiõis. vnde proſper. Lachrymis ex vera cor
dis contritione fluentibus reſtringuntur eter
ni ignis incendia de pe. di. j. facilius. Si autẽ
homo deflet mortem amici ⁊ conſanguinei vl̓
damna rerũ quantomagis habet lugere mor
tem anime ſue. vnde conſequitur infinitũ dã/
num Aug. Sciat ſe peccator culpabiliter reũ
ſi deflet damna rerum ⁊ temporis: ⁊ non de/
flet animam perditam ex peccatis de pe. di. ij.
Beati ergo qui lugent. Ecce fructus: quoniã
ipſi conſolabuntur. de ſpe remiſſionis pecca/
torum concepta. Sic Maria magdalena que
lachrymis rigauit pedes chriſti audire meru
it. Dimiſſa ſunt ei peccata multa. Et demũ. Fi
des tua te ſaluã fecit: vade in pace Lu.vij. In
huius figuram chriſtus fleuit Lazarum mor/
tuum cum eum reſuſcitauit Jo.xj. Ad innuen
dum ꝙ oportet peccatorem flere ⁊ clamare po
ſtulando miſericordiam ad hoc vt reſurgat ad
vitam glorie aut gratie ⁊ multa facere. Qui au
tem plangunt peccata. ⁊ tamen non deſerunt
ſunt ſimiles ei qui lauat laterem crudum. qui
quanto plus lauatur tanto plus luti facit. dicit
ſymma de pe. di. iij. ille. Inutiles ſunt tales la/
chryme cũ propoſito iterandi peccatũ. ¶ Se/
cundus luctus eſt de miſerijs proximorũ ſpi
ritualibus ⁊ temporalibus Biere.ix. Quis da
bit capiti meo aquam ⁊ oculis meis fontẽ la/
chrymarum vt plorare valeam die ac nocte in/
terfectos populi mei ⁊ corporaliter ⁊ ſpiritua
liter. Siquis haberet multos fratres: ⁊ vide/
ret vnum paralyticum. alium pauperrimũ in
de fame mori. alium calumniari. alium falſo
infamari. alium contemni ⁊ depredari. alium
magnis pſecutionibus vrgeri. aliũ trucidari:

De tri/plici lu/ctu ha/bendo

Qd̓ lu/gẽ de/bemus ſup mi/ſerys alioꝝ ſpũali/bꝰ ⁊ tpa/libus

aliũm multipliciter infirmari. alium martyri/
zari: ⁊ in penis deficere: innumeros ad inferna
deſcendere: ⁊ hmõi. vere haberet magnã cau/
ſam continue lugendi. Hoc aũt contingit cuili/
bet noſtrum. nã omnes ſumus fratres. vt dicit
xp̃s Matth. xxiij. Unus eſt eniʒ pater veſter q
eſt in celis. Cum ergo quilibet videat tot miſe
rias ⁊ penas quotidie: ⁊ pericula ⁊ damna cor
poris ⁊ anime: certe cõtinue hʒ deflere. ⁊ defle
re quidẽ mortem propinquorum ⁊ amicorum
humanũ eſt: moderate tamẽ vt dicit Eccl. xxij.
Modicum plora ſuper mortuo. defecit enim
lux eius. Immoderate auteʒ reprehenſibile ẽ.
Sed multo magis deflendi ſunt defectus ani/
me. peccatorũʒ mors. Unde Aug u. Sunt ne
xp̃iane in te viſcera pietatis qui plangis corp⁹
a quo receſſit anima. ⁊ non plangis aĩaʒ a qua
receſſit deus. Et Hiero. Qui non eſt indut⁹ cle/
mentia ⁊ viſcera miſericordie ⁊ lachrymarum
q̃uis ſpũalis videatur nondũ ĩpleuit legẽ chri
ſti. di. lxxxvj. c. Qui clementiã. Et pnaxime h
ↄuenit prelatis ⁊ doctoribus qui magis debẽt
zelare ſalutem pplor. Uñ dicitur Johel. ij. In/
ter veſtibuluʒ ⁊ altare plorabãt ſacerdotes mi/
niſtri dñi dicẽtes. Parce domie parce p. t. Sic
Samuel multo tpe lugebat pro peccato ſaulis
regis. vt patet. j. Reg. xvj. Hoc etiam agenduʒ
xp̃s exemplo ſuo nos docuit: qñ videns ciuita
tem fleuit ſuper eã dicens. Si cognouiſſes et
tu ſupple fleres. Luce. xix. Ad lrãʒ conſiderãs
exterminiũʒ illius ciuitatis futurũ ⁊ calamita
tes holuʒ ex compaſſione defleuit. Moraliter
ſm Grego. conſiderans exterminiũ anime pec
catricis ⁊ eius dãnationem futuram etiam fle
uit cõpatiens eius miſerie. Sic ⁊. b. pater Do/
minicus cum appropinquabat ad aliquã ciui/
tatem deflebat cogitãs peccata eius. ⁊ hãc gra
tiam vt dicitur in legẽda eius dederat dñs ei
flendi pro miſeris ⁊ afflictis vnde ſe continere
aliqñ non poterat in oratione quin vox emin⁹
audiretur ac ſi mortuum lugeret. Et beati qui
lugent qm̃ ipſi ↄſolabuntur. ⁊ de exauditione
eor pro quibus lachrymãtur. ⁊ de merito ſue
compaſſionis. iuxta illud pſal. cxiij. ſm multi/
tudinem dolorũ in corde meo ⁊c̃. ¶ Terti⁹ lu/
ctus eſt de dilata felicitate. de qua ps. xlj. Fue *Lugetur bene⁹ ſup dilatione eterne beatitudinis.*
rũt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dũ
dicit mihi quotidie: vbi eſt deus tuus. Cõſide
rare enim dʒ aĩa guſtans ſuauitatẽ: quãta in ſu
perna patria felicitas. vbi nullũ bonuʒ deerit.
nullum malũ aderit. eſtq̃ʒ deus oĩa in oĩb⁹: va
catur ibi laudibus dei. vbi iugiter ſonãt orga/
na ſanctor. qui ſicut odor balſami ſunt añ de/
um. ⁊ angeli ⁊ archangeli hymnuʒ decantant
añ thronum dei: claraq̃ʒ facie deũ intuent: im/
pleturq̃ʒ omne deſideriũ. ⁊ ad hanc felicitateʒ
eſt creata. Sed dum peregrinat in corpore con
ſequi non põt. immo quotidie in periculo ẽ ea
amittendi in perpetuum nõ poteſt non dolere.
Reperiuntur autẽ iſte lachryme calefaciẽtes ⁊
pinguefaciẽtes animam in ſolitudine. ſ. ceſſan
do a ſtrepitu mundanor ⁊ occupationum. In *Ubi inueniũtur iſte lachryme.*
cuius figuram legit Gen. xxxvj. q̃ onã inuenit
aquas calidas. i. balneares in ſolitudine. Pro
curantur etiam precibus. Uñ in huius figurã
legitur. Judicum. i. q̃ axa filia caleph ⁊ ſponſa
othonielis. q dict⁹ ẽ ſaluator fuit ãmonita a ſpõ
ſo ſuo othonieli: q̃ poſtularet a p̃e terrã irri/
guã. Cũ igit ambularet cũ patre ſuo caleph ſe
dens ſuper aſinam ſuſpirauit. Et cum pater in
terrogaret quare ſuſpiraret. Rñdit terram arẽ
tem dediſti mihi iunge ⁊ irriguaʒ. Et dedit ei
pater irriguũ ſuperius ⁊ inferius. Axa eſt ani/
ma filia dei per creationeʒ: ⁊ ſponſa ſaluatoris
per fideʒ. h admonetur a xp̃o ſponſo vt petat a
deo irriguum ideſt terram cordis cuʒ aqua cõ
punctionis que ambulans per viam virtutuʒ
cũ deo. ideſt dei adiutorio: ſedens ſuper aſinã.
i deſt dominãs paſſionibus carnis. ſuſpirat af/
fectans ⁊ petens ſibi dari a deo cor cõpũctio
nis ⁊ lachrymaruʒ. ⁊ deus exaudit dans ei nõ
ſolum compunctionem de peccatis que eſt irri
guum inferius ſed etiam de dilatione patrie q̃
eſt irriguum ſuperius. Chriſtus in cruce ora/
uit cum lachrymis ⁊ clamore valido ſm apo/
ſtolum ad Hebre. v. Exauditusq̃ʒ eſt pro ſua re
uerentia. Lachrymatus eſt pro magno affectu
introducendi nos in ſupernam patriam. conſi
derans negligentiam hominum ad ipſam glo
riam appetendam conſequendaʒ. Nullus eniʒ
videtur eam extimare propter quod dicitur
Threnor. i. Uie ſyon lugent. eo q̃ non ſit qui
vadat ad ſolemnitateʒ. Sed beati qui lugent.
quoniam ipſi ↄſolabunt. ⁊ in p̃nti p internã de
lectationẽ. ⁊ in futuro p eternã glorificationẽ.

¶ Beati qui eſu/ .§. iiij.

riunt ⁊ ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſatura/
buntur. Matth. v. Hec eſt quarta beatitudo di
ſpoſitiua: que recte ⁊ ratione ſequitur tres pre
dictas. Qui enim mundana contempſit mo/
res manſuetudine rexit. ⁊ alienas miſerias lu/
xit. iam poteſt eſurire ⁊ ſitire iuſtitiaʒ quod pri
us non potuit. Unde Ambroſi. ſuper Lucam.
Poſtquam delicta defleui: incipio eſurire et ſi
tire iuſtitiam. Eger enim cum in graui morbo
eſt non eſurit. Beati ergo qui eſuriũt ⁊c̃. Ubi
Hieronymus. Non ſufficit velle iuſtitiam niſi
⁊ iuſtitie famem patiamur. ¶ Nunquã enim
nos ſatis iuſtos credamus: ſed ſemper iuſtitie
opera eſurire. ideſt deſiderare ampliora intel/
ligamus non contenti operibus bonis factis.

Et dicit Gregoꝛi. Summum bonum in rebus
humanis eſt iuſtitiã colere: ⁊ ſua vnicuiqȝ iu
ra ſeruare. xy. q. ij. cum deuotiſſimam. quod ꝑ
tinet ad iuſtitiã. Beati ergo ⁊c. vbi tria nota.
Primo quomõ eſuries variat ſpiritualis. Se/
cundo quomodo iuſtitia eſuriatur generalis.
Tertio quomodo ipſa ſatiatur anima rõnalis.

quid ſit eſurire ⁊ q̃dꝙȝ ſitire iuſtitiam. De multiplici eſurie ⁊ ſiti iuſtitie.

¶ Quantum ad primum ſciendum ꝙ illi eſu
riunt ſpũaliter qui deſiderant operari. Illi ſiti/
unt qui deſiderant ſcire talia opera. Eſt autem
varia eſuries ⁊ ſitis. Aliqui enim eſuriunt ⁊ ſi/
tiunt. ideſt deſiderant ⁊ laboꝛant ad hoc vt ſcien
tiam vanam conſequantur: vt curioſi. Sed iſti
non ſatiantur. quinimmo deficiunt. ſm illud
ps. cvj. Eſurientes ⁊ ſitiẽtes anima eoꝝ in eis
defecit. Nam vt ait apls. Semper addiſcẽtes
nunq̃ȝ ad ſcientiã veritatis peruenientes. Alij
eſuriunt ⁊ ſitiunt pecuniam. deſiderantes. ſ. ac
quirere ⁊ laboꝛare ad habendũ pecuniam vt
auari: ſed nunq̃ȝ ſatiantur. immo ſemꝑ plus
creſcit auiditas. ps. xxxiij. Diuites eguerũt et
eſurierunt. Amb. Nec ſatietas vnq̃ȝ aderit cu
piditati nec finis. di. xlvij. ſicut hi. Alij eſuriũt
⁊ ſitiunt. i. deſiderant habere. ⁊ ad hoc laboꝛãt
ad habendũ potentiam vel dignitatẽ aut volu
ptatem: vt ſuperbi ⁊ voluptuoſi ⁊ laſciui. Sed
nunq̃ȝ ſatiantur. immo ſemꝑ magis anxiãtur.
prouer. xxviij. Leo rugiẽs ⁊ vrſus eſuriẽs. ſcilȝ
mel in arboꝛe princeps impius ſuper populũ
pauperẽ. Et de filio pꝛodigo ⁊ luxurioſo dicit
ꝙ cupiebat implere ventrẽ ſuũ de ſiliquis q̃s
poꝛci manducabant. i. delectationibus venere
is: ⁊ nemo illi dabat. Lu. xv. Solũ eſurientes
iuſtitiam ⁊ ſitientes ſaturabuntur. Unde dicit
Eſa. lxv. Ecce ſerui mei qui. ſ. operati ſunt iuſti
tiam comedẽt. ⁊ vos. ſ. pctõꝛes eſurietis. bibẽt
⁊ vos ſitietis. Beati ergo q eſuriũt ⁊c. ¶ Quã
tum ad ſcdm. quomodo eſuritur iuſtitia ⁊ ſitit
dicit Chꝛyſo. ꝙ illi eſuriunt iuſtitiã: qui ſm iu/
ſtitiam dei deſiderant conuerſari. Illi ſitiunt q
ſcientiam eius acquirere cupiũt. Iuſtitia autẽ
hic ſumit pꝛo virtute generali. que vt ait phs
eſt omnis virtus. Hec reddit vnicuiqȝ qd̃ ſuũ
eſt. ⁊ deo quidem tria. Nam vt creatoꝛi hono/
rem. Apls. Soli deo honoꝛ ⁊ gloꝛia. honoꝛ. ſ.
latrie: qꝛ ſolus eſt creatoꝛ. Ut redẽptoꝛi amoꝛẽ.
Apoca. j. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis no
ſtris in ſanguine ſuo. Nulla autẽ maioꝛ pꝛouo
catio ad amoꝛem q̃ȝ ꝑuenire amãdo. ait Aug.
Et ipſe chꝛiſtus dilexit nos. j. Jo. iiij. Ut domio
⁊ iudici timoꝛem ei debemus Malach. j. Si
ego dominus veſter vbi eſt timoꝛ meus. Hiere
mi. Quis non timebit te o rex gentium. Eſuri
unt ergo ⁊ ſitiunt iuſtitiam: qui ſemꝑ magis ac
magis cupiunt deum honoꝛare amare ⁊ time/
re. Et ſitiunt affectantes ſcire quõ iſta melius ꝑ
ficiãt. Pꝛoximo etiã iuſtitia exhibet tria. Obe/
dientiam ſuperioꝛi. ad Ro. xiij. Omnis anima
pt̃atibus ſublimioꝛibus ſubdita ſit: qꝛ non eſt
poteſtas niſi a deo. ſ. opãnte vel ꝑmittente quo
ad malam ⁊ vſurpatam pt̃atem. Concoꝛdiam
equali. j. Coꝛin. j. Idipſum dicatis omnes ⁊ nõ
ſint in vobis ſciſmata. i. diſcoꝛdie. Beneficien/
tiam ſeu ꝓuidentiam inferioꝛi. j. pe. v. Paſcite
eum qui in vobis eſt gregẽ. ⁊ Lu. xij. Fidelis
ſeruus ⁊ pꝛudens quem cõſtituit dominus ſu
per familiam ſuam vt det illis cibũ in tempoꝛe
ſ. neceſſariũ. Sibi ipſi iuſtitia exhibet tria. Coꝛ
di intentionis mundiciã. Sap. j. In ſimplici
tate coꝛdis. i. pura intentione querite illũ. Oꝛi
cuſtodiã. ps. xxxviij. Dixi cuſtodiam vias meas:
vt nõ delinquã in lingua mea. Poſui oꝛi meo
cuſtodiam. Carni exhibet iuſtitia diſciplinam.
Exemplo Pauli dicẽtis. Caſtigo coꝛpus meũ
⁊ in ſeruitutẽ redigo. Beati ergo qui eſuriunt
⁊ ſitiunt iuſtitiã. i. qui ſemꝑ auidi ſunt ad ſciẽ
dum ⁊ operandum que ꝑtinent ad debitũ ex/
hibendum ꝓximis: ⁊ ad cuſtodiendum coꝛ. et
os ⁊ oẽs ſenſus ſuos ſm iuſtitiam. ¶ Quãtũ
ad tertium. ſ. que ſit iſta ſatietas qua ſatiantur
eſurientes ⁊ ſitientes iuſtitiam. Reſpondet ꝙ
eſt triplex. Pꝛima eſt quia vt dicit Augu. Illo
cibo ſatiabuntur ⁊ ſaturabũtur in preſenti. de
quo dominus ait. Meus cibus eſt vt faciã vo
luntatem eius qui miſit me patris mei: quod
eſt ſumma iuſtitia. Secunda eſt multiplicatio
bonoꝛum operum ⁊ meritoꝝ: que mentem re/
plent ⁊ reficiũt ſpirituali delectatione. Qui enĩ
multum deſiderat iuſta operari quod eſt eſuri/
re multa bona facit: nunquam quieſcit a bono
opere. ps. cxxxj. Pauperes eius. ſ. eccleſie ſatu/
rabo panibus. ideſt refectionis ſpiritualis. Ter
tia ſatietas eſt in futuro. De qua ps. xvj. Satia
boꝛ cum apparuerit gloꝛia tua. ¶ Nam in pre
ſenti rationalis eſurit vel ſitit pꝛimã veritatẽ:
cui datur prelibatio fidei modo. Concupiſcibi
lis eſurit ⁊ ſitit ſummam bonitatem cui datur
modo prelibatio charitatis. Iraſcibilis ſũmã
ſublimitatem. cui datur modo prelibatio ſpei.
Caro eſurit ⁊ ſitit ſuam gloꝛificationem. ſm il/
lud ps. lxij. Sitiuit in te anima mea q̃ȝ multip.
tibi ca. mea. Sed in futuro rationalis ſatiabit
viſione dei. Concupiſcibilis delectatione. Ira/
ſcibilis ſatiabitur fruitione. Coꝛpus ſua gloꝛifi
catione. Math. xiij. Tunc iuſti fulgebũt ſicut
ſol in regno patris eoꝛum quoad coꝛpus. Un/
de Eſa. lx. Tunc videbis quoad rationalem et
afflues quoad concupiſcibilem ⁊ mirabit quo
ad iraſcibilem. ⁊ dilatabitur quoad coꝛpis glo
rificationem. gloꝛia enim anime dilatatur ⁊ ex
tẽditur vſqȝ ad coꝛpus. Unde Hilarius. Sitiẽ
tibus ⁊ eſurientibus iuſtitiam beatitudinẽ tri/

De premio iſtius beatitudinis. ſcȝ ſatietate. Quõ. ſ. ſaturabuntur tripli.

buit dominus ſignificans ſanctorum auidita/
tem perſecta in celo ſatietate repleri. Et Chry.
Saturabuntur ſcilicet largitate remunerantis
dei: qm̄ maiora erunt premia dei q̃ʒ ſanctorum
deſideria. Beati ergo qui eſuriunt ⁊c̃.

Beati miſericor/ .§.v.

des qm̄ ipſi miſericordiam conſequent. Mat
Quare thei.v. Hec eſt quīta beatitudo ⁊ apte ponitur
miſeri/ in quinto loco. quia ſm̄ Glo. Miſericordia de
cordia precedentibus naſcitur: ſcilicet quando preceſ
q̄nto lo ſerit vera humilitas ⁊ animus manſueſcat ⁊ ſu/
co poni os ⁊ aliorum caſus defleat: ac iuſtitiam eſuri//
tur. at: poſtea naſcitur vera miſericordia. Tunc eñ
alienas miſerias facit ſuas ⁊ pro viribus iuua
bit: ⁊ ſi iuuandi facultas deeſt: compaſſio non
deerit: ⁊ recte poſt iuſtitiam ponitur miſericor
dia. quia ſm̄ glo. ita iſte ſcilicet miſericordia ⁊
iuſtitia ſunt coniuncte vt vna altera debeat tē/
perari. Nam iuſtitia ſine miſericordia eſt cru//
delitas ⁊ miſericordia ſine iuſtitia eſt remiſſio
⁊ diſſolutio. Quod diffuſe declarat Grego. di.
xlv. diſciplina. Ad miſericordiam chriſtus hor
tabatur dicens. Lu.vj. Eſtote miſericordes ſi/
cut ⁊ pater veſter celeſtis miſericors ē. Et ratio
eſt. quia beati miſericordes qm̄ ipſi miſericor/
diam ꝯſequentur. Et poſtea chriſtus dicit. Eſto
te miſericordes. Quomodo vel in quibus de/
bemus eſſe miſericordes oſtendit in eo quod
ſubdit. ſcilicet tribus.

Quare ⁋ In dando ſententiam. Unde ſubdit. Noli/
⁊ in qui te iudicare ⁊ non iudi.
bus de ⁋ In condonando vel ſubdendo miſericordi
bemus am. Unde ſubdit. Dimitite ⁊ dimittemini.
eſſe mi/ ⁋ In ſubleuando inopiam. Unde dicit. Date
ſericor/ ⁊ dabitur vobis.
des. ⁋ Et in omnibus his eſt miſericors pater cele
ſtis ad eos qui faciunt miſericordiam. Beati
ergo miſericordes qm̄ miſericordiam conſe//
quentur. ⁋ Prima ergo miſericordia qua de
bemus vti ad proximum eſt in iudicando. Un
de dicit Hierony. Miſericordia h̄ non ſolum
intelligitur in elemoſynis: ſed in omni pecca/
to fratris: vt alter alterius onera portemus. Job
xix. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem
vos amici mei. Quare me perſequimini ſicut
deus. ⁊ carnibus meis ſaturamini ⁊c̃. Miſeri
cordia eſt compaſſio ſuper aliena miſeria. Ma
xima miſeria eſt peccatum. Cum ergo videt qs
proximum aliquid facere quod habet ſpeciē
mali: ſi non eſt certus non debet iudicare eum
ſicut nec deus qui omnia nouit noluit iudica/
re facta ſodomorum niſi prius videret clare.
Uadam inquit ⁊ videbo ſi clamorē qui venit
ad me opere impleant. Gene. xix. Sʒ etſi a ma
lo culpe defectus excuſari non poteſt: primus

in actu ſuo excuſat intentionē: conſiderat fra/
gilitatem: experitur in ſe malorum tentationē:
⁊ ſicut vellet ſibi miſereri: ita ⁊ miſeretur pro/
ximo. Si etiam habet de ipſo iudicare miſeri/
cordia vtatur in alleuiando penā. conſiderās
quod ait Jacobus in canonica ſua. Judicium
ſine miſericordia fiet illi qui non facit miſicor
diam. Sed non ſic multi faciunt etiam qui vi/
dentur amici ſʒ ſunt prompti ad iudicia teme/
raria: ⁊ feſtucas in alieno oculo vident: non ſu
as trabes: vt ſcribit in euangelio. Luc.vj. Sua
crimina alleuiant ⁊ excuſant: aliena aggrauāt
⁊ perſequuntur: ſcilicet appetendo ⁊ querēdo
punitionem: vt deus: ideſt ac ſi ipſi eſſent inno
centes ⁊ non indigētes: ⁊ ipſi miſericordia ex
miſeriis ſuis ⁊ carnibus ſaturantur: crudelita
tem ſcilicet exercendo. Beati ergo miſericor//
des in iudicando non temerarie: non ſuſpitio
ſe: non preſumptuoſe: non vſurpatiue: ſed pie
ex compaſſione: qm̄ ⁊ ipſi miſericordiam con/
ſequentur cum iudicabuntur a deo. Secundo
miſericordia eſt in condonando iniuriam. Un
de dicit. Dimittite: ſcilicʒ iniurias vobis factas
⁊ dimittemini. prouerbio. xxij. Qui pronus eſt
ad miſericordiam benedicetur a domino. Au
gu. dicit tibi deus. Dimitte ⁊ dimittetur tibi.
dimitti prius dimitte vel poſtea. Nam ſi non di
miſeris reuocabo te. ⁊ quicquid dimiſeram re
plicabo tibi. de penitē. diſt. iiij. ꝑs. cij. Quomo
do miſeretur pater filiorum: miſertus eſt deus
timētibus ſe. Pater carnalis q̃uis filius mul/
totiens faciat contra ordinationes ſuas. tamē
parcit ſibi compatiens: ita ⁊ deus dimittit. ſ. in
iurias ſibi innumeras quotidie a nobis fcās.
Unde Amb. in paſſione chriſti. Libēter igno/
ſco. ſ. iniurias mihi factas prompte indulgeo.
miſericordiā malo q̃ʒ ſacrificium. de pe. diſt. j.
Exemplo in paulo qui ait ſe de ſeipſo. Qui pri
us fui blaſphemus ⁊ contumelioſus perſecu/
tor: ſcilicet chriſti ⁊ fidelium: ſed miſericordiā
conſecutus. j. ad Timothe. j. Et in euangelio ip
ſo vbi miſericordiam mandat: dicit. Non eſt
diſcipulus ſupra magiſtrum perfectus autem
omnis erit ſi ſit ſicut magiſter eius. Chriſtus ē
magiſter qui quantas iniurias ſuſtinuerit. et
q̃ʒ miſericorditer indulſerit. patet in paſſione
eius. Beati ergo miſericordes quoniam ipſi
miſericordiam conſequentur: ſcilicet remiſſio
nem peccatorē. Unde dicitur Eccleſia. xxviij.
Relinque proximo nocenti te. ideſt tibi non di
cit qui nocuit tibi: ſed nocenti principaliter
quando vltionis ira ſolet magis feruēſcere. ⁊
tunc deprecanti tibi ſoluentur pctā tua. i. di/
mittentur: ſicut ſoluitur cera ad ignem ⁊ gla//
cies ad ſolem. Et ad Colloſ. iij. Donantes in/
uicem ſiquis aduerſus aliquem habet quere//

lam: ſicut & xpo donauit nobis. ¶ Tertia miſe
ricordia eſt in ſubleuando inopiam. Unde di/
citur. Date. ſ. elemoſynā & dabit vobis miſeri
cordia elemoſyne multiplicis. Prouerbio. xiiij.
Qui miſeretur pauperi. ſ. dando elemoſynam.
beatus erit. Hilarius. Intantum deus beniuo/
lentie noſtre in omnes delectatur affectu: vt ſu
am miſericordiam ſolum miſericordibus ſit
daturus. Eccl. xxix. Conclude elemoſynam in
ſinu pauperis. i. da occulte. non propter laudē
humanā: & ipſa orabit pro te. ſ. pauper cui da/

De pre/ mijs mi/ ſericor/ dib⁹ p miſſis.

bis. Date ergo & dabitur vobis. Et quid detur
nobis oſtendit ipſe deus in euangelio eodē dicens.
Menſuram bonam conſertam coagitatam &
ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrū. ſ. pa
ter & filius & ſpūſſanctus. ſ. a quo omne datum
optimum dabunt pro elemoſyna data ex miſe
ricordia & mēſura bōa pōt referri ad bona tem
poralia que multiplicāt hoib⁹ dantib⁹ elemoſy
nas largas: vt dr̄ i. prouerb. iij. c. Honora deū de
tua ſubſtantia. ſ. dando pauperi. vt impleant hor
rea tua: & vino torcularia redundabunt. ¶ Ex/

Exēplū.

emplum legitur q̄ in quodam monaſterio cū
dabantur ibi abundanter elemoſyne pauperi/
bus abundabant monachi multū in tempora
libus. In proceſſu temporis ceperunt deſiſtere
ab hoc opere miſericordie. & monaſteriū etiam
deficiebat in redditibus. Et cum quidam con/
quererentur de hmōi defectu. dixit eis quidā
ſanctus homo. Duo fratres ſunt quos habeba
tis in iſto monaſterio. vnus dicebatur date: &
alius dabitur vobis. Iſti ſemp volūt ſimul ma
nere. Sed vos emiſiſtis date. & ideo alius. ſ. da
bitur vobis noluit manere vobiſcū: ſed receſ/
ſit. Ideo ergo indigetis: quia non vtimini mi
ſericordia ad pauperes. ¶ Scdo menſurā coa
gitatam. i. calcatam dabunt in ſinum veſtrum.
ſ. mentē veſtrā quoad bona ſpūalia: q: vt dr̄ p
uerbio. xiiij. Miſericordia & veritate redimit
iniquitas. Et per ipſam etiam miſericordie ele
moſynam diſponitur & augetur ad gratiam: ſi
cut patet per exemplum in vitaſpatrum in le/

Exēplū.

genda Macharij de illo ſimphoniaco qui ex
eo q̄ fecit miſericordiam defendendo virginē
a ſocijs ne eam opprimerent & reducendo ad
ſuos & mulierem inuentā in deſerto quaſi de/
ſperatam pro detentione viri & filiorum in car
ceribus pro debitis. ipſe reſocellauit & debita
ſoluit. Machario fuit reuelatum q̄ futurus eſ
ſet ſocius eius in gloria. Et ſic ex illa miſericor
dia inductus eſt admonitione Macharij ad
deſerendum ſeculum & ſeruiendū deo. ¶ Ter
tio menſuram conſertam idest cumulatā quo/
ad gloriam anime excedentem capacitatē me
ritorum eius. ¶ Quarto ſupereffluentem. i.
irabocantem quoad gloriam corporis: que p/

De mīa & ei⁹ vtilitate. ō. ti. v. c. xviij.

cedit ab anima ſeu ab anime gloria redundan
tem in corpus. miſericordib⁹ enim dicetur in
vltima reſurrectione. Uenite benedicti patris
mei percipite regnum.

¶ Beati mundo .§. vi.

De mūdicia

corde quoniam ipſi deum videbunt Matth.
v. Conuenienter ſexto loco ponitur beatitudo cordis
de mundicia cordis: quia ſexto die homo for/
matus eſt ad imaginem dei. que quidem per
peccatum obtenebrata erat in homine: ſed im
mundicia cordis reformatur per gratiam. Nā
imaginem dei quam homo per culpam ſexta
die amiſit chriſtus ſexta mundi etate reſtituit:
& mundis corde infudit per gratiam. Merito
ergo poſt predicta ſequitur beatitudo de mun
dicia: quia niſi prius illa quinqꝫ habeatur: mū
dum cor in homine non creatur. Unde Amb.
Qui miſericordiam defert miſericordiā amit
tit. niſi mundo corde miſereatur. Quia enim
vt ait Cryſo. multi miſerentur: ſed impudica
agunt: eſtimantes ſufficere miſericordiā: oſten
dit q̄ non ſufficit miſereri & impudica agere.
& ideo addidit de mundicia dicens. Beati mū
do corde. Et nota q̄ nō dicit mundi in exterio
ribus vel in corpore. Contra quos chriſtus ait
Matth. xxiij. Ue vobis ſcribe & phariſei qui
mundatis quod deforis eſt. intus autem pleni
eſtis rapina & immundicia. ſ. rationum Cryſo.
ſuper Matth. Cum deus neqꝫ corporis mun/
diciam laudet: nec ſordes condemnet. pone ta
men q̄ deus odit ſordes corporum veſtimen/
torum & vaſorū: que neceſſe eſt vt ipſo vſu ſor
didentur: quantomagis ſordes cōſcientie hor
ret quam ſi volumus ſemper mundam ſerua/
mus. Dicit ergo. Beati mundo. non corpore
ſed corde. Hec autem mundicia in tribus in/
telligitur. ¶ Primo vt munda ſit rationalis
ab errore male inſtruente. ¶ Secundo vt mū
da ſit concupiſcibilis ab amore male inflam/
mante. ¶ Tertio vt munda ſit iraſcibilis a ti
more male humiliante. ¶ Debet mundicia eē
in intellectu a tribus vt ſit munda rationalis
videlicet. Primo a duplicitate intētionis. Se
cundo a falſitate opinionis. Tertio a prauita/
te cogitationis. ¶ Quantum ad primum qui
ſimulatam habet intentionem: vt qui facit ali
quid malo fine: vel qui vnum habet in corde:
& aliud in ore ſeu opere non eſt beatus ſed mi
ſer Eccl. ij. Ue duplici corde. Et iterum. Ue
peccatori ingredienti terram duab⁹ vijs. Hoc
agit ſm Rabanum: qui mala facit & bona ſpe/
rat: vel qui ſectatur opera carnis: & ſanctifica/
tionem ſpiritus ſe perficere arbitratur. vel qui
quoad exteriora viam graditur paradiſi: ſcili
cet agendo opera de genere bonorum quoad

quare ſexto loco ponitur

Mūdicia cor/ dis in tribus cōſiſtit

Mūdicia ītellect⁹ in tribus

interiora incedit per viam inferni Hiere.iiij.
Laua a malitia:ſcilicet intentionis cor tuum.
Secundo debet intellectus eſſe mundus a fal
ſitate opinionis.vt nil ſentiat contra veritatez
fidei:ſicut diſcipuli qui videntes chriſtum re/
ſuſcitatum eſtimabant fantaſma eſſe.Vñ chri/
ſtus ait.Quid turbati eſtis:⁊ cogitatiões aſcẽ
dunt:ſcilicet ab inferis in corda veſtra.Actuũ.
xv.Fide purificans corda eorum:ſcilicet ab er
roribus.Tertio debet eſſe rationalis munda a
prauitate cogitationis Math.xv.Ex corde ex
eunt cogitationes male.Furta ⁊ huiuſmodi.⁊
vt dicit Greg.Nequaquam cogitatio immun
da mentem maculat cum pulſat:ſed cum hanc
per delectationem ſuperat de pe.di.ij. Unde
Eſaie.j.dicitur.Lauamini.quoad primum'mũ
di eſtote.quoad ſecundum auferte malum co/
gitationum veſtrarum ab oculis meis.quoad

Mũdi cia ꝯcu piſcipil' i trib⁹

tertium.❡Secundo debet eſſe munda concu
piſcibilis ab amore mundane affectionis : ab
amore praue delectationis.a malo puerſe ope/
rationis Math.vj.Ubi eſt theſaurus tu⁹ ibi
eſt ⁊ cor tuum.vbi Cryſo. Si nil tibi alterius
mali eueniat.non paruam ſenties iacturam in
ferioribus affixus:⁊ ſeruus eorum factus: ⁊ a
celeſtibus cadens ⁊ nil excelſorũ cogitare va
lens.Secundo debet affectus eſſe mundus ab
amore praue delectationis Io.ij.Mũda ſer

Mũdi cia i ira ſcibili

uaui animam meam ab omni concupiſcentia
ſcilicet carnis ⁊ ſpiritus.Et dominus per pro/
phetam.Uſqꝫquo morabuntur apud te cogi//
tationes noxie.Tertio debet eſſe munda affe//
ctio a praua operatõe.Prouerb.xxj. Qui mũ
dus eſt:ſcilicet corde rectum eſt opus eius pſ̃.
xxiij.Quis aſcendet in montem domini. inno
cens manibus: ideſt operibus ⁊ mundo cor//
de.Tertio debet eſſe munda iraſcibilis a timo
re male humiliante Math.x. Nolite timere
eos qui occidunt corpus.vnde apoſtolus ait.
Mundus ego ſum a ſanguine omniuz veſtꝝ
Non enim ſubterfugi quin omne conſilium
dei manifeſtarem vobis : ſcilicet de agendis
q.d.propter timorem non dimiſi quin dicerez
veritatem neceſſariam.quia tunc mundus nõ
eſſem.Qui enim nimis timet aduerſa de facili
perdet mundiciam cordis:⁊ incurrit pſa pec/
cata.Sed ſiquis diceret iſtam beatitudinez ha
beri non poſſe:quia ſcribitur.Prouerb.xx.qs
poteſt dicere mundum eſt cor meum : purus
ſum a peccato.q.d.nullus:ergo non poteſt ha/
beri iſta beatitudo mundicie.Reſpondeo.Ali
ud eſt dicere ſe mundũ a peccato:quod nullus
poteſt dicere aſſertiue:quia delicta quis intel/
ligit.Pſal.xviij.q.d.nullus.Et nihil mihi con
ſcius ſum:ſed non in hoc iuſtificatus ſum ait
apoſtolus.Et hoc propter incertitudinem ſta,
tus noſtri:quia nemo ſcit vtrum odio vel amo
re dignus ſit Eccẽs.ix.Tum etiam propter inſe
parabilitatem venialium.j.Jo.j. Si dixerim⁹
quia peccatum non habemus ipſi nos ſeduci/
mus.Aliud eſt eſſe mundum a peccato quocũ
qꝫ.Et iſtud quãuis ex propria natura eſſe non
poſſit.tamen eſſe poteſt ex diuina gratia : ſm
illud Job.xiiij.c.Quis poteſt facere mundum
de immũdo conceptum ſemine. Non eniz tu
qui ſolus es?Et cum tali mundicia poteſt vi//
deri deus in vita preſenti multipliciter.Jacob
vidit deum facie ad faciem:ſed emarcuit ner
uus femoris eius quod ſignificat extinctionẽ
concupiſcentie carnalis.⁊ Iſa. ſed mundatis
labijs.⁊ Paulus raptus:ſed ceciderunt ſqua
me ab oculis eius ipſo baptizato. Beati er//
go mũdo corde qm̃ ipſi deum videbunt.

❡Beati pacifici .§.vij.

Quare h ſepti/ mo lo/ co po// nitur

quoniam filij dei vocabuntur Math.v. Hec
beatitudo apte in ſeptimo loco ponitur. dicit
glo.quia in ſabbato vere requieuit dabitur ve
ra pax:ſex etatibus tranſactis Amb.ſuper Lu.
reddit rationem quare congrue beatitudinez
de mundicia ſequitur iſta de pace dicens. Cũ
interiora tua vacua feceris ab omni labe pec/
cati ne diſſenſiones ex affectu tuo procedant:a
te pacem incipis vt alijs pacem feras. vnde di
citur.Beati pacifici.Circa quod tria ſunt no//
tanda.Primo pacis auiditas.Secundo pacis
integritas.Tertio pacis ſublimitas.❡Quan
tum ad primum dicit Aug.xix.de ciui.dei.ꝙ
omnia appetunt pacem. quod diffuſe probat
per multa exempla ⁊ irrationabilium anima/
lium ⁊ latronum inter ſe.Et etiam ex hoc quia
bellum quod naturaliter omnes horrent pro/
pterea gerunt vt perueniatur ad pacem.Non
enim pax queritur vt bellum exerceatur : ſed
bellum geritur vt pax habeatur.xxiij.q.j.mili
tare.Pſal.lxxv.In pace factus eſt locus eius:
ſcilicet dei.Hanc apoſtolus mandauit dicens
Pacem habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit
vobiſcum.ij.Cor.vlt.❡Quantum ad ſecun//

Trib⁹ modis aliq fi// unt pa cifici

dum ꝙ tribus modis aliqui fiunt pacifici . Et
beati pacifici quoniam ⁊c̃. Primo quidem cũ
deo ei in omnibus obtemperando. Secundo
in ſeipſo motus illicitos refrenando . Tertio
cum proximo concordiam inter eos procuran
do.Nec dicuntur hi pacifici qui habẽt animũ
pacatum iniurijs factis a proximo vt non in//
de conturbentur:quia hoc pertinet ad ſecun//
dã btitudinẽ.ſ.mititatẽ.Sꝫ q inuigilant paci
reformande quoad deum ⁊ hoc per penitenti
am qui per culpam eam amittunt ⁊ paci cõſer
uande in ſeipſis:⁊ paci faciende inter proximos
Primo ergo beati pacifici:quia ſcilicet obtem

perando mandatis dei. per omnia concordant cũ eo. ad Ro. v. Juſtificati ex fide pacẽ habeamus ad deum. vt enim ait Augu. Sicut quod eſt ſuperius in nobis: ſcilicet mẽs vel ratio debet ceteris inferioribus reluctantibus imperare: ita quod eſt in nobis ſuperius: ſcilicet ipſa ratio debʒ ſubijci potiori ſe: ſcilicet deo. Neqʒ enim imperare inferioribus poteſt niſi ſuperioribus ſubijciatur. Unde in primis parentibus cum rebellauit rõ deo tranſgrediens mãdatum. ⁊ caro ſe rebellauit rationi ſentiendo ſtimulos carnis. Et hec eſt pax que datur hominibus bone voluntatis Luc. ij. Secũdo beati pacifici: ſcilicet qui refrenant in ſe illicitos motus Job. v. Scias ꝙ pacem habeat tabernaculum tuum: ideſt corpus. vnde ⁊ Aug. Pacifici ſunt in ſeipſis qui animi motus ⁊ carnales concupiſcentias habentes edomitas ⁊ rationi ſubiectus: ſunt regnum dei in quo ita ordinata ſunt omnia: vt quod in homine eſt ĩ pͥncipium imperat reluctantibus que ſunt nobis beſtijſqʒ communia. Tamen vt dicit Aug. iſta ſubiectio ſenſualitatis ad rationem perfecte non poteſt haberi in hac vita: ſed hoc nunc pacifici agunt: vt domantes concupiſcentias carnis ne regnent quandoqʒ perueniant ad pleniſſimam pacem. Tertio beati pacifici: ſcilicet qui querunt pacẽ cũ proximo. ſʒ illud ad Ro. xij. Si fieri poteſt quod ex vobis eſt cum omnibus pacem habentes Cryſo. ſuper Mat. Pacifici ad alios qui non ſolum inimicos in pace reconciliant: ſed etiam qui immemores malorum diligunt pacem. Pertinet ad iſtam pacem vt non ſolum non querant vindictam leſi: ſed querant cum eis ledentes habere pacem ⁊ diſcordantes ad pacem reducere.

De premio illius btitudinis

¶ Quantum ad tertium principaliter ſublimitas pacis oſtẽditur ex fructu eiꝰ ſeu premio quod repromittitur: quia ſcilicet filij dei vocabuntur. Tria autem faciunt hominem filium dei quodam particulari modo. Primo fides formata Jo. j. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri his qui credũt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus ⁊c̃. Secundo charitas perfecta Mat. v. Diligite inimicos veſtros ⁊c̃. vt ſitis filij patris veſtri. Tertio pacis concordia. ſm illud. Pſal. Beati pacifici quoniam filij dei vo. quia ſʒ Cryſo. tales diligentes pacem chriſto ſunt ſimiles qui eſt pax noſtra qui fecit vtraqʒ vnum ſm apoſtolum. vel quia ſm Aug. Jn deo eſt ſumma quies ⁊ nil repugnans. Et ſic habent tales ſimilitudinem patris. vel ſm eundem Cryſo. Pacifici dicuntur qui nec odiunt nec litigant: ſed litigantes ⁊ diſcordantes ad pacem reducunt. Hi recte vocãtur filij dei: quia vnigeniti hoc opꝰ fuit congregare diſperſa ⁊ pacificare contra ſe prelianția. hoc autem eſt maximum ⁊ digniſſimum: ſcilicet eſſe filius regis eterni.

¶ Beati qui per- .§. viij.

ſecutionem patiuntur propter iuſtitiam quoniam ipſorum eſt regnum celorum Math. v. Hec octaua beatitudo eſt quedã manifeſtatio ⁊ confirmatio precedentium. Ex hoc enim ꝙ aliquis eſt confirmatus in precedentibus bonis in paupertate ſpiritus: mititate: ⁊ alijs: ſequitur ꝙ ab illis bonis propter nullam perſecutionem recedat. vnde iſta beatitudo pertinet quaſi ad omnes precedẽtes Cryſo. ſup Mat. dicit ꝙ poſita beatitudine de pace ſubdit de perſecutione ne quis exiſtimaret ꝙ ſemper querere ſibi pacem ſit bonum: puta aſſentiendo malis ppea ſubdit. Beati q pſecutionẽ patiũtur. Ubi tria notanda ſunt circa iſtã beatitudinem.

Quare ſ oppo nitur

¶ Primo ſupplicium afflictionis. ibi. Beati qui perſecutionem patiuntur.

¶ Secundo motiuum paſſionis. ibi. Propter iuſtitiam.

¶ Tertio premium tolerationis. ibi. Quoniã ipſorum eſt regnum celorum.

Qr multiplex ẽ pſecutio

¶ Quantum ad primũ vtiqʒ perſecutio afflictio eſt. Dicit autem apoſtolus. ij. Tim. iij. Omnes qui pie volunt viuere in chriſto neceſſe eſt vt perſecutionem patiantur propter iuſtitiam ⁊ hoc a carne: demone ⁊ homine. Caro enim perſequitur ſpiritum volens eum trahere ad ſuas concupiſcentias. Jn cuius figuram fuit ludus hiſmaelis cum yſaac: que perſecutio dicitur. Unde apoſtolus ad Gal. iiij. Js qui ſm carnem natus eſt perſequebatur eum qui ſm ſpiritum natus eſt. i. appetitus ſenſualis rõnẽ a demone quilibet iuſtus ſuſtinet perſecutionem dum varijs modis querit eum decipere ⁊ occidere. Pſal. xvij. Perſequar inimicos meos ⁊ comprehendam illos ⁊ non conuertar donec deficiant. Perſequimur demones perſequentes cum reſiſtimus eorum ſuggeſtionibus. Ab homine fit perſecutio. Et hoc dupliciter: quia per iniurias corporales vel per mala exempla. vnde Aug. vtrũqʒ genus perſecutionis diſtinguens. ait ſuper Pſal. lxix. ⁊ in multis alijs. Uox contribulatorum chriſto. i. martyrum inter paſſiones periclitantium ſed de capite preſumentium. Cum illis vos omnis fuſti cui ex charitate abundans iniquitas chriſtianorum paſſio eſt. vt Loth corporalem perſecutionem a nullo in ſodomis ſuſtinuerit ſed a malis eorum cum quibus habitabat. Eſt ergo perſecutio iuſti vel a leone in impetu: vel a dracone in inſidijs. vij. q. j. aduerſitas. §. eſt ⁊ aliud.

De motiuo paſſiõis. ſ. pp qd

¶ Quantum ad ſecundum: ſcilicet de motiuo paſſionis quod ſcilicet debet eſſe iuſtitia

que includit omnem virtutem. Nam pati pro
pter ſua peccata perſecutionem: ideſt punitio-
nem non facit hominem beatum ſed miſeruʒ
Unde .j. Pe. iiij. dicitur. Nemo veſtrum patia
tur quaſi homicida: aut fur: aut maledicus.
Idem ſi quid patimini propter iuſtitiam bea
ti. Et hoc eſt quod dicitur beati qui perſecutio
nem patiuntur propter iuſtitiam Cryſo. ſuper
Matth. Quidam patiuntur perſecutioneʒ p-
pter non committendam idolatriam. ꝛ iſti ſūt
beati quia ꝑpter iſtitiam fidei patiuntur: vt fi
deles a paganis: vt Lau. Uincen. Jo. ꝛ Paul.
Coſmas ꝛ Damianus a diuerſis tyrannis ido
latris. vt Agnes. Lucia. Cecilia. Katerina: ꝛ in
numeri virū ſꝫ ſexus. Aliqui patiuntur perſe
cutionem propter veritatē non deſerendaʒ. vt
catholici ab hereticis: ſicut athana. Hila. Am
bro. ꝛ plures alij ab arrianis ꝛ imperatore eis
fauente ꝛ Hermigildus filius regis hyſpanie
a ſuo patre iuſſus occidi: quia ab arrianis no-
luit accipere communionem: vt narrat Greg.
in dialo. Et iſti etiam beati: quia propter iuſti-
tiam veritatis patiuntur perſecutionem. Sed
quis ex potentibus ait Cryſoſt. qui chriſtiani
videntur forſit. i propter peccata ſua correptꝰ
a te fuerit perſecutus beatus es cū Jo. bap. qui
ſcilicet non propter fidem: ſed propter verita-
tem dicendam circa matrimonium violatum
ab herode corripuit: perſecutionem ꝛ morteʒ
eſt paſſus. Qui ergo propter cauſam dei ali-
quid patitur: etſi a ſuis patitur mercedē mar-
tyrij accipiet a deo. Beati ergo qui perſecutio
nem patiuntur propter iuſtitiam. ¶ Quantū
ad tertium: ſcilicet de premio. Nota ꝙ regnū
celorum eſt perſecutionem patientium tribus
modis. Primo modo ſpontanea voluntate.
Uoluntarie ſacrificabo ꝛc. Secundo cum per
ſeuerentia. Unde qui perſeuerauerit vſqꝫ in fi
nem hic ſaluus erit. Tertio ex cauſa legitima
quia propter rectam intentionem ꝛ cauſam.
Nam vt ait apoſtolus .j. Cor. xiij. c. Si tradide
ro corpus meum: ita vt ardeam: charitateʒ au
tem non habuero: ſcilicet faciendo propter lau
dem humanam: non propter deum nihil mi-
hi prodeſt. ¶ Et nota ꝙ idem premium in pri
ma ꝛ octaua beatitudine ponitur. Primo qui-
dem quia martyrij genus eſt paupertas volū-
taria: ꝛ in conſpectu ſeculi ſunt pauperes ſpiri
tu qui perſecutionem patiuntur. Secundo qꝛ
per paupertatem emitur regnum celorum: ſꝫ
perſecutione ꝛ paſſione pro chriſto percipitur
regnum. Tertio ſm Amb. quia pauperibus
ſpiritu promittitur regnum celorum quantuʒ
ad gloriam anime ſed ſuſtinentibus perſecu-
tionem ꝛ paſſionem in corpore pro chriſto pro
mittitur regnum celorum quantum ad glori-
am corporis. Beati ergo ꝛc.

Cz. ſ. aſflicti btificāt

De premio huiuſmodi pſecutoꝝ

¶ De vltimo fine hominis qui eſt beatitudo
perfecta. Capitulum .vij.

Reſtat videre de be-
atitudine pſecta: que eſt vltimꝰ finis
hois quā diffinit Boe. cū dicit ꝙ ē
ſtatus oium bonoꝝ aggregatio per
fectus. Et pmo vidēdū eſt ſi eſt aliqd creatū vl'
increatū. Pro cuiꝰ declaratiōe dicit .b. Tho. j.
ij. q. iij. ꝙ beatitudo eſt vltimꝰ finis. Finis aūt
alicuiꝰ dr̄ dupl'r. Uno mō res quā cupimꝰ adi-
piſci ſicut auaro finis eſt pecunia. Alio mō ipa
adeptio vl' poſſeſſio ſeu vſus aut fruitio eiꝰ rei
que deſideraꝛ: ſicut ſi dicaꝛ ꝙ poſſeſſio pecu-
nie eſt finis auari: ꝛ frui re voluptuoſa ē finis i-
tēpati. ¶ Primo ergo mō vltimꝰ finis hois ē
bonū increatū. ſ. deꝰ q ſolus ſua infinita boni-
tate pōt volūtatē hois pſecte implere. ꝛ iſta dr̄
beatitudo obiectiua vl cauſatiua: qꝛ deꝰ eſt ob
iectū ꝛ cā nr̄e beatitudinis. vñ ꝛ Boe. dic̄ deū
eē ipſam beatitudinē neceſſe eſt ꝯfiteri. ¶ Se-
cūdo vltimꝰ finis ſeu beatitudo hois eſt aliqd
creatū in ipo exiſtēs: qđ nihil aliud eſt ꝗꝫ ade-
ptio vl' fruitio vltimi finis: vñ Aug. dicit ꝙ il-
lis rebꝰ fruēdū eſt que nos beatos faciūt. factio
aūt iportat qd creatū: ꝛ iſta dr̄ beatitudo adepti
ua vl' fruitiua ex eo ꝙ eam adipiſcimur ꝛ frui-
mur. Sic igiꝛ ꝗꝫtū ad obiectū ꝛ cām beatitu-
do ē qd creatū: ſꝫ ꝗꝫlū ad eēntiā ē qd creatuʒ.
Cū aūt dr̄ beatitudo ē qd ſūmū bonū itelligen
dū ē ꝙ ē adeptio ſūmi boī. nō ꝙ ipa adeptio q
dr̄ btitudo ſit ſūmū bonū qđ ē deꝰ: ꝛ ꝑ ꝯñs qd
icreatū. Et ſil'r btitudo dr̄ vltimꝰ finis. i. adep-
tio vltimi finis. ¶ Probatio ꝛ declaratio quo
btitudo pſecta ſit opatio. nō ꝗcūqꝫ: ſꝫ opatio i-
tellectiua nō ꝗcūqꝫ: ſꝫ clare viſiōis diuine eēn-
tie. Et pmū ꝓbat ſic .b. Tho. j. ij. q. iij. ſ. ꝙ btitu
do ſit opatio bꝫ ꝙ btitudo ē aliqd creatū i ipo
hoie exn̄s. btitudo ē vltima hois pſectio. vnū
quodqꝫ aūt intm̄ ē pſectū inꝗꝫtū ē actu. nā po-
tētia ſine actu ipſecta ē. ꝗ btitudinē oꝫ i vltimo
actu hois ꝯſiſtere. Māifeſtū ē aūt ꝙ opatio eſt
vltimꝰ actꝰ opātis. vñ ꝛ ſcđs actꝰ noiaꝛ a pho i
ſcđo de aīa. nā hñs formā pōt eē i potētia ope-
rās: ſic̄ ſciēs potētia ꝯſiderās ē. Et inde ē ꝙ in
alijs quoqꝫ rebus vnaqueqꝫ dicitur eſſe ꝑpter
ſuam operationem. Nec eſſe eſt igitur beatitu
dinem hominis operationeʒ eſſe. Unde ꝛ phi
loſophus in .j. eth. dicit felicitatē eſſe operatio
nem ſm perfectam virtutem. Cum autem ſit
duplex actio ſm philoſophum. Unaqueqꝫ pro
cedit ab operante in materiam exteriorem:
ſicut nere. ſecare. ꝛ huiuſmodi. Et talis actꝰ nō
pōt eē beatitudo hois qꝛ talis operatio nō eſt
pſectio agētis ſed magis patiētis. Alia ē actio

De vltimo fine .ſ. btitudine. vtꝝ ſ. ſit qd creatū

Que opatio ſit beatitudo

manens in ipſo agente ſicut ſentire:velle:⁊ intelligere:⁊ talis actio eſt perfectio agentis. ⁊ ⁊ poteſt eſſe beatitudo. Jſta autem operatio que dicit beatitudo: alio modo eſt ĩ deo: alio modo in angelis bonis ⁊ ſanctis:alio modo ĩ viatoribus. Nã in deo in quo eſt beatitudo ꝑ eſſentiã. opatio eius eſt eſſe ipſius. Jn angelis ⁊ beatis in vita eterna:eſt vltima pfectio ſcḋm aliquã opationem qua iungunt bono increato. ⁊ hec eſt in eis opatio vnica ⁊ ſempiterna. Jn viatoribus aũt ſm ſtatuꝫ vite preſentis. eſt vltima pfectio ſm quã homo coniungit deo. Sed hec opatio non pōt eſſe cõtinua ⁊ vnica. Nec obſtat p̄dictis ꝙ beatitudo dꝛ vita eterna Jo.xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcãt te ſolum ⁊c̃. Et vita nõ eſt opatio:ſed ſm phm viuere viuẽtibus eſt eſſe. Nã ſm Tho. vita dicit dupl̃r. Uno modo ipm eſſe viuẽtis. ⁊ ſic beatitudo nõ eſt vita niſi in deo cuius eſt ſua etiam opatio. Alio modo dicit vita opatio viuentis: ſm quã principium vite exit in actum. Et ſic noĩamus vitã activã ⁊ ꝯtemplatiuam. Et hoc modo beatitudo pfecta dicit vita eterna. Qḋ autem Boetius dicit beatitudinẽ ſtatũ oium bonoꝝ intelligitur per hoc ꝙ beatus eſt in ſtatu omnis boni perfecti.i.firmitate ⁊ dignitate:non ꝙ non ſit in actu.

¶ Quod operatio que eſt beatitudo eſt opatio intellectus. §.i.

¶ Quod operatio que eſt beatitudo eſt opatio intellectus probat ſic. Beatitudo cum ſit pfectuꝫ bonuꝫ:opꝫ ꝙ ſit optima pfectio vel pfectionis operatio. Optima opatio eſt optime potẽtie. ergo optimuꝫ oĩm eſt deus. Potẽtie aũt principales: eſ anime ſunt intellectus ⁊ voluntas. Sed beatitudo nõ pōt eẽ eſſentialr̃ actus voluntatis: vñ reſtat ꝙ ſit actus intellectus. Et ꝙ non pōt eſſe actus voluntatis q̃ſtum ad id qḋ eſt eſſentialr̃ ipſa beatitudo:ſic ꝓbat. b. Tho.j.ij.q.iij. Manifeſtum eſt ex p̄miſſis ꝙ beatitudo eſt ꝯſecutio vltimi finis. Cõſecutio aũt finis non conſiſtit in ipſo actu voluntatis. Uoluntas eniꝫ fertur in finem ⁊ abſentem cum ipm deſiderat:⁊ preſentẽ cuꝫ in ipſo requieſcẽs delectaf. Manifeſtuꝫ ẽ aũt ꝙ ipm deſideriũ finis nõ eſt cõſecutio finis ſed motus ad finem. delectatio aũt aduenit voluntati ex h̃ ꝙ finis ſit ei p̄ſens. Nõ aũt econuerſo aliquid ſit preſens:q: voluntas delectaf in ipo. ¶ Opꝫ ergo aliquid aliud eẽ q̃ actum voluntatis:per qḋ ſit p̄ſens ipe finis volũtati. Et hoc manifeſte apparet circa fines ſenſibiles. Si enim ꝯſequi pecuniam eſſet per actum voluntatis:ſtatim a principio cupidus ꝯſecutus eſſet pecuniam qui vult eam habere. Sed a p̄ncipio quidẽ eſt abſens ei. Conſequit aũt ipſam ꝑ hoc ꝙ manu eã apprehendit: vel aliquid hmõi: ⁊ tunc iam delectaf in pecunia habita. Sic igitur circa intelligibilem finem contingit:nam a principio volumus conſequi finem intelligibilem. Conſequimur autem ipſum per hoc ꝙ ſit preſens nobis per actum intellectus. Et tunc voluntas delectata quieſcit in fine iam adepto. Sic ergo eſſentia beatitudinis in actu intellectus conſiſtit. Sed ad volũtatem pertinet delectatio conſequens beatitudinem ſm ꝙ dicit Auguſti.in.x.confeſſio. ꝙ beatitudo eſt gaudium de veritate:quia ſcilicet ipſum gaudium eſt conſumatio beatitudinis. Patet etiam hoc ſcilicet ꝙ beatitudo conſiſtat in actu intellectus ex hoc quod dicit Johan.xvij. Hec eſt autem vita eterna vt cognoſcant te ſolum verum deum. ⁊c̃. Cognitio autem pertinet ad intellectum:non voluntateꝫ. Non eſt cõtra predicta quod Augu. dicit.xix. de ciui.dei.beatitudinem conſiſtere in pace. Nam pax pertinet ad vltimũ finem hominis. ⁊ per conſequens ad beatitudinem. non ꝙ eſſentialiter pax ſit ipſa beatitudo:ſed quia antecedẽter ⁊ ꝯñter ſe habet ad eã. Añcedẽter qdẽ inq̃ſtum iaꝫ ſunt remota omnia perturbantia ⁊ impedientia ab vltimo fine. Conſequẽter autem inquantum homo adepto vltimo fine remanet pacatus. ⁊ in ſuo deſiderio quietat⁹.

Quod beatitudo conſiſtit in opatiõe itellect⁹

Jtem ſi obijciatur. Beatitudo eſt ſummum bonum. Sed bonum eſt obiectum voluntatis:ergo beatitudo conſiſtit in actu voluntatis. Reſpondit beatus Thomas ꝙ primum obiectuꝫ voluntatis non eſt actus eius. ſed aliquod aliud bonum ſicut nec primum obiectum viſus eſt viſio:ſed viſibile. vnde ex hoc ipſo ꝙ beatitudo pertinet ad voluntatem tanq̃ꝫ ad primũ obiectum eius ſequitur ꝙ non ptineat ad ipſam tanq̃ꝫ actus eius. ¶ Jtem ſi obijciatur ſic. Si beatitudo eſt operatio vt dictuꝫ ẽ. ergo eſt nobiliſſima operatio. Sed nobilior operatio eſt dilectio dei:que pertinet ad voluntatem:q̃ꝫ cognitio que pertinet ad intellectum. ergo ⁊c̃. Rñ. b. Tho. ꝙ dilectio preeminet cognitioni in mouendo. Sed cognitio prior eſt dilectione. ſcilicet attingendo. ¶ Non enim diligit niſi cognitum. ⁊ ideo intelligibilem finem primo attingimus per actioneꝫ intellectus. ſicut ⁊ ſenſibilem finem primo attingimus per actionem ſenſus. Jtem q̃uis fineꝫ prius apprehendat intellectus q̃ꝫ voluntas. tamen quia motus ad finem incipit a voluntate:ideo voluntati debetur id quod vltimo conſequitur aſſecutionem finis. ſcilicet delectatio ſeu fruitio. Jtem ex hoc quod Aug. dicit ꝙ beatus eſt qui habet quicquid vult:non tamen niſi per actum voluntatis eſt ꝙ habeat quicquid vult. ⁊ ideo pertinet ad voluntatem.

Argumentuꝫ in contrariuꝫ.

De obiecto eius.ſ. viſione diuine eſſentie

Quod iſta ope- .§.ij.

ratio intellectus in qua eſſentialiter ꝯſiſtit beatitudo perfecta: eſt viſio diuine eēntie: ⁊ nō poteſt eſſe alia operatio. probat. b. Tho. j. ij. q. iij. ſic. Homo non poteſt eſſe perfecte beatus quouſqꝫ reſtat ſibi aliquid deſiderandum ⁊ querēdū: quia beatitudo eſt quietatiua. Sed qui nō videt diuinam eſſentiam: reſtat ei aliquid deſiderandum ⁊ querendum. Nam cum deus ſit cauſa prima omnium rerum: ⁊ omnia ſunt quedam effectus dei. Cum intellectus cognoſcit eſſentiam alicuius effectus niſi cognoſcat etiā cauſam illius effectus: non ſolum an ſit: ſed ēt quid ſit ſeu eſſentiaꝫ eius: remanet homini naturaliter deſiderium cum cognoſcit effectum. ⁊ ſic habere cauſam cognoſcendi etiam de cā quid ſit: ⁊ illud deſiderium eſt admirationis ⁊ cauſat inquiſitionem: puta ſiquis cognoſcat eclypſim ſolis. conſiderat ꝙ ex aliqua cauſa procedit: de qua quia neſcit quid ſit admiratur ⁊ admirando inquirit: nec iſta inquiſitio queſcit quouſqꝫ perueniat ad cognoſcendam eſſentiā cauſe. Sic cognoſcens intellectus eſſentiā alicuius effectus niſi cognoſcat: ⁊ de deo qui ē cā eius quid ſit remanet inquietus. ⁊ per conſequens non poteſt eſſe perfecte beatus. Cognoſcere autem non poteſt perfecte cauſam primā niſi ipſam eſſentiam eius videndo. Unuſquiſqꝫ enim perfectio potentie attenditur ſꝫ rationem ſui obiecti. Obiectum autem intellectus eſt quicquid eſt in eſſentia rei. vt dicit in iij. de anima. Unde intantum procedit perfectio intellectus inquantum cognoſcit eſſentiā alicuius rei. Oportet ergo cognoſcere ſeu videre eſſentiam dei qui vult perfecte cognoſcere. Et ideo etiam dicitur. j. Joan. iij. Cum apparuerit ſimiles ei erimus: quia videbimus eum ſicuti eſt. i. eſſentiam eius. Et in hoc ꝯſiſtit beatitudo pfecta. Et iſta viſio dr̄ dos anime.

Quid ſit obiectū intellectus

Quod delecta- .§.iij.

Quō dlectatio reqrit ad beatitudinem

tio requiritur ad beatitudinem ſicut concomitans ipſam. Pro cuius declaratione dicit. be. Tho. j. ij. q. iiij. ꝙ quadrupliciter aliquid requirit ad aliō. Uno mō ſicut pambulū vl̄ pparatū ad ipſum: ſicut diſciplina requiritur ad ſcientiam. Secundo modo ſicut perficiens aliquid ſicut anima reqritur ad vitam corporis. Tertio modo ſicut coadiuuans extrinſecum ſicut requiruntur amici ad aliquid agendum. Quarto modo ſicut aliquid concomitans. ſicut ſi dicamus ꝙ calor requiritur ad ipſum ignem. Et ſꝫ vltimo modo delectatio requiritur ad beatitudinem. Cauſatur enim ex hoc ꝙ appetitus requieſcit in bono adepto. Unde cū beatitudo nil aliud ſit ꝙ̄ adeptio ſummi boni non poteſt eſſe ſine delectatione concomitante: ſicut nec ignis ſine calore. Et quod Aug. dicit ꝙ viſio eſt tota merces fidei: verum eſt quantum ad eſſentiaꝫ beatitudinis. Unde per hoc non excluditur delectatio: ſed oſtenditur ꝙ ipſa non pertinet ad eſſentiam beatitudinis: ſed eſt vt accidens proprium: vt riſibile conſequitur rationale. In ipſa etiam redditione mercedis delectatio includitur. Nam cum alicui merces redditur volūtas merentis requieſcit: quod eſt delectari. Itē non eſt contra predicta quod philoſophus ait vj. Ethic. ꝙ delectatio impedit actionem intellectus: quia corrumpit eſtimationem prudentie. Non enim loquitur ibi philoſophus de delectatione concomitante intellectum. hec eniꝫ non impedit operationem intellectus: ſed magis confortat ipſam: vt dicitur in. x. ethi. ca. n. que delectabiliter facimus attentius ⁊ perſeuerantius facimus. Sed loquitur de delectatione extranea: hec impedit operationem intellectus: quandoqꝫ quidem ex intentionis diſtractione: quia dum vni vehementer intendimus neceſſe eſt ꝙ ab alio diſtrahamur: quandoqꝫ ex cōtrarietate: ſicut delectatio ſenſus cōtraria rōni ipedit eſtimationē ipſius prudētie magiſꝙ̄ operationē ſpeculatiui itellectus. Eſt ſciendum ꝙ in beatitudine viſio eſt quid principalius ⁊ potiuſꝙ̄ delectatio. Huius ratio eſt ſm. b. Tho. vbi ſupra. qꝛ delectatio conſiſtit in quadam quietatione voluntatis. Quod auteꝫ voluntas in aliquo quietetur nō eſt niſi ppter bonitatē eius in quo quietatur. Si ergo volūtas quietatur in aliqua operatiōe: ex bonitate operationis procedit quietatio volūtatis: nec volūtas querit bonū ppter quietationē. ſic eni ipſe actus volūtatis eēt finis qḋ eſt ꝯtra pmiſſa. Sed iō querit ꝙ quietetur in opatiōe: quia opatio eſt bonū eius. Unū manifeſtū eſt ꝙ pncipalius bonū eſt ipſa opatio in qua qetat voluntas ꝙ̄ qetatio voluntatis in ipſo. Pꝛēt idē ex hoc: qꝛ cā eſt potior effectu: ſꝫ viſio eſt cā delectatiōis. Qḋ aūt dicit philoſophus. x. ethic. ꝙ delectatio eſt pfectio opatiōis nō ſic eſt itelligēdū quaſi delectatio ipſa opationē pficiat in ſpecie ſua ſꝫ eſt pfectio cōcomitās opationē ſicut decor dr̄ pficere iuuentutē vꝫ qꝛ eſt ꝯñs iuuentutē nō ꝙ faciat. Sic ⁊ delectatio nō facit viſionē dei pfectā in ſpecie ſua: ſꝫ conſequitur. Itē notanda eſt differentia inter appetitum ſenſitiuum ⁊ intellectiuum circa delectationeꝫ. Nā apprehenſio ſenſitiua quam ſequitur appetit⁹ ſenſitiuus non attingit ad cōmunem rationeꝫ boni: ſed ad aliquod particulare quod eſt delectabile. ⁊ ideo ſm appetitum ſenſitiuum qui eſt in animalibus: operationes queruntur pro

Unū cātur delectatō

Differūt appetitus ſenſitiuus ⁊ itellectiuus circa delectationem

pter delectationem. Et natura in operationib⁹
neceſſarijs ad conſeruationez indiuidui ⁊ ſpe/
ciei delectationes appoſuit. vt huiuſmodi ope
rationes ab animalibus non negligantur. Sꝫ
intellectus apprehendit vniuerſalem ratione̅
boni ad cuius conſecutionem ſequitur dele//
ctatio. Unde principalius intendit bonum q̄ꝫ
delectationem. Non eſt autem aliquid eſtima̅
dum ſimpliciter ſm ordinem ſenſitiui appeti/
tus: ſed magis ſm ordinem intellectiui appe//
titus. Item non obſtat ꝙ delectatio ſeu fruitio
ſuccedit charitati ⁊ viſio fidei: ſed maior e̅ cha
ritas fide: ergo potior videtur delectatio. Nā
charitas cu̅ no̅ querat bonu̅ dilectu̅ pp̄ delecta
tione̅ ſm hoc eſt ei ꝯueni̅e̅s: vt delectet̄ in bo//
no adepto qd̄ amat: io̅ delectatio no̅ ri̅det cha
ritati vt finis: tu̅c. n. ꝑcederet ro̅ ſꝫ magis viſio
ri̅det charitati. ꝑ qua̅ viſione̅ finis fit ei p̄n̄s.

Quoad beati/ .§. iiij.

tudinem perfectam requiritur etiam compre//
henſio. Quod ſic probat. b. Tho. vbi ſupra. cu̅
beatitudo conſiſtat in conſecutione vltimi fi//
nis ea que requiruntur ad beatitudinem ſunt
conſideranda ex ipſo ordine ad finem. Ad fine̅
au̅t intelligibile̅ ordinat̄ ho̅ ptim p̄ intellectuꝫ
partim per voluntate̅. Per intellectu̅ quide̅ in
quantum in intellectu preexiſtit aliqua cogni/
tio finis imperfecta. Per voluntatem autem
primo quidem per amorem qui eſt motus vo/
luntatis in aliquid. Secundo per realem bea/
titudinem amantis ad amatum. Que quideꝫ
poteſt eſſe tripliciter. Quandoqꝫ enim amatu̅
eſt preſens amanti ⁊ tunc iam non queritur.
quandoqꝫ non eſt preſens: ſed non eſt poſſibi/
le ipſum adipiſci: ⁊ tunc etiam non queritur.
Quandoqꝫ autem eſt poſſibile ipſum adipiſci
ſed eſt eleuatum ſupra facultatem adipiſcen/
tis: ita vt ſtatim haberi non poſſit: ⁊ hec eſt ha
bitudo ſperantis ad ſperatuꝫ: que ſola habitu
do facit finis inquiſitionem. Et his tribus re//
ſpo̅det aliqua in ſuperna beatitudine. Nam
perfecta cognitio finis reſpondet imperfecte.
¶ Preſentia ipſius finis reſpondet ſpei habi
Tria ſu̅t tudini: ſed delectatio in fine iam preſenti con/
q̄ ad p/ ſequitur delectationem. Et ideo neceſſe eſt ad
fectam beatitudinem iſta tria concurrere: ſcilicet viſio
beatitu nem que eſt cognitio perfecta intelligibilis fi/
dine̅ re nis: comprehenſionem que importat preſenti
quiru̅t am finis: delectationem ſeu fruitionez que im
portat quietationem rei amantis in amato. Et
de co̅prehenſione dicit apoſtolus. j. ad Cor. ix.
Sic currite vt comprehendatis. Spiritualis
autem curſus terminatur ad beatitudinem.
Comprehenſio tamen ſm b. Tho. dicitur du/
pliciter. Uno modo incluſio comprehe̅ſi in co̅
prehendente. Et ſic omne quod comprehendi
tur a finito eſt finitum. Unde hoc modo deus
non poteſt comprehendi ab aliquo intellectu
creato. Alio modo comprehenſio nil aliud
nominat niſi tentionem alicuius rei que iam p̄/
ſentialiter habetur. ſicut aliquis conſequens
aliquem: dicitur eum comprehendere qua̅do
tenet eum: ⁊ ſic beati comprehendunt. Ipſa au
tem comprehenſio non eſt alia aliqua operatio
preter viſionem. Sed eſt quedaꝫ habitudo ad
finem iam habitum. Unde ipſa viſio vel res vi
ſa ſm ꝙ preſentialiter adeſt: eſt obiectum com/
prehenſionis. Et ſicut ad voluntatem pertinet
ſpes ⁊ amor: quia eiuſdem eſt amare aliquid ⁊
tendere in illud: ita ad voluntatem pertinet ⁊
comprehenſio ⁊ delectatio: quia eiuſdem e̅ ha Quo̅ re
bere aliquid ⁊ quieſcere in illo. ¶ Sciendum ctitudo
etiam ꝙ rectitudo voluntatis reqiritur ad bea volu̅ta/
titudinem antecedenter ⁊ conſequenter. Ante tis req
cedenter: quia ſicut materia non conſequitur rit̄ ad
formam niſi ſit debito modo diſpoſita ad for// beatitu
mam: ita nihil poteſt conſequi finem niſi ſit de dinem
bito modo ordinatum ad ipſuꝫ. Unde nullus
poteſt ad beatitudinem peruenire niſi habeat
rectitudinem voluntatis que rectitudo exiſtat
per debitum ordinem ad vltimum finem. Co̅/
ſequenter autem requiritur: quia ſicut dictum
eſt beatitudo vltima conſiſtit in viſione diuine
e̅ntie q̄ e̅ ipſa e̅ntia bonitatis: ⁊ ita volu̅tas vi
dentis dei eſſentiam ex neceſſitate amat deum
Sicut voluntas no̅ videntis deum ex neceſſita
te amat quicquid amat ſub communi ratione
boni quam nouit. Et hoc ipſum eſt quod facit
voluntatem rectam. Unde non eſſet beatitudo
ſine recta voluntate.

Ad beatitudi/ .§. v.

nem perfectam hominis non requiritur corp⁹
eius adeſſe: ſed ad bene eſſe ⁊ corpus perfecte Quo̅
diſpoſitum. Pro cuius declaratione dicit be. ad pfe/
Tho. j. ij. q. iiij ꝙ aliqui poſuerunt ꝙ beatitu// cta̅ bea
do perfecta que conſiſtit in dei viſione non po titudi/
teſt anime aduenire ſine corpore exiſtente di// ne̅ req̄/
centes: ꝙ anime ſanctorum a corporibus ſepa rit̄ cor/
rat ad illam beatitudine̅ non perueniunt vſqꝫ pus ei⁹
ad diem iudicij quando reaſſument corpora.
Quod apparet eſſe falſum ⁊ auctoritate ⁊ ra//
tione. Auctoritate quidem quia dicit apoſto//
lus. ij. ad Corin. v. Qua̅diu ſumus in corpore
peregrinamur a domino. ⁊ que ſit ratio pere//
grinationis oſtendit dicens. Per fidem enim
ambulamus non per ſpeciem. Ex quo apparet
ꝙ qua̅diu quis ambulat per fidem non p̄ ſpe//
ciem carens viſione diuine eſſentie. nondum
eſt deo preſens. Anime autem ſanctorum a cor
poribus ſeparate ſunt deo preſentes. Audem⁹

autem ⁊ bonam voluntatem habemus peregrinari a corpore ⁊ preſentes eſſe ad dominū. Unde manifeſtum eſt ꝙ anime ſanctorū a corporibus ſeparate ambulant per ſpeciem videntes dei eſſentiam in quo eſt beatitudo vera. Apparet ⁊ hoc ratione. Nā intellectus ad ſui operationem non indiget corpore niſi propter fantaſmata in quibus intelligibilem veritatē intuetur. Manifeſtum eſt autem ꝙ diuina eſſentia per fantaſmata videri non poteſt: ex eo videlicet quia materialia ſunt. deus autem pure immaterialis. Unde cum in viſione diuine eſſentie conſtat perfecta hominis beatitudo. nō dependet a corpore ipſa beatitudo hominis ⁊ per conſequens ſine corpore poteſt eſſe anima beata. Ad quod etiaꝫ facit quod dicitur Apo. xiiij. Beati mortui qui in domino moriuntur.

¶ Sciendum tamen ꝙ ad perfectionem alicuius rei dupliciter aliquid pertinet. Uno modo ad conſtituendam eſſentiam rei. ſicut anima requiritur ad perfectionem corporis. Alio modo requiritur ad perfectionem rei: qđ pertinet ad bene eſſe eius ſicut pulchritudo corporis. Ul' velocitas ingenij pertinet ad perfectionem hominis. Quāuis ergo corpus pmo modo ad perfectionem beatitudinis hominis nō pertineat. pertinet tamen ſecundo modo. Cuꝫ enim operatio dependeat ex natura rei: quanto anima perfectior erit in ſui natura tāto perfectius habebit ſuam propriam operationem in qua felicitas conſiſtit. Unde Aug. ſup Geñ. xij. dicit ꝙ non ſic poſſunt videre anime ſanctorum ſeparate a corporibus incommutabilem ſubſtantiam. vt ſancti angeli vident ſiue alia latentiori cauſa. Siue quia ineſt eis quidam naturalis appetitus corpus adminiſtrandi. Quod tamen dicit hic Aug. ꝙ anime ſeparate non vident deum ſicut angeli non eſt intelligendum ſm inequalitatem quantitatis: quia etiam modo aliqua anime ſunt aſſumpte ad ſuperiores ordines angelorum. clarius videntes deum ꝗ̄ꝫ inferiores angeli. Sed ſm inequalitatem proportionis. Quia omnes angeli etiam infimi habent omnem perfectionem quam ſunt habituri: non autem anime ſeparate ſanctorum. Item quāuis impedimentū operationis quod eſt per modum contrarietatis vt frigus impedit obiectum caloris repugnet felicitati: non tamen repugnat ei impedimentum quod eſt per modum cuiuſdam defectus cum ſcilicet res impedita non habet omne qđ requiritur ad omnimodam ſui perfectionem ſed repugnat tale impedimentuꝫ operationis omnimode eius perfectioni. Et ſic ſeparatio a corpore dicitur animam retrahere a fine: ne tota tendat in viſionem diuine eſſentie. Appetit enim anima ſic frui deo: ꝙ etiam ipſa fruitio deriuetur ad corpus p redundantiam. ſicut ē poſſibile. Et iō quādiu ipſa fruiť deo ſine corpore: appetitus ei⁹ quieſcit in eo: ꝗ tñ adhuc ad participationē eius vellet corpus pertingere. Uñ corpore reſumpto creſcet beatitudo extēſiue non intēſiue.

Qđ aīs beata hꝫ reniſum ad corpus ⁊ quo intelligať

¶ Ad beatitudinē aūt imꝑfectam ꝗ̄ hētur in via: vtiqꝫ requiritur corp⁹ de neceſſitate: quia huiuſmodi beatitudo ē in opatione intellectus practici vl' ſpeculatiui: ſꝫ opatio intellectus in hac vita non pōt eē ſine fantaſmate: que eſt in organo corporali. Requiritur quoqꝫ ad beatitudinem perfectam omnino perfecta diſpoſitio corporis antecedenter ⁊ conſequenter. ¶ Antecedenter quidem: quia ſm Aug. Si tale ſit corpus cuius ſit difficilis ⁊ grauis miniſtratio ſicut caro que corrumpiť ⁊ aggrauat animam: auertitur mens ab illa viſione ſummi celi. Conſequenter vero quia ex beatitudine anime fiet redundantia ad corp⁹ vt ⁊ ipſum ſua pfectōe potiať beat⁹ Tho vbi. ś.

¶ Quod ad bea- .§.vi.

titudinē pfectam non requiruntur bona exteriora nec amici. Ratio primi eſt: qꝛ hmōi bōa exteriora vel requiruntur ad ſuſtentationem aīalis corporis. vel requiruntur ad opationes quas p aīale corpus exercemus. que humane vite ꝯueniūt. ¶ Illa aūt beatitudo pfecta: vel erit in aīa corpori vnita: iā nō aīali ſed ſpirituali. Et iō nullo mō iſta exteriora bona requirūtur ad illā beatitudinē: cū ordinētur ad vitam aīalē: ſꝫ ad beatitudinē impfectam que habeť in via requiruntť iſta bona: nō quaſi de eſſentia beatitudinis: ſꝫ quaſi inſtrumentaliter deſeruientia ipſi beatitudini. que ꝯſiſtit in opatione vͬtutis ſm vitā actiuā vel cōtemplatiuam.

An bona exteriora requirūť ad pfectā beatitudinem

Qđ aūt in ſcripturis ſanctis ꝓmittať p pmio regnū. vt Math. xxv. Uenite be. pa. mei ⁊c̄. vl' eſus ⁊ pot⁹. vt Luc. xxij. Ut edatis ⁊ bibatis ſuper mēſam meā in regno meo: hmōi locutiones ſm b. Tho. ſunt metaphorice intelligēde: qꝛ ſolent in ſcripturis ſpiritualia corporalia deſignari. vt ex his que nouimus ad deſiderandum incognita ꝯſurgamus. Et ſic per cibum intelligitur delectatio per diuitias ſufficiētia qua homini ſufficiet deus. per regnum exaltatio hominis vſqꝫ ad ꝯiunctionē cū deo. Quod aūt merces ſanctis promittitur in celis. Math. v. Per celos ſm Aug. intelligitur altitudo ſpiritualium bonoꝝ. Nihilominus tñ locus corpore⁹ aderit nō ꝓpter neceſſitatē ad beatitudinē ſed ꝓpter quādā ꝯgruentiam ⁊ decorem. Qđ vero Boetius dicit. ꝙ beatitudo eſt ſtat⁹ oīum bonoꝝ ⁊c̄. Intelligitur de illis bōis que conueniunt vite ſpūali: in qua cōſiſtit perfecta

Quō intelligidꝫ auctoritas illa vt edatis ⁊ bibatis ⁊c̄.

beatitudo. Iſta vero bona deſeruiunt vite ani/
mali: ideo illi beatitudini non competunt. Tñ
quicquid boni inuenitur in iſtis: totum habe/
bitur in ſummo fonte bonoꝝ ⁊ ſic eſt ibi cógre
gatio omnium bonoꝝ. ¶ De amicis autem ſi
ſunt neceſſarij ad beatitudiné dicit bea. Tho.
vbi ſupra. ꝙ ad beatitudinez patrie non requi
ritur ſocietas amicorú de neceſſitate ſed de bñ
eſſe. Et ratio eſt: qꝛ homo hꝫ totam plenitudiné
ſue perfectionis in deo. Quãuis eniꝫ charitas
que eſt in patria non deficiat ſed perficiaṫ ſe ex
tendat ad deum ⁊ ad proximum: tñ perfectio
charitatis eſt eſſentialis beatitudini quãtuꝫ ad
dilectionem dei. Unde ſi non eſſet niſi vna ani
ma fruens deo. beata eſſet non habens proxi/
mum quē diligeret. Sꝫ ſuppoſito proximo ſe/
quitur dilectio eius ex dilectione dei. Et quod
Boetius dicit. ꝙ nullius boni niſi cóſortio eſt
iocunda poſſeſſio: intelligitur qñ in illo bono
quod habetur non eſt plena ſufficiẽtia. Sed in
deo habetur omnis ſufficientia. Sed ad felici/
tatem ſeu beatitudinez imperfectam vie: vt di
cit phs in. ix. Ethi. Felix indiget amicis nó pro
pter vtilitatem cum ſit ſibi ſufficiens: nec pro
pter delectationem cum habeat in ſe pfectam
delectationem in operatione virtutis. Sꝫ pro
pter bonam operationem vt. ſcilꝫ eis beneſaci
at. ⁊ vt eos inſpiciens beneſacere delectetur. et
vt eis beneſaciẽdo adiuueṫ. Indiget eni hõ au
xilio amicoꝝ in opibꝰ vite actiue ⁊ ꝯtẽplatiue.

Amici nõ requirūṫ ad pfectaꝫ beatitudiné de neceſſitate.

¶ Quod homo .§. vij.

poteſt adipiſci iſtam perfectam beatitudinem.
Et hoc non per ſua naturalia: nec per operatio
nem angeloꝝ: ſed per opera meritoria que ha/
bent virtutem principaliter ex gr̃a dei. Primū
ſic declarat. b. Tho. i. ij. q. v. Beatitudo nomi/
nat adeptionem perfecti boni. Quicunqꝫ ergo
eſt capax perfecti boni põt ad beatitudiné per
uenire. Quod aũt homo ſit capax perfecti bo/
ni. ex hoc apparet ꝙ eius intellectus apprehē/
dere põt vniuerſale ⁊ perfectum bonū ⁊ volun
tas eius appetere põt illud. ergo põt hõ adipi/
ſci beatitudinem. Quãuis enim núc in via ſit
homini cõnaturale vt veritatem intueatur in
rebus materialibus. vñ ſpes intelligibiles in
fantaſmatibꝰ intelligit: nec ſine fantaſmate po
teſt intelligere. In patria habebit alium modū
intelligendi cõnaturalem. ¶ Secundum. ſcilꝫ
ꝙ non poſſit homo beatitudinem adipiſci per
ſua naturalia. pbat ſic bea. Tho. q. eadeꝫ. Bea
titudo hominis perfecta conſiſtit in viſione di
uine eſſentie. Uidere autem deum per eſſentiã
eſt ſupra naturam: non ſolum hoīs ſed omnis
creature vt in parte prima oſtenditur. Natura
lis enim cognitio vniuſcuiuſqꝫ eſt ſm modū

Ad perfectam beatitudinez p que et quõ hõ pueni/re poſ/ſit.

Ꝙ per naturalia ſua hꝫ non poſſit adipiſci beatitudinez.

ſubſtantie ſue ſicut de intelligentia dicitᷣ: vni/
uſcuiuſqꝫ: qꝛ eſt ſm modum ſue ſubſtãtie. Si/
cut de intelligentia dicitur in lib. de cauſis. ꝙ
cognoſcit ea que ſunt ſupra ſe: ⁊ ea que ſunt in
ſe ſm modum ſubſtantie ſue. Omnis autē co/
gnitio que eſt ſm modum ſubſtantie create de
ficit a viſione diuine eſſentie: que in infinitum
excedit oēm ſubſtantiã creatam. Unde nec ho/
mo nec aliqua creatura põt conſequi vltimam
beatitudiné per ſua naturalia. Ad qđ facit qđ
ait apls. i. Ad Corin. ij. Oculus non vidit nec
auris audiuit: ⁊ in cor hominis nó aſcendit q̃
preparauit deus diligentibus ſe ⁊c. ¶ Sꝫ nec
etiã virtute angeli vl' cuiuſcunqꝫ alterius crea/
ture põt eam adipiſci. Huius rõ eſt ſm Bea.
Tho. vbi ſupra. qꝛ cum omnis creatura ſit na/
ture legibus ſubiecta: vtpote habens limitatã
virtutem ⁊ actionem. Illud qđ excedit naturã
creataꝫ non põt fieri auctoritate ſeu virtute ali
cuius creature. Et iõ ſi qđ fieri oporteat quod
ſit ſupra naturam hoc ſit imediate a deo: ſicut
ſuſcitatio mortui: illuminatio ceci ⁊ hmõi. Cū
ergo beatitudo ſit quoddã bonum excedēs na
turam creatam: impoſſibile eſt ꝙ per actioneꝫ
alicuius creature cõferatur. Sed beatus ſit hõ
ſolo deo agente. iuxta illud ps. lxxxiij. gratiam
⁊ gloriam dabit dñs. Quod autē angelus illu
minet intellectum angeli inferioris vel hoīs.
hoc eſt quoad aliquas rõnes diuinoꝝ operuꝫ.
non quãtum ad viſionem diuine eſſentie. Naꝫ
ad hanc omnes a deo illuminãtur. ¶ Ultimū
videlicet ꝙ requiratur bona opera ad beatitu/
dinem conſequēdam. pꝫ ex hoc ꝙ xp̃s ait Ioã.
xiij. Scitis hec beati eritis ſi feceritis ea. Huiꝰ
ratio eſt ſꝫ. b. Tho. vbi. ſ. qꝛ eoꝝ que nata ſunt
habere perfectum bonum aliquid hꝫ ipſum ſi
ne motu. aliquid per vnum motum. aliqđ plu
ribus motibus. Habere bonum pfectum ſine
motu conuenit ei quod naturaliter habet illđ.
habere autem beatitudinem naturaliter eſt ſo
lius dei. Unum ſolius dei eſt proprium ꝙ ad
beatitudinem non moueatur per aliquam ope
rationem precedentem. Cum ergo beatitudo
excedat omnem naturam creatam. nulla pura
creatura conuenienter conſequitur beatitudi/
nem abſqꝫ motu operationis per quē tēdit ad
ipſam. Sed angelus qui eſt ſuperior q̃ȝ homo
ordine nature conſecutus eſt eam ex ordine di
uine ſapientie vno motu operationis merito/
rie. Homines autem conſequuntur ipſaꝫ mul/
tis motibus operationum: que merita dicun/
tur. Unde ſm phm. Beatitudo eſt premium
virtuoſarum operationum. Preexigitur autē
operatio hominis ad beatitudineꝫ: non ppter
inſufficientiam diuine virtutis beatificantis:
ſed vt ſeruetur ordo in rebus inſtitutis a deo.

Bona opa re/quirun/tur ad beatitu/dinem ꝯſequē/dã. Rõ/ponit.

Notandum

Notād um eſt autem q primas creaturas do/
minus ſtatim de impfectis producit abſq ali
qua diſpōne vel operatione creature precedē
te:q: ſic inſtituit prima indiuidua ſpecierum
vt per ea natura propagaretur ad poſteros. Et
ſimiliter q: per xp̄m qui eſt deus ⁊ homo bea/
titudo erat ad alios deriuāda ſm illud ad He/
bre.ij. Qui multos filios adduxerat in gloria:
ſtatim a principio ſue cōceptionis ſine aliqua
opatione meritoria precedēte. anima eius fu/
it beata. Sed hoc eſt ſingulare in chriſto. Pue
ris aūt baptizatis ſubuenit meritū chriſti ad
beatitudinem ↄſequēdam licet deſint merita
ppria eo q per baptiſmum ſunt membra xp̄i
effecti. Quod aūt aplus dicit ad Ro.iiij. Bea
titudinem hominis eſſe cui deus ↄfert iuſtitiā
ſine opibus:intelligit de beatitudie ſpei q̄ hr̄
p grāz iuſtificantē data ſine opib⁹ pcedētib⁹.

Quod iſta pfe/ §.viij.

Btitu/ dinē p/ fectā in hac vita hr̄e nō poſſu//. mus rō ponit.

cta beatitudo nō pōt haberi in hac vita:ſed ha
betur tātū in alia ⁊ magis ab vno q̄z ab alio.
Primum ſic probat.b.Tho.j.ij.q.v.triplici ra
tione. Et prima eſt ex ipſa beatitudinis rōne.
Nam cum beatitudo ſit ſufficiēs ⁊ pfectū bo/
num omne malum excludit. In hac autē vita
nō pōt excludi omne malum. Multis eni ma
lis preſens vita ſubiacet que vitari nō poſſunt
⁊ ignorantie ex parte intellectus ⁊ inordinate
affectiōis ex parte appetitus:⁊ multiplicis pe
nalitatis ex parte corporis vt diligēter exequi/
tur Aug.xix.de ciui.dei. Ad quod etiam facit
illud Job.xiiij. Homo natus de muliere breui
viuēs tēpore repletur multis miſerijs. ¶ Se
cunda ratio eſt:q: deſiderium boni hic ſatiari
nō pōt. Naturaliter enim homo deſiderat per
manētiam boni qd̄ habet. bona aūt preſentis
vite ſunt tranſitoria:cum etiam ipſa vita tran
ſeat quam naturaliter deſideramus:⁊ eā per/
petuo manere vellemus:quia naturaliter ho/
mo refugit mortem. ¶ Tertia ratio eſt. ſi cōſi/
deretur id in quo ſpecialiter beatitudo conſi/
ſtit:ſcz viſio diuine eſſentie:que nō poteſt ho/
mini prouenire in hac vita:q: non pōt intelli/
gere niſi reflectendo ſe ad fantaſmata:que cū
ſint materialia per ea diuinam eēntiā que pu
rus ſpiritus eſt videre nō poteſt. Unde nō pōt
quis in hac vita perfecte eſſe beatus. Non ob/
ſtat predictis q plures poſuerūt beatitudinē
in hac vita cōſiſtere. Juxta illud. Beatū dixe/
runt populū cui hec ſunt. Et qd̄ a pluribus di
cit nō poteſt eſſe falſum totaliter:q: videtur eſ
ſe naturale qd̄ in pluribus eſt. Nam reputant
plures ipſi in hac vita eſſe aliquam beatitudi/
nem propter aliquam ſimilitudinem vere be/
atitudinis. Et ſic non ex toto a ſua eſtimatio/
ne deficiunt. Imperfecta autem beatitudo hic
poteſt eſſe in vita tamen virtuoſa. ¶ Quan//
tum ad ſecūdum: ſciēdum q vnus alio eſt bea
tior in alia vita quātum ad adeptionem beati/
tudinis ſeu fruitionem. Pro cuius declaratio
one dicit bea. Tho. vbi.ſ. q in beatitudine nō
includitur niſi ipſe finis vltimus:qui eſt ſum//
mum bonū ⁊ adeptio ipſius ſeu fruitio. Quā
tum igitur ad ipſum ſummū bonum quod eſt
beatitudinis obiectum ⁊ cauſa:non poteſt eſſe
vna beatitudo maior q̄z alia:quia non eſt niſi
vnum ſummū bonum ſcilicet deus:cuius frui
tione omnes ſunt beati. ſed quantum ad ade//
ptionem huius vel fruitionē poteſt vnus alio
eſſe beatior:q: quanto magis homo bono frui
tur tanto beatior eſt. Contingit autem aliquē
magis frui deo q̄z alium ex eo q eſt melius di
ſpoſitus vel ordinatus ad eius fruitionem:pfe
ctius fruitur deo. qui clarius videt eum. Sed
clarius ⁊ limpidius videt ⁊ perfectius fruitur
qui habuit hic in vita maiorem charitatē. Sic
ergo vnitas denarij qui promiſſis eſt laboran/
tibus in vinea. Matth.xx. ſignificat vnitatem
beatitudinis ex parte obiecti. Sed multiplici/
tas manſionum de qua xp̄s dicit. Joā.xiiij. In
domo patris mei manſiones multe ſunt. ſigni
ficat diuerſitatem beatitudinis ſm diuerſum
gradum fruitionis. Exempla poſſunt hic indu
ci de eodem cibo:qui delectabilius guſtatur a
ſanis ab vno q̄z ab alio ſm diſpoſitionem gu//
ſtus. Et de eadem re que melius intelligit ab
vno q̄z ab alio:⁊ corporaliter plenius videt ab
vno q̄z ab alio:⁊ cum pluribus differentijs:ſz
meliorem diſpoſitionem oculi. Non ob. q bea
titudo dicitur ſummū bonum in ſuperlatiuo:
quia intelligitur q eſt ſummi boni adeptio ⁊
fruitio.i. dei quo omnes fruuntur.

q vnus alio pōt eē beati o: ī alia vita q̄// modo.

Quod beatitu/ .§.ix.

q btitu do pfcā amitti ⁊ quare.

do non poteſt amitti ſi eſt perfecta vt superne
patrie. patet ex eo quod xp̄s ait Matthe.xxv.
Ibunt iuſti in vitam eternam que eſt perfecta
beatitudo. Eternum enim defectu caret. ¶ Cir
ca hoc Origenes ſequens errorem quorūdā
Platonicorū poſuit q poſt beatitudinem hō
poteſt fieri miſer. ſed hoc eſſe falſum manifeſte
apparet duplici ratione ſm bea. Tho.j.ij.q.v.
Et prima eſt ex ipſa cōmuni ratione beatitudi/
nis. Cum enim ipſa ſit perfectum bonum ⁊ ſuf
ficiens oportet q deſiderium hominis quietet
⁊ omne malum excludat. Naturaliter autē ho
mo deſiderat retinere quod habet bonum ⁊ q
retinendo ipſum obtineat ſecuritatem. alioqn
neceſſe eſt q timore amittēdi vel dolore de cer
titudine amiſſionis affligatur. Requirit ergo
ad perfectam beatitudinem q homo certam

opinionem habeat.q: bonū quod hȝ nunquā
amittet.Que quidem opinio ſi vera ſit ꝯñs eſt
ipſam beatitudinē nunq̄ȝ amittere.Si aūt fal/
ſa ſit.hoc ipſum eſt qōdam malū falſam opini/
onem habere.Nam falſuȝ eſt malū intellectus
ſicut verꝫ eſt bonū ipſius.Non erit igitur vere
beatus ſi aliqđ malum ineſt ei. ¶ Scđo idem
apparet ſi ꝯſideretur rō beatitudinis in ſpecia
li.Dictum eſt enim ſupꝛa ꝙ ꝯſiſtit in viſione di
uine eēntie.Eſt autem impoſſibile ꝙ aliqs vi/
dens diuinā eēntiam velit eam non videre: q:
omne bonuȝ habitū quo qs carere vult aut nō
eſt ſufficiens ⁊ queritur aliqđ ſufficientius lo/
co eius aut hȝ aliquod incōmodum annexum
ꝓpter qđ venit in faſtidiū.Viſio autem diui/
ne eſſentie replet aīam oībus bonis:cum cōiū/
gatur fonti totius bonitatis .Similiter nō hȝ
aliquod incōmodū adiunctum:⁊ ſic ex ꝓpꝛia
voluntate beatus non pōt deſerere beatitudi/
nem.Similiter non pōt eam perdere deo ſub/
trahente:q: cum ſubtractio huius btitudinis
ſit quedam pena:nō poteſt talis pena ſubtracti
onis īfligi a deo iuſto iudice: niſi pro aliq̄ cul
pa.Sȝ culpa cadē nō pōt in eū q videt dei eēn
tiam:cum ad hanc viſionē ſeq̄tur de neceſſita/
te rectitudo volūtatis.Similiter nec aliđ agēs
poteſt eaȝ ſubtrahere:q: aīa deo ꝯiuncta ſuper
oīa alia eleuatur.⁊ ſic non pōt aliquo modo a/
mitti ꝑfecta beatitudo:ſed imperfecta que eſt
in via poteſt perdi ⁊ per obliuionem ⁊ per oc/
cupationem quoad contemplatiuam:⁊ p̄ vitia
quoad actiuam vitam.

¶ Quod ſeptem .§.x.

genera bonoꝝ que hic appetunť:in patria poſ
ſidentur:vñ impletur omne deſiderium hoīs:
ꝓpter qđ merito dr̄ Apocha.xix.Beati qui ad
cenā agni nuptiaꝝ vocati ſunt.Unde figuranť
per cenam magnā quam fecit Aſſuerus (q iter
pꝛetatur beatitudo) ꝑncipibꝰ ſuis Heſter.j.Et
de hac pōt exponi etiam illud . Hō quidā fecit
cenam magnā.Luc.xiiij.Et etiā per illas nupti
as factas a rege. Matth.xxij. Omnia parata
ſunt.venite ad nuptias. Hec aūt declarat bea.
Tho.li.iij.contra gentiles ſic.Eſt enī quoddaȝ
deſiderium hominis inq̄ȝtum intellectualis eſt
de cognitione veritatis:qđ q̄dem hoīes conſe
quuntur per ſtudium vite cōtemplatiue:⁊ hoc
maxime in illa viſione cōfirmabitur quando p̄
viſionem pꝛime veritatis oīa que ītellectus na
turaliter ſcire deſiderat ei innoteſcent.Iuxta il
lud Hiere.xxxi.In die illa nō docebit vnuſqſ/
q̄ȝ pꝛoximum ſuū ⁊c̄.Grego.iiij.dialogorum.
Quid eſt qđ neſciant qui ſcientem oīa ſciunt.
Et exo.xxxiij.dixit dñs Moyſi.Ego oſtendam
tibi omne bonum:que intelligēda ſunt de his

Septeȝ ſūt gñā bonorū que hic appetū/tur ⁊ in p̄ria poſſidenť.

que p̄tinent ad perfectionē intellectualis natu/
re.Unde illa viſione cognoſcent oēs naturas
omnium ſpecierum creaturaꝝ ⁊ virtutes ⁊ ꝓ/
pꝛia accidentia que pertinēt ad perfectionem
vniuerſi.Et per cognitionem naturaliū ſpecie/
rum cognoſcent indiuidua ſub hmōi ſpeciebꝰ
exiſtentia.Omnia aūt huiuſmodi que cogno/
ſcit per hanc viſionē ſimul actu cōſiderat.⁊ ſic
videt infinita.Tamen ea que deus facere pōt:
que tamen nunq̄ȝ fecit:nec facturus eſt: nō co/
gnoſcent ſancti.Similiter quātum ad rōnes re
rum factarum.quas omnes intellectus nō pōt
cognoſcere niſi diuinā bonitatem cōpꝛehēdat.
Tertio nec etiam cognoſcunt ea que ex ſola vo
luntate dei dependent:ſicut pꝛedeſtinatio ele/
ctio:iuſtificatio:⁊ hmōi.que pertinent ad ſan/
ctificationem creature.Hec omnia ſoli intelle/
ctui diuino reſeruantur.Ecc̄s.viij.Intellexi ꝙ
omnium opeꝝ dei non poſſit homo inuenire
rōnem:⁊ Job.xj.Forte veſtigia dei cōpꝛehen/
des ⁊c̄. ¶ Eſt ſecundo qōdam deſiderium ho/
minis ſꝫm ꝙ habet rationem qua inferioꝛa di/
ſponere pōt:quod quidem adipiſcuntur homi
nes per ſtudium vite actiue.Quod deſideriuȝ
ad hoc eſt pꝛincipaliter vt tota vita hoīs ſꝫm ra
tionem diſponatur.quod eſt viuere ſꝫm virtu/
tem.Cuiuſlibet eniȝ virtuoſi finis in operando
eſt pꝛopꝛie virtutis bonū ſicut virtus vt forti/
ter agat.Hoc autem deſiderium tunc implebi
tur:quia ratio erit in ſummo vigoꝛe diuino lu
mine illuſtrata.ne a recto deficere poſſit. ¶ Cō
ſequuntur autem ciuilē vitam etiam quedam
bona quibus homo indiget ad ciuiles operati
ones.ſicut honoꝛis ſublimitas. quē homines
inoꝛdinate appetētes ambitioſi ⁊ ſuperbi ſiūt.
Ad ſummā autem honoꝛis altitudinem homi
nes per illam dei viſionē perducuntur inquā/
tum deo quodāmodo vniuntur.Et ꝓpter hoc
ſicut deus rex ſeculoꝝ diciť.ita ⁊ beati deo cō/
iuncti reges dicūtur Apoc̄.xxij.Regnabunt cū
xp̄o.Et alibi videlicet beati dicunt.Feciſti nos
deo noſtro regnum ⁊ ſacerdotes.i.reges.Apo
cha.j.c. ¶ Conſequitur aūt ciuilem vitaꝫ ⁊ ali
ud appetibile.ſcȝ fame celebꝛitas.per cuius in
oꝛdinatum appetitum efficiunť homines ina/
nis gloꝛie cupidi.beati aūt in illa viſione cele/
bꝛes redduntť.non ſꝫm hominum viatoꝛū mo/
dum ſed beatoꝛum.Et ideo frequentiſſime il/
la beatitudo in ſacra ſcriptura gloꝛia nomina/
tur.ſicut in pſ̄.dicitur.Exultabūt ſancti in glo/
ria.⁊c̄. ¶ Eſt ⁊ aliđ in ciuili vita appetibile ſci
licet diuitie per cuius inoꝛdinatum appetituȝ
⁊ amoꝛem multi efficiuntur illiberales ⁊ iniu/
ſti.In illa autem beatitudine eſt oīum bonoꝛū
ſufficiētia inquantū beati fruūtur illo qui com
pꝛehēdit oīum bonoꝝ perfectionē propter qđ

dicitur Sap.vij. Venerūt mihi omnia bona pa riter cū illa. Et in pō. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. Eſt aliud hominis deſideriū quod eſt ſibi ⁊ alijs aīalibus cōmune. vt. ſ. delectationibus perfruatur. qđ homines maxime ꝯſequuntur ſm vitam voluptuoſam. ⁊ per cuius imoderā tiam hoīes efficiunť intemperati ⁊ incōtinen tes. In illa vero felicitate dlectatio pfectiſſima tanto erit perfectior ea que eſt ſm ſenſum: qua etiam bruta aīalia perfruūtur quāto itellectus eſt altior ſenſu. tāto etiā illud bonum in quo de lectabimur maius ē oī ſenſibili bono. ⁊ magis intimū ⁊ magis continue delectans. quāto eti am illa delectatio eſt magis pura ab omni per mixtione ꝯtriſtantis de qua diciť in pō. Inebri abuntur ab vbertate domus tue ⁊c̄. ¶ Eſt ⁊ nā le deſideriū oībus rebꝰ cōmune per qđ ꝯſerua tionem ſui deſiderāt ſm ꝙ eſt poſſibile. per cu ius imoderantiā homines redduntur timidi. ⁊ nimis ſibi a laboribus parcētes. Qđ deſideri um tūc oīno complebitur quando beati perfe ctam ſempiternitatem ꝯſequentur ab oī nocu mento ſecuri. ſm illud Eſa. xlix. Et Apoc. vij. Non eſurient amplius neqꝫ ſitient ⁊c̄. Et ſic pꝫ ꝙ per diuinam viſionem ꝯſequūtur intellectua les ſubſtantie veram felicitatem. in quo omni no deſideriū quietatur. ⁊ in quo eſt plena ſuffi cientia oīum bonoꝝ que ſm Ariſto. ad felicita tem requiritur. In hac vero vita nil eſt adeo ſi mile felicitati ſuperne: ſicut cōtēplatio vitatis prout hec eſt poſſibile. Hinc ⁊ Aug. in vl. de ci ui. dei ait. Quanta ibi felicitas. vbi nullū malū aderit. nullum bonum latebit. erit deus oīa in omnibus. Et infra. quid eſt enim qđ dominus per prophetam ait. Ero illoꝝ deus in ppetuūꝫ niſi ero eis vnde ſatientur. Ero eis qcqd hone ſte ab hominibꝰ deſiderari pōt. Ero illis ſalus ⁊ vita gloria ⁊ honor. victoria ⁊ copia pax ⁊ oē bonum. Et ī fine Vacabimus ⁊ videbimus. vi debimus ⁊ amabimus. amabimus ⁊ laudabi mus. Iuxta illud pſalmiſte. Beati qui habi tant in domo tua domine. in ſecula ſeculorum laudabunt te.

Titulus. VIII. De fide.

¶ Fides ſumitur octo modis.

Capitulum primum.

DEmum de fide agē duꝫ. de qua apoſtolus ad Hebre. xj. Sine fide ipoſſibile eſt placere deo. Sed ſciendū ꝙ fides ſumitur. mul

De mul tipliciter. ¶ Primo quidem pro conſcientia.
tiplici ſi Iuxta illud ad Ro. xiiij. Omne quod non eſt
dei acce ex fide peccatum eſt. Quod verbum tractans.
ptione. Gratianus. xxviij. q. j. Oēs. §. Ex his itaqꝫ. ex

ponit. i. omne quod eſt ꝯtra conſcientiā pecca tum eſt. Et ſic etiam ſumitur in regula iuris. Poſſeſſor malefidei nullo tempore preſcribit. de regu. iur. lib. vj. ¶ Secundo ſumitur fides pro caſtitate ſeruanda i thori coniugalis. Unde Aug. xxvij. q. ij. ait. Omne bonum nuptiaruꝫ fuit in illis parētibus. xpi ſcilicet proles fides ⁊ ſacramentum. Fides quia nullū adulteriū ⁊c̄. ¶ Tertio ſumitur pro pactione ſeu promiſſio ne. ſm ꝙ dicit Aug. ꝙ fides quando hoſti pro mittitur ſeruanda eſt. xxiij. q. j. noli. Quod eſt verum ſi promiſſio eſt licita. Nam vt dicit Iſi do. In malis promiſſis reſcinde fidem. ⁊ i tur pi vota muta decretum. Et iterum. Si is cui fa cta eſt promiſſio. ⁊ ipſe ſeruet fidem promiſſaꝫ. Nam dicit regula iuris. Fruſtra ſibi petit fideꝫ ſeruari ⁊c̄. de regu. iuris lib. vj. ¶ Quarto ſu mitur fides pro fidelitate ideſt debita adim pletione ⁊ diligenti executione ſuper promiſſi ſione facta tacita vel expreſſa. Et ſic ponitur ab apoſtolo ideſt fidelitas inter fructus ſpiritus. Ad Gala. v. ſm vnam expoſitionē beatū Tho. Et reducitur fidelitas ad virtutē veritatis mo ralem: ⁊ ab ea denominať ſeruus vel diſpenſa tor fidelis. ſm euangelium ⁊ apoſtolum. Et ad hanc virtutem pertinent ſecunda ⁊ tertia acce ptiones. ¶ Quinto ſumitur fides pro equita te in actionibus conſiderata. Inſtitu. de ac tio. §. actionum. alie ſunt bone fidei. alie ſtricti iuris. Et ſm hoc dicit lex ꝙ vbi bona fide agi tur non eſt de apicibus legis diſputandum. et ſm hoc etiam intelligi poteſt illa regula. bona fides non patitur vt ſemel exactum iterum exi gatur. de regu. iuris lib. vj. ¶ Sexto ſumitur fides pro vna ex gratijs gratis datis. quas po nit apoſtolus prima ad Corinthi. xij. commu nibus bonis ⁊ malis. vbi dicitur. Alij datur fi des in eodem ſpiritu. Sumitur enim ibi fides pro quadam eminenti certitudine eorum que ſunt fidei. ¶ Septimo ſumitur fides commu niter pro quodam habitu quo quis firmiter aſ ſentit ſine formidine de oppoſito. his que cla re non videt. queciuqꝫ ſint illa. puta cum quis firmiter credit talem eſſe patrem vel matrem ſuam. vel verbis alicuius ſapientis. Et ſic Gre go. in iiij. dialogorum dicit ꝙ infidelis habet fidem ſcilicet de parentibus ſuis. ⁊ huiuſmo di ſed hoc de ſe non eſt meritorium. ſm beatū Thomam. prima ſe. ¶ Octauo ſumitur fides pro virtute theologica. de qua dicitur. j. ad Co rinthi. xiij. Nunc manent fides ſpes charitas. Sed ſm iſtam vltimam acceptioneꝫ fides quā doqꝫ ſumitur pro habitu talis virtutis chari tate informata. Et ſic ſumitur in Hiere. Domi ne oculi tui reſpiciunt fidem. Et Oſee. Deſpō ſabo te mihi in fide. Aliquando ſumiť p habi

tu infoꝛmiſ. vt ibi.j.ad.Coꝛ.xiij.Si habuero
fidem ita vt monteſ tranſferaʒ.ꝛc̃.Et iacob⁹.
Fideſ ſine opibuſ moꝛtua eſt.quod vtiqꝫ do//
nuʒ dei eſt.ſed inſufficienſ ad ſalutem.¶Ali
quando ſumiſ fideſ pꝛo ipſo actu taliſ vtutiſ.
Unde Augu.Quid eſt fideſ niſi credere quod
nõ videſ.Et illud Gꝛego. Fideſ nõ hʒ meritũ
vbi humana rõ pꝛebet experimentum.Meri/
tum enim non acquiriſ ex habitu ſed ex actu.
Fideſ aliquando ſumiſ pꝛo obiecto ſeu mate/
ria eoꝛum que ſunt fidei.vt in ſymbolo Atha/
naſij.Hec eſt fideſ catholica vt vnum deum in
trinitate.ꝛc̃.¶Fideſ aliquãdo ſumiſ impꝛo//
pꝛie pꝛo viſione clara in patria diuinoꝛum.ad
Ro.j.ex fide in fidem ideſt ex fide pꝛeſentium.
in fidem.i.viſionem futuroꝛum.Et hoc dꝛ pꝛo
pter certitudinem.Aliqñ ſumitur pꝛo ſigno di
ſtinctiuo fideliũ ab alijs.i.baptiſmo.di.xlv.de
iudeis.Unde cum a baptizando queriſ.Quid
petat.Rñdet fidẽ.i.baptiſmi ſacrʒ.Hec q̃ſi oia
habenſ in gl.ſuꝑ titu.j.decretaliuʒ.ſ.de ſũma
trinitate ꝛ fide catholica.quibuſdã tñ additis.

¶De ipſa autem .§.i.

fide ꝓut eſt virtuſ theologica nũc tractanduʒ.
¶Et pꝛimo de eiuſ cauſa ꝛ effectu.
¶Secundo de eiuſ habitu ſeu ſubiecto.
¶Tertio de eiuſ actu.
¶Quarto de eiuſ obiecto.
De fide vnde cauſaſ. ¶Queriſ ergo pͥmo vñ cauſeſ fideſ in hoĩe.
Rñdet beatuſ Tho.ij.ij.q.vj.ꝙ cauſaſ a deo
interiuſ mouente mẽtẽ.ꝑ gratiã ꝯſtũ ad aſſen
ſum.que eſt pꝛincipaliſ act⁹ fidei.vnde apl̃uſ
ad ephe.ij. Gr̃a ſaluati eſtiſ ꝑ fideʒ ꝛ nõ ex vo
biſ ne quiſ gloꝛieſ.donum enim dei eſt.Scd̃a
rio ꝛ inſtrumẽtaliter cauſaſ etiã a quibuſdam
alijs.vt in viſione miraculi.auditiõe doctrĩe.
De trib⁹ cauſiſ q̃ ad fidẽ concur/runt. ꝛ hmõi.Pꝛo cuiuſ ꝯclaratiõe ſciendũ ꝙ cauſe
treſ concurrunt ad fidem Supioꝛ.i.credendo
rum reuelatio.Exterioꝛ.ſ.miraculoꝝ viſio vel
rationuʒ circa fidẽ perſuaſio.Interioꝛ.ſ.ad ea
mentiſ aſſenſio.¶Quantũ igitur ad pꝛimuʒ
opʒ ꝙ ille ſit a deo.Ea enim que ſunt fidei exce
dunt rõnem humanam vñ non cadunt in con/
templatione hoĩs niſi deo reuelante.Sed qui/
buſdaʒ reuelantur ĥ imediate a deo ſicut ſunt
reuelata aplĩs ꝛ pꝛophetis.Quibuſdam pꝛopo
nuntur a deo mittente fidei pꝛedicatoꝛem.ſm
illud ad Ro.x.Quomodo pꝛedicabũt niſi mit
tantur.neceſſe eſt enĩʒ ꝙ homini pꝛoponantur
credibilia ad hoc vt aliqd explicite credat.Et
Huius ratio eſt ſm. b. Tho. ij. ij. q. v. Quia ſublata ratione formali obiecti fidei fides remanere nō poteſt ſicut in alijs habitibus. ſicut etiam remota luce. viſio eſſe nō poteſt. Obiectuʒ aūt fidei formale eſt veritas pma ſm ꝙ manifeſtatur in ſacris ſcripturis ⁊ doctrina eccleſie. Unde quicūqʒ nō inheret ſicut infallibili ⁊ diuine regule doctrine eccleſie. que procedit ex veritate pma in ſacris ſcripturis manifeſtata. ille nō habet habitum fidei. ſed ea que ſunt fidei alio modo tenet ꝙ̄ per fidem. manifeſtum eſt autē ꝙ ille qui inheret doctrine eccleſie ſicut infallibili regule. oībus aſſentit que eccleſia docet. Alioquin ſi de his que eccleſia docet que vult tenet. ⁊ que nō vult nō tenet. non iam inheret doctrine eccleſie ſicut infallibili regule. ſed ꝓprie volūtati. Et ſic manifeſtuʒ eſt ꝙ hereticus qui pertinaciter diſcredit vnum articulū fidei nō eſt paratus ſequi in oībus doctrinam eccleſie. ſi enim nō pertinaciter diſcrederet vnuʒ articulum iam nō eſſet hereticus: ſed ſolū errās. Hereticus ergo qui contra vnum articulum fidem nō habet de alijs etiam articulis fideʒ nō hʒ. ſed opinionē quādā ſm ꝓpriā voluntatem.

¶ Fides eſt vna .§. iiij.

⁊ catholica ⁊ vera. ¶ Quātum ad primum dicit apoſtolus ad Ephe. iiij. Unus deus. vna fides. Et dicit vna tripliciter. Uno modo inquātum ſumit pro habitu quo credimus. Sic enī eſt vna ſpecie. ſed differēs numero in diuerſis fidelibus. ſicut omnes hoīes participatiōe ſpeciei humane. ſunt vnus homo ſʒ numero multi. Cum enim obiectuʒ formale fidei ſit veritas pma. cui inherēdo credimus quecūqʒ ſub fide ꝯtinentur. Ideo ſicut veritas pma eſt vna. ſ. deus. ita ⁊ fides. Secūdo modo inquātum ſumitur pro eo qḋ creditur qḋ eſt obiectum materiale. Et ſic etiam dicitur vna: qꝛ idem eſt qḋ creditur ab oībus. etſi ſint diuerſa credibilia que cōmuniter credūtur. ab omnibus tamen reducūtur ad vnuʒ. Quod enim credātur aliqua temporaliter facta ad fidem pertinēt in ordine ad veritatem primaʒ qui eſt quid eternū. b. Tho. ſe. ſe. q. iiij. Poteſt etiam dici vna. qꝛ ad vnum verum finē dirigit qui eſt deus ad ipſum poſſidēdum. ¶ Dicitur autem catholica in ſymbolo Athanaſij. Hec eſt fides catholica ⁊c̄. Et in ti. j. decre. de ſum. trinita. ⁊ fide catho. vbi dicit beatus Tho. in expoſitione ipſius tituli ⁊ pmi capli. ꝙ catholica dicitur vniuerſalis. Dicitur

Fides quare dicitur vna.

Quare dicit catholica

autem vniuerſalis. tum propter vniuerſarum precepta regularum. tum quia eius cultus per omnes pene mūdi terminos emanauit. Hereticoꝝ autem errores ſub certis angulis terrarum includūtur. hec bea. Tho. Uel etiam quia ſola de vniuerſali bono: ideſt deo recta tradit. ⁊ vniuerſa vitia vitare docet ⁊ vniuerſas virtutes amplecti. ¶ Dicitur autē vera. qꝛ ita veraciter predicat vt falſitatem cōtinere non poſſit. Quod ita probat be. Thom. ſe. ſe. q. j. Nihil dicitur ſubeſt alicui potētie vel habitui vel actui: niſi mediante ratione formali obiecti. Sicut color nō poteſt videri niſi per lumen: nec ꝯcluſio ſciri, niſi per medium demōſtrationis. Sed vt dictum eſt ratio formalis obiecti fidei eſt veritas prima. Unde nil poteſt cadere ſub fide niſi inquātum ſtat ſub veritate prima ſub qua nulluʒ falſum ſtare poteſt. ſicut nec non ens ſub ente: nec malum ſub bonitate. Et ideo ⁊c̄. Fides aūt hec. ſ. vna catholica ⁊ vera eſt fides eccleſie ro. Unde Amb. de Cypriano ait. Nec vllam putauit veram niſi vere fidei gratiam. hoc eſt in romana eccleſia. Nec putauit fideʒ eſſe in ſciſmate. Etenim cum ꝓpter eccliam Chriſtus paſſus ſit: ⁊ corpus eius ſit eccleſia. nō videtur ab his fides exhiberi Chriſto a quibus euacuat chriſti paſſio atqʒ diſtrahit. ſ. per ſciſma. xxiiij. q. j. aduocauit. Item. q. e. c. h eſt fides. Et ſiqs obijceret: ꝙ pōt quis adorare hoſtiam nō ꝯſecratā qꝛ ſacerdos non ꝯſecrauit vt ille eſtimat. Et ſic credit ibi eſſe chriſtuʒ ⁊ nō eſt. ergo fidei poteſt ſubeſſe falſuʒ. Rn̄. b. Tho. vbi. ſ. ꝙ fides credētis non refertur ad has ſpecies vel illas panis: ſed ad hoc ꝙ veruʒ corpus chriſti ſit ſub ſpeciebus panis ſenſibilis: quando recte fuerit conſecratum. Unde ſi non eſt recte conſecratum fidei non ſubeſt falſum.

Quare

¶ Fides autem in .§. v.

intellectu vt in ſubiecto ꝓprie ⁊ pncipaliter cōſiſtit. ſecūdario in voluntate quātum ad actum eius. Quod ſic declarat be. Thom. ſe. ſe. q. iiij. Credere quidē actus fidei eſt actus intellectus ſm ꝙ mouetur a voluntate ad aſſentiendum. Procedit ergo huiuſmodi actus ⁊ ab itellectu ⁊ a voluntate quoꝝ vterqʒ natuʒ eſt perfici per habituʒ. Et ideo oportet ꝙ tam in intellectu ꝙ̄ in volūtate ſit aliquis habitus ſi debeat actus fidei eſſe perfectus. ſicut etiam ad hoc ꝙ actus cōcupiſcibilis ſit perfectus. oportet ꝙ ſit habitus prudentie in ratione ⁊ habitus temperātie in cōcupiſcibili. Nam ad perfectionem actus qui ex duobus principijs actiuis procedit requiritur ꝙ vtrūqʒ actiuoꝝ principium ſit perfectum. Non enim poteſt bene ſecari: niſi ⁊ ſecans habeat artem: ⁊ ſerra ſit bene diſpoſita ad

ſecũdum. Diſpoſitio autem ad bene agendum in illis potentijs anime que ſe habẽt ad oppoſita eſt habitus. Et ideo oportet ꝙ actus ꝓcedẽs ex his duabus potentijs talibus ſit ꝑfectus habitu aliquo preexiſtẽte in vtraqꝫ potentiarum. Et q: credere eſt immediatus actus ĩtellectus: q: obiectuꝫ huius actus eſt verum qđ proprie ꝑtinet ad intellectuꝫ. ideo oportet ꝙ fides que eſt proprium principiũ huius actus. ſicut in intellectu vt in ſubiecto. Dicitur autẽ ab Aug. ꝙ fides eſt in credẽtium volũtate. inquãtuꝫ actus eius mouetur ex imꝑio volũtatis ad aſſentiendum credibilibus. ⁋ Item nota ſm be. Tho.

Charitas dicitur forma fidei.

vbi. ſ. ꝙ charitas dicitur forma fidei: nõ ꝙ ſit forma intrinſeca que dat eſſe rei. ſed inquantũ informat actum eius. ſ. credere vt ſic operetur ⁊ mereatur. Et ad hoc facit qđ habetur de pe. di. ij. §. item dñs. Amẽ ⁊c̃. Nihil enim ꝓhibet vnum actum a diuerſis habitibus informari. Item ſm bea. Tho. vbi. ſ. Fides informis. i. ſine charitate: ⁊ formata ideſt cum charitate: nõ ſunt diuerſi habitus quoꝝ vno adueniente. alter qui prius erat in aĩa corrũpatur vt quidam dixerũt. Nec etiam ꝙ ambo ſint ſimul in habẽte prius fidem informẽ: ⁊ poſtea formatam vt alij dixerũt: ſed eſt vnus ⁊ idem habitus nõ diuerſi. Ratio eſt: q: habitus diuerſificatur ſm id qđ per ſe pertinet ad habitũ. Fides autẽ ſit perfectio intellectus. id per ſe pertinet ad fideꝫ qđ per ſe pertinet ad intellectum. qđ auteꝫ pertinet ad volũtatem non per ſe pertinet ad fidẽ: ita ꝙ per hoc poſſit diuerſificari habitus fidei. Diſtinctio autem fidei informis ⁊ formate. eſt ſm id qđ pertinet ad volũtatem. i. ſm charitatem. Quod aũt gratia adueniens in eo qui habet fidem informẽ nõ cauſet habitum fidei per accidens eſt ꝓpter diſpoſitioneꝫ ſubiecti: q: ſcꝫ iam habet fidem: ſed q: informẽ habet format ⁊ perficit eam. Sicut ecõtrario ſm peccatum mortale qđ quis cõmittit: nõ tollit gratiam. cũ tamen omne mortale de ſe tollat eam. Et ratio eſt: q: iam amiſerat per primum.

⁋ Actus fidei eſt triplex. Capĩm. iij.

De actu fidei nota ꝙ triplex eſt actus fidei: ſcꝫ voluntaria cordis aſſenſio: publica oris confeſſio: ſalutifera mortis ſuſceptio. ⁋ Primus ergo actus fidei eſt voluntaria cordis aſſenſio dicente apoſtolo ad Romanos. x. Corde creditur ad iuſtitiam. quod exponitur tripliciter. Primo ſic. Uere credere dat ſalutem eo ꝙ dat iuſtitiaꝫ que non eſt cauſa ſalutis. ſecũdo ſic. Corde creditur ad iuſtitiam: ideſt per fidem cordis iuſtificatur aliquis: vt ſcilicet fiat de peccatore iuſtus. tertio modo ſic. Corde creditur ⁊c̃. ideſt

Act⁹ fidei eſt triplex.

voluntarie creditur: quia cetera poteſt homo non volens. credere autem non poteſt niſi volens. ⁊ diffiniens Augu. quid ſit credere dicit ꝙ nil aliud eſt qꝫ cum aſſenſione cogitare. Pro cuius intellectu ſex notari poſſunt.

⁋ Primuꝫ eſt quid ſit aſſenſus ⁊ qđ ꝯſenſus.

⁋ Secundo vbi hec duo aſſentire: ſcilꝫ ⁊ diſſentire inueniuntur.

⁋ Tertio quid ſit cogitare ⁊ quot modis dr̃.

⁋ Quarto quis ſit ordo inter cogitare ⁊ aſſentire ⁊ econuerſo.

⁋ Quinto ꝙ fides conſiſtit media inter duas cogitationes.

⁋ Sexto quod aſſentire veritati contingit tribus modis.

Aſſenſus ⁊ cõſenſus diſferunt.

⁋ Quãtum ad primuꝫ no. ꝙ aſſenſus dicitur determinatio cogitationis ad aliquid quaꝫ cognitioneꝫ vel determinationẽ cognitionis aliquid nõ precedit. Conſenſus vo dicitur determinatio volũtatis ad vnũ: que preſupponit cognitionẽ cum qua ſimul ſentit: dum tñ illud tẽdit qđ ratio bonum iudicet: ita ꝙ aſſentire dicit eſſe intellectus ꝯſentire volũtatis. hec bea. Tho. ſe. ſe. q. ij. ⁊ in. iij. ſen. ⁋ Quãtũ ad ſcđm ſciẽdum ꝙ cum ſit triplex oꝑatio intellectus. ſ. Simpliciuꝫ ſeu incõplexoꝝ apprehẽſio. Secũda cõpoſitio ⁊ diuiſio. ſ. per affirmationẽ ⁊ negationẽ. Tertia argumẽtatio. ſ. de vno in aliud diſcurſus. Aſſentire ⁊ diſſentire circa fidẽ non reperit in prima oꝑatione intellectus: ſed in ſecũda eo ꝙ fides habet aſſenſuꝫ qui eſt determinata acceptatio alterius partis ꝯtradictionis. Qui enim aſſentit intellectũ ad alterã ptẽ ꝯdictionis determinat. ⁋ Quãtũ ad tertiũ. ſ. qđ ſit cogitare. nota ꝙ põt ſumi tripliciter. Uno modo cõmuniter pro qualibet actuali cõſideratione intellectus: ſicut accipit Aug. in. xiiij. de trini. Scđo modo ſumitur pro actuali ꝯſideratione intellectus: que eſt cum quadã inquiſitione animi deliberantis. nõdum perfecti per plenã viſionem vel certitudinem veritatis: ſicut accipit Auguſti. in. xv. de trini. Tertio modo ſumitur pro actu virtutis cogitatiue. In propoſito ſumitur ſcđo modo. Importat enim diſcurſuꝫ rationis cogitatio: q: cogitare eſt ſimul cogitare be. Tho. ſe. ſe. q. ij. quomodo actus intellectus ſe habeat ad cogitationem ⁊ aſſenſum nunc declarandum. ⁋ Quantum ad quartuꝫ ergo quis ſcilicet ſit ordo iter cogitare ⁊ aſſentire. nota quadruplicem modum. Nam aliquando aſſenſus eſt ſine cogitatione: vt patet in intelligente ſine reſpectu principiorum quoruꝫ eſt intellectus. Intelligens enim aſſenſuꝫ habet ſine cogitatione ideſt diſcurſu: quia ſtatim probat ipſa audita: ſcilicet principia ſm Boe. Aliquando cogitatio eſt cauſa aſſenſus:

Cogitare ſumitur tripliciter

Ordo iter cogitaſ ⁊ aſſẽtire.

vt in ſciente. Nam ſciens ⁊ cogitationem ⁊ aſ/
ſenſum hȝ: ſed non cogitationem cū aſſenſu: ſȝ
cogitationē añ aſſenſum. Diſcurrit eniȝ mente
ratiocinando. ⁊ inuenta rōne qua concluditur
aſſentit. Dubitans nihil hȝ de aſſenſu: ſed cogi
tationem ſolum: q: in neutram partem decli/
nat. diſcurrit tñ ratione. Suſpicans eſt qui hȝ
cogitationem abſqȝ aſſenſione. in vnam tñ par
tem declinat magis q̄ȝ in aliam aliquo leui ſi/
gno. ¶ Neſciens neqȝ aſſenſum neqȝ cogita/
tionem hȝ. Aliquando cogitatio eſt ſine aſſen/
ſu perfecto vt in opinante. Nam opinans habȝ
cogitationem diſcurrēs ratiocinando: ſed non
habet perfectum aſſenſum cum habeat formi/
dineȝ de oppoſito: ⁊ ſi fortiter declinet ad vnaȝ
partem. Aliqñ aſſenſus eſt ſimul ⁊ cogitatio vt
in credente. Nam credens hȝ ſimul aſſenſum
firmiter inherendo ⁊ cogitationeȝ diſcurrēdo
ratione poſt aſſenſum qua oſtenditur tali veri/
tati firmiter inherendum vt magis intelligat:
⁊ ſi non clare ſeu demōſtratiuē videat. b. Tho.
ij. ij. q. ij. ⁊ in. iij. ſen. ¶ Quantum ad quintuȝ
nota ꝙ fides conſiſtit media inter duas cogita
tiones: quarum vna voluntatem inclinat ad
credendum: ⁊ hec cogitatio p̄cedit fidem.
Alia cogitatio tendit ad intellectum eorū que
iam credit. b. Tho. in. iij. ſen. ¶ Quantum ad
ſextum nota ꝙ tribus modis aſſentitur verita/
ti. Primo: quia ſic aſſentienti apparet: ⁊ iſte eſt
aſſenſus opinantis: qui hȝ formidinem ex par
te aſſentientis: ſed apparentiaȝ ex parte rei cui
aſſentitur. Scđo aſſentit quis veritati alicui: q:
ſic videtur eſſe ſm veritatem. ⁊ iſte eſt aſſenſus
ſcientis qui habet ſecuritatem ex parte aſſen/
tientis: ⁊ euidentiaȝ ex parte eius cui aſſentit.
Tertio modo aſſentit quis v̄itati. non q: ita vi
det eſſe. ſ. clare. ſed q: hȝ idoneum teſtimoniū
⁊ ſic eſt aſſenſus fidei q habet ſecuritatē ex pte
aſſentientis. qui non dubitat ſed eſt certus. de
fectum vero euidentie ex parte rei cui aſſentit.
Et credere eſt medium inter ſcire ⁊ opinari. ⁊
de vtroqȝ participat. ⁊ a quolibet differt. Nam
cum ſcia p̄ticipat fides p ſecuritatem. ſȝ differt
q: non hȝ euidentiam. ⁊ cū opinione p̄ticipat
propter defectum rei ex parte cui aſſentit. Sed
differt ab ea. q: habet certitudinem non formi
dinem de oppoſito. b. tho. ij. ij. q. ij. Si quis ei
dubitaret proprie ſumendo dubitationem nō
eſſet fidelis. Unde dr̄ extra de here. c. j. Dubi⁹
in fide eſt infidelis. Et ſignanter dictum eſt p̄/
prie: q: large ſumēdo p omni motu dubitatio
nis. ſicut qui tentatur de his que ſunt fidei. ali
qs cū non aſſentit voluntarie tali dubitatione
ſed hȝ diſplicentiam non eſt infidelis.

Ueritati aſſentitur tribus modis.

¶ Sciendum eſt. .§. i.

etiam actus fidei interior dicit tribus modis
ſm magiſtrum ſen. in. iij. di. xxiij. Credere deū
credere deo: ⁊ credere in deuȝ. Que diſtinctio
originaliter eſt Aug. ſuper Jo. Hec aūt tria ſȝ
bea. Tho. ij. ij. q. ij. ⁊ in. iij. ſent. non ſunt diuer
ſi actus fidei: ſed vnus ⁊ idē actus cōpletus fi/
dei habens diuerſos actus fidei: ſed vnus eſt
actus completus habens diuerſam relationeȝ
ad fidei obiectum. Obiectum auteȝ fidei idem
quod credit. quod poteſt dici eſſe ens cogitabi
le ſupra rationē: primum cui propter ſe datur
aſſenſus. Et in hoc qđ dicitur ſupra rationem
ſeparatur ab his quoȝ eſt credulitas ſm rōneȝ
vt in principijs ſciarum. In hoc ꝙ dicit primū
ſeparatur ab his que ſunt creature. In hoc ꝙ
dicitur cui datur aſſenſus ꝓpter ſe. ſeparatur
ab illa cognitiōe que eſt per viā rōnis. ¶ Pri
mo ergo credere deum eſt actus fidei ſm ꝙ in
tellectus determinatur ad vnuȝ. Nam obiectū
fidei eſt deus ſm ꝙ in ſe ꝯſideratur. vel aliqđ
circa ipſum vel ab ipſo. Quamuis deuȝ eē ſim
pliciter poſſit demonſtrari. tamen deum eē tri/
num ⁊ vnum ⁊ alia hmōi ſm ꝙ eſt actus fidei
ſcilicet credere deum. demonſtrari non poteſt.
¶ Scđo credere deo eſt actus fidei ſm ꝙ ratio
inclinat voluntatem ad aſſentiendum deo. Ra
tio autem quare voluntas inclinatur ad aſſen/
tiendum his que non videt eſt quia deus ea di
cit. Sicut homo in his que non videt credit te
ſtimonio alicuius boni viri. qui videt ea que
ipſe non videt. Sic homo inducitur ad credē/
dum per ea que dicta ſunt de deo miraculis cō
firmata. Similiter fidelis credit homini de his
que ſunt fidei. non q: homini ſed inquantum
deus per ipſum loquitur. quod ex certis expe/
rimentis ⁊ miraculis colligere poteſt. Infide/
lis autem non credit deo loquenti in homine.
¶ Tertio credere in deum eſt actus fidei. ſm
ꝙ intellectus determinatur a voluntate ad ten
dendum in deum. Et ſic credere in deuȝ eſt cre
dendo tendere in eum. Sicut ei amare deū eſt
ſimpliciter actus charitatis. ita amando crede
re eſt actus fidei per charitatem more ad actuȝ
ſuum ſm. b. Tho. ij. ij. q. ij. ar. ij. Unde Gratia/
nus de pe. di. ij. §. cum ergo dicit. In xp̄m cre/
dit qui charitatem habet. In chriſtum quippe
credere eſt amando in ipſum tendere. Hec eſt fi
des que per dilectionem operatur. vt diffinit
apoſtolus. Et ſic credere deum eſt ſicut materia
le obiectum intellectus ſcilicet credere ꝙ deus
ſit ⁊ huiuſmodi. Credere deo eſt ſicut formale
obiectum quod eſt veritas prima. Et ſic crede/
re deo eſt credere vera eſſe que deus dicit. eo ꝙ
ipſe dicit. Credere in deuȝ eſt credere per amo
rem prime veritati. ⁊ credendo amare euȝ ſup
omnia. Et credere deo vt veritas ſcilicet q: ve/
ra que

Actus fidei interior tripliciter

ra que dicit deus. Credere deū vt virtuoſitas
ſeu potentia ſcilicet eſſe oīpotentem creatorē.
Credere in deū vt bonitas.i.in eius bonitatē
tēdere.guſtādo per amorē.hec Raynerius.

De actu exteriori .§.ij.

fidei qui dicitur confeſſio.no.ſm be.Tho.ij.ij.
q.iij.ꝙ eſt triplex cōfeſſio. Prima eſt pecca
torum:de qua Jac.v.Confitemini alterutrum
peccata vr̃a.Et h̄ eſt actus pnīe ſeu parᷣ ſacri.
Secundo eſt cōfeſſio diuinoꝝ preconiorū.
de qua Pſal.cxvij.Confitemini domino quo
niam bonus.⁊ hec eſt actus latrie ſeu virtutis
religionis. Tertia eſt confeſſio articulorum
fidei.ad Ro.x.Ore autem confeſſio fit ad ſalu
tem.⁊ hec eſt actus fidei.Hic autem actus ſcilꝫ
publica confeſſio eorum que ſunt fidei.non eſt
vtiqꝫ ⁊ ſemper de neceſſitate ſalutis:ſed pro lo
co ⁊ tempore.Et de hoc habes in.ij.parte titu.
xj.Ad hoc autem vt talis confeſſio fidei ſit ad
ſalutem valens oportet ꝙ cōfiteatur quis fidē
in recta conuerſatione fidelium.vnde Hiero.
Quotienſcunqꝫ vincimur vitijs atqꝫ peccatis
totiens deum negamus ⁊ econuerſo.Quotiēs
aliquid boni agimus deum confitemur.Nec
eſt arbitrandum illos tm̄ in die iudicij a dei fi
lio denegandos qui in martyrio chriſtum ne
gauerunt:ſed illos omnes quorum opere vel
ſermone vel cogitatione chriſtus negatur vel
confeſſione non confitetur.xj.q.iij.eſtimant.
Eſt autem neceſſaria talis confeſſio propter
quatuor.Primo vt deus honorificetur.Secū
do vt fides defendat.Tertio vt proximus edifi
cetur.Quarto vt infidelis cōfundatur.de qui
bus vide ſupra.de tertio actu fidei.ſcilꝫ ſuſce
ptionem martyrij habes.ē.ti.iij.de fortitudie.

De actu fidei exteriori. Confeſſio ē triplex.

Fidei confeſſio neceſſaria eſt.

De merito cre .§.iij.

dendi.Nota ꝙ credere eſt laudabile ⁊ merito
rium.tripliciter probatur:ſcilicet ratione:ſimi
litudine:⁊ auctoritate. Ratione quidem ſic
probatur.Omnis actus qui ſubijcitur libero
arbitrio moto a deo per gratiā ⁊ relatus in de
um eſt meritorius.Sed credere eſt actus intel
lectus aſſentientis veritati diuine ex imperio
voluntatis mote a deo per gratiam.⁊ ſic ſubia
cet libero arbitrio in ordine ad deum.ergo ac
tus fidei eſt meritorius. Tho.ſecunda ſecūde.
q.ij.Jtem ſic probatur.Omnis actus virtutis
eſt laudabilis ⁊ meritorius:ſed credere ē act⁹
fidei que eſt virtus ergo meritorius. Simi
litudine probatur ſic.Sicut cōſideratio actua
lis ſcientie eſt meritorium.tum ratione liberta
tis arbitrij:quia in poteſtate hominis eſt conſi
derare ⁊ non conſiderare.tum ratione finis ex
parte charitatis:vt conſideratio ſcientie refera

Credere ē laudabile ⁊ meritorium.

tur ad honorem dei.vel ad vtilitatē proximi:
in quo caſu vterqꝫ eſt meritorius:quāuis in ip
ſa ſcientia non ſit meritum:quia intellectus ca
ptiuatur ad aſſentiendum veritati:nec rema
net voluntas libera ad aſſentiendū.ſic in ppo
ſito.Cum circa ea que ſunt fidei non cogat in
tellectus ad aſſentiendum:quia non clare vi
det:ſicut per ſcientiam remanet voluntas libe
ra ad aſſentiendum vel non aſſentiendū fidei.
⁊ ideo aſſentiendo propter deum meret.Tho.
ſecunda ſcđe.q.v.Augu.autem ſuper Joā.idē
probat ſub ſimilitudine radicis dicens.Sicut
in radice arboris nulla prſus apparet pulchri
tudine.⁊ tamen quicquid eſt in arbore pulchri
tudinis vel fructus ex illa pcedit.Sic ex fidei
humilitate quicquid meriti quicquid beatitu
dinis anima ſuſceptura eſt ex fidei fundamen
to procedit. Tertio auctoritate probatur ſic
xp̄s dixit Joā.xx.Beati qui non viderūt ⁊ cre
diderunt.ſed premium non debetur niſi meri
to.Beatitudo vero eſt vltimum ⁊ perfectū pre
mium:ergo ⁊c̃.Ad predictorum maiorem eui
dentiam nota quinqꝫ.Primū eſt ꝙ ratio hu
mana ad ea que ſunt fidei poteſt ſe habere ad
voluntatem credentis dupliciter.Uno mō an
tecedenter:puta cum quis nō vult credere:vel
non habet promptam voluntatem ad creden
dum niſi ratione humana induceretur. Et tūc
ratio humana diminuit meritum.Et in hoc ca
ſu intelligenda eſt auctoritas Greg.Fides nō
habet meritum ⁊c̃.Secundo modo ratio hūa
na ſe habet ad voluntatem credentis cōſequē
ter:puta cum homo habet promptam volunta
tem ad credendum etiam ſine ratione. Et ex h̄
ꝙ diligit veritatem creditam ſuper ea cogitat
⁊ amplectitur.ſi quas rationes ad hoc inueni
re poteſt.tunc humana ratio non excludit me
ritum fidei:ſed eſt ſignum maioris meriti be.
Tho.ſecūda ſcđe. Secundo notandū ꝙ ea
que ſunt fidei:etſi ſupra rationem ſint.non ta
men contra rationem.Et ideo querere ea que
ſunt ſupra rationem non eſt vituperabile:ſed
laudabile:quia homo debet ſe ad diuina diri
gere quantum poteſt:vt dicit phs.x.Ethi.bea.
Tho.in.iij.ſenten.quod tamen intelligendū
eſt cum quis querit huiuſmodi timorate ⁊ mo
derate:vt dicit Augu.⁊ non ſupra capacitatē
ſuam.iuxta illud.Altiora ne te queſieris.Eccl.
iij. Tertio nota ꝙ ratio naturalis in his que
ſunt fidei poteſt induci vel cum fide vel contra
fidem.Et illa quidem ratio.que ſm fidē indu
citur poteſt augere meritum inquantum facit
voluntatem magis promptam ad credendū.
Ratio autem inducta contra fidem ad difficul
tatem actum addit.⁊ per conſequēs auget me
ritum.Unde manente eadē voluntate credē

di magis meretur ille que credit illō ad quod videt multas rationes in contrariū q̄ȝ qui eas non videt: ſicut qui tentatur vehementius de luxuria vel alio vitio ſi reſiſtat equali voluntate magis meretur bea. Tho. in. iij. ſententiarū. ¶ Quarto nota ꝙ magis meretur ille qui credit ſine ratione vel ſuaſione q̄ȝ ille qui ſuaſionem: vel rationem querit: manente eadem voluntate credendi. Quod ſic probatur. Sicut affectus rationalis debet ſumme bonitati dignū amorem: ita intellectus ſumme veritati dignā credulitatē. Sicut ergo non eſt digna dilectio ad deum qua diligitur eius bonitas ſoluȝ propter vtilitatem: ita eadem ratione non eſt digna deo credulitas: qua aſſentitur prime veritati ſolum propter rationis probationē vel ſuaſionem. Item ſicut aliud eſt diligere aliquem ex ſuis meritis ſine ratione beneficij: ⁊ aliō diligere ipſum ſine meritis ex ſola virtute ⁊ gratia diligentis. ſic aliud eſt credere ex probabilitate vel euidentia ipſius credibilis. aliō ex virtute credētis quod eſt maioris meriti. ¶ Quinto nota ꝙ credere alicui ſubito ſine deliberatione ⁊ ſine inſpiratione ⁊ ſine motione ſufficienti: eſt leuitas mentis. Unde dicitur Eccleſiaſti. xix. Qui cito credit leuis eſt corde. Credere vō alicui cum diſcretione vel ſpiratione: vel motiuo ſufficienti: non eſt leuitas cordis. ſicut facit ille qui credit ea que ſunt fidei. talis enim habet ſufficiens motiuum ad credendum. inducitur enim auctoritate diuine doctrine miraculis confirmate: ⁊ amplius interiori inſtinctu dei illuminantis. Et ideo talis non eſt leuiter credens. vt dicit bea. Tho. in. j. contra gentiles. et. ij. ij. Nec fidei meritum tollit. Raynaldus.

¶ De magnitudine ⁊ augmento fidei. §. iiij.

An fides poſſit augeri vel minui.

ex eo ꝙ dixit chriſtus chananee. Matth. xv. O mulier magna eſt fides tua. Et centurioni. Matth. viij. ¶ Non inueni tantam fidem in iſrael. ⁊ apoſtoli domino. Adauge nobis fidem. ¶ Sciendum igitur ꝙ ex parte obiecti formaliter fides non variatur: nec augetur: nec minuitur. quia obiectum fidei cum ſit veritas prima que deus eſt. ⁊ hec non variatur nec augetur: ſic nec fides. Sȝ conſiderando fidem ex parte ſubiecti in quo ē. ſic fides tum ex parte fidelium: tuȝ ex parte creditorum variatur. Et hoc triplici ratione.

¶ Primo ratione conditionis temporis.

¶ Secundo ratione diffuſionis luminis.

¶ Tertio ratione diſpoſitionis hominis.

¶ Quantum ad primum nota ꝙ quamuis ſit eadem fides quam habemus de chriſto: ⁊ quā habuerunt antiqui patres: tamen quia ipſi preceſſerunt chriſtum ⁊ nos ſequimur. ideo eadeȝ fides diuerſis verbis a nobis ⁊ ab eis ſignatur. ¶ Nam ab eis dicebatur per verba futuri temporis. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiuȝ. Eſa. vij. Nos autem dicimus per verba preteriti temporis: quia concepit ⁊ peperit filium. Beatus Thom. ſecunda ſcđe. q. ciij. ¶ Et notanduȝ ꝙ licet eadem fuerit fides omni tempore de myſterio incarnationis apud omnes quantuȝ ad ſubſtantiam: diuerſimode tamen quantum ad explicationem ſm diuerſitatem temporum et perſonarum. Nam ante ſtatum peccati homo habuit explicitam fidem de incarnatione chriſti ſm ꝙ incarnatio ordinabať ad conſeruationem glorie. non autē ſm ꝙ ordinabatur ad liberationem a peccato per paſſionem ⁊ reſurrectionem: quia homo non fuit preſcius ſui peccati. Poſt peccatum autem homo habuit explicatam fidem non ſolū de incarnatione chriſti: ſed etiam de paſſione ⁊ reſurrectione. quibus genus humanum liberabatur: ⁊ ante legem et ſub lege moyſaica: aliter tamen ⁊ aliter. Nam minores fidem habuerūt circa huiuſmodi myſterium implicitam videlicet credendo ⁊ expectando ſalutem ⁊ redemptionem hominum. modum tamen ignorando ante legem. Sub lege vero perſona mediatoris mittenda predicabatur. ſed vtrum homo vel angelus vel deus eſſet talis: a minoribus neſciebatur. vt dicit Hugo de ſancto vic. Maiores autem tam ante legem q̄ȝ ſub lege fidem habuerunt explicitam de incarnatiōe chriſti. vt patriarche ⁊ prophete. Et multis eorū ſpecialis reuelatio facta ē. vt Abrae: yſaac: ⁊ Jacob: Moyſi: Dauid: Eſaie: ⁊ alijs multis. Multi quoqȝ gētiles diuerſis temporibus fidem habuerunt explicitam de incarnatione chriſti quibus: ſcilicet reuelatio facta eſt. vt Job qui dicit. xix. c. Scio ꝙ redemptor meus viuit ⁊c. Et ſibylla etiā pronūciauit quedam de chriſto ſcilicet eius natiuitateȝ: paſſionem: ⁊ reſurrectionem: ⁊ aduentum ad iudicium. vt refert Lactā. in lib. inſtitu. Et in hiſtoriis etiam romanorum inuenitur. ꝙ tēpore Conſtantini imperatoris fuit quoddam ſepulchrū inuentum in quo iacebat homo habens laminam aureā ſuper pectus ſuum in quo erat ſcriptum. chriſtus naſcetur de virgine. ⁊ credo in eum. O ſol iterum me videbis Cōſtantini temporibus bea. Tho. ſecunda ſcđe. q. ij. Tempore vero gratie reuelate tenentur tam minores q̄ȝ maiores habere fidem explicitam de his que in eccleſia proponuntur: ſicut ſunt articuli incarnationis. Et cum ipſum myſteriuȝ incarnationis includat in ſe myſteriuȝ trinitatis: quia dicimus de eo ꝙ filius dei patris factus eſt homo conceptus ex ſpiritu ſancto. natus de virgine. ideo neceſſariū eſt nunc etiam explicite cre

Antiq̄ qualem fidem habuerūt an̄ legē ⁊ ſub lege.

Qualē fidē habere tenentur tpe grē

dere myſterium trinitatis omnibus.ſ.ꝙ ſit pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus vnus deus.nõ autem quoad alias ſubtilitates circa huiuſmõi. bea.Tho.vbi ſupra.¶Et nota quanto magis propinqui fuerunt chriſto.tanto magis explicite fidem habuerunt de chriſto.Unde Greg. dicit ſm incrementa tẽporum creuit ſcia ſanctorum patrum.Et propter hoc bea.Joã.bap. quia fuit propinquiſſimus ſaluatori expꝛſſe cognouit aduentuꝫ chriſti in carne.vnde dixit de eo.Ego vidi ⁊ teſtimonium perhibui:quia hic eſt filius dei.Cognouit ad paſſionem eum venturuꝫ.vnde dixit.Ecce agnus dei.prenunciãs Imolationem eius:nec eſt cõtra hoc ꝙ miſit interrogare Jeſuꝫ per diſcipulos ſuos di.Tu es qui venturus es.Matth.xj.tanquam dubitaret.¶Triplex eſt enim dubitatio.Prima infidelitatis qualis fuit in iudeis.Secunda ẽ tarditatis q̃lis fuit in diſcipulis euntibus in emaus:⁊ quibuſdam alijs.Matth.vlti. Tertia eſt amoris ſiue pietatis.⁊ h̃ proprie non eſt dubitatio:⁊ talis fuit in Joãne.ſ.quidã horror quo anima ad modum dubitantis ſe habet. vnde Ambro.Joannes non fide:ſed pietate dubitauit.Horrebat enim conſiderare ꝙ filius dei ad inferna deſcenderet.Grego.tamen aliter expo nit.videlicet ꝙ Joannes interrogauerit nõ de aduentu ſuo in carnem vel ad paſſionẽ que iã prenunciauerat.ſꝫ vtrũ per ſe ad inferna deſcẽderet vel aliuꝫ mitteret ad liberandos patres. ſm Hiero.Queſiuit per hoc ſi vellet vt eius aduentum ad lymbum patribus nunciaret.vt eſſet precurſor ſuus:tũc ſicut h̃ fuerat.Hilarius vero ⁊ Chryſo.dicunt ꝙ ꝓdictam inq̇ſitioneꝫ non ꝓ ſe fecit:ſed ꝓ ſuis diſcipulis vt ipſis videntibus ſigna eius vt contigit perpenderẽt ipſum eſſe meſſiam q̃s nondum credebãt.alij exponunt vt non ſit illud interrogatiuum:ſed aſſertiuũ magis.i.firmiꝭ fateor:q: tu es meſſias ⁊ nõ alium expectam⁹.Rayne.Et ſic fides xp̃iana eſt magne ꝓfunditatis explicite.

Triplex eſt dubitatio.

¶Variatur ſecũ/ .§.v.

do fides ex parte fidelium ⁊ creditorum rõne diffuſionis luminis.Licet enim ſit eadeꝫ fides in maioribus ⁊ minorib⁹ ſubditis ⁊ prelatis. tñ ſuperiores de credendis tenentur habẽ pleniorem notitiam q̃ꝫ inferiores:quod ſic põt ꝓbari.Explicatio credendorum fit per reuelationem diuinam eo ꝙ credibilia naturalem rationem tranſcendunt.Unde ſicut reuelatio diuina quodam ordine ad angelos inferiores per ſuperiores venit.⁊ ad hoies etiam ꝑ angelos: ita explicatio fidei per ſuperiores venit ad inferiores hoies.ſicut autem ſuperiores angeli qui illuminant inferiores de diuinis habent pleniorem notitiam:ita ſuperiores homines ad quos pertinet alios erudire de credendis. debent habere pleniorem notitiam.⁊ eam magis explicite credere.b.Tho.ij.ij.q.ij.¶Ad maiorem horuꝫ declarationem notanda ſunt ſeptem.Primum eſt ꝙ ad preceptum charitatis:⁊ ſi omnes equaliter teneantur:q: illud eſt de neceſſitate ſalutis:non ſic omnes qualiter tenentur ad credenduꝫ explicite:quia credere explicite nõ eſt de neceſſitate ſalutis quoad omnes equaliter:ſed maiores ad hoc tenentur:q: cum habeant alios ex officio inſtruere plura tenentur explicite credere q̃ꝫ minores.b.Tho. ij.ij.q.ij.Secundum eſt ꝙ ſimplices cum non teneantur omnia explicite credere non ſunt examinandi de ſubtilitatibus fidei niſi quando haberetur ſuſpitio de eis q̇ ſint ab hereticis depꝛauati qui in his que pertinent ad ſubtilitatem fidei ſolent fidem ſimplicium depꝛauare. b.Tho.ij.ij.vbi ſupra.Tertium eſt ꝙ ſi ſimplices in ſubtilitatibus fidei deficiant ex ſimplicitate:eis non imputatur.precipue ſi nõ inueniatur doctrine peruerſe pertinaciter adherere.b. Tho.ij.ij.vbi ſupra.¶Quartum eſt ꝙ minores non habent fidem implicitam in fidem maiorũ:niſi maiores adhererent diuine doctrine. Et ex hoc minores debent maiorib⁹ adherere in credẽdis.Unde apl̃s.j.Cor.iiij.Imitatores mei eſtote:ſicẽ ego xp̃i.b.Tho.vbi.s.¶Quītũ eſt ꝙ cum humana cognitio non ſit regula fidei:ſed veritas diuina:nõ pꝛeiudicat fidei ſimpliciũ qui credunt eos rectã fideꝫ habere error maiorum:niſi minores ⁊ ſimplices maiorum erroribus in particulari ꝑtinaciter adhererent contra vniuerſalis eccleſie fidem Bea.Thom. vbi ſupra.¶Sextum eſt ꝙ fides vniuerſalis eccleſie non poteſt deficere.dicẽte domino Petro.Lu.xxij.Ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua.Et quantum quidem ad perſonaꝫ petri intelligitur de defectu finali vt ſcilicet ꝙ nõ periret perſiſtendo in negationis pctõ.Quantum ad eccleſiã autem que intelligiꝭ in fide petri.ſimplr̃ verũ:q: non põt fides eccleſie deficere.Rõ quare fides eccleſie in gñali deficere nõ põteſt.q: diuina prudentia eccl̃ia regiꝭ.ſ.a ſpũ ſancto eam dirigẽte vt non erret. Et lꝫ papa in particulari errare poſſit vt in iudicialibus in q̇bus ꝓceditur per informationem.al̃s in his q̃ pertinent ad fidem errare non põt ſcꝫ vt papa in determinando.etiam ſi vt particularis ⁊ priuata ꝑſona.Unde magis ſtandũ eſt ſnie pape de pertinentibus ad fidẽ.quã in iudicio ꝓferret.q̃ꝫ opinioni quorũcunqꝫ ſapientũ.cũ ⁊ cayphas licet male prophetauerit inſcius Bea. Tho.in quodlibet.Septimũ eſt ꝙ maiores ad quos pertinet alios erudire teneñ in his q̃ ſũt

Maior fides regnaꝭ in maioribus.

Fides eccleſie non poteſt deficere.

Maiores tenentur reddere rõnem in his q̃ ſunt fidei.

fidei ſuo loco ⁊ tempoꝛe rationem reddere. iu/
xta illud. j. petri. iij. Parati ſemꝑ ad ſatiſfactio
nem omni poſcenti rationem de ea que in vo//
bis eſt fide ⁊ ſpe. quod nõ intelligitur de ratio
nibus demonſtratiuis que adhiberi non poſ//
ſunt ſed perſuaſiuis ad inſtructionem ⁊ defen/
ſionem ad remouendum impedimenta fidei.
oſtendendo non eſſe impoſſibile quod in fide
ponitur. Omnia autem poſcenti intelligitur
de diſtributione accommoda. ſ. de his qui pa/
rati ſunt credere ⁊ querunt inſtrui. non de his
qui parati ſunt deridere. De his eñ dixit xp̃us
Nolite ſanctum dare canibus ⁊c̃. Raynerius.
Hos docet Oꝛigenes pꝛudenter eludere tranſ
ferendo ſe ad aliam materiam. non pꝛeciſe ta//
cendo. di. xiiij. in mandatis. Et ſic fides xp̃iana
eſt magna duratione ſeu longitudine.

Tertio varia/ .§. vi.

tur fides quia augetur vel minuitur ratione di
ſpoſitionis hominis. Nam fides poteſt eẽ ma/
ioꝛ in vno q̃ȝ in alio ratione pꝛime veritatis que
eſt vnica ⁊ ſimpliciſſima: ſed ex parte non ſoluȝ
credendoꝛum ſed etiam perſonarum ratione
maioꝛis explicationis vel maioꝛis deuotionis
Fide p/ficere intelligiſ q̃ttuoꝛ modis. vel maioꝛis illuſtrationis diuine. Ubi ſciendũ
ꝙ fides creſcit vel pꝛoficit q̃ttuoꝛ modis. Pꝛio
cognitione q̃ȝtuȝ ad actũ rationalis. ⁊ ſic pꝛofi
ciens in cognitiõe diuinoꝝ dꝛ creſcere in fide.
Scdo conſtantia ⁊ firmitate. q̃ȝtum ad actum
irraſcibilis. ⁊ ſic martyres dicuntur pꝛofeciſſe
in fide. Tertio feruoꝛe ⁊ deuotione. q̃ȝtuȝ ad ac
tum concupiſcibilis. ⁊ ſic feruẽtes zelatoꝛes fi/
dei dicuntur in ea pꝛofeciſſe. Quarto actione.
q̃ȝtum ad actum exterioꝛis hoĩs. ⁊ ſic actiui di/
cuntur creſcere in fide per bona opera.

Ex his oſten/ .§. vij.

ditur fides alicuius eſſe magna. Primo vt
Fides aliquo magna dicitur q̃ttuoꝛ modis. alta de deo ſentiat. Scdo vt trãſitoꝛia ꝓ pre/
mio eterno ꝯtẽnat. Tertio vt in aduerſis de
deo confidat ⁊ non deficiat. Quarto vt a bo
no opere non deſiſtat. Primo igitur dicitur
fides alicuius magna vt alta de deo ſentiat vt
habuit Centurio. cui dictum eſt a domĩo Mat
th. viij. Non inueni tantam fidem in iſrael. Et
q̃ȝtum ad perſonam eius ex eo dicitur quia a
nullo edoctus fuit. ⁊ tamen diuinitatem credi/
dit. Apoſtoli autem per verba audita ⁊ miracu
la viſa crediderunt. Quantum autem ad popu
lum gentilem in illo centurione ſignatum. ex
quo eccleſia pꝛo maioꝛi parte foꝛmata eſt. vtiq̃ȝ
altioꝛa de deo ſentit. ⁊ magis explicite ꝑplus
xp̃ianus q̃ȝ iudaicus in veteri teſtõ. Secun/
do dr̃ magna vt tranſitoꝛia pꝛo ea contẽnat. ſi/
cut habuit moyſes. de quo aplus heb. xj. Fi//
de moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filiũ
pharaonis magis eligens affligi cum popu//
lo dei q̃ȝ tempoꝛalis peccati habere iocundita
tem. vbi Aug. Maxime fidei eſt contemnere
tempoꝛalem iocunditatem. Tertio fides di
citur magna. vt illa in aduerſis de deo cõfidat
⁊ non deficiat. Cuius contrarium quia fecit pe
trus fuit ſibi dictum a domino. Modice fidei
quare dubitaſti Mat. xiiij. Cum ſcilicet ambu
lans ſuper aquas cepit mergi. Quarto di//
citur magna cum non deſiſtit a bono tempoꝛe
vt ſi ſtatim cum a deo petit non accipit. Sicut
fecit mulier chananea perſeuerans in ſua peti
tione donec obtineret. Et ſic poteſt dici fides
magna ſm dimenſiones: ſcilicet altitudinis
quoad pꝛimum. latitudinis quoad ſcd̃ȝ. quod
fit per dilectionem: pꝛofunditatis quoad terti
um. quod fit per humilitatem: longitudinis
quoad quartum: quod fit perſeuerando. Uel
aliter magna dicitur fides. per altitudinem et
pꝛofunditatem quantum ad materiam: quia
de diuinitate ⁊ humanitate: per latitudinem:
quia totum pene mundum amplectitur. Per
longitudinem quia ab initio mundi cepit. Et
vſq̃ȝ in finem ſeculi durabit: non ſic perfidie
diuerſarum gentium.

De neceſſita/ .§. viij.

te credendi ꝙ neceſſarium ſit ad ſalutem cre//
dere ſeu habere fidem oſtendit chriſtus Mar. Crede/re eſt neceſſariũ ad ſalutem
vlti. di. Qui non crediderit condemnabitur. ⁊
Jo. iij. Qui non credit iam iudicatus eſt: ſcili//
cet ad eternam damnationem: non ſoluȝ in iu
dicio dei: ſed etiam eccleſie militantis pꝛeſup/
poſita permanentia etꝰ in ipſa infidelitate: apo
ſtolus etiam ad Heb. xj. Sine fide impoſſile eſt
placere deo. hoc autem ſic pꝛobat ſeu declarat
bea. Tho. ij. ij. q. ij. ar. iij. Jn omnibus naturis
oꝛdinatis inuenitur ꝙ ad perfectionem natu//
re inferioꝛis duo concurrunt. Unum quod eſt
ſm pꝛopꝛium motum. Aliud autem quod eſt
ſm motum ſuperioꝛis nature. Sicut aqua ſm
motum pꝛopꝛium mouetur ad centrum. ſm
vero motum lune mouetur circa centrum ſm
fluxum ⁊ refluxum. Similiter oꝛbes planeta
rum ſm pꝛopꝛium motum mouentur de oc//
cidente in oꝛientem. Motu autem pꝛimi mo/
bilis ab oꝛiente in occidentem. Sola autem ra
tionalis natura creata habet immediatum oꝛ//
dinem ad deum: quia cetere creature nõ attin
gunt ad aliquid vniuerſale: ſed ſolum ad ali/
quid particulare participantes diuinam boni
tatem: vel in eſſendo tantum ſicut inanimata:
vel etiam in viuendo vt plante: ⁊ cognoſcen//
do ſingularia vt animalia bruta. Natura autẽ
rationalis inquantum cognoſcit vniuerſalem

boni ⁊ entis rationem: habet immediatum or
dinem ad vniuerſale eſſendi principium. Per
fectio igitur rationalis creature non ſolum cō
ſiſtit in eo quod ei competit ſm ſuam naturaʒ:
ſed etiam in eo quod ei attribuitur ex quadam
ſupernaturali perfectiōe diuine bonitatis. Un
de ⁊ ſupra dictum eſt ꝙ vltima beatitudo ho-
minis conſiſtit in quadam ſupernaturali dei
viſione: ad quam quidem viſionem homo per
tingere non poteſt niſi per modum addiſcen-
tis a deo doctore. ſm illud Joan. vj. Omnis q
audit a patre ⁊ didicit venit ad me. Huius au
tem diſcipline fit homo particeps non ſtatim
ſed ſucceſſiue ſm modum ſue nature. Omnis
auteʒ talis addiſcens oportet ꝙ credat ad hoc
ꝙ ad perfectam ſcientiam perueniat. Sicut eti
am philoſophus dicit. ꝙ oportet addiſcentem
credere. Unde ad hoc ꝙ homo perueniat ad ꝑ
fectam beatitudinem viſionis vel ad perfectaʒ
viſionem beatitudinis. preexigit ꝙ credat deo
tanquam diſcipulus magiſtro docenti. ⁊ quā-
uis multa de deo per ea que facta ſunt intelle-
ctu conſpiciantur. vt dicitur ad Roma. j. tamē
altiori modo quantum ad plura percipit fides
ꝙ̄ ratio naturalis ex conſideratione creatura-
rum. Nec ex hoc imminet homini periculum
errandi: quia ſicut per lumen naturale intelle-
ctus aſſentit principijs: ita per lumen fidei di-
uinitus infuſum homo aſſentit his que ſunt fi
dei: non auteʒ contrarijs. quāuis non poſſit ea
reſoluere in prima principia ea clare videndo.
vnde ⁊ Grego. in moral. exponens illud quod
deus dixit Moyſi. Exo. xxxiij. Sta in petra ⁊c.
ſic ait. Jn petra moyſes ponitur vt dei faciem
contempletur: quia niſi quis fidei ſoliditatem
tenuerit diuinam preſentiam non agnoſcit. de
qua ſoliditate deus dixit ſuper hanc petrā edi
ficabo eccleſiam meam. xxiiij. q. j. quia ex ſola.
ideſt ſuper hanc fidem quam es confeſſus.

¶ De neceſſitate .§. ix.

credendi aliqua explicite ⁊ que. Sciendū ſm
bea. Tho. ſecunda ſecunde. q. j. a. ij. ꝙ ſemper
fuit neceſſarium credere aliquid explicite. Et
in veteri teſtamento apud omnes nationes ſuf
ficiebat credē illa duo que ponit apoſtolus ad
Hebre. xj. Accedentem ad deum oportet crede
re: quia eſt ⁊ ꝙ inquirentium ſe eſt remunera-
tor: ⁊ in diuino eſſe includūtur omnia que cre
dimus in deo eternaliter exiſtere: vt trinitateʒ
⁊ perfectiones omnes in quibus noſtra beati-
tudo conſiſtit. Jn fide autem prouidentie que
ibi notatur cum dicitur: ꝙ inquirentium ſe eſt
remunerator: includūtur omīa que a deo tem-
poraliter diſpenſantur ad hominum ſalutem:
que ſunt via in beatitudinem vt redemptio fa
cta per chriſtum in qua implicite continentur
incarnatio: paſſio: reſurrectio: ⁊ huiuſmodi.
Minores ergo credendo illa duo expreſſe. cre
debant implicite omnes articulos fidei. ⁊ hoc
ſufficiebat eis. Maiores vero vt prophete et
alij habuerunt de quibuſdam articulis explici
tam fidem. Jn nouo autem teſtamento poſt tē-
pus gratie reuelate. non ſufficit illa duo crede
re explicite. ſed oportet ꝙ omnes tam maiores
ꝙ̄ minores habeant explicitam fidem de my-
ſterijs chriſti. vt incarnationis: paſſiōis: reſur-
rectionis: aſcenſionis: ⁊ huiuſmodi: precipue
de his que cōmuniter ſolēniʒat eccleſia. ⁊ que
publice proponuntur. aut etiaʒ de myſterio tri
nitatis quantum ad numerum. ⁊ diſtinctionē
perſonarum. q: hoc exprimitur in myſterio in
carnationis vt dictum eſt ſupra hoc eniʒ per ſe
eſt obiectum fidei q: illud proprie ⁊ per ſe ad
obiectum pertinet. per quod homo conſequit
beatitudinem. ⁊ quod eſt via hominibus veni
endi ad beatitudinem hoc eſt myſteriuʒ incar
nationis ⁊ paſſionis ⁊ huiuſmodi. vnde Aug.
Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites omneʒ
hominem qui per concubitum viri ⁊ mulieris
concipitur cum originali peccato naſci: morti
ꝙ̄ ſubiectum ob hoc naturaliter naſci filium
ire. a qua ira nullus liberatur niſi per fideʒ me
diatoris hominis Jeſu xpi. de cōſe. diſ. iiij. Sʒ
vt dictum eſt in veteri teſtō implicitam. nūc ex
plicitam in nouo teſtō quoad adultos. Per ac-
cidens autem ⁊ ſcdario pertinent ad obiectuʒ
fidei omnia que in ſcriptura ſacra diuinitus tra-
dita continentur. Sicut ꝙ abraā habuit duos
filios. ꝙ Dauid fuit filius Jſai. ⁊ hmōi. ⁊ quan
tum ad iſta que ſcdario pertinent. non tenetur
homo explicite credere ſed ſolum implicite et
in preparatione animi inquantum paratus eſt
credere quicquid in ſacra ſcriptura continet.
Sed tūc tenetur explicite credere qñ hoc ei cō
ſtiterit in doctrina fidei ꝯtineri. ¶ Sed cōtra
hoc poteſt ſic argui. nullus tenet ad id qđ non
eſt in eius ptāte. ſed credere aliqđ explicite nō
eſt in eius ptāte. Dicitur enim ad Ro. x. Quō
credent ei quem non audierunt. Quō audient
ſine predicante. quō ꝑdicabunt niſi mittātur.
ſed ad multos non eſt miſſus ꝑdicator. ꝙ̄ ⁊c.
Rñdet bea. Tho. ij. ij. q. ij. ar. v. ꝙ ſi in ptāte ho
minis dicatur aliquid eē excluſo auxilio grē.
ſic ad multa tenet homo ad que nō poteſt ſine
gratia preparare. ſicut ad diligendum deuʒ et
primum. ⁊ ſimiliter ad credēdum articulos fi
dei ſed tñ hoc poteſt hō cum auxilio gratie. qđ
quidem auxilium diuine gratie q̄buſcunqꝫ di
uinitus datur ⁊ miſericorditer a deo dat. qui-
bus autem non datur ex iuſtitia in penā prece-
dentis peccati ſaltem originalis non datur. vt

Aug. dicit in lib. de natura ⁊ gratia. Et ad hoc facit quod habetur de peniten. diſtinctione. ij. Quicunq̧ ab illa ⁊c̃.

¶ De obiecto fidei qđ eſt vitas pᵃ. Capl'z. iiij.

De obiecto fidei ſciẽdum ꝙ obiectum fidei eſt veritas prima. Sed pro huius maiori declaratione nota ſm bea. Tho. ij. ij. q. j. articu. j. ꝙ cuiuſlibz cognoſcitiui habitus obiectū duo habet. ſ. id quod materialiter cognoſcitur qđ eſt ſicut materiale obiectum. ⁊ id per quod cognoſcitur quod eſt formalis ratio obiecti. Sicut in ſcientia geometrie materialiter ſcita ſũt concluſiones. Formalis vero ratio ſciendi ſunt principia demonſtrationis per que concluſiones cognoſcuntur ſicut etiam quoad potentiã viſiuam obiectum materiale eſt color ſiue coloratum ⁊ quaſi formale obiectum eſt lux q̃ mediante videtur coloratum. Sic igitur ſi in fide conſideremus formalem rationem obiecti: nihil eſt aliud q̃ veritas prima. Nõ enim fides de qua loquimur aſſentit alicui: niſi quia eſt a deo reuelatum. Unde ipſi veritati diuine innititur tanquam medio. Si vero conſideremus materialiter ea quibus fides aſſentit. non ſolũ eſt ipſe deus. ſed etiaz multa alia que ſub aſſenſu fidei non cadunt. niſi ſm ꝙ habent aliquem ordinem ad deuz prout ſcilicet per aliquos diuinitatis effectus hõ adiuuatur ad tendẽdum in diuinam fruitionem. ⁊ ideo etiã ex hac parte obiectum fidei eſt quodammodo veritas pͥma inquantum nihil cadit ſub fide niſi in ordine ad deum. Sicut ⁊ obiectum medicine eſt ſanitas. quia nihil medicina conſiderat niſi in ordine ad ſanitatem. Et ſic ea que pertinẽt ad humanitatem chriſti vel ad ſacramẽta eccleſie vel ad quaſcunq̧ creaturas. ⁊ omnia illa que in ſacra ſcriptura creduntur: cadũt ſub fide. inquãtum per huiuſmodi ordinamur ad deuz. ⁊ eis etiam aſſentimus propter diuinam veritatez. Eſt autem tale obiectum fidei aliquid nõ viſuz circa diuina. neq̧ viſione corporali neq̧ viſione intellectuali. ſ. clare ⁊ demonſtratiue. viſum tamen eſt illud aliquo modo in generali. ſ. ſub cõmuni ratione credebilis. Non enim crederet quis niſi videret ea eſſe credenda. vel ꝓpter euidentiam ſignoruz. vel aliquid huiuſmodi. Et eadem ratione idem eſt nõ ſcituz: q: omnis ſcia habetur per aliqua principia per ſe nota: ⁊ per ꝯñs viſa. Uñ oportet quecũq̧ ſunt ſcita aliquo modo eſſe viſa: ſed fides eſt de nõ viſis: ſeu de non apparentibus ſm apłm ⁊ Augu. Contingere tamen poteſt ꝙ id quod eſt viſum vel ſcitum ab vno homine etiam viatore: vt ꝙ deus ſit vnus: ſit ab alio creditum qui hoc demonſtratiue non nouit: id quod cõmuniter hominibus proponitur: vt credendum eſt cõmuniter non ſcitum. Rationes autem que inducuntur a ſcitis ad probandum ea que ſunt fidei: non ſunt demonſtratiue ſed perſuaſiones quedam manifeſtantes non eſſe impoſſibile quod in fide proponitur: vel procedunt ex principijs fidei. ſ. ex auctoritatibus ſacre ſcripture. Ex his autem principijs bene probatur aliquid apud fideles: ſicut etiaz ex principijs naturaliter notis probatur aliquid apud omnes.

Quid ſit obiectuz fidei.

¶ De diſtinctione .§. i.

De diſtinctione articulor.

credibilium per articulos. Nota ſm be. Tho. ij. ij. q. j. arti. vj. ꝙ nomen articuli ex greco dicitur deriuatum. arthoron enim grece quod in latino articulus dicitur: ſignificat quãdam coaptionem aliquarum partium diſtinctarum. ⁊ ideo particule corporis ſibiinuicez coaptate dicuntur membror articuli. Et ſimiliter in grãmatica apud grecos dicuntur articuli quedaz partes orationis coaptate alijs dictionibus ad exprimendum genus earum: numerum et caſum. Unde credebilia xpiane fidei dicunt per articulos diſtingui: inquantuz ad quaſdã partes diuiduntur habẽtes aliquam coaptationez ad inuicem. Eſt autem obiectum fidei aliquid non viſum circa diuina. ⁊ ideo vbi occurrit aliquid ſpeciali rõne non viſum: ibi eſt ſpecialis articulus. vbi vero multa ſm eandem rationẽ ſunt cognita vel incognita: ibi non ſunt articuli diſtinguendi. ſicut aliam difficultatem habet ad videnduz ꝙ deus ſit paſſus: ⁊ aliam ꝙ mortuus reſurrexit. ⁊ ideo diſtinguitur articulus reſurrectionis ab articulo paſſionis. Sz ꝙ ſit paſſus mortuus ⁊ ſepultus: vnam ⁊ eandez difficultatez habent ita ꝙ vna ſuſcepta nõ erit difficile aliam ſuſcipere. Et propter hoc omnia hec pertinent ad vnum articulum. ¶ Et ſciẽduz ꝙ diſtinctio credibiliũ per articulos ſit de his de quibus eſt fides ſm ſe: ⁊ non de his de quibus eſt fides in ordine ad alia. Sicut enim in alijs ſcientijs quedam ꝓponuntur vt per ſe intenta: ⁊ quedam per manifeſtationem alior. Ita credibilia aliq̃ ſunt de quibus eſt fides ſm ſe aliqua ſunt de qbus nõ eſt fides ſm ſe: ſz ſolum in ordine ad alia. q: vͦ fides ꝑncipalr eſt de his que videnda ſperamus in pr̃ia iõ per ſe ad fidẽ pertinent illa: que directe nos coadiuuant ad vitã eternã. Sicut ſunt tres ꝑſone omnipotẽtia dei: myſteria incarnationis xpi: ⁊ huiuſmodi. Et ſm iſta diſtinguunt articuli fidei. Quedã vͦ proponunt in ſacra ſcriptura vt credibilia nõ quaſi ꝑncipaliter intẽta: ſed ad ꝑdictor manifeſtationem. ſicut ꝙ Abraaz habuit duos filios ꝙ ad tactuz oſſium heliſei ſuſcita

tus eſt mortuos: ꝛ huiuſmoi alia que narrantur in ſacra ſcriptura ad manifeſtationē diuine maieſtatis vel incarnationis xpi. Et ſm talia nō ops articulos diſtinguere. Quod autem diffinitur a quibuſdā articulus ſic. ꝙ eſt inuiſibilis veritas de deo: artans nos ad credendum. magis datur talis diffinitio ſm etymologiam quādā nominis prout hz deriuationem latinaz ꝙ̄ ſm veram eius ſignificationez prout a greco deriuatur: que etiā poteſt ſaluari: qꝛ lꝫ ad credēdū neceſſitate coactionis nullus arcetur cū credere ſit voluntarium. artatur tn̄ neceſſitate finis: quia accedentem ad deum opoꝛtet credere. Et ſine fide impoſſibile eſt placere deo. ad Hebre. xj. aliter ſaluari non poteſt. Tho.

¶ De numero articulorum. §. ij.

De numero articulorum.

Poteſt diſcurſus atqꝫ mobilitas ſpiritus ſic in/
telligi. In ſanctorum quippe cordibus iuxta
quaſdam virtutes ſemper manet. Iuxta quaſ//
dam receſſurus venit ⁊ venturus recedit. In
fide enim ⁊ ſpe atqꝫ charitate ⁊ alijs bonis ſi//
ne quibus ad celeſtem patriam non poteſt per
uenire: ſicut eſt humilitas: caſtitas: iuſtitia at//
qꝫ miſericordia perfectorum corda non deſe//
rit. In prophetie vero virtute doctrine facūdia
⁊ miraculorum exhibitione electis aliquando
adeſt: aliquando ſe ſubtrahit. Hec ille. Prima
bona pertinent ad gratiam gratumfacientem
a qua fluunt. Secunda ad gratiam gratis da/
tam: vt patet inferius.

Secunda diui/ .§.i.

ſio gratie eſt in operantem ⁊ cooperantē: que
trahitur ex verbis Augu. dicentis in libro de
libero arbitrio ⁊ gratia. ⁊ ponitur in. ij. ſentē.
Deus cooperando in nobis perficit: quod ope
rando incipit: quia ipſe vt velimus operatur
incipiens: qui volentibus cooperatur perfici//
ens. Operationes autem dei quibus nos mo
uet ad bonum ad gratiam pertinent. Unde di
uiditur in operantem ⁊ cooperantem ipſa gra
tia. Pro cuius declaratione dicit beatus tho.
j. ij. q. cxj. ar. ij. Gratia vt dictuꝫ eſt ſupra dupli
citer poteſt intelligi. Uno modo pro diuino au
xilio: quo nos mouet ad bene volenduꝫ ⁊ agē
dum. Alio modo pro habituali dono nobis di
uinitus indito. vtroqꝫ autem modo gratia cō
uenienter diuiditur in operantem ⁊ cooperan
tem. Operatio enim alicuius effectus non at/
tribuitur mobili ſed mouenti. In iſto ergo ef//
fectu in quo ſolum mens noſtra eſt mota ⁊ nō
mouens operatio deo attribuitur. ⁊ ſm hoc di
citur gratia operans. In illo autem effectu in
quo mens noſtra ⁊ mouetur ⁊ ſe mouet: ope//
ratio non ſolum attribuitur deo ſed ⁊ anime.
Et ſm h dr̄ grā cooperās. Eſt autē in nobis du
plex actus. Primus interior volūtatis. Et quā
tum ad iſtum actum voluntas ſe habet vt mo/
ta. deus autem vt mouens. ⁊ preſertim cuꝫ in/
cipit bonum velle voluntas que prius malum
volebat. Et ideo ſm ꝙ deus mouet menteꝫ ad
hunc actum: dicitur gratia operans. Alius ac/
tus eſt exterior: qui cum a voluntate imperet.
etiam cōſequens eſt vt ad hunc actum opera/
tio attribuatur voluntati. Et quia ad hunc ac/
tum etiam deus nos adiuuat: ⁊ interius con/
firmando voluntatem vt ad actum perueniat:
⁊ exterius facultatem operandi prebendo re//
ſpectu huius actus dicitur gratia cooperans.
Sic igitur ſi gratia accipiat pro gratuita dei
motione: qua mouet nos ad bonum meritori/
um. conuenienter etiā diuiditur gratia in ope
rantem ⁊ cooperantem. Si autem accipiatur
gratia pro habituali dono. ſic duplex eſt gratie
effectus ſicut ⁊ cuiuſlibet alterius forme. quo/
rum primus eſt eſſe. ſecundus eſt operatio. Si
cut caloris operatio eſt facere calidum: ⁊ exte
rior calefactio. Sic ergo gratia habitualis in
quantum animam ſanat vel iuſtificat: ſiue gra
tum deo facit: dicitur gratia operans. In quā/
tum vero eſt principium operis meritorij qd̄
etiam ex libero arbitrio ꝓcedit. ſic dicitur gra/
tia cooperans. Eſt autem eadem gratia operās
⁊ cooperans: ſed diſtinguitur ſm diuerſos ef/
fectus. Et cum per gratiam iuſtificamur. deus
non ſine nobis nos iuſtificat: quia per motum
liberi arbitrij dum iuſtificamur: dei iuſtitie cō
ſentimus. Ille tamen motus non eſt gratie cau
ſa ſꝫ effectus. Un̄ tota operatio pertinet ad grāꝫ. Tertia diuiſio.

Tertia diui/ .§.ij.

ſio gratie eſt in preuenientem ⁊ ſubſequenteꝫ.
trahitur hec ex verbis ps. lviij. dicentis. Miſe
ricordia eius ſcꝫ dei preueniet me. Et i alio ps.
Miſericordia eius ſubſequetur me. Gratia au
tem dei ex miſericordia eius procedit. Et ideo
conuenienter ⁊ ipſa gratia diuiditur in preue/
nientem ⁊ ſubſequentem. Pro cuius declarati
one dicit bea. Tho. j. ij. q. cxj. ar. iij. ꝙ ſicut gra/ Quinqꝫ
tia diuiditur in operantem ⁊ cooperanteꝫ ſm effectus
diuerſos effectus. ita etiam in preuenientem ⁊ grā gra
ſubſequentem qualitercūqꝫ accipiat. ¶ Sunt tumfaci
autem quinqꝫ effectus gratie gratumfaciētis. entis.
in nobis. Primus eſt vt anima ſanetur ſcilicet
a peccato. Secundus eſt vt bonum velit. Terti
us eſt vt bonum quod vult efficaciter operetur
Quartus vt homo perſeueret. Quintus vt ad
gloriam perueniat. Et ideo gratia ſm ꝙ cauſat
in nobis primum effectum dicitur gratia ꝓue
niens reſpectu ſcd̄i effectus. Et ſm ꝙ cauſat in
nobis ſcd̄ꝫ effectum. dicitur gratia ſequens re
ſpectu primi effectus. Et ſicut vnus effectus eſt
poſterior vni effectui ⁊ prior alij effectui. ita gra
tia poteſt dici preueniens ⁊ ſubſequens ſm eū/
dem effectum reſpectu diuerſorum. Et hoc eſt
quod Auguſti. dicit in libro de natura ⁊ gratia
Preuenit vt ſanemur: ſubſequitur. vt ſanati ve
getemur. preuenit vt vocemur. ſubſequitur. vt
glorificemur. ¶ Quamuis autē effectus gra
tie poſſint eſſe infiniti numero. ſicut ſunt infini/
ti actus humani: tamen omnes reducuntur ad
aliqua determinata in ſpecie. Preterea omnes
in hoc conueniunt ꝙ vnus aliū precedit. Iſta
etiam diuiſio gratie in preuenientem ⁊ ſubſe/
quentem non eſt diuiſio ſm eſſentiaꝫ eius. ſed
ſm effectus eius varios. De hac etiam grego.
ſuper Ezech. ait. Semel concepta virtus ad ꝑ

vectum ducitur. ⁊ vltro terra ſcilicet cordis fru
ctificat. quia preueniente ſe gratia mens homi
nis ſpontanea ad fructum boni operis aſſur//
git. de peniten. diſtin. ij. dum ſanctam.

¶ De diuiſione .§.iij.

gr̄e gratis date. q̄ diuidit in illa nouē. de qb⁹
ait apl's. j. Coꝛ. xij. Diuiſiones grāꝝ ſunt. idē
vero dn̄s. Alij datur p ſpm̄ ſermo ſapiētie. alij
ſermo ſciētie ſm eūdem ſpūm. alij fides in eo/
dem ſpū. alij gr̄a ſanitatū. alij operatio v̄tutū
alij ꝓphia: alij diſcretio ſpirituū: alij gn̄a lin/
guarum: alij interpretatio ſermonū. ¶ Pro cu
ius decla. dicit. b. Tho. j. ij. q. cxj. ar. iiij. ꝙ gr̄a
gratis data oꝛdinat ad hoc ꝙ hō alteri coope//
retur vt reducat in deum. Hō aūt ad hoc ope//
rari non pōt interius mouendo. hoc enim ſoli/
us dei eſt. Sed ſolū exterius dicēdo vel ſuadē
do. Et iō gr̄a gratis data illa ſub ſe ꝯtinet qb⁹
hō indiget ad hoc vt alteꝝ inſtruat in reb⁹ di/
uinis q̄ ſūt ſupra rōnē. Ad h̄ aūt tria reqrunt.
¶ Primo qdē vt hō ſit ſoꝛtit⁹ plenitudinē co/
gnitiōis diuinoꝝ: vt ex h̄ poſſit alios inſtruere.
¶ Secundo vt poſſit confirmare: vel proba/
re que dicit.
¶ Tertio vt ea que concipit poſſit conuenien/
ter auditoribus proferre.

gr̄a gratis data ad quid oꝛdinat

ꝙ quis alium vult in/ſtruere tria reqruntur.

¶ Quantū igit ad primū tria ſunt neceſſaria
ſicut etiā apparet in magiſterio humano. Pri/
mo qdē opꝫ ꝙ ille q̄ dꝫ inſtruere aliquē in aliq̄
ſcientia: vt ꝓncipia illius ſciētie ſint ei certiſſi/
ma. Et quātum ad hoc ponit fides que eſt certi
tudo de inuiſibilibus rebus que ſupponuntur
vt principia in catholica doctrina. Scdō opoꝛ
tet ꝙ doctoꝛ ſe habeat recte circa ꝯcluſiōes ꝓn/
cipalis ſcientie. Et ſic ponit ſermo ſapiētie que
eſt cognitio diuinoꝝ. Tertio opꝫ vt abūdet exē
plis ⁊ cognitiōe effectuum. per quos interdū
oportet manifeſtare cauſas. Et quātum ad hoc
ponitur ſermo ſciētie. que eſt reꝝ humanarū
cognitio. qꝛ inuiſibilia dei per ea que facta ſūt
intellecta dei conſpiciūtur. ¶ Quantū ad ſecū
dum confirmatio eoꝝ que ſubdūtur rōni eſt p
argumenta. In his aūt que ſunt ſupra rōnem
diuinitus reuelata: ꝯfirmatio eſt per ea que ſūt
diuine v̄tuti ꝓpria. Et hoc dupliciter. Uno mō
vt doctoꝛ ſacre doctrine faciat que ſolus deus
facere pōt in opib⁹ miraculoſis: ſiue ſint ad ſa/
lutem coꝛpis. ⁊ quantū ad hoc ponit gr̄a ſani/
tatum: ſiue oꝛdinent ad ſolam diuine poteſta//
tis manifeſtationē. ſicut ꝙ ſol ſtet: aut tenebre//
ſcat: aut ꝙ mare diuidat. ⁊ hmōi. ⁊ q̄ntum ad
hoc ponitur operatio v̄tutum. Scdō vt poſſit
manifeſtare ea que ſolius dei eſt ſcire. ⁊ hec ſūt
ꝯtingentia futura. ⁊ quantum ad hoc ꝓphia. ⁊
etiā occulta coꝛdiū: ⁊ quātum ad hoc ponitur
diſcretio ſpirituū. ¶ Quantū ad tertiū. facul/
tas ꝓnūciandi pōt attendi. vel quantū ad idio
ma in quo quis pōt intelligi loquēdo. ⁊ ſꝫ hoc
ponuntur gn̄a linguaꝝ. Uel quātū ad ſenſum
coꝝ que ꝓferūtur. ⁊ quātū ad hoc ponit inter/
pretatio ſermonū. Et ſciendū ꝙ q̄uis oīa bene
ficia nobis collata a deo poſſint dici gr̄e. nō tn̄
dicuntur ꝓprie gratie gratis date. vt ꝙ piſca//
toꝛ abundet ſermone ſcientie. ⁊ ſic de alijs. Fi/
des etiā que hic ponit inter has gr̄as non eſt
virtus illa theologica qua iuſtificat homo. ſed
impoꝛtat iſta quandam eminentē certitudinē
fidei. ex qua hō ſit idoneus ad inſtruendū ali//
os in his que ſunt fidei. Quāuis aūt gr̄a ſani/
tatum ꝑtineat ad operationē virtutū. i. miracu
lorum: diſtinguit tn̄ ab ea ⁊ ponit ſpecialis: qꝛ
hꝫ ſpecialē rōnem inducēdi ad fidē. qꝛ magis
redditur quis prōptus ad fidē recipiendā per
beneficiū coꝛpoꝛalis ſanitatis. q̄ꝫ per operatio/
nem virtutū. Similiter loq varijs linguis ⁊ in
terpretari ſermones. q̄uis videantur pertine/
re ad ſermonem ſciētie vel ſapientie. hn̄t tamē
ſpeciales rōnes mouendi ad fidē. ⁊ iō ponunt
diſtincte ab illis. Sapiētia aūt ⁊ ſcientia hic nō
cōputant inter gr̄as gratis datas ſꝫ ꝙ enume
rantur īter dona ſpirituſſancti prout ſcꝫ mens
eſt bene ⁊ prōpte mobilis ſpirituſancto ad ea
que ſunt ſapientie ⁊ ſciētie. Sic enim ſunt do/
na ſpirituſſancti. ſed ſm ꝙ impoꝛtat quandam
abūdantiam ſciētie ⁊ ſapiētie. vt homo poſſit
non ſolum in ſeipſo recte ſapere de diuinis. ſꝫ
etiam vt poſſit alios inſtruere ⁊ contradicētes
reuincē. ſic ponitur inter gratias gratis datas
ſermo ſapientie ⁊ ſcientie.

¶ Comparando .§.iiij.

autem ad inuicē gratias gratis datas ad grati
am gratū facientem: nobilioꝛ ⁊ ꝑfectioꝛ eſt gr̄a
gratum faciens. vnde apl's. j. Coꝛ. xij. enume/
ratis gratijs gratis datis. ſubdit. Adhuc excel
lentioꝛem vobis viā demonſtro. Loquens de
charitate que ꝓcedit a gr̄a gratum faciente. ⁊
hoc ſic ꝓbat bea. Tho. in. j. ij. q. cxj. ar. v. Una//
queq̄ꝫ virtus tanto excellētioꝛ eſt quāto ad alti
us bonum oꝛdinatur. Semper aūt finis poti
oꝛ eſt his que ſunt ad finem. Gratia autem gra
tum faciēs oꝛdinat hoīem imediate ad coniū/
ctionem vltimi finis ſeu conſecutionem. Gra//
tie autē gratis date oꝛdinant hominē ad que
dam preparatoꝛia finis vltimi. ſicut per ꝓphe/
tiam: ⁊ miracula. ⁊ alia huiuſmodi. homines ī
ducūtur ad hoc ꝙ vltimo fini coniungantur.
Et ideo multo eſt excellentioꝛ gratia gratū fa/
ciens: q̄ꝫ gratis data. Si per gratiā gratis da//
tam. puta prophetando: miracula faciēdo poſ/
ſet hoc agere in altero vt talis gratiā gratum

ſacientem cōſequeretur.tunc eſſet excellentioꝛ
gratia gratis data. Sicut excellentioꝛ eſt clari//
tas ſolis illuminantis q̄ꝫ coꝛpoꝛis illuminati.
Sed per gratiam gratis datam: homo non po
teſt cauſare in alio cōiunctionē eius ad deum
quam ipſe habet per gratiā gratum ſacientem
ſed cauſat quaſdam diſpoſitiones ad h̄. ❡ Et
gratie gratis date ſūt cōmunes bonis ⁊ malis
quod deus permiſit ſm̄ bea. Aug. ne nimis ap
peterentur. ⁊ in eis perfectio hominis eſtima//
retur. ⁊ non eas habendo homo in ſe multum
deijceretur. Faciunt enim habentem eas mul/
tum eſſe in opinione hominum ⁊ honoꝛe: ⁊ ab
imperfectis appetuntur. Sed gratia gratuꝫ ſa
ciens eſt ſolum in bonis ⁊ perducens ad glori
am. ⁊ ideo pꝛe omnibus rebus magis apperē
da chariſpendenda ⁊ carpenda vt donum opti
mum. Et ad hoc facit quod ait Auguſti. j q. j.
Multe ſunt operationes ſpiritusſancti quas
apoſtolus cum quodam loco cōmemoꝛaſſet ita
concluſit. Hec omnia operatur vnus atqꝫ ideꝫ
ſpiritus diuidens ſingulis pꝛout vult. Cum er
go aliud ſit ſacramentum quod habere Symō
magus petiuit. Aliud pꝛophetia que etiam in
malis hominibus fieri ſolet. vt in ſaul. Aliud
operatio ſpiritusſancti quam niſi boni habere
non poſſunt ideſt charitas. nec quilibet hereti
ci ⁊ ſciſmatici accipiant. charitas que operit
multitudinem peccatoꝛum. donum eſt catholi
ce vnitatis ⁊ pacis. nec eius in omnibus: quia
nec eius ſunt omnes. Hec ille. Charitas auteꝫ
ſicut ⁊ omnes alie virtutes fluūt a gratia: ſicut
radij a ſole. vnde ⁊ dicitur Ecc̄i. xl. c. Gratia dei
ſicut paradiſus benedictionis. Sicut enim in
paradiſo terreſtri erant multe arboꝛes ſructuo
ſe pꝛoducentes ſuauiſſimos ſructus. ⁊ ī medio
lignum vite. ita gratia gratum ſaciens conti//
net ſeu pꝛoducit omnes virtutes. ex quibus p̄/
cedunt ſructus ſuauiſſimi bonoꝛum operum ⁊
vt pꝛincipalioꝛ īmediate virtus charitatis.

gr̄e gratis date q̄re cō/munes ſūt bōis ⁊ malis

❡ De cauſis gratie.
Capitulum quartum.

Cauſatur autē gra/tia ſolum a deo pꝛincipaliter. Ad
quaꝫ requiritur pꝛeparatio ex par
te hominis: que tamen pꝛeparatio
non neceſſitat deum ad dandum eam. Eſt au/
tem maioꝛ in vno q̄ꝫ in alio. Nec tamē ſciri po
teſt per certitudinem ſi habetur. Pꝛimum oſtē
ditur ex auctoꝛitate p̄s. dicentis. Gratiam ⁊ gl̄i
am dabit dominus. Hoc auteꝫ ſic pꝛobat Tho.
j. ij. q. cxij. arti. j. Nulla res agere poteſt vltra ſu
am ſpecieꝫ: quia ſemper opoꝛtet q̄ cauſa ſit po
tioꝛ effectu. Bonum autem gratie excedit om/
nem facultatem nature create. cum nihil aliud
ſit q̄ꝫ p̄ticipatio diuine nature que excedit om/
nem aliam naturam. Et ideo impoſſibile eſt q̄
aliqua creatura cauſet gratiam. Sed neceſſe eſt
q̄ ſolus deus deificet cōmunicando conſoꝛti//
um diuine nature. per quam dei ſimilitudinis
participationem habeamus. Sicut eſt impoſ//
ſibile q̄ aliquid igniat niſi ſolus ignis. Quod
autem dicitur. j. Joan. j. Gratia ⁊ veritas per ie
ſum chꝛiſtum facta eſt verum eſt pꝛincipaliter
tamen virtute ſue diuinitatis non ob humanī
tate. Nam cum humanitas ſm̄ Damaſce. ſit vt
quoddam oꝛganum deitatis ſicut inſtrumētū
non agit actione pꝛopꝛia: ſed virtute pꝛincipa/
lis agentis. Sic humanitas chꝛiſti non cauſat
in nobis pꝛincipaliter gratiam: ſed virtute deī
tatis adiuncte ex qua actiones hūanitatis chꝛi
ſti ſunt nobis ſalutares. Similiter etiam per ſa
cramenta noue legis que deriuantur a chꝛiſto
cauſatur in nobis gratia inſtrumentaliter. p̄n/
cipaliter autem per virtutem ſpiritusſancti.
❡ Quod autem dicantur angeli purgare: illu
minare et perficere angelos inferioꝛes ⁊ etiam
homines ſm̄ Dionyſi. hoc non eſt intelligen//
dum q̄ faciant iuſtificando gratiam: quia hoc
vt dictum eſt ſolius dei eſt: ſed eſt hoc per mo//
dum cuiuſdam inſtructiōis. Unde ⁊ ipſe Dio/
nyſi. dicit q̄ iſta purgatio: illuminatio ⁊ perfe/
ctio: non eſt aliud q̄ꝫ diuine ſcientie aſſumptio
⁊ eſt vna operatio realiter. Sꝫ tripler ponitur
pꝛopter diuerſos reſpectus. Purgatio quideꝫ
dicitur inquantum perficitur vt ſcientia. Illu/
minatio inquantum conſoꝛtat ⁊ roboꝛat intel/
lectum illuminati. ſicut calidum appꝛopīquās
ad ignem conſoꝛtatur ⁊ augetur in eo caloꝛ.
Perfectio vero inquantum habetur noticia de
eo quod pꝛius nō habebatur ſicut in illumina
tione aeris inq̄ꝫtuꝫ remouent tenebꝛe: poteſt
dici purgatio: inquantum recipitur lumen in
aere: illuminatio inquantum aliquid coloꝛatū
cernitur ab homine perfecto. In manne datio/
ne ſine diſcrimine vel ſexus vel etatis gomoꝛ
ſinguli equaliter collegerunt. Unde apparet
chꝛiſti indulgentiam ⁊ celeſtem gratiam poſt/
modum ſecuturam: equaliter omnibus diui//
di ſine ſexus varietate: ſine annoꝛum diſcrimī
ne: ſine acceptatione perſone ſuper omnem dei
populum ſpiritualis gratie munus inſundi ſci
licet a deo. Hec Cypꝛia. de conſecra. diſtinct.
iiij. nec quemquam. Idem in dicto. ca. Si dies
omnibus equaliter naſcitur. ⁊ ſi ſol ſuper om/
nes pariter equali luce diffunditur. quāto ma/
gis ſol chꝛiſtus ⁊ dies verus in eccleſia ſua lu//
men vite eterne pari equalitate largitur. Hec
ille. Quod videtur intelligendum ex parte ſe
pꝛeparantium ⁊ ſacientium equalem pꝛepa//
rationem.

De" eſt cā gr̄e.

¶ Quantum ad ſe/ .§.i.
cundum.ſcz de p:eparatione ad gratiam q: re/
quiratur patet ex eo quod d: Amos.iiij.P:e/
parare in occurſuz dei tui iſrael.Et.j.Reg.vij.
P:eparate co:da veſtra domino.P:o cuiꝰ de/
cla.dicit.b.tho.j.ij.q.cxij.q: vt dictū eſt.ſ.G:a
tia dupliciter accipitur.vno modo ꝑ habitua
li bono.Alio modo p:o auxilio dei mouentis
animam ad bonum.P:imo modo accipiēdo
p:eexigitur ad gratiam aliqua gratie p:epara/
tio:quia nulla fo:ma poteſt eſſe niſi in materia
diſpoſita.Sed ſecundo modo accipiendo gra/
tiam.ſ.p:o auxilio dei mouentis animaz ad bo
num.ſic nulla p:eparatio requiritur ex parte
hominis quaſi p:eueniens diuinum auxiliuz:
ſed potius quecunqꝫ p:eparatio in homine po
teſt eſſe:eſt ex auxilio dei mouētis animā ad bo
num.Et ſm hoc ipſe bonus motus liberi arbi
trij:quo mediāte quis p:eparatur ad gratie do
num ſuſcipiendum eſt actus liberi arbitrij mo
ti a deo.Et q̄ꝫtum ad hoc d: hō ſe p:eparare.
ſꝫ illud P:ouer.xvj.Hominis eſt ꝑparare ani
mum.Et eſt a deo principaliter mouente libe//
rum arbitrium.Et ſm hoc dicitur a deo volun
tas hominis ꝑparari:⁊ greſſus hominis diri
gi.¶ Sciendum etiam q: duplex eſt p:epara/
tio hoīs ad gratiam.Una eſt que eſt ſimul cum
gratie infuſione.Et talis p:eparatio eſt merito
ria.nō q̄dem g̃re que iam habetur.ſed gratie
que nonduꝫ habetur.i.augmentationis eius.
Eſt alia ꝑpatio que eſt g̃re gratū facietis que tñ
eſt a deo mouente:ſed non ſufficit ad meritum
hoīs nōdum per g̃ram iuſtificati:quia nulluꝫ
meritum poteſt eſſe niſi ex gratia.Item iſta p:e
paratio ad donum gratie recipiendum nondū
habite cōtingit dupliciter.Cum enim vt dictū
eſt.fit a deo p:eueniente ⁊ mouente voluntateꝫ
hoīs ad bonuꝫ.Quandoqꝫ deus mouet hoieꝫ
ad bonum.non tñ perfectuꝫ.⁊ talis p:eparatio
p:ecedit gratiam gratum facientem etiam tem
po:e.Sicut mouet frequenter permanentes in
peccato ad faciendum elemoſynas:ieiunia:⁊
o:ationes ⁊ hm̄oi.Sicut mouit beatus Aug.
ante conuerſionem ad audiendum p:edicatio
nes amb:oſij:exho:tationes ſimplicia:i:exem
pla antonij.Unde dicitur de pe.diſt.v.admone
mus.de perſeuerante in odio vel alio crimine
qꝫ quicquid boni poterit faciat.ſ.elemoſynas:
ieiunia:o:atiōes ⁊ hm̄oi.vt deus eius co: illu/
ſtret.ſ.per g̃ram gratum facientem.Quādoqꝫ
vero deus ſtatim mouet hominem ad ꝑfectum
bonum.⁊ ſubito homo accipit gratiam.vnde
dicitur Eccli.xj.Facile eſt in oculis dei ſubito
honeſtare pauperem.⁊ Joh.vj.Omnis qui au
dit a patre ⁊ didicit venit ad me.Sicut accidit

De du//
plici ho
mis p:e
paratio
ne ad
gratiā.

in Saulo:qui cum actu ꝑſequeret eccliaꝫ ⁊ iter
ageret ad capiendū xp̄ianos:ſubito luce circū
fulſus recepit gratiaꝫ.Act.ix.Cum ergo a deo
ſit iſta ꝑparatio.nō refert q: fuit ſtatim vel pau/
latim.Agens enim infinite virtutis deus.ſicut
nō exigit mām̄ vel diſpōnem materie quaſi ꝑ/
ſuppoſitaꝫ ex alterius cauſe actione.ita nō eget
tēpo:e:ſed ſubito pōt mām̄ diſponere ⁊ fo:mā
introducere.⁊ etiam ꝑuo tēpo:e diſponere ma
teriaꝫ paulatim.⁊ poſtea fo:mā inducere.ſicut
in ſanitate contingit que aliqñ paulatim intro
ducit.aliqñ ſubito in ſanatione miraculoſa.

¶ Quātum ad ter/ .§.ij.
tium.ſ.q: p:eparatio hoīs ad g̃ram:nō neceſſi/
tat ad gratiam.Patet hoc ex eo q: homo cōpa/
ratur ad deū ſicut lutum ad figulum.ſm illud
Hiere.xviij.Sicut lutum in manu figuli:ita ⁊
vos in manu mea ait dn̄s.Lutum aūt non acci
pit ex neceſſitate fo:mam a figulo quantūcūqꝫ
ſit figuratum.P:o cuius decla.dicit.b.Tho.j.
ij.q.cxij.ar.iij.q: p:eparatio hoīs ad grām.i eſt
a deo ſicut a mouente:⁊ a libero arbitrio ſicut
a moto.Pōt igitur gratie cōſideratio duplici/
ter accipi.Uno modo put eſt a libero arbitrio.
⁊ ſm hoc nullam neceſſitatem habet ad gratie
conſecutionē:q: donum gratie excedit omneꝫ
p:eparationē v̄tutis humane.Alio modo pōt
conſiderari ſm q: eſt a deo mouente.⁊ tunc ha/
bet neceſſitateꝫ ad id ad qđ o:dinatur.nō qui/
dem neceſſitatem coactionis:ſed infallibilita/
tis:q: intentio dei deficere nō poteſt.ſm quod
dicit bea.Augu.de p:edeſtinatione ſanctoꝝ q:
per beneficia dei liberantur certiſſime quicūqꝫ
liberantur.Unde ſi ex intentione dei mouētis
eſt q: homo cuius co: mouet gratiam ꝯſequa//
tur:infallibiliter illam conſequitur.ſm illud
Joā.vj.Omnis qui audit a patre ⁊ didicit ve/
nit ad me.Quod auteꝫ dicit glo.ad Roma.v.
Deus recipit euꝫ qui confugit ad ſe.aliter eſſe
in eo iniquitas.intelligitur de illo qui confu/
git ad eum per actū liberi arbitrij iam per gra
tiam info:mati:quem ſi non reciperet:eſſet cō/
tra iuſtitiam quam ipſe ſtatuit.¶ Et ſcienduꝫ
q: defectus gratie p:ima cauſa eſt ex nobis.
Sed collationis gratie p:ima cauſa eſt ex deo.
ſm illud Oſee.xiij.Perditio tua iſrael tñ ex
te:ex me auxilium tuum.

Pparatio
homis
ad g̃raꝫ
non ne
ceſſitat
deū ad
dādum

Defectꝰ
g̃re eſt
ex nob.

¶ Quantum ad .§.iij.
quartum.ſcilicet q: non ſit in omnibus equali/
ter gratia.manifeſtatur ex hoc quod dicit apo/
ſtolus ad Ephe.iiij.Unicuiqꝫ veſtrum dat gra
tia ſm menſurā donationis ch:iſti.Sed quod
menſuratur non equaliter datur ⁊c̄.Et hoc ſic
declarat beatus Thom̄.p:ima ſecunde.q.cxij.

G:a nō
eſt i oī/
bꝰ eq̄lr.

ar.ſiij. Habitus duplicem habitudinem habere pōt. Unam ex parte finis vel abiecti: ſm ꝙ dicitur vna virtus nobilior altera: quia ad maius bonum ordinatur. Alio modo ex parte ſubiecti: quod maius vel minus participat habitum inherentem. Scdm ergo primā habitudinem gratia non pōt eſſe maior ⁊ minor: quia gratia ſm ſui rationem coniungit hominem ſummo bono quod eſt deus. Sed ex parte ſubiecti pōt ſuſcipere magis ⁊ minus. prout ſcilȝ minus vel perfectius illuſtratur a lumine gratie vnus ꝙ̄ alius. Cuius diuerſitatis ratio eſt ex aliqua parte preparantis ſe ad gratiaȝ. Qui enim ſe magis ad gratiam preparat plenior eȝ gratiam recipit. Sed ex hac parte nō poteſt accipi prima ratio diuerſitatis huius: quia preparatio non eſt hominis niſi inquantum liberum arbitrium eius preparatur a deo. Unde pma cauſa huius diuerſitatis eſt ex parte dei: quia diuerſimode ſue gratie dona diſpēſat ad hoc ꝙ ex diuerſis gradibus gratie pulchritudo eccleſie conſurgat ⁊ perfectio. Sicut etiam ⁊ diuerſos gradus rerum inſtituit vt eſſet perfectum vniuerſum. Unde apoſtolus ad Ephe. iiij. Enumeratis pluribus gratijs ſubdit ad cōſummationem ſanctorum edificationem corporis chriſti. Quod autem dicitur Sapiē. vj. Equaliter ipſi eſt cura de omnibus. non intelligitur ꝙ det dona gratie equaliter. ſicut nec nature gradus: ſed quia vnico actu ⁊ ſimplici maiora ⁊ minora diſpenſat. Cypria. de conſe. di. iiij. ſicut ait. Plane eadem gratia ſpiritualis que a baptiſmo equaliter a credentibus ſumitur: in conuerſatione atq; actu noſtro poſtmodum vel minuitur vel augetur: vt in euangelio dominico. Cum ſemen equaliter ſeminatur: ſed pro varietate terre aliud abſumitur. i. deperditur: aliud in multiformem copiaȝ. vel xxx. vel. lx. vel centeſimum fructum exuberat cumulatum. Hec ille. Sed ꝙ dicit equaliter dari gratia intelligitur in paruulis. verum ſcdm cōmunem legem. Secus per priuilegium: vt Nicolao ⁊ alijs. In adultis aūt quoad facientes equalem preparationem. Et quod gratiaȝ dicit minui: intelligitur quoad feruorem. Nā quoad habitum non minuitur per mortale: ſed corrumpitur.

¶ Quantum ad .§. iiij. quintū. ſ. ꝙ non ſciri poſſit certitudinaliter ſi homo habet gratiam: probatur per hoc quod ſcribitur Eccē. ix. Nemo ſcit an odio vel amore ſit dignus: ſed gratia dei eſt que facit hominem dignum amore dei. ergo ⁊c̄. Pro huius declaratione ſciendum ꝙ tripliciter pōt aliqd cognoſci. Uno modo per reuelationem. ⁊ hoc modo pōt quis ſcire ſe habere gratiā. Reuelauit hoc deus aliqñ ex ſpeciali priuilegio aliq̄bus vt ſecuritatis gaudium in hac vita in eis incipiat ⁊ ɔfidentius ⁊ fortius magnifica opera proſequantur: ⁊ mala vite preſentis ſuſtineant. Sicut Paulo dictum eſt. ij. Cor. xij. Sufficit tibi gratia mea. ⁊ Abrae fuit dictum. Nūc cognoui ꝙ timeas deum. Geñ. xxij. i. cognoſcere te feci. Et loquitur de timore caſto qui nō eſt ſine gratia. Secundo modo poteſt aliquid per ſeipſum ⁊ certitudinaliter cognoſci. ⁊ ſic nullus poteſt ſcire ſe habere gratiam. Et ratio eſt: quia certitudo non poteſt haberi de aliquo niſi poſſit diiudicari per proprium principiū. Sic enim certitudo habetur de concluſionibꝰ demonſtratiuis per indemonſtrabilia vniuerſalia principia. Nullus autēȝ poteſt ſcire ſe habere ſcientiam alicuius concluſionis ſi principium ignoret. Principium autem gratie ⁊ obiectum eius eſt ipſe deus: qui propter ſui excellentiaȝ eſt nobis ignotus. ſm illud Job. ix. Si venerit ad me non videbo eum: ſi autem abierit non intelligam. Et ideo homo non poteſt ꝑ certitudinem diiudicare ſi habet gratiam. ſm illud. j. Cor. iiij. Sed neq; meipſum iudico: q autem me iudicat dominus eſt. Tertio modo cognoſcitur aliquid coniecturaliter ⁊ per aliq̄ ſigna: ⁊ hoc modo poteſt aliquis cognoſcere ſe habere gratiam inquantum ſcȝ percipit ſe delectari ⁊ cōtēnere res mundanas: ⁊ inquantuȝ non eſt conſcius alicuius peccati mortalis. ſm quem modum poteſt intelligi illud Apoc̄. ij. Uincenti dabo manna abſconditum. quod nemo nouit niſi qui accipit. quia ille qui accipit: per quandam experientiam dulcedinis nouit quam non experitur qui nō accipit. Iſta tamē cognitio imperfecta eſt. vnde ⁊ apoſtolus. j. Corin. iiij. poſtq; dixit. Nihil mihi conſcius ſum. ſubdit. Sed non in hoc iuſtificatus ſum. qr vt dicitur in ps. xviij. Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me domine. hec beatus Tho. Item quia actus virtutum infuſaruȝ que procedunt a gratia ſunt omnino ſimiles actibus procedentibus a virtutibus acquiſitis. iō ꝙ̄uis videat quis ſe facere opera iuſtitie. miſericordie: charitatis: penitentie: non poteſt ſcire per certitudinem ſi tales actus procedunt a virtutibus infuſis vel acquiſitis. Uñ nec ex hꝰ ꝙ habeat gratiam cognoſcere poteſt.

Nemo ſcit certitudinaliter ſe habere gram.

¶ De neceſſitate gratie.
Capitulum quintum.

GRatia dei adeo eſt homini neceſſaria ꝙ ſine ea nō poteſt dei precepta ſeruare: nec vitaȝ eternā mereri: nec reſurgere a pec

cato:nec abſtinere a peccato. Sed nec poteſt ꝑ
ſe preparare ſe ad gratiam. Nec poſtq̄ eaʒ con
ſecutus eſt:poteſt bonum facere ꝛ vitare pecca
tum ſine auxilio gratie:nec perſeuerare. Pōt
tamen ſine gratia cognoſcere veritatem multa
rum reruʒ:ꝛ facere aliqua bona naturalia:ꝛ di
ſiñ grā ligere deum ſuper omnia. ¶ Quantum ergo
nō pōt ad primum ſcʒ ꝙ ſine gratia gratum faciente
hō iple non poteſt homo omnia dei precepta implere.
re precē Probatur per bea. Aug. qui dicit. Credere ſci
pta. licet ꝙ poſſit quis mandata dei ſine gratia im
plere pertinet ad hereſim pelagianorum. Un/
de de conſecra. diſtin. iiij. dicitur. Placuit vt q̄
cunq̄ dixerit ideo nobis gratiam iuſtificatio/
nis dari:vt quod iubemur per liberum facere
arbitrium facilius poſſumus implere per gra
tiam tanq̄ etſi gratia non daretur. non quidē
facile:ſed tamen poſſumus ꝛ ſine illa implere
mandata diuina:anathema ſit. ¶ Pro cuius
declaratione dicit beatus Tho. j. ij. q. cix. arti.
iiij. ꝙ implere mandata legis contingit dupli/
citer. Uno modo quantum ad ſubſtantiaʒ ope/
ris:vt ſcilicet homo operetur iuſta. fortia:ꝛ alia
virtutum opera. Et hoc modo in ſtatu nature
integre potuit omnia mandata legis implere.
Alioquin non potuiſſet in ſtatu illo non pec/
care:cum non ſit aliud peccatum q̄ tranſgre/
di legem dei. Sed in ſtatu nature corrupte nō
poteſt implere omnia mandata ſine gratia ſa/
nante. Quod autem ait apoſtolus ad Roma.
ij. Gentes que legem non habent cum natura/
liter que legis ſunt implent:ipſi ſunt ſibi lex.
Intelligendum eſt ſm bea. Auguſti. Gentes le
gem implere per naturam ad vitam ſcilicet et
reformatam gratia. Alio modo poſſunt imple
re mandata legis non ſolum quantum ad ſub/
ſtantiam operis:ſed etiam quantum ad modū
agendi vt ſcilicet ex charitate faciāt. Et ſic nec
in ſtatu nature integre:nec in ſtatu nature cor/
rupte poteſt homo implere abſq̄ gratia man/
data dei. Unde bea. Aug. in li. de correptione
ꝛ gratia:cuʒ dixiſſet ꝙ ſine gratia:prorſus bo
num homines faciunt:ſubdit. non ſoluʒ vt mi
niſtrante ipſa quod faciendum eſt ſciant. verū
etiam vt preſtante ipſa faciant cum dilectione
quod ſciunt. Indigent inſuper in vtroq̄ ſtatu
auxilio dei mouentis ad mandata implenda.
Nec eſt contra quod bea. Hiero. dicit. Maledi
ctus omnis qui dicit deum aliquid impoſſibi/
le precepiſſe. Sed impoſſibile videtur quod ꝑ
ſe homo facere non poteſt:vt mandata ſeruare
Nam id quod poſſumus cum auxilio diuino
non eſt nobis omnino impoſſibile. ſm illud phi/
loſophi in. iij. ethi. Quod per amicos poſſu/
mus:aliqualiter per nos poſſumus. Unde et
beatus Hiero. ibi ſubdit. Sic fatemur liberuʒ

eſſe arbitrium noſtrum:vt dicamus ſemꝑ nos
diuino auxilio indigere.

¶ Quantum ad ſe/ .§. i.

nec me
reri vi/
caudum punctum ſcʒ ꝙ ſine gratia non poſſu tā etnā.
mus vitam eternam mereri:dicit apoſtolus ad
Rom. vj. Gratia dei vita eterna. Quod ideo di
citur ſm glo. ibi. vt intelligamus deum ad vi/
tam eternam pro ſua miſeratione perducere.
Sic ergo exponitur. vita eterna nobis daſ gra
tia dei ideſt ſuo munere. Ratio huius eſt ſm
Tho. j. ij. q. cix. arti. v. quia actus perducentes
ad finem oportet fini eē proportionatos. Nul/
lus autem actus excedit proportionem princi
pij actus ſui. Et ideo videmus in naturalibus
ꝙ nulla res perficere poteſt effectum per ſuam
operationem qui excedat virtutem actiuā:ſed
ſolum poteſt producere per operationem ſuaʒ
effectum ſue virtuti proportionatum. Uita au/
tem eterna eſt excedens porportionem huma/
ne nature. Et ideo homo per ſua naturalia nō
poteſt producere opera meritoria proportiona
ta vite eterne:ſed ad hoc exigitur altior virtus
que eſt virtus gratie. Et ideo homo ſine ea nō
poteſt mereri vitam eternam:ſed poteſt facere
opera perducentia ad aliquod bonum conna/
turale homini. ſicut laborare in agro:comede
re:bibere:habere amicum:ꝛ huiuſmodi vt di
cit bea. Augu. Quod aūt dominus dicit. Mat
the. xix. Si vis ad vitam ingredi ſerua manda
ta. intelligendum eſt. voluntate ſua facere ope
ra meritoria. ita tamen ꝙ ipſa voluntas prius
preparetur ad hoc per gratiaʒ:vt dicit beatus
Augu. Item ſi obijciatur ꝙ vita eterna eſt vlti/
mus finis hominis:ſed quelibet res naturalis
per ſua naturalia poteſt cōſequi fineʒ ſuū ergo
multo magis homo qui habet altiora natura/
lia debet per ſe poſſe conſequi finem ſuum ſcʒ
vitam eternam. Reſpondeo ꝙ hoc eſt verū de
fine cōnaturali rei. Sʒ natura humana ex hoc
ꝙ eſt nobilior poteſt ad altiorem finem produ/
ci q̄ naturalem ſibi cuius eſt vita eterna. Sed
indiget altiori auxilio q̄ virtus naturalis ſua
ſit ſcilicet auxilio gratie.

¶ Quantum ad .§. iij.

tertium ſcilicet ꝙ non poteſt quis reſurgere a
peccato ſine auxilio gratie probatur ſic per bea Nec re/
tum Thom. j. ij. q. cix. arti. vij. Peccatum tran/ ſurgere
ſit actu:ſed remanet reatu. ꝛ ideo non eſt idem a pctō
reſurgere a peccato quod ceſſare ab actu pecca
ti. ſed reſurgere a peccato eſt reparari hominē Triplex
ab his q̄ peccādo amiſerat. Incurrit autem ho detrim/
mo triplex detrimentum peccando ſcʒ maculā tū incur
corruptionem naturalis boni:ꝛ reatum pene. rit hō ꝑ
Maculam quidem inquantum priuatur quis pctm

decor gratie ex deformitate peccati. Bonum autem nature corrumpitur inquantum natura hominis deordinatur voluntate hominis non ſubiecta deo. Hoc enim ordine ſublato cōſequens eſt vt tota natura hominis peccantis inordinata remaneat. Reatus pene eſt: q2 peccando mortaliter meretur dānationem eternam. Manifeſtum eſt autem ꝙ de ſingulis horum trium non repararetur niſi per deum. Cū enim decor gratie proueniat ex illuſtratione diuini luminis. non poteſt talis decor in anima reparari niſi deo denuo illuſtrante. Unde requiritur habituale donum quod eſt gratie lumen. Similiter ordo nature reparari non poteſt vt ſcilicet voluntas hominis ſubyciatur deo: niſi deo voluntateʒ hominis ad ſe trahente. Similiter ⁊ reatus pene eterne remitti non poteſt niſi a deo in quem eſt offenſa commiſſa. ⁊ qui eſt hominum iudex. Et ideo requiritur auxilium gratie. ⁊ quantum ad habituale donum: ⁊ quātum ad interiorem dei motionem. Quod autē dicitur Ephe. v. Exurge a mortuis ⁊ illuminabit te chriſtus: non ſic eſt intelligendum ꝙ tota exurrectio a peccato precedat illuminationē gratie: ſed quia cum homo per liberum arbitrium a deo motum ſurgere conatur a peccato recipit lumen gratie iuſtificantis.

Quantum ad .§.iij.

quartum ſcꝫ ꝙ ſine gratia non poteſt homo a
Nec abſtineri a peccato peccato abſtinere: hoc ſic d̄clarat beatus Tho. j.ij.q.cix.arti.viij. De homine poſſumus loqui dupliciter. Aut ſm ſtatum nature integre: aut ſm ſtatum nature corrupte. Et ſm ſtatum nature integre poterat homo ſine dono gratie habituali nō peccare nec mortaliter nec venialiter quia peccare nō eſt aliud q̄ʒ recedere ab eo qđ eſt ſm naturam quod vitare homo poterat in ſtatu nature integre. non tamen hoc poterat ſine auxilio dei in bono conſeruantis quo ſubtracto ipſa etiam natura in nihilum decideret. Sed in ſtatu nature corrupte idiget homo gratia habituali natura ſanante ad hoc ꝙ omnino a peccato abſtineat. Hec ſanatio primo fit in pñſenti vita ſm mentem appetitu carnali nondū totaliter reparato. Unde apoſtolus in perſona hominis reparati dicit Roma. vij. Ipſe mente ſeruio legi dei: carne autē legi peccati. In quo quidem ſtatu poteſt homo abſtinere a peccato mortali quod eſt in ratione. Non autem poteſt abſtinere ab omni peccato veniali propter corruptionem inferioris appetitus ſenſualitatis. Cuius motus ſingulos ratio reprimere poteſt ⁊ ex hoc habent rationem peccati ⁊ voluntarij Non autem omnes: quia dum vni reſiſtere nititur: fortaſſis alius inſurgit. Et quia ratio nō poteſt ſemper peruigil eſſe ad huiuſmodi motus vitando. Sic igitur anteq̄ʒ ratio hominis in qua eſt peccatum mortale repararetur p̄ gratiam iuſtificantem: poteſt ſingula peccata mortalia vitare: ⁊ ſm aliquod tempus: quia nō eſt neceſſe ꝙ cōtinuo peccet in actu. ſed ꝙ diu maneat abſq3 peccato mortali eſſe non poteſt. Ut enim dicit Grego. ſuper Ezech. Peccatum qđ per penitentiam non diluitur: mox ſuo pondere ad aliud trahit. Et huius ratio eſt quia ſicut rationi ſubditur inferior appetitus. ita etiam ratio debet ſubdi deo: ⁊ in ipſo conſtituere finē ſue voluntatis. Per finem autem oportet ꝙ regulentur omnes actus humani ſicut per rationis iudicium regulari debēt motus inferioris appetitus. Sicut igitur inferiori appetitu non totaliter ſubiecto rationi non poteſt eſſe quin ī ſurgant inordinati motus in appetitu ſenſitiuo: ita in ratione hominis deo non ſubiecta: conſequens eſt ꝙ inſurgant multe inordinationes in ipſis actibus rationis. Cum enim homo non habet cor ſuum firmatum in deo: vt p̄ nullo bono conſequendo vel malo vitando ab eo ſeparari velit occurrunt multa propter que ſequenda ⁊ vitanda homo recedit a deo precepta eius contemnendo: ⁊ ita peccat mortaliter quia in repentinis homo operatur ſm finem preconceptum ⁊ habitum preexiſtentē. vt philoſophus dicit in. iij. ethi. q2uis ex premeditatione rationis homo poſſit aliquid agere preter ordinem finis preconcepti ⁊ preter inclinationem habitus. Sed quia hō non pōt ſemper eſſe in tali premeditatione non poteſt contingere vt diu permaneat quin operetur ſm conſequentiam voluntatis deordinate a deo: niſi cito per gratiam repararetur. Nec eſt contra quod dicit beatus Auguſtinus ſcilicet ꝙ nemo peccat in eo quod vitare non poteſt. Sed non poteſt ſine gratia peccatuʒ vitare. ergo ⁊c̄. quia poteſt homo vitare ſingulos actus peccatorum: ſed non omnes niſi per gratiam. Et tamen quia ex eius defectu eſt ꝙ non ſit preparatus ad gratiam habendam: per hoc non excuſatur a peccato: quia ſine gratia peccatum vitare non poſſet.

Quantum ad .§.iiij.

quintum ſcilicet ꝙ homo non poteſt ſe preparare ad gratiam per ſeipſum. oſtenditur per illud quod dicitur. Joā. vj. Nemo poteſt venire ad me niſi pr̄ qui miſit me traxerit euʒ. Hoc autem ſic d̄clarat. b. Tho. j.ij.q.cix.ar.vj. Duplex eſt preparatio voluntatis humane ad bonum. Una que preparatur ad bonum operandū meritoriū ⁊ fruēdū deo. Et talis p̄paratio volūtatis nō pōt eē ſine habituali dono grē. qđ ſit pñ Nec ſe p̄parare ad graꝫ

cipium boni opis meritoꝛꝝ. Alio modo pōt in
telligi pꝛeparatio voluntatis humane ad cōſe
quendum ipſum donum hitualis gr̄e. Ad hoc
aūt ꝙ ſe pꝑaret voluntas ad ſuſceptionem hu
ius doni hitualis gr̄e: nō opoꝛtet preſuppone
re aliquod aliud donū habituale in anima: qꝛ
ſic pꝛocederet̄ in infinitum. ſed opꝫ pꝛeſuppo
nere aliquod auxiliū dei gratuitum mouentis
interius aiam ſeu inſpirantis bonum ꝓpoſitū.
His igitur duobꝰ modis īdigemus diuino au
xilio ad bū opandum. Quod autē indigeamꝰ
auxilio dei mouentis aiam: oſtendit̄ ex hoc ꝙ
cum deus ſit pꝛimū mouens ſimpliciter: ex eiꝰ
motione eſt ꝙ oīa in ipſam conuertant̄ ſꝫ cōēꝫ
intentionem boni ꝑ quaꝫ intendit vnūquodq̄
aſſimulari deo ſm moduꝫ ſuum. Unde diony
ſius dicit in li. de di. no. ꝙ deus conuertit oīa
ad ſeipſum. Sed homines iuſtos conuertit ad
ſeipſum ſicut in ſpālem finem quem intendūt:
⁊ cui cupiunt adherere vt bono ꝓpꝛio. ſꝫ illud
ps. lxxij. Mihi aūt adherere deo bonum eſt. Et
iō ꝙ homo conuertat̄ ad deum: hoc non pōt eſ
ſe niſi deo conuertente ipſum ad ſe. hoc aūt eſt
pꝛepare ſe ad gratiam quaſi ad deum cōuerti.
Sicut ille qui hꝫ oculum auerſum a lumine ſo
lis: ꝑ hoc ſe pꝛepat ad recipiendū lumen ſolis
ꝙ oculos ſuos conuertit verſus ſolē. vñ pꝫ ꝙ
non pōt ſe pꝛeparare ad lumen gr̄e recipiendū
niſi per auxilium gr̄e interius mouentis. Nec
eſt contra quod dꝛ: Zach. j. conuertimini ad me
⁊ ego cōuertar ad vos. Conuerti non eſt aliud
q̄ ſe ad gr̄aꝫ pꝛepare. Unde videt̄ ꝙ ꝑ ſe poteſt
quid ſit cōuerti ad deū.
pꝛeparare ſe. alias quō imperaret̄ quod non eſ
ſet in eius ptāte. Nam conuerſio hominis ad
deum ſit per liberum arbitriū. Et ſm hoc hoī
pꝛecipitur ꝙ ſe ad deum conuertat. Sed liberꝫ
arbitrium ad deum conuerti non pōt niſi deo
ad ipſuꝫ conuertente illū: ſꝫ illud Hiere. xxxj.
Conuerte me dñe ⁊ conuertar: quia tu es dñs
deus meus. Unde cum dꝛ hō facere quod in ſe
eſt in pꝛepando ſe ad gratiam dicitur hoc eſſe
in poteſtate hominis ſm ꝙ eſt motus a deo.

Quantum ad .§. v.

Exiſtēs i gratia adhuc indiget auxilio gratie.
ſextum. ſ. ꝙ conſecutus iam gr̄am habituale
donum adhuc indiget auxilio gr̄e pꝛout im
poꝛtat motionem interioꝛem dei ad bonū. Qđ
ſic d̄clarat beatus Tho. j. ij. q. cix. art. ix. Homo
ad recte viuendum indiget duplr̄ auxilio dei.
Uno modo quantū ad donum habituale ꝑ qđ
ſanatur natura humana coꝛrupta ꝑ peccatuꝫ ⁊
ſanata eleuatur ad faciendum opera vite eter
ne meritoꝛia que excedunt pꝛopoꝛtionem na
ture humane. Alio modo indiget auxilio gr̄e
vt moueatur ad agendum. Quantum igit̄ ad
pꝛimum auxilium homo in gr̄e ex̄ns non indi
get alio auxilio. ſ. gratie habitualis quaſi alio
habitu infuſo. Sed quātū ad ſcđm auxiliuꝫ: vt
ſ. moueat̄ a deo ad recte agēdū: ſic iam hñs ha
bituale donuꝫ gr̄e adhuc indiget tali auxilio.
Et hoc ꝓpter duo. Pꝛimo ratione gñali ꝓpter
hoc qꝛ nulla res creata pōt in quemcūq̄ actuꝫ
ꝓdire niſi v̄tute motionis diuine. Scđo ratio
ne ſpeciali ꝓpter ꝯditionē humane nature coꝛ
rupte. que lꝫ per gr̄am ſanet̄ q̄tum ad mentē:
remanet tñ in ea coꝛruptio ⁊ impꝼectio quan
tum ad carnē: per quā ſeruit legi peccati. vt di
cit̄ ad Rom̄. vij. Remanet etiā quedā ignoꝛan
tie obſcuritas in intellectu ſm quaꝫ dicitur ad
Rom̄. viij. Quid oꝛemus ſicut opꝫ neſcimus:
ꝓpter varios enim rerū euēt9. Et qꝛ etiā noſ
ipſos non pꝼecte cognoſcimus: non poſſumus
ad plenū ſcire quid nobis expediat. Et ideo ne
ceſſe eſt nobis vt a deo dirigamur ⁊ ꝓtegamur
qui oīa nouit ⁊ oīa pōt. Et ꝓpter hoc etiā rena
tis in filios dei per gr̄am cōuenit dicere. Et ne
nos inducas in tentationē. Et fiat volūtas tua
ſicut in celo ⁊ in terra ⁊c̄. que ꝯtinent̄ in oꝛone
dñica ad hoc ꝑtinentia. Nec ex hoc ꝙ poſt gra
tiā habituale donum acceptū indigeamus au
xilio dei nos mouentis ad bonū: pōt ꝯcludi ꝙ
tale habituale donuꝫ ſit in vacuū: vel imperfe
cta gratia. qꝛ etiā in ſtatu glie qñ erit gratia cō
ſummata: hō diuino auxilio indigebit. ⁊ quan
tum ad hoc etiā impꝼecta gratia hoc oſtēdit in
quantum hominem non totaliter ſanat.

Quātum ad ſe .§. vi.

ptimum. ſ. ꝙ in gratia ꝯſtitutus indiget auxi
lio gratie: non quidē ꝓut eſt donum habituale
ipſa gratia: ſed pꝛout eſt auxiliuꝫ dei ꝓtegens
hoiem. Quod bea. Tho. declarat ſic. j. ij. q. cix.
arti. x. Perſeuerātia tripliciter dꝛ. Uno modo
ꝓut ſignificat habitū mentis per quem homo
firmiter ſtat ne moueat̄ ab eo. qđ eſt ſm verita
teꝫ per triſtitias irruentes. Scđo modo pōt di
ci pꝼeuerantia habitus quidā ſm quem homo
habet ꝓpoſitū pꝼeuerādi in bono vſq̄ in fineꝫ.
Et vtroq̄ iſtoꝝ modoꝝ ſempꝫ pꝼeuerātia ſimul
cum gratia infundit̄: ſicut ⁊ cetere v̄tutes. Ter
tio modo dicit̄ perſeuerantia quedā bonitatis
vſq̄ ad finē vite. Et ad talem pꝼeuerātiā haben
dam hō in gr̄a ꝯſtitutus nō indiget aliqua ha
bituali gratia: ſed diuino auxilio ipm ꝓtegen
te ⁊ dirigēte ꝯtra tētationū impulſus. Et ideo
poſtq̄ aliquis eſt iuſtificatus per gr̄am neceſſe
hꝫ petere ꝓdicte pꝼeuerantie donuꝫ. vt. ſ. cuſto
diat̄ a malo vſq̄ ad finē vite. Multis eniꝫ dat̄
gratia quibus nō datur perſeuerare in gratia.

Quantum ad .§. vij.

octauuꝫ. ſ. ꝙ ſine habituali dono gratie poſſu

ſine gr̃a mus multa intelligere. ſed nō ſine auxilio dei
nō poſ/ mouētis intellectū. Quod ſic declarat. b. Tho.
ſumus j.ij.q.cix.ar.j. Sicut oēs motus corporales re/
multa ī ducitur in motum celeſtis corporis ſicut in p/
tellige. mum mouēs corporale. ita oēs motus tam cor
porales ꝙ̃ ſpūales reducūtur in primū mouēs
ſimpliciter qḋ eſt deus. Et ideo quantumcūq̃
aliqua natura corporalis vel ſpūalis ponaſ per
fecta. non pōt in ſuū actū ꝓcedere: niſi mouea
tur a deo: que quidē motio eſt ſm ſue ꝓuidētie
rationē: non ſm neceſſitatē nature: ſicut motio
corporis celeſtis. Nō ſolum autē a deo eſt oīs
motio ſicut a primo mouēte: ſed ab ipſo etiam
eſt oīs formalis perfectio. ſicut a primo actu.

℄ Sic igiſ actio intellectus ⁊ cuiuſcūq̃ entis
creati depēdet a deo dupliciter. Uno modo in/
quātum hꝫ formaꝫ per quam agit. Alio modo
inq̃tum ab ipſo moueſ ad agendū. Unaqueq̃
aūt forma indita rebus creatis a deo habet effi
caciam reſpectu cuiuſdā effectus determinati.
in quem pōt ſm ſuam ꝓprietatē. Ultra aūt non
pōt niſi per aliquā aliam formam ſupadditaꝫ.
Sicut aqua nō pōt caleſacere niſi caleſacta ab
igne. Sic igiſ intellectus humanus hꝫ aliquaꝫ
formam. ſ. ipſum intelligibile lumen. qḋ eſt de
ſe ſufficiēs ad quedam intelligibilia cognoſcē
da: ad ea. ſ. in quoꝝ noticiaꝫ per ſenſibilia poſ/
ſumus deuenire. Altiora vō intelligibilia itel/
lectus humanus cognoſcere non pōt. niſi for/
tiori lumine gratie. vel ꝓphetie qḋ diciſ lumē
gratie inquantū eſt nature ſupadditum. Sic er
go dicēdum eſt ꝙ ad cognitionē cuiuſlibet ve
ri indiget homo auxilio diuino. vt ſcilicet in
tellectus a deo moueatur ad ſuum actuꝫ. Non
aūt indiget ad cognoſcēduꝫ veritatē in oībus
noua illuſtratione ſupaddita naturali illuſtra/
tioni. ſed in quibuſdā que excedunt naturaleꝫ
cognitionem. ⁊ tamē quandoq̃ deus per ſuaꝫ
gratiā miraculoſe inſtruit aliquos de his que
per naturalē cognitioneꝫ haberi poſſunt. ſicut
⁊ quādoq̃ facit miraculoſe quidā que natura
facere non pōt. Cum aūt dicitur ꝙ omne verū
a quocūq̃ dicaſ eſt a ſpirituſancto. ſm Ambr.
Intelligēdum eſt hoc ſm. b. Tho. ꝙ eſt a ſpiri/
tuſancto ſicut infundēte naturale lumen. ⁊ mo
uente ad intelligendū ⁊ loquēdum veritatem.
non aūt ſicut inhabitante per gratiam gratuꝫ
facienteꝫ. vel ſicut largiente habituale donum
habere. ſuperadditum naturali lumini.

℄ Demum quā/ .§.viij.

tum ad volēdum vel faciendum bonum aliter
indiget homo gratia in ſtatu nature corrupte.
Aliter indiget in ſtatu nature integre. Naꝫ in
ſtatu nature integre indiget homo virtute gra
tuita ſuperaddita virtuti nature quantum ad
vnum. ſ. ad operandū ⁊ volēdum bonuꝫ ſuper
naturale. Sed in ſtatu nature corrupte quantū
ad duo. ſ. vt ſanetur. ⁊ vlterius vt bonuꝫ virtu/
tis operetur meritoriū. In vtroq̃ aūt ſtatu in/
diget homo auxilio diuino vt a deo moueatur
ad volendum ⁊ agendū ſicut a primo mouen/
te. Et ſicut vtroq̃ modo pōt intelligi illud Ro
manos. ix. Nō eſt volentis neq̃ currentis: ſed
dei miſerentis. Uelle eniꝫ ⁊ operari meritorie
eſt a deo mediante gratia ſua gratum faciente.
Uelle auteꝫ ⁊ operari ea que ſunt nature vel ar
tis. vt edificare: plantare: intelligere: ⁊ huiuſ/
modi. etiam in peccatoribus eſt a deo vt pmo
motore omnium ad agendum.

℄ De effectu gratie operantis que eſt iuſtifica/tio impij. Capitulum ſextum.

Iuſtificatio impij q̃ eſt effectus gratie operātis dicitur
a iuſtitia. Juſtitia aūt dicitur tripli/
citer ſm Tho. j.ij.q.cxiij.ar.j. Uno
modo prout importat rectitudinem ordinan/
tem actum hominis in cōparatione ad aliū
ſingularem hominē. Et ſic eſt iuſtitia particula
ris ⁊ virtus cardinalis. Secūdo modo prout
ordinat ſm rectitudineꝫ actu hominis in cōpa
ratione ad bonum cōmune multitudinis. que
dicitur iuſtitia legalis. Tertio modo dicitur iu
ſtitia ſm ꝙ importat rectitudinem quandā ho
minis in diſpoſitione interioris hominis. pro
ut. ſcilꝫ ſupremū hominis ſubijcitur deo. ⁊ in/
feriores vires anime ſubduntur ſupreme. i. ra
tioni. Et hanc iuſtitiā philoſophus. v. Ethico.
appellat metaphoricam. Ab hac igitur iuſtitia
tertio modo ſumpta ſumitur iuſtificatio paſſi/
ue accepta: ſcilꝫ pro fieri iuſtum. nō pro facere
iuſtum. Et hoc etiam nō per modum ſimplicis
generationis: quia ſic etiam poſſet cōpetere ei
qui non eſſet in peccato. dum iuſtitiam accipe/
ret a deo. ſicut Adam in principio accepit iuſti
tiam originalis peccati. cum adhuc non habe
ret peccatum. ſed potuit peccare. Huiuſmodi
iuſtificatio in homine includit rationem mo/
tus de contrario in contrariū. Et ſic iuſtificatio
importat quādam tranſmutationeꝫ de iniuſtitie
ſtatu ad ſtatum iuſtitie predicte. Et de iſta iuſti
ficatione hic agitur. De qua ad Romanos. iiij.
Ei autem qui nō operatur credēti autem in de
um qui iuſtificat impium. Et ad Romanā. viij.
Quos vocauit hos ⁊ iuſtificauit. ℄ In hac. n.
iuſtificatione impij concurrūt quatuor per or/ Q̃tuor
dinem. ſimul quideꝫ tēpore. etſi naturaliter ſeu ꝯcurrūt
ordine nature vnum precedat aliud videlicet. ad iuſti
Gratie infuſio. Motus liberi arbitrij per fideꝫ ficatōeꝫ
formatam in deum. Tertium eſt motus liberi impij.
arbitrij in peccati deteſtatione. Quartuꝫ eſt re/

miſſio culpe. Que ſm Pe. de tharantaſia in quarto notantur in v. illo. etſi non dicto ordine. Cõmouiſti terram tuam. ſ. tu dñe. terram. i. peccatorẽ dedi[t]um terrenis. Et hoc mouẽdo liberũ arbitrium ſuũ totum in te. vt. ſ. in te credat et te ſuper oĩa amet. ideo cõmouiſti dñe. i. totũ mouiſti. Et ſi oĩs motus eſt a primo mouente deo. modo ſpeciali eſt hic motus ab eo. ad ſe eum cõuertendo qui prius erat auerſus. vnde Augu. ait. Qui fecit te ſine te. nõ iuſtificabit te ſine te. vt. ſ. dirigente ad deum. ¶ Sc̃do dicit. Cõturbaſti eam. ſ. per motuz ſui arbitrij in deteſtationem peccati. de qua cõturbatione in alio pſal. vj. dicit. penitens ipſe. Aĩa mea turbata eſt valde. Conturbaſti ait. i. totam ſimul turbaſti dolore cõpunctionis. Oportet enim penitẽtem ait be. Aug. de pe. di. vj. de omni peccato dolere ſimul. aĩs non eiſet penitens: ſi volũtarie permaneret in aliquo: nõ iuſtificaretur. ¶ Tertiũ eſt peccati remiſſio qḋ ibi notatur. Sana cõtritiones eius. Aĩa enim eſt contrita in malam partẽ i. quaſi tota deſtructa: fracta minutatim in diuerſas affectiones per peccatum. Quãdo quis. habet magnã febrem. vel aliam infirmitatẽ: totum corpus videtur tritum et fractuz. Et ſic per peccatuz aĩa grauiter infirmata mirabiliter debilitata eſt et quaſi fracta inepta ad quodcunq bonũ. Sed cum peccatuz remittitur: ſanatur. ps. Qui ſanat oẽs infirmitates tuas: et moduz pre mittit. Qui ppitiatur oĩbus iniquitatibus tuis. ¶ Quartuz eſt gratie infuſio vnde iſta omnia pcedunt. qḋ notat cum dicit. Quia cõmota eſt ſ. a te per illuminationem gratie. Unde in figuram. Cum intrauit ieſus hieroſolymã cõmota eſt vniuerſa ciuitas dicẽs. Quis eſt hic? Mathei. xxj. Intrat dñs ieſus in ciuitatem anime per gratiam. et oẽs ſenſus et affectiones tũc mouentur per admirationem. Rationem aũt quare iſta quatuor ponũtur in iuſtificatione impij aſſignat. b. Tho. j. ij. q. cxiij. ar. vj. dicẽs. Iuſtificatio eſt quidaz motus quo aĩa mouetur a deo a ſtatu culpe ad ſtatum iuſtitie. In quolibet aũt motu quo aliquid ab altero mouetur. tria requiruntur. Primum eſt motus ipſius mouentis. Secũdo motus mobilis. Tertio cõſummatio motus ſiue peruẽtio ad finem. Ex parte igitur motionis diuine accipitur gratie infuſio. Ex parte liberi arbitrij moti accipiuntur duo motus ipſius ſm receſſum a termino a quo et acceſſuz ad terminũ ad quem. Cõſummatio autem ſiue puẽtio ad terminuz huius motus importatur in remiſſione culpe. In hoc eniz iuſtificatio cõſummatur. ſm illud Eſa. xxvij. Hic eſt omnis fructus vt auferatur peccatum.

¶ Quod requira- .§. i.

tur primuz ad iuſtificationẽ impij. patet per id qḋ ſcribit ad Roma. iij. c. Iuſtificati gratis per ſꝫ ad gr̃am ipſius. Hoc aũt ſic declarat be. Tho. j. ij. iuſtifi. q. cxiij. Homo peccãdo deuz offendit. Offenſa ratione aũt non remittitur alicui niſi propter hoc q aĩus ipſius re offenſi pacatur offendẽti. Et ideo peccatuz ſm quirit. hoc remitti dicitur. q deus nobis pacatur. Que quidẽ pax pſiſtit in dilectione qua deus nos diligit. Dilectio aũt dei quantũ eſt ex parte actus diuini eſt eterna et immutabilis. ſed quantum ad effectũ quem in nobis imprimit. õnq interrũpitur. prout. ſ. ab ipſo quãdoq deficimus. et qñq iterum recupamus. Effectus autem diuine dilectionis in nobis qui per peccatuz tollitur. eſt gr̃a qua homo fit dignus vita eterna. a qua peccatum mortale excludit. Et ideo non poteſt intelligi remiſſio culpe. niſi adeſſet gratie infuſio. Et quis ptingat aliquando apud hoĩes q vnus homo aliquẽ nec diligit nec odit: tamen ſi eum offendat q ei dimittat offenſam: hoc nõ põt ptingere niſi ex ſpeciali beniuolentia. Beniuolentia aũt dei ad hoĩem reparari dicitur per donum gratie. Et ideo lꝫ anteq̃ homo peccet poſſit eſſe ſine culpa et ſine gratia vt in ſtatu innocẽtie: tñ poſt peccatum non põt eſſe ſine culpa niſi per gr̃am habeat. Item q deus non imputet alicui peccatuz ſm illud. Beatus vir cui non imputauit dñs peccatum. importat quendam gratie effectũ in ipſo cui peccatum nõ imputatur. Qḋ enim alicui non imputetur peccatum a deo ex ſua dilectione procedit.

¶ Quod requira- §. ij.

tur ad iuſtificationem impij motus liberi arbitrij in deum qui eſt per fidem formatam: patet per illud qḋ dicit chriſtus Io. vj. Omnis qui audit a patre et didicit: venit ad me. Sed addiſcere non eſt ſine motu liberi arbitrij. Nam diſcens cõſentit docenti. Et q ille ſit motus fidei oſtendit apoſtolus ad Rom. v. di. Iuſtificati ex fide pacem habeamus ad deum. Primũ ſic declarat beatus Tho. vbi ſupra. arti. iij. Iuſtificatio impij fit a deo mouente hominem ad iuſtitiam. Deus autem mouet oĩa ſm modum ſuũ i. vniuſcuiuſq rei. Sicut videmus in naturalibus q aliter mouentur ab eo leuia: aliter grauia: propter diuerſam naturaz vtriuſq. Unde et homines mouet ad iuſtitiam ſm conditionẽ humane nature. Homo autez habet ſm ppriaz naturam q ſit liberi arbitrij. Et ideo in eo qui habet vſum liberi arbitrij non fit motio a deo ad iuſtitiaz abſq motu liberi arbitrij. Sed ita infundit donum gratie iuſtificantis q etiam ſimul cum hoc mouet liberum arbitrium ad donum gratie acceptãdum in his que ſunt motionis huius capaces. Unde q pueri in baptiſ-

Motus libi arbitrij ẽ regrit ad iuſtificatõez impij.

mo iuſtificent̄ ſine motu liberi arbitrij: hoc eſt q: nōdum ſunt capaces huius motus. Et ideo mouentur a deo ad iuſtitiam per ſolam informationem aīe ipſoꝝ. qđ non fit abſqꝫ ſacramēto baptiſmi. Et apte vt ſicut peccatum originale a quo iuſtificantur non ꝓpria voluntate ad eos peruenit ad carnalē originem. ita etiā per ſpūalem regenerationem a chriſto in eos gratia deriuatur. Et ꝙ Salomon dormiendo: vnde ⁊ ſine motu liberi arbitrij conſecutus ſit donum ſapiētie: vt patet. iij. Reguꝫ. iij. Dicēdum ꝙ non meruit nec accepit tunc ſapiētiaꝫ: ſed in ſomno declaratum eſt ei ꝙ propter precedens deſiderium daretur ei ſapientia. ¶ Eſt aūt iſte motus liberi arbitrij in deum qui repitur in iuſtificatione motus per fideꝫ. Et ratio eſt ſm be. Tho. vbi. ſ. art. iiij. quia deus mouet animam hominis in iuſtificatione cōuertendo eam ad ſeipſum. Unde dicitur in pſ. lxxxiiij. ſm aliam litterā. Deus tu ꝯuerſus viuificabis nos. Sed prima conuerſio mentis in deum fit per fideꝫ. ſm illud ad Hebre. xi. Accedētem ad deū oportet credere quia eſt. Et ideo motus fidei requiritur ad iuſtificationem. Requiritur aūt actus fidei in iuſtificatione quantuꝫ ad hoc ꝙ homo credat deum eſſe iuſtificatorem hominum per myſterium chriſti. ſm illud ad Romanos. iiij. Credēti ei qui iuſtificat impium: imputabitur ei ad iuſtitiam. Et quia motus fidei nō eſt perfectus niſi ſit charitate informatus. ideo in iuſtificatione impij cum motu fidei eſt etiam motus charitatis. Mouetur autem liberum arbitrium in deum ad hoc ꝙ ſe ei ſubijciat. Unde etiam concurrit ſimul ⁊ actus timoris filialis: ⁊ actus humilitatis. Contingit enim vnū ⁊ eūdem actum liberi arbitrij diuerſarum virtutū eſſe: ſm ꝙ vna imperat ⁊ alia imperatur: put actus eſt ordinabilis ad diuerſos fines.

mot⁹ fidei req̄rit ad iuſtificationē ⁊ charitatis.

¶ Requiritur ⁊ .§. iij.

deteſtatio pctī etiaꝫ requirit.

tertium in iuſtificatione: ſcilicet motus liberi arbitrij in peccatum deteſtandum. Juxta illud pſ. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino: ⁊ tu remiſiſti impietatem peccati mei. Unde etiam beatus Auguſti. Nemo poſtq̄ꝫ fuerit ſue volūtatis arbiter conſtitutus poteſt nouam inchoare vitam: niſi eum peniteat veteris vite. de peni. diſt. j. tres ſunt. Et hoc ſic declarat beatus Thom̄. vbi ſupra. articu. v. Juſtificatio impij eſt quidam motus quo mouet̄ humana mens a deo a ſtatu peccati in ſtatum iuſtitie. Sicut autem ſe habet corpus aliquod motum localiter ab aliquo mouente ad duos terminos: ſcilicet a quo ⁊ ad quem: ita ſe debet habere anima in motu iuſtificatiōis per liberum arbitrium. Sed in motu locali corporum manifeſtum eſt ꝙ ita ſe habet corpus motum ꝙ recedit a termino a quo: ⁊ accedit ad terminum ad quem. ita ⁊ mens humana cum iuſtificatur oportet ꝙ per motum liberi arbitrij recedat a peccato: ⁊ accedat ad iuſtitiam. Receſſus autem in motu liberi arbitrij intelligitur per deteſtationem: ſicut acceſſus intelligitur per deſiderium. Sic ergo oportet in iuſtificatiōe impij ꝙ ſit duplex liberi arbitrij motus. Unus quo tendat in dei iuſtitiaꝫ quaſi terminum ad quem. Alius quo tendat in deteſtationem peccati: vt terminum a quo recedit. ¶ Et ſi arguitur in contrarium ſic. Si in iuſtificatione requiritur motus liberi arbitrij ad deteſtationeꝫ peccati cum oporteat ſingula deteſtari. tunc requiritur magnuꝫ tempus ad recogitanduꝫ ſingula. cum tamen iuſtificatio fiat in inſtanti vt dicet̄. Reſpondet beatus Thomas. ꝙ in tempore precedente iuſtificationeꝫ: oportet ꝙ homo ſingula peccata que commiſit deteſtetur: quorum memoriam habet. Et ex tali conſideratione ꝑcedenti ſequuntur in anima quidam motus deteſtantes vniuerſaliter omnia peccata cōmiſſa. inter que etiam includuntur obliuioni tradita. Et quia vt dicitur de penitē. diſtinc. vij. Apud deum nullas patitur moras venie conuerſio. cum ſubito quis ꝯuertitur ⁊ iuſtificat̄. Debet tamen superueniens ſingula peccata recogitare ⁊ deteſtari. ſm Pe.

¶ Ex predictis .§. iiij.

tribus ſequitur quartum. ſcilꝫ peccatoꝝ remiſſio. que vtiqꝫ in inſtanti fit ſicut infuſio gratie. Unde glo. ſuper illud Actuuꝫ. ij. Factus eſt repente de celo ſonus tanquā aduenientis ſpiritus vehementis. dicit glo. Neſcit tarda molimina ſpiritusſancti gratia. Hoc auteꝫ ſic declarat beatus Tho. vbi ſupra. arti. vij. Tota iuſtificatio impij originaliter ꝯſiſtit in infuſione gratie. Per eam enim liberum arbitrium mouetur ⁊ culpa remittitur. Gratie autem infuſio fit in inſtanti abſqꝫ ſucceſſione. Cuius ratio eſt: quia ꝙ aliqua forma ſubito non imprimatur ſubiecto: contingit ex hoc ꝙ ſubiectum non eſt diſpoſitum: ⁊ agens indiget tēpore ad hoc ꝙ ſubiectuꝫ diſponat. Unde videmus ꝙ quia dyaphanum eſt ſubito diſpoſitū ad recipiēduꝫ lumen ſubito illuminatur a corpore lucido in actu. Dictum eſt auteꝫ ſupra. ꝙ deus ad hoc ꝙ gratiaꝫ infundat aīe: nō requirit aliquā diſpoſitionem niſi quam facit. Facit aūt hm̄ōi diſpoſitionē gratie. qn̄qꝫ quidē ſubito. qn̄qꝫ quideꝫ paulatim ⁊ ſucceſſiue. vt dictū eſt. ſ. Qđ enim agens naturale nō poſſit ſubito diſponē materiam. contingit ex hoc ꝙ aliqua indiſpoſitio eius quod reſiſtit in materia citius diſponit̄.

Cum igitur virtus diuina ſit īfinita: poteſt quātācunq̄ materiam creatam ad formam diſponere. ⁊ multo magis liberum arbitrium hōis cuius motus pōt eſſe inſtātaneus ſm naturam Sic igitur iuſtificatio impij fit a deo in inſtanti. Motus igit̄ liberi arbitrij in iuſtificatione concurrens eſt conſenſus ad deteſtandū pctm̄ ⁊ accedendum ad deum. qui quidem conſenſus ſubito fit. Cōtingit aūt ꝙ precedit aliq̄ deliberatio que non eſt de ſubſtātia iuſtificationis: ſed via in iuſtificationem: ſicut motus localis. eſt via ad illuminationem ⁊ alteratio ad generationem. Liberum etiā arbitriū in iuſtificatione ſil̄ deteſtatur pctm̄ ⁊ ꝯuertit ſe ad deū. Ideo enī deteſtat̄ peccatū quia eſt ꝯtra deum: ſicut corpus qđ mouetur ſimul recedit a termino a quo. ⁊ accidet ad terminum ad quem. Notandū ēt ꝙ q̄uis iſta quattuor ſint ſimul tempore: q̄m fiunt in inſtanti. ordine tñ nature gr̄e infuſio: que eſt cauſa oīm alioꝝ trium. eſt prior ſicut cā eſt prior effectu. ⁊ hoc ex parte dei iuſtificantis. Sꝫ ex parte hōis iuſtificati videt̄ prior remiſſio culpe q̄ infuſio gratie ordine nature. Datur exemplū in ſole. Nam ſol per ſuā lucē operatur ad remouendū tenebras. Et ex parte qdē ſolis prius eſt illuminare q̄ remouere tenebras. Ex parte aūt aeris illuminandi prius eſt purgare tenebras q̄ conſeq lumē ordine nature: q̄uis ſil̄ ſint tempore. Et ſꝫ hoc ītelligit̄ illud. b. Amb. xxxij. q. j. Cum renunciat̄ improbitati: ſtatim aſciſcit̄ virtutis. Egreſſus enī malicie virtutis operatur ingreſſū. Eodēq̄ ſtudio quo vitiū excludit̄: innocentia copulatur.

Juſtificatio impij ē maximū opꝰ dei ⁊ quomō

¶ Notandum au/ .§.v.

tem ꝙ iuſtificatio impij eſt maximū opus dei ſm magnitudinem eius quod fit: ⁊ eſt aliquo modo miraculoſum. ¶ Quantum ad primū aliquod opus dr̄ magnum ex parte modi agendi. ⁊ ſic opus creationis eſt maximū: in quo ex nihilo fit aliquid. Scđo modo dicit̄ magnum opus propter magnitudinem eius quod fit. Et ſꝫ hoc maius eſt opus iuſtificatiōis impij que terminat̄ ad bonū eternum diuine ꝑticipationis q̄ creatio celi ⁊ terre que terminat̄ ad bonū nature mutabilis. Et ideo cum dixiſſet Aug. ꝙ maius eſt ꝙ ex impio fiat iuſtus q̄ creare celū ⁊ terram. quaſi rōnem aſſignans ſubdit. Celū enim ⁊ terra tranſibit. Predeſtinatoꝝ autem ſalus iuſtificatio ꝑmanebit. Sciendum etiā ꝙ magnum qđ fit dr̄ aliquid dupliciter. Uno mō abſolute. Et hoc modo donum glorie eſt maiꝰ dono gratie iuſtificantis impium. Et ſic etiam ſanctorū glificatio eſt maius q̄ iuſtificatio impij. Alio modo dr̄ aliquid magnum q̄titate ꝓportionis. ſicut dicitur mons paruus ⁊ celum magnum. Et hoc modo donum gr̄e iuſtificantis impium. eſt maius q̄ donum bt̄ificantis iuſtū. quia plus excedit dignitatē impij: donū gr̄e qui impius erat dignus pena. q̄ donum gl̄e dignitatē iuſti. q ex hoc ipſo ꝙ eſt iuſtificatus eſt dignus gloria. vnde beatus Auguſt. ibidem dicit. Judicat qui poteſt. ¶ Utrū maius ſit angelos iuſtos creare q̄ impios iuſtificare. Certe ſi equalis eſt vtrunq̄ potentie: hoc tamē eſt maioris miſericordie. Unde ⁊ Pſal. cxliiij. Miſerationes eius ſuper oīa opa eius. Et ī collecta. Deus qui omnipotentiam tuā maxime parcendo ⁊ miſerando manifeſtas ⁊c. Et bonū gratie vnius eſt maius q̄ bonum nature vniuerſi. ¶ Quomodo autem ſit iuſtificatio miraculoſa ſic declarat beatus Thom. vbi ſupra arti. x. In operibus miraculoſis tria poſſunt inueniri. quorum vnum eſt ex parte potentie agentis. quia ſcilicet ſola diuina virtute fieri poſſūt. Et hoc modo tam iuſtificatio impij q̄ creatio mundi. ⁊ omne opus quod a deo ſolo fieri poteſt. poteſt dici miraculoſum. Secundo in quibuſdam operibus miraculoſis inuenitur ꝙ forma inducta eſt ſupra naturalem potentiam talis materie. Sicͬ ſuſcitatio mortui eſt ſupra naturalem potentiam talis corporis. Et quantū ad hoc iuſtificatio impij non eſt miraculoſa. qꝛ naturaliter anima eſt gratie capax: eo enim ꝙ facta eſt ad imaginem dei: eſt capax gratie. Tertio modo in operibus miraculoſis inuenītur aliquid preter ſolitum ⁊ conſuetum ordinē cauſandi effectum ſicut cum aliquis infirmus aſſequitur ſubito ſanitatem perfectam. preter ſolitum curſum ſanationis que fit a natura vel arte. Et quantum ad hoc iuſtificatio impij quādoq̄ eſt miraculoſa: quandoq̄ non. Eſt enim iſte cōmunis ⁊ conſuetus curſus iuſtificatiōis vt deo mouente interius animam. homo conuertatur ad deum. Primo quidem conuerſione imperfecta. ⁊ poſtea deueniat ad perfectum Unde dicitur de peniten. diſtinctio. ij. Nemo repente fit ſummus. ſed a minimis quiſq̄ inchoat vt ad maiora perueniat. Quandoq̄ vero tam vehementer deus animam mouet vt ſtatim quandam iuſtitie perfectionem aſſequatur ſicut fuit in conuerſione ſancti Pauli. adhibita etiam exterius miraculoſa proſtratione. Et ideo conuerſio Pauli: tanq̄ miraculoſa in eccleſia cōmemoratur celebriter.

Et q̄dā mō miraculoſum.

¶ De merito q eſt effectus gratie cooperātis. Capitulum ſeptimum.

quid ſit meritū vel merces.

Meritū hōis apud deum eſſe non poteſt: niſi ſꝫ preſuppoſitionē diuine ordinatiōis vt. ſ. id hō ꝯſequat̄ a deo ꝑ ſuā operationem

quaſi mercedez.ad qḋ ei deus virtutem operā
di deputauit.mouens ſeipſum ad agēduz per
liberum arbitriuz. Pro cuius declaratione di/
cit.b.Tho.j.ij.q.cxiij.ar.j.ꝙ meritum ꝛ mer/
ces ad idem referuntur. Id enim merces dici/
tur qḋ alicui recompenſatur pro precio operis
ſui vel laboris quaſi quoddā precium ipſius.
Unde ſicut reddere iuſtū precium pro re acce/
pta ab aliquo eſt actus iuſtitie.ita recompēſare
etiam mercedem laboris vel operis alicui⁹ eſt
actus iuſtitie. Juſtitia aūt eſt quedaz equalitas
Et ideo iuſtitia ſimplex eſt īter eos inter quos
eſt equalitas ſimpliciter. Sz inter eos inter qͦs
non eſt ſimpliciter equalitas.nō eſt etiam ſim/
pliciter iuſtitia.ſed ſm quid.i.quidaz modus
iuſtitie pōt eſſe. Sicut inter patrem ꝛ filiuz.vel
inter dñm ꝛ ſeruum nō eſt iuſtum ſimpliciter.
ſed quidam modus iuſtitie propter inequalez
diſtātiam eoꝝ. In his ergo in quibus eſt ſim/
pliciter ratio iuſti.eſt ꝛ ſimpliciter ratio merce/
dis ꝛ meriti. Sed in his in quibus non eſt ſim
pliciter ratio iuſti.ſed ſm quid.vt cōtingit in/
ter equale multum.vt.ſ.inter patrem ꝛ filiū ibi
non eſt ſimpliciter ratio meriti ꝛ mercedis.ſed
ſm aliquem moduz.inquātum.ſ.ibi ſeruaẜ ra/
tio iuſtitie aliquo modo.etſi nō perfecte. Et ſic
aliquid dicitur mereri filius a patre: ꝛ ſeruus
a dño. Manifeſtum eſt aūt ꝙ inter deum ꝛ ho
minem eſt maxima inequalitas:q2 in infinituz
diſtant:ꝛ totum qḋ eſt hoīs bonum eſt a deo.
Unde non pōt eſſe iuſtitia hoīs ad deū ex ſuis
opibus ſm abſolutam equalitatez:ſed ſm pro
portionem quandā.inquātum.ſ.quilibet ope/
ratur ſm modum ſuum. Modus aūt ꝛ menſu
ra vtutis humane eſt a deo in hoīe. Et vt dictū
eſt meritum hoīs apud deum eſſe non pōt:niſi
ſm preſuppoſitionem diuine ordinationis. Et
ex hoc ſequitur ꝙ deus ex opibus noſtris non
efficitur ſimpliciter debitor nobis:ſed ſibiipſi
inquantū debitum eſt vt ſua ordinatio implea
tur. Ordinauit enim ꝙ homo faciendo bona
opera per liberū arbitriuz.motū tamē per gra/
tiam ſuam:ꝯſequatur vitam eternā. Cuz enim
coronat merita nr̃a remunerat munera ſua:q2
ſ.ipſe dedit virtutem operandi gratis.

De⁹ ne/
mini eſt
debitor
abſolu/
te ꝛ ꝓpe

❡ De merito igi/ .§.i.

tur humano.ſciēdum primo ꝙ ſine gratia me
reri nullo modo homo pōt vitam eternā in in/
nocētia cōſtitutus. Ratio eſt ſm bea. Thom.j.
ij.q.cxiij.ar.ij.q2 ex inſtitutione diuine proui
dētie eſt vt nihil agat vltra virtutem ſuā. Sed
vita eterna eſt quoddā bonum excedens ꝓpor/
tionem nature create:ꝛ excedit cognitionem ꝛ
deſiderium eius.ſm illud.j.Cor.ij. Oculus
nō vidit nec auris audiuit nec in cor hominis

nec ſine
gr̃a me
reri pōt
vitā e/
ternam.

aſcēdit que preparauit deus diligētibus ſe. Et
inde eſt q᷑ nulla natura creata eſt ſufficiēs prin
cipiū actus meritorij vite eterne niſi addaẜ ali
quid diuinū ſupernaturale qḋ gratia dicitur.
Sed ſi in hoīe addaẜ peccatuz vt ꝯtingit in oī/
bus natura vitiata in Adam ſaltem per origi/
nale:nō pōt quis mereri ſeu actum meritoriuz
agere:niſi prius excludaẜ peccatū quod ſit per
gr̃am. Ad hoc pōt facere quod ait Greg.di.xl.
Quelibet occulta loca aīam ſine gratia ſaluare
nō poſſunt. Nam ꝛ Loth in ciuitate inter peſſi
mos ſodomitas iuſtus fuit.in monte peccauit
ſ.cum filiabus. Sed quid iſta dicimus cuz ma
iora nouerimus.quid iocūdius celo.quid ſecu/
rius paradiſo.ꝛ tñ Adam peccando de paradi
ſo expulſus eſt. Angelus de celo eiectus. Hec il
le.cum fuit in gratia nō fuit eiectus:ſed poſtea
eum per peccatū amiſit. ❡ In gratia aūt cōſti/
tutus mereẜ per opa ſua bona vitam eternā ex
ꝯdigno ex parte gratie. Ex cōgruo:ex parte li/
beri arbitrij. Pro cuius decla.dicit be.Tho.j.
ij.vbi.ſ.ar.iij. Opus meritoriū pōt dupliciter
ꝯſiderari. Uno modo ſm ꝙ procedit ex libero
arbitrio. Alio modo ſm ꝙ ꝓcedit ex gratia ſpi
ritusſancti. Si ergo ꝯſideretur ſm ſubſtantiaz
opis.vt ſm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio.ſic non
pōt ibi eſſe ꝯdignitas ꝓpter maximā inequali
tatem. Et ſm hoc dicebat apoſtolus Rom.viij.
Non ſunt ꝯdigne paſſiones huius tēporis ad
futuram gl̃iaz.ſ.quantū ad ſubſtātiam operis.
Sed eſt ibi ꝯgruitas ꝓpter quandā equalitatē
ꝓportionis. Cōgruum enim videẜ vt operanti
ſm ſuaz virtutē deus ſm excellentiā ſue virtu/
tis recōpenſet. Si aūt loquamur de opere me/
ritorio ſm ꝙ ꝓcedit ex gratia ſpūſſancti.ſic eſt
meritorium ex ꝯdigno. Sic enim valor meriti
attendiẜ ſm virtutez ſpūſſancti mouentis nos
in vitam eternam.ſm illud Joā.iiij. Fiet in eo
fons aque ſaliētis in vitam eternā. Attenditur
etiā preciuz opis ſm dignitatē gratie per quā
homo cōſors factus diuine nature adoptaẜ in
filiū dei. Cui debeẜ hereditas ex ipſo iure ado/
ptionis.ſm illud Rom.viij. Si filij ꝛ heredes.
Unde gratia ſpūſſancti etſi non ſit ſilis glie in
actu.eſt tñ ſilis in virtute.ſicut ꝛ ſemē arboris
in quo eſt virtus ad totam arborē. ❡ Notādū
etiam ſm bea.Tho.vbi ſupra.artic.v.ꝙ nemo
poteſt ſibi mereri primā gratiā.tum quia oī/
ne meritum repugnat gratie.j.q.j. Ait Leo pa
pa. Gratia ſi nō gratis datur gratia nō eſt.tum
q2 vt dictum eſt excedit ꝓportionē nature.tum
etiam q2 ante gratiā in ſtatu peccati homo ha/
bet impedimentū ꝓmerendi gr̃am.ſ.ipſuz pec
catum. Retractauit autē ante qḋ aliquando di
xerat.ſ.fidem eſſe ex nobis a deo.ꝛ ſic cōſequiẜ
primam gr̃am. Unde non pōt eſſe meritorius

quo me
rito hō
per opa
bōa me
reẜ vitā
eternā.

Nemo
pōt ſibi
mereri
vitā e/
nam

pꝛime gr̃e. Cum igit̃ dicit̃ ꝙ per fidem iuſtifi//
cat̃ homo. non ſic eſt intelligēdum ꝙ fides me
reatur iuſtificationē. ſ. credēdo. Sed dum iuſti
ficat̃ homo credit eo ꝙ motus fidei requiritur
ad iuſtificationē vt dictum eſt. Et qđ dicit̃ deus
dare gratiam nō niſi dignis. non ita intelligē/
dum eſt ꝙ pꝛius ipſi fuerint digni: ſed, deus fe
cit eos dignos.

ℭ Sciēdum etiam .§. ij.

Nō q̄re ſm be. Tho. vbi. ſ. art. vj. Quod nullus pōt al/
null⁹ pt teri mereri pmam gr̃am ex cōdigno niſi Chꝛi/
alíi me ſtus. Ratio eſt. qꝛ vnuſquiſqꝫ noſtruꝫ mouet̃ a
reri ex deo per donū gratie vt ipſe ad vitam eternam
ꝯdigno pueniat. Et ideo meritū ꝯdigni vltra iſtam mo
tionem nō ſe extēdit. Sed aīa chꝛiſti mota eſt a
deo per gr̃am. non ſolū vt ipſe pueniret ad vi/
tam eternā. ſed etiam vt alios induceret in glo
riam inquantū eſt caput ⁊ auctoꝛ ſalutis ſm il/
lud Heb. Qui multos filios in gl̃iam addure//
rat ⁊c̃. Sed merito ꝯgrui pōt quis mereri alte/
ri primā gr̃am. Quia enim homo in gratia cō
ſtitutus adimplet volūtatem dei. cōgruum eſt
ſm amicicie pportionē vt deus impleat volun
tatē eius in ſaluatione alterius. Licet poſſit ha
bere quoqꝫ impedimētum ex parte illius cuius
purificationē deſiderat. Et ſic intelligit̃ illa au/
ctoꝛitas Hiere. xvj. Si ſteterit Moyſes ⁊ Sa//
muel coꝛam me nō eſt aīa mea ad ppl̃m iſtum.
Erat enim impedimētū ex parte illoꝝ de pplo.

ℭ Gꝛatia eſt pꝛin/ .§. iij.

ꝙ hūa/ cipiuꝫ meriti principalius per charitatē q̄ꝫ per
n⁹ act⁹ alias virtutes. Unde Chꝛiſtus dixit Joā. xiiij.
hꝫ rōnē Siqs diligit me diliget̃ a patre meo. ⁊ ego di/
merēdi ligam eum. ⁊ manifeſtabo ei meipſum. qđ pti/
ex duo/ net ad vitaꝫ eternā. ſ. manifeſtatio dei. ℭ Pꝛo
bus. cuius declara. dicit be. Tho. vbi. ſ. art. iiij. Qđ
humanus actus habet rationē merēdi ex duo/
bus. vt dictū eſt. Pꝛimo ⁊ pꝛincipaliter ex diui
na oꝛdinatiōe. ſm ꝙ actus dicitur meritoꝛius
eſſe illius boni. ad qđ homo diuinitus oꝛdina
tur. Scđo vō ex parte liberi arbitrij inquātum
homo habꝫ pꝛe ceteris creaturis vt per ſe agat
volūtarie agēs. Et quātum ad vtrūqꝫ pꝛincipa
litas meriti penes charitatem cōſiſtit. Pꝛimo
enim ꝯſiderādum eſt ꝙ vita eterna in dei frui/
tione ꝯſiſtit. Motus autē humane mentis ad
fruitionē diuini boni eſt pꝛius actus charita/
tis per quem oēs actus aliaꝝ virtutum oꝛdinā
tur in hūc finem ſm ꝙ alie virtutes impantur
a charitate. ⁊ ideo meritū vite eterne pmo pti/
net ad charitatem. ad alias aūt virtutes ſecun/
dario ſm ꝙ eoꝝ actus impant̃ a charitate. Si/
militer manifeſtuꝫ eſt ꝙ id quod ex amoꝛe faci
mus. maxime volūtarie facimus. Unde etiam

ſm ꝙ ad rōnem meriti requiritur ꝙ ſit volūta
riū. pꝛincipaliter meritū charitati attribuitur.
ℭ Sciēdum etiaꝫ ꝙ nullus pōt ſibi mereri re/
parationem poſt lapſum: nec merito cōdigni:
nec merito ꝯgrui. Merito quidē ꝯdigni hoc
non pōt ſibi mereri. qꝛ ratio huius meriti pen/
det ex motione diuine gratie. que maxime in/
terrūpitur per ſequens peccatū. Meritū etiaꝫ
ꝯgrui quo quis meret̃ alteri penitētiam impe/
dit̃ ne cōſequat̃ effectum in eo cui quis meret̃.
Multo ergo magis impedit̃ talis meriti effi//
cacia ppter impedimētum qđ eſt etiā in eo qui
meret̃ ⁊ in eo cui meretur. Utrūqꝫ enim hoc in
vnaꝫ pſonam ꝯcurrit. Unde ſimpliciter homo
poſt lapſum non pōt ſibi mereri reparationeꝫ.
Unde Ezech. xviij. dicit̃. Si auerterit ſe iuſtus
a iuſtitia ſua ⁊ fecerit iniquitatem oēs iuſtitie
eius non recoꝛdabunt̃. Ubi bea. Greg. Cōſide/
rādum nobis eſt: qꝛ in ppetratione maloꝝ nul/
la debet eſſe fiducia bonoꝛuꝫ preteritoꝝ. de pe.
di. iiij. ℭ Notādum etiam ꝙ homo pōt mere/
ri augmētum gratie ⁊ charitatis in merito cō/
digni. ſm be. Tho. vbi. ſ. art. viij. Huius ratio
eſt. qꝛ vt dictum eſt. Illud cadit ſub merito ꝯdi
gni ad qđ motio diuine gratie ſe extēdit. Mo
tio autē alicuius mouētis nō ſolum ſe extēdit
ad vltimum terminū motus: ſed etiā ad totuꝫ
pgreſſum in motu. Terminus aūt motus gra/
tie eſt vita eterna. Pꝛogreſſus aūt in hoc motu
eſt ſm augmētum charitatis vel gratie. ſm il/
lud Pꝛouer. iiij. Juſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplen/
dens pcedit: ⁊ creſcit vſqꝫ ad pfectuꝫ diem qui
eſt gl̃ie. In quo verbo bea. Greg. ſuper Ezech.
In iuſtoꝝ aīo bonum deſiderium atqꝫ intelle/
ctus lucis intime iam pars diei eſt. Sed quia
vſqꝫ in finem vite in virtute pficiunt ad pfectū
diem tunc veniūt quādo ad regna celeſtia pdu
cti in ea luce quam deſiderāt iam minus aliqđ
non habebūt. de pe. diſtin. ij. non reuertebant̃.
ℭ Et ſciēdum ꝙ quolibet actu meritoꝛio me/ quolibꝫ
retur homo augmētuꝫ gratie. ſicut ⁊ gratie cō/ actu me
ſummationeꝫ. que eſt vita eterna. Sed ſicut vi/ ritoꝛio
ta eterna nō ſtatim reddit̃: ſed ſuo tēpoꝛe. ita ⁊ meret̃
gratia nō ſtatim auget̃ per quodlibet opus me hō aug
ritoꝛiū: ſed ſuo tēpoꝛe. cum. ſ. aliquis ſufficien/ mētum
ter diſpoſitus eſt ad augmētum gratie. ℭ Iteꝫ gratie.
nota ꝙ pſeuerātiam in bono vſqꝫ in finem nul
lus pōt mereri. Ratio eſt ſm. b. Tho. vbi. ſ. ar.
ix. quia iſta depēdet ſolum ex diuina motione
que eſt principiū oīs meriti. Sed deus gratis
donum pſeuerātie largitur quibuſcūqꝫ largit̃.
Nec obſtat quia pꝛo ea habēda oꝛamus quaſi
poſſimus eam mereri: qꝛ etiam que non mere/
mur: oꝛando impetramus. Nam ⁊ peccatoꝛes
deus exaudit: veniam nō merētes quam petūt
⁊ accipiunt. Alioquin fruſtra dixiſſet publica/

nus. Deus ꝓpitius eſto mihi peccatori. Simili
ter ꝙ pſeuerātie donum aliquis petendo a deo
īpetrat ſibi vel alijs. Quis nō cadat ſub merito.

De bonis tem- .§.iiij.

vtrū bona tpa/lia ca/dit ſub merito

poralibus quomodo cadant ſub merito. ſic de/
clarat beatus Thom. j. ij. q. vlti. articu. vlti. Id
quod cadit ſub merito eſt premiuȝ vel merces
quod habet rationem alicuius boni. Bonum
autem hominis eſt duplex. Unum ſimpliciter
aliud ſm quid. Simpliciter quidem bonū ho/
minis eſt vltimus finis. ſm illud ps. lxxij. Mi
hi adherere deo bonum eſt. Et per conſequens
omnia illa que ordinantur vt ducentia ad hūc
finem. ꝙ talia ſimpliciter cadūt ſub merito. Bo
num autem hominis non ſimpliciter ſed ſm
quid. eſt illud quod eſt ei bonū vt nunc. vel qꝺ
ei ſm aliquid eſt bonum. Et huiuſmodi nō ca/
dunt ſub merito ſimpliciter: ſed ſm quid. Se/

quō tpalia ca/dūt ſub merito

cūdum ergo hoc dicendum. ꝙ temporalia bo/
na prout ſunt vtilia ad opera virtutuȝ: quibus
perducimur ad vitam eternam. ſm hoc dire/
cte cadunt ꝙ ſimpliciter ſub merito. ſicut ꝙ aug
mentum gratie. ꝙ omnia illa quibus homo iu/
uatur ad beatitudinem poſt primam gratiam.
Titum enim dat deus iuſtis de bonis tempo/
ralibus ꝙ etiam de malis: quantuȝ eis expedit
ad perueniendum ad vitam eternam. ꝙ intan/
tum ſunt ſimpliciter bona huiuſmodi tempo/
ralia. Unde dicitur in ps. xxxiij. de timētibus
deum. Non deficient omni bono. Et alibi. Nō
vidi iuſtum derelictum. Si autem conſideren/
tur temporalia bona ſm ſe. ſic non ſunt ſimpli/
citer bona hominis: ſed ſm quid. Et ita nō ſim
pliciter cadūt ſub merito: ſed ſm quid. ſcilicet
inquantū homines mouentur a deo ad aliqua
temporaliter agenda: in quibus ſuum propoſi
tum conſequūtur deo fauente. vt ſicut vita eter
na eſt ſimpliciter premiū operuȝ iuſtitie per re
lationem ad motioneȝ diuinam vt dictuȝ eſt ſu
pra. ita temporalia bona in ſe cōſiderata habēt
rationem mercedis habito reſpectu ad motio/
nem diuinaȝ: qua voluntates hominū mouen
tur ad hec conſequenda. Licet interduȝ in his
homines non habeant rectam intentionem.
Cum autē dicitur Eccs. ix. Uniuerſa eque cun/
ctis eueniunt iuſto ꝙ impio bono ꝙ malo ꝛc̄.
Hoc verum eſt quantum ad ſubſtantiam bono
rum ꝙ malorum temporaliū: ſed non quantuȝ
ad finem. Nam per huiuſmodi boni manudu
cuntur in beatitudinem. non aūt mali. Item ꝙ
temporalia bona fuerint promiſſa in veteri le/
ge vt merces iuſtitie. vt patet Deuteronō. xviij.
Dicit beatus Auguſti. ꝙ in illis fuerunt figure
futurorum: ſcilicet ſpiritualium bonorum que
implentur in nobis.

Titulus. x. De donis ſpirituſſancti.

De ſeptem donis eiuſdem in communi. Capitulum primum.

Aſcendiſti in altuȝ
accepiſti captiuitatem dediſti dona
hoibus. ps: Nr̄a tn̄ tranſlatio hȝ.
Accepiſti dona hoibꝰ. Qꝺ pōt ex/
poni dupl̄r. Accepiſti tu xp̄e. de quo ꝓpe loquit̄
in hoibus. i. iter oēs ꝯſtitutos accepiſti. ſ. a deo
dona ſpirituſſancti. Uel dona que a te īfuſa in
aplis intenſoꝝ deſiderioꝝ accepiſti. accepiſti ex
quibꝰ miſiſti dona ſpirituſſancti copioſiſſime.
Sed ſequendo primā litterā quaȝ inducit apo
ſtolus ad Ephe. Aſcendit chriſtus in altuȝ. ab/
ſolute: quia in ſupremum locum celi empyrei:
quo nil altius. Uel in altum crucis cepit capti/
uitatem. i. multitudinem ſanctoruȝ: quam dia
bolus tenebat in limbo carceris obſcuri capti/
uam propter debitum originalis nondum ſo/
lutum. Et per crucem quideȝ de manibus eius
liberando. In aſcenſione autem cepit: ſcilicet
ſecum ducendo in celum: ꝙ in poſſeſſionem ce
li mittendo ſeu ponendo. Poſt quod dedit do
na hominibꝰ: ideſt apoſtolis dona ſpirituſſan/
cti. Unde beatus Augu. dicit. Que dona vtiqꝫ
ſpiritūſanctum: qui tale donum eſt: qualis eſt
ipſe. Uere magnus dn̄s ꝙ magna miſericordia
eius qui donum dat equale ſibi. Donum enim
eius ſpirituſſanctus eſt a quo dono increato ꝓ/
cedunt in plurali ſeptē dona data hominibus. enūeratio. vij. dono/rum. ſſ.
De quibus Eſa. xj. Requieſcet ſuper eum: ſcilȝ
chriſtum hominē. ꝙ etiam ſuper quodlibet mē
bruȝ chriſti myſtici. ſpūs dn̄i. i. gratia ſpūſſan/
cti. a qua fluunt dona ſiue v̄tutes infuſe. Spūs
ſapiētie ꝙ intellectus. ſpiritus conſilij ꝙ fortitu/
dinis: ſpūs ſcientie ꝙ pietatis. Et replebit eum
ſpiritus timoris dn̄i. Quamuis autem iſta do/
na ſpirituſſancti fuerint in omnibꝰ electis dei.
qui fuerunt in veteri teſtamento. tamen copio
ſius ꝙ vniuerſalius fuerunt data in nouo poſt
chriſti aſcenſionem apoſtolis. ꝙ ipſis predican
tibus per orbem alijs innumeris. Ubi etiam
notandum ꝙ gratia iſta ſeptiformis. i. ſeptem
donoruȝ: amittitur per quodlibet mortale pec
catuȝ. Et ideo ſtatutum fuit antiquitus. vt pro
q̄libet mortali imponeret penitentia ſeptēnis
vt patet. xxij. q. j. Predicandū. vt ſcilȝ ſicut per
peccatum abiecit a ſe ſeptiformē gratiaȝ ſpiri/
tuſſancti. ita per ſeptēnem penitētiam ſatiſfa/
ciat ꝙ recuperet eam. In cuius figurā habetur
ꝙ Maria ſuperbiens ꝙ murmurans ꝯtra moy/
ſen: infecta lepra ſtetit ſeptem diebus extra ca/
ſtra: ꝙ poſtea ſanata. Numeri. xij. Et hoc ponit̄
xxxiij. q. ij. hocipſum. §. ſequenti. in glo.

q̄re antiquitꝰ ſponebat̄ penitētia ſeptennis.

¶ Fuerunt autem .§.i.

Septez doña. ſſ. figura/ ta i ve. ⁊ in no. teſtō.

⁊ ſunt figurata iſta ſeptem dona multipliciter in veteri ⁊ nouo teſtamento. Dona enim ipſa p figura/ ut letificant ciuitatem eccleſie militantis. vel animã rõnalẽ adaptanf ſeptẽ ſeptenarijs. Primo quidem in ſeptem diebus quibus format⁹ eſt mundus. Sic mundus minor formaf vt ſit perfectus per iſtum ſeptenarium. Prima eniz dei facta eſt lux. ſignificans donum timoris. p quem incipit deuz efficaciter cognoſcere. quia initium ſapientie timor domini. Secunda die ſit firmamẽtũ diſtiguẽs aq̃s ab aqs. i. firmitas ſancte conuerſationis. per donum ſcie diſcer/ nens falſas doctrĩas ⁊ ſuaſiones ⁊ exempla ad malum. vt inferiores ab aquis ſuperiorib⁹ ve/ re doctrine ſuaſionis ⁊ exemplorũ. ¶ Tertia die arida ſegregata ab aquis. germinat viren/ tem herbam flores ⁊ fructus: quia ſegregatus hõ ab aquis falſarum opinionum de idolis ⁊ ſupſtitionibus. per pietatem colit verum deuz producens flores ſctõꝝ deſideriorum: herbas ſalutarium verborum ⁊ fructus opum miſeri/ cordie ⁊ pietatis in proximos ſubueniẽdo eis. Quarta die ſiunt luminaria magna. ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle per donum vz conſilij quo illuminatur ratio ſuperior circa diuina vt ſol. Ratio iferior vt luna circa tẽporalia. ⁊ omnes ſenſus ⁊ mo/ tus paſſionum vt ſtelle. Quinta die formantur piſces in aquis. ⁊ aues que ſuſtentantur in ae/ re. per donũ fortitudinis in aquis tribulatio/ num viuunt boni affectus ⁊ in tentationibus demonum in aere volitant cogitatus ad deuz reſiſtendo. Sexta die formantur beſtie cum ho mine cũ dominef eis. Et p donũ intellect⁹. hõ q eſt intellectiuũ animal hñs ſenſitiuã beſtialẽ dominatur paſſionibus. intelligens conditio/ nem ſuam. ⁊ ſcripturas hoc docentes. Demũ ſeptimo die requieuit deus ⁊ benedixit diei il li. Per ſpiritum enim ſapientie requieſcit mens in deo guſtans diuinam ſuauitatem ⁊ benedictionem eternam. Sicq̃ compleuit de/ us die ſeptimo ſeptiformi. ſcilicet gratia ⁊ do/ no ſpiritusſancti opus ſuum quod patrarat. Gen. j. hominem perfectione vltima.

¶ Significantur .§.ij.

Septez dona p ſeptem lucer/ nas i tẽ plo ar/ dentes figuran tur.

⁊ ipſa dona per ſeptez lucernas que in templo dñi ardebant. Ipſa illuminant mentez ad oia. precipue ad petitiones formandas in templo vbi ſiũt orõnes. vnde dicit apl̃us Ro. viij. Ipſe ſpirit⁹ poſtulat pro nobis. i. poſtulare nos facit. Nam per donum ſapientie quo guſtatur diui/ na bonitas. facit nos petere vt ſanctificetur no men eius. i. vt ab omnibus habeatur ſctm̃ ⁊ co gnoſcaf tanta bonitas diuina. Donũ intellect⁹ qui intelliguntur angelici ſpiritus ⁊ bona ſup ni regis. facit nos poſtulare vt adueniat regnũ illud in nobis. i. nos eamus ad illud. Donum conſilij inducit nos ad flagitandũ. vt fiat volũ tas dei. nõ ſolũ in mandatis eius adimpleaf. ſꝫ etiam in ꝯſilijs. Donũ pietatis vrget ad rogan dum pro pane gratie ⁊ ſubſtãtie temporalis neceſ/ ſarie ẽi. Panem noſtrum quoti. Donũ ſcie qḋ facit cognoſcere pct̃ã ꝓpria ⁊ defectus aliorũ ſupplicat pro remiſſione eoꝝ inquiens. Dimit te nobis debita no. ⁊c̃. Sed donũ fortitudinis q: intelligit ſine dei adiutorio nõ poſſe reſiſti tẽ tationibus dicit. Et ne nos induc̃. Non petit vt non tentetur. ſed ne vincatur. ſed fortiter reſi/ ſtat. Demum quia per timorez domini omnis declinat a malo: vt dicif Eccl̃i. j. ideo timor do/ mini ſanctus concludit. Sed libera nos a ma/ lo. mediante ſancto timore.

¶ Deſignantur ⁊ .§.iij.

Septez dõa ſpi/ ritusſan cti p ſe/ ptẽ fili/ os Job deſignã tur.

iſta ſeptẽ dona per ſeptẽ filios Job ſm Grego. in. j. c. ij. moral. qui faciebãt cõuiuia ſinguli p ſingulos dies hebdomade: qlibet in die ſua cũ ſororibus eoꝝ tribus: ⁊ in domo quadrangu/ lari. Paſcũt eñi mentẽ quã inhabitat ſpiritua/ li refectiõe. Et hoc ſimul cũ tribus ſororib⁹. i. tribus virtutibus theologicis: fide: ſpe: ⁊ cha/ ritate. ⁊ edificio ſpũali quadrãgulari formato in quatuor ṽtutibus cardinalibus. Prudentia iuſtitia: fortitudine: ⁊ tẽperantia. Unuſquiſq̃ facit conuiuiũ ſuũ: q: vnũquodq̃ donũ ex ſuo effectu reficit mõ ſpeciali mentez vbi eſt. Et di/ cit ſic. Sapiẽtia mẽtem de eternoꝝ ſpe ⁊ certi/ tudine reficit. Intellectus in eo ꝙ audita pene trat reficiendo. cor tenebras eius illuſtrat. Con ſiliũ ꝑcipitẽ eẽ ꝓhibet: ⁊ rõne a͡iũ replet. For titudo aduerſa nõ metuit: ⁊ ꝯfidentie cibos ap ponit. Sciẽtia in eo ꝙ ignorãtie nebulas ſupe rat: cibos in ventre mẽtis reponit. Pietas cor/ dis miſericordie viſcera opibus replet. Timor vero in eo ꝙ premit mẽtem ne de pñtibus ſup biat per cibos ſpei mentẽ cõfortat. hec. b. Gre go. i. j. moral. Et ſubdit oñdẽs quõ vnũ iuuaf per aliud: ⁊ ſic ſe inuicẽ reficiunt. Quõ etiã fa/ ciunt hominem bene diſpoſitum ꝯ ꝯria vitia: vt ſapientia deſtruat ſtulticiam: intellectus he/ betudinem: ſcientia ignorantiam: pietas duri/ tiam: conſilium precipitationez: fortitudo ma/ lum timorem: ⁊ timor preſumptionem.

¶ Hec dona ſunt .§.iiij.

Septez dõa ſpũ ritusſan cti ꝯtra ſeptem ſpũs ne quã. i. pctã.

ſeptem ſpũs miſſi in oẽm terrã ꝯtra ſeptez ſpi/ ritus nequã. De qbus dr̃ Matth. xij. Uadit. ſ. ſpũs immundus ⁊ aſſumit ſeptẽ ſpũs nequiores ſe: ⁊ ingreſſi habitant ibi. Donũ enim timoris expellit ſuperbiã: q: timor facit hoiez humilia

ri ei quẽ

ri ei quem timet. Donum pietatis expellit ſpiritum inuidie: que crudelis eſt. ꝛ non poteſt pati alios bona habere: ſed potius appetit ſui malum cum priori malo proximi. Spiritus ſcientie repellit ſpiritum ire: que impedit animū ne poſſit cernere veruʒ: ad qđ ſcientia attēdit. Spiritus conſilij fugat ſpiritum auaritie: que nec conſilia nec mandata dei ſinit implere: qui iubet vel conſulit pauperibus indigentibus ſubueniri: ſed ſibiipſi congregat totum. Spiritus fortitudinis illuminat ſpiritum triſtē accidie: que propter tedium laboris ſubterfugit viriliter bona operari infirmitate victus ſenſualitatis. Spiritus intellectus remouet ſpiritū gule que mentem offuſcat vt nil ſpirituale valeat intelligere: fumoſitatibus repleto cerebro. Tādem ſpiritus ſapientie obruit ſpiritum luxurie: que figens ſe in cadaueribus fetidis vt ibi paſcatur ad arcam eccleſie neſcit reuerti vt columba: vbi ſunt cibaria optima ꝛ ſuauiſſima. Et guſtata ſuauitate ſpiritus quod fit per ſapiētiam: deſipit omnis caro ait Bernardus. ideſt omnis delectatio carnalis.

Septē dōa ſpiritusſcti figurata per ſeptem colūnas.

¶ Hec ſeptem dona .§.v. ſpiritusſancti ſunt ſeptem colūne: de quibus dicitur Prouer. ix. Sapientia edificauit ſibi domum: excidit colūnas ſeptem. i. ſeptem dona ſpiritusſancti que ab ipſo procedunt ad firmandū domū conſcientie quā edificauit diuina ſapientia ad habitandum ibi. ꝛ correſpondent ſeptem verbis que ipſa ſapientia incarnata dixit in cruce docens hominem ad bene viuenduʒ. Nā verbum primum. ſ. pater dimitte illis: correſpondet dono cōſilij quo ſuggeritur homini non ſolum non facere vindictam de inimicis: ſed benefacere ꝛ orare pro eis. Secunduʒ verbum. ſ. hodie mecum eris in paradiſo. Lu c. xxiij. correſpondet dono ſapientie quo guſtantur bona paradiſi. Tertium verbum. ſ. mulier ecce filius tuus. Joā. xix. ad pietatem pertinet: que precipue parentibus puidet. Quartum verbum. ſ. deus deus meus vt qđ dereliquiſti me Mathei. xxvij. ad donuʒ fortitudinis reſpicit: quo etſi multum quis affligitur: non tñ deſcendit de cruce afflictionis: ſed ad deum recurrit petens ne derelinquatur. Quintum verbū: ſitio. Joā. xix. correſpondet dono ſciētie quo quis ſitit ſcire que ſue expediunt ſaluti. Sextum conſummatū eſt. Joā. xix. donum intellectus innocat quo intelliguntur que in ſcripturis figurata erant de filio hominis eſſe cōſummata. ideſt impleta. Ultimū autē v̄bum. Pater in manus tuas cōmendo ſpiritū meuʒ. Lu. xxiij. dono cōgruit timoris: quo vt bonus filius totū ſe ſubijcit ꝛ cōmittit deo. His verbis ꝛ donis quaſi ſeptem colūnis ſuſtentatur anima ne corruat.

Septē dōa ſpiritusſcti figurata p ſeptem mulieres.

¶ Hec dona ſunt .§.vi. ſeptem mulieres in figurā de quibus dr̄ Eſa. iiij. c. Apprehendent ſeptē mulieres virū vnū. dicentes. panē noſtruʒ comedemus ꝛ veſtimētis noſtris operiemur: tm̄ inuocet nomē tuum ſuper nos. Mulieres dicunt dona. non ꝓpter ſexū: ſed ꝓpter fecunditatē bonorū operū que producunt. Iſte apprehendēt virum vnū. ideſt xp̄m ſm beatū Hiero. perfectū in omni ſanctitate in quo pleniſſime quieuerūt. Iſta dona cū ſint habitus quidam cooperiūt ꝛ ornant aīam ac etiam habent ſecuʒ panē refectionis. Unde ꝛ ipſa dona figurantur etiam per ſepteʒ panes quibus xp̄s pauit turbas. Math. xv. Qui ſūt ſeptem beatitudines ptinentes ad doctrinam noui teſtamēti: quas xp̄s docuit diſcipulos in monte. Sicut quinqʒ panes hordeacei quibus altera vice pauit xp̄s quinqʒ milia hominuʒ in monte. Jo. vj. ſignificat doctrinaʒ veteris teſtamenti. quinqʒ ſcilʒ librorum moyſi: quam xp̄s frangens ꝛ ſpūaliter exponens fideles paſcit.

Per ſeptem panes hordeaceos.

Per donum eniʒ timoris habetur primus panis. ſ. paupertas ſpiritus. qꝛ per timoreʒ humiliatur qs ꝛ ſubijcit ſe deo timendo iudicia ei⁹. Per pietatem habetur ſcđs panis. ſ. mititatis. ideſt manſuetudinis. qꝛ per pietatem quam dicit Job eſſe cultum dei: homo miteſcit ꝛ fit māſuetus ad audiendū verbum dei: acquieſcens ſcripturis in his que ſunt ſupra rōneʒ. Per ſcientiam habetur tertius panis. ſ. beatitudo luctus. Qui enim addit ſcientiam: addit ꝛ dolorem. Eccl̄s. j. qꝛ ſciēs peccata ſua ꝛ pericula mūdi ꝛ miſerias hominum non pōt non lugere. Per donum fortitudinis habetur quartus panis. ſ. eſuries ꝛ ſitis iuſtitie. i. bonorū operum. Nam fortis propter deſiderium qđ habet ad virtuoſa opera (ꝛ hoc eſt eſuries ꝛ ſitis) maiora ſcilicʒ ꝛ minora opera ardua exponit ſe ad omnem laborem ꝛ viriliter ſuſtinet. Per donum conſilij habetur quintus panis: ſcilicet miſericordie. Hoc enim conſulit intus ſpiritusſanctus: vt miſericordiam exhibeat proximo ſpiritualem ꝛ corporalem: etiam vbi ex precepto non teneretur vt miſericordiam ipſe exinde cōſequatur. Per donum intellectus habetur ſextus panis: ſcilicet mundicie cordis. Nam vt ait ſaluator. Uos mundi eſtis propter ſermonem quē locutus ſum vobis. Jo. xiiij. Scriptura enim ſacra lecta ꝛ intellecta mundificat cor. Per donū ſapientie habetur ſeptimus panis. ſcilʒ pacis. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabuntur. Nam per ſapiētiam guſtatur ipſe chriſtus qui eſt pax noſtra: ꝛ inde cum omnibus querit pacem: ꝛ in omnibus requiem inuenit.

¶ Hec ſunt ſeptez. §. vij.

Figurā̄tur etiā per ſe ꝑtē oculos.

oculi ſuper lapidem vnum. i. xp̄m ⁊ quemlibȝ virum conſtantez: qui habēt nos illuminare ⁊ dirigere in ſacramētis ⁊ per ſacramēta ſeptem eccleſie. Quāuis enim gratia ſeptiformis recipiatur per quodlibet ſacramētum vel augeat̄: tamen qḋlibet donum pōt adaptari vni ſacramento. Per baptiſmum enim homo credēdo incipit timere deum offendere ⁊ eū reuereri. Per cōfirmationez roboratur in dono fortitudinis ad confitendum publice ſine erubeſcentia fidem xp̄i cum expedit. Per eucharistiam que dicitur ſacramētuȝ pietatis: donū pietatis exercetur pie credendo ⁊ colendo deum ſuuȝ in ea. Ad vere penitendum exigitur donū ſciētie: vt ſciat cognoſcere ⁊ diſcernē peccata ſua confiteri: ⁊ a quibus oporteat cauere. In ordine ſacro exercetur donum conſilij dum ipſum habētes ſeruant ꝯſilium caſtitatis. ⁊ alijs. ſcilȝ populo habent conſulere de his que expediūt ſaluti animarum ſuarum. Donum intellectus docet qui vtuntur ſacramēto matrimonij quātam rem ſpiritualem ſignificet: vt non vtantur eo ſicut equus ⁊ mulus quibus nō eſt intellectus: ſed ad prolem ſuſcipiendam: vel fornicationem vitandam in ſe vel conſorte. Per ſacramentuȝ extreme vnctionis preparatur anima magis ac magis ad fontem ſapiētie. vt relicto affectu preſentis vite. quemadmoduȝ ceruus deſiderat ad fontes aquaruȝ eterne ſapientie.

¶ De diſtinctionibus donorum ſpūſſancti a ꝟtutibꝰ infuſis: ⁊ de neceſſitate eoꝝ ⁊ ꝯnexiōe.

Capitulum. ij.

Dona ſpirituſſancti ſunt diſtincta realiter a virtutibus infuſis ⁊ neceſſaria ſunt oīa ad ſalutem. ⁊ ſunt quidaȝ habitus anime. Cōnexa ſunt adinuicem. ita ꝙ vnū non poteſt haberi ſine alio. Septē ſunt ⁊ non plura nec pauciora. Dignitas eorum attendit̄ ſ̄ʒ enumerationem. incipiendo tamē a ſuperioribus: ſcilȝ a ſapiētia. In patria remanent in btīs. Et comparando ea virtutibus nobiliora ⁊ perfectiora ſunt cardinalibus: ſed inferiora theologicis ꝟtutibꝰ. Hec oīa ſ̄ʒ be. Tho. j. ij. q. lxviij.

De varijs opinionibus ſuꝑ diſtinctione donoꝝ a ꝟtutibus infuſis.

¶ Quantum ad pri. §. i. mum ponit be. Tho. vbi ſupra varias ſuper h̄ opiniones. Aliqui enim dixerunt ꝙ dona non diſtinguuntur a virtutibus: ſed virtutes dicū tur inquātum perficiunt hominē ad bene operandum. Dona autem inquātum a deo cauſantur tales habitus. Alij vero dixerunt in h̄ differre virtutes a donis: quia dona perficiunt liberum arbitrium ſ̄m ꝙ facultas rationis. ſed virtutes perficiunt liberum arbitriū ſ̄m ꝙ eſt facultas voluntatis. Tertij dixerūt ꝙ dona differunt in hoc a virtutibus: qꝛ virtutes perficiunt hominem ad bene operandum: ſed dona ad reſiſtendum tentationibus. Quarti poſuerunt in hoc eſſe differentiam inter ea: qꝛ virtutes perficiunt hominem ad bene operandum ſimpliciter: ſed dona ad hoc ordinātur vt per ea conformemur chriſto. precipue quātum ad ea que paſſus eſt. Sed omnes iſtas opiniones reprobat be. Tho. j. ij. q. lxviij. ar. j. rationem aſſignans reprobationis. ibi potes videre. Et ponit ipſe quintuȝ modum dicendi quō differant. Dicit enim ꝙ ad diſtinguendum dona a virtutibus debemus ſequi modum loquēdi ſacre ſcripture. in qua traduntur nobis non ſub nomine donorum: ſed ſub noīe ſpūuȝ. Dicitur enim Eſa. xj. ¶ Requieſcet ſuper euȝ ſpiritus domini ſpūs ſapientie ⁊c̄. Ex q̄bus nobis manifeſte datur intelligi ꝙ iſta dona ſeptem enumerantur ibi ſ̄m ꝙ ſunt in nobis ab inſpiratione diuina. Inſpiratio autem ſignat quandam motionem ab exteriori. Eſt enim conſiderandū ꝙ in homine eſt duplex principium motiuuȝ. Unum interius qḋ eſt ratio. Aliud exterius qḋ eſt deus: vt dictum eſt. Et etiam ph̄s hoc dicit in lib. de bona fortuna. Manifeſtum eſt auteȝ ꝙ omne qḋ mouetur opȝ eſſe proportionatum motori. ⁊ hec eſt perfectio mobilis inquantum mobilis diſpoſitio qua diſponit̄ ad hoc ꝙ bene moueatur a ſuo motore. Quāto eniȝ motor eſt altior tanto neceſſe eſt ꝙ mobile ei ꝓportionetur perfectiori diſpoſitione. Sicut videmus ꝙ perfectius opȝ diſcipulū eſſe diſpoſitum ad capiendum altiorem doctrinaȝ a magr̄o. Manifeſtum eſt autem ꝙ virtutes humane perficiunt hominēȝ ſ̄m ꝙ eſt natus moueri per rationēȝ in his que interius vel exterius agit. Opȝ ergo ineſſe homini altiores virtutes ſ̄m quas ſit diſpoſitus ad hoc ꝙ diuinitus moueat̄. Et iſte perfectiones vocantur dona. nō ſoluȝ quia infundunt̄ a deo. ſed qꝛ ſ̄m ea homo diſponit̄ vt efficiatur prompte mobilis ab inſpiratione diuina. ſicut dꝛ Eſa. l. Dn̄s aperuit mihi aurez. ego āt non ꝯdico. Et ph̄s dicit in li. de bona fortuna. ꝙ his que mouent̄ per inſtinctū diuinū: non expedit conſiliari ſ̄m rationē humanaȝ: ſed ꝙ ſequantur interiorē inſtinctū: qꝛ mouentur a meliori principio ꝙ̄ſ ſit ratio humana. Et hoc eſt qḋ quidā dicunt ꝙ dona perficiunt homineȝ ad altiores actus ꝙ̄ſ ſint actus ꝟtutum.

¶ Qḋ autem dona noīentur a gre. in. j. mora. vel ab alijs aliqn̄ ꝟtutes. h̄ ideo eſt: qꝛ hn̄t in ſe cōem rationeȝ virtutis: ſed vltra h̄ eſt in eis aliquid ſuperueniēs cōi rationi virtutis. inq̄ſtuȝ

Dona aliquā do nominantur virtutes.

ſcilz ſunt q̄dam virtutes diuine pficientes ho/
minem inquãtum eſt a deo motus. Uñ ⁊ phs
in.vij. Ethi. ponit vltra cões aliam quãdã vtu/
tem diuinam ſeu heroicã: ſm quaz aliqui viri
mouentur. vñ ⁊ ipſe be. Greg. in.j. moza. diſti/
guit dona a virtutibus. Qḋ autem ſapientia ⁊
ſcientia ponanꝭ a doctozibus virtutes intelle/
ctuales. ⁊ foztitudo mozalis virtus. Dicenduz
ꝙ cum iſta ſumunꝭ ſm ꝙ pcedunt ex iudicio
rõnis tunc non ſunt dona. ſed dona ſunt predi
cta ſm ꝙ p ea operaꝭ hõ ex inſtinctu diuino.

Quantum ad ſe/ .§.ij.

Dona ſunt ne cēſſaria — cundũ. ſ. ꝙ dona iſta ſint neceſſaria ad ſalutem
pbatur: qꝛ ſupzemũ donozũ ⁊ infimuz ſunt ne
ceſſaria. ergo ⁊ inter media. Nã dicitꝭ de ſapiẽ
tia. Sap. vij. Neminem diligit deus niſi q cuz
ſapientia habitat vel gradiꝭ. Et de timoꝛe diciꝭ
Eccli. j. Sine timoꝛe dñi nemo poterit iuſtifica
ri. ergo ⁊ alia neceſſaria. Hoc autez ſic declarat
Tho. vbi. ſ. ar. ij. Ratio hoĩs qua hõ operatur
perficiꝭ a deo dupliciter. Primo naturali ratio
ne. ſ. ſm lumẽ naturale rõnis. Secundo ſupna
turali pfectione. ſ. per v̇tutes theologicas. Iſta
tñ ſcḋa pfectio habeꝭ q̄ſi impfecte. impfecte. n.
cognoſcimus ꝗ deũ. ⁊ impfecte diligimus. Il
lud aũt qḋ habet imperfecte foꝛmã aliquã vel
virtutem nõ põt per ſe opari niſi ab altero mo/
ueaꝭ. ſicut luna in qua eſt impfecte natura lu/
cis nõ illuminat niſi illumĩata a ſole ⁊ diſcipu
lus in medicina nõ per ſe medicaꝭ niſi edoctꝰ
a magro. Quãuis ꝗ rõ ſm ꝙ eſt aliqualr ⁊ im/
perfecte illumĩata per v̇tutes theologicas mo
ueat ad vltimum finem ſupnaturalem nõ ſuffi
cit tñ iſta motio rõnis. niſi deſuper adſit inſtin
ctus ⁊ motio ſpũſſancti. ſz illud Ro. viij. Qui
ſpiritu dei aguntur hi ſũt filij dei. ꝙ ſi filij dei.
⁊ heredes. Et illḋ ps. cxlij. Spũs tuus bonus
deducet me in terram rectam. qꝛ ſcilz ad here/
ditatem illius terre nullus põt puenire niſi du
catur a ſpũſancto per iſta bona ſua. Non ꝗ ita
perficitur hõ per virtutes theologicas ⁊ moꝛa
les in oꝛdine in vltimum finẽ. quin ſemp indi/
geat moueri quodaz ſupioꝛi inſtinctu ſpiritus
ſancti. Unde ⁊ v̇tutes excedũt quãtum ad mo
dum opandi. inquãtum. ſ. hõ per dona moueꝭ
ab altioꝛi pncipio. Quãuis etiã per v̇tutes hõ
multa cognoſcat ⁊ poſſit vitijs reſiſtere. tamen
qꝛ rõni humane nõ ſunt oĩno cognita neqꝫ poſ
ſibilia. Et hoc ſiue accipiaꝭ rõ vt pfecta lumine
naturali: ſiue vt pfecta v̇tutibus theologicis.
Inde eſt ꝙ non põt q̄ztum ad oĩa repellere ſtul
ticiam: hebetudinẽ. ⁊ alia que ponit be. Greg.
in. ij. moꝛaꝭ. eſſe ꝯtra dona. Sz deus cuius po/
teſtati ⁊ ſciẽtie omnia ſubſunt ſua motiõe per
dona ſpũſſancti nos tutos reddit. ab omni ſtul
ticia per ſapiẽtiam: ab hebetudine per intelle/
ctuz: a pcipitationis vitio per ꝯſiliuz. a timoꝛe
malo per foꝛtitudinẽ: ab ignoꝛãtia per ſcienti
am: a duritia per pietatẽ: a ſupbia per timoꝛẽ.
Iſta enim vitia ponit be. Grego. ibi ꝯtrari do/
nis iſtis. Et ſic oñdunꝭ ipa dõa necĩa ad ſalutẽ

Quantuz ad ter/ .§.iij.

tiuz. ſ. ꝙ dona ſint habitus. pbaꝭ per ſ. q: xp̃s — Septez
loquens de ſpũſancto diſcipulis. ait Ioã. xiiij. — dona
Apud vos manebit ⁊ in vobis erit. ſz ſpiritus/ — ſunt ha
ſanctus nõ eſt in hoĩbus abſqꝫ donis eiꝰ. Mã — bitus.
ſio autem impoꝛtat pmanentiaz ⁊ firmitatẽ: ⁊
ſic denotat habituz qui eſt qualitas de difficili
mobilis a ſubiecto. Nõ aũt notat trãſitum ⁊ ſu
bitum motũ prout eſt paſſio vel actus. Sunt ꝗ
dona habitus quidam. Unde bea. Greg. in. ij.
moꝛaꝭ. dicit. ꝙ in illis donis ſine quibus ad vi
tam non peruenitur. ſpirituſſanctus ſemp ma/
net in electis. ſ. dum perſeuerant in gratia.

Quantum ad .§.iiij.

quartũ. ſ. quare ſint ſeptẽ. ⁊ quõ pficiant vires
anime. Sic declarat be. Tho. j. ij. q. lxiij. ar. iiij. — Septez
Dona ſunt q̄dam habitus pficiẽtes hoĩem ad — dõa. ſſ.
hoc ꝙ pꝛõpte ſequaꝭ inſtinctus ⁊ motus ſpũſ/
ſancti. Sicut v̇tutes moꝛales pficiunt vires ap
petitiuas ad obediẽdũ rõni. Sicut autez vires
appetitiue nate ſunt moueri per imperiũ ratio
nis: ita etiam oẽs vires humane nate ſunt mo
ueri per inſtinctum dei. ſicut a quadam ſupio/
ri potentia. Et ideo in omnibus viribus hoĩs
que poſſunt eſſe pꝛincipia humanoꝝ actuum
ſicut ſunt virtutes. ita etiam ſunt dona ſcilicet
in rõne ⁊ in vi appetitiua. Ratio autem eſt pꝛa
ctica ⁊ ſpeculatiua. Et in vtraqꝫ conſideraꝭ ap/
pꝛehenſio veritatis que ptinet ad inuentionez
⁊ iudicium de veritate. Ad appꝛehenſionez er
go veritatis ſpeculatiua ratio perficitur per in
tellectum. Pꝛactica per conſiliuz. Ad rectitudi
nem iudicij de re perficitur ſpeculatiua per ſa/
pientiam: pꝛactica per ſcientiaz. Appetitiua au
tem potẽtia perficitur q̄ztuz ad ea que ſunt ad
alteruz: per pietatem quantum ad ea que ſunt
ad ſeipſum. per foꝛtitudinem contra erroꝛem
periculoꝛum. Contra concupiſcentiaz vero de
lectabiliumꝰ perficitur per timoꝛez. Iuxta illḋ.
Confige timoꝛe tuo carnes meas. ideſt concu/
piſcentias carnales. Et ſic patet ꝙ dona ſe extẽ
dunt ad omnia. ad que extendunt v̇tutes mo/
rales. ſcilicet foꝛtitudo: iuſtitia: temperantia.
Et virtutes intellectuales. ſcilicet ſapientia: in — Ars q̄/
tellectus: ſcientia: pꝛudentia: ad quam ptinet — re non
conſilium. Ars autem etſi ſit virtus intellectua — põitur
lis. non tamen perficit hominem ad bene viuẽ — iter do
duz. ſed ad opera exterius. factibilia. q̄ trãſeũt — na.

cato:nec abſtinere a peccato. Sed nec poteſt ꝑ
ſe preparare ſe ad gratiam. Nec poſtq̄ eaꝫ con
ſecutus eſt:poteſt bonum facere ⁊ vitare pecca
tum ſine auxilio gratie:nec perſeuerare. Pōt
tamen ſine gratia cognoſcere veritatem multa
rum reruꝫ:⁊ facere aliqua bona naturalia:⁊ di
ligere deum ſuper omnia. ¶ Quantum ergo
ad primum ſcꝫ ꝙ ſine gratia gratum faciente
non poteſt homo omnis dei precepta implere.
Probatur per bea. Aug. qui dicit. Credere ſci
licet ꝙ poſſit quis mandata dei ſine gratia im
plere pertinet ad hereſim pelagianorum. Un/
de de conſecra. diſtin. iiij. dicitur. Placuit vt q
cunq̄ dixerit ideo nobis gratiam iuſtificatio/
nis dari:vt quod iubemur per liberum facere
arbitrium facilius poſſumus implere per gra
tiam tanq̄ etſi gratia non daretur. non quidē
facile:ſed tamen poſſumus ⁊ ſine illa implere
mandata diuina:anathema ſit. ¶ Pro cuius
declaratione dicit beatus Tho. j. ij. q. cix. arti.
iiij. ꝙ implere mandata legis contingit dupli/
citer. Uno modo quantum ad ſubſtantiaꝫ ope/
ris:vt ſcilicet homo operetur iuſta. fortia:⁊ alia
virtutum opera. Et hoc modo in ſtatu nature
integre potuit omnia mandata legis implere.
Alioquin non potuiſſet in ſtatu illo non pec/
care:cum non ſit aliud peccatum q̄ tranſgre/
di legem dei. Sed in ſtatu nature corrupte nō
poteſt implere omnia mandata ſine gratia ſa/
nante. Quod autem ait apoſtolus ad Roma.
ij. Gentes que legem non habent cum natura/
liter que legis ſunt implent:ipſi ſunt ſibi lex.
Intelligendum eſt ſm̄ bea. Auguſti. Gentes le
gem implere per naturam ad vitam ſcilicet et
reformatam gratia. Alio modo poſſunt imple
re mandata legis non ſolum quantum ad ſub/
ſtantiam operis:ſed etiam quantum ad modū
agendi vt ſcilicet ex charitate fiat. Et ſic nec
in ſtatu nature integre:nec in ſtatu nature cor/
rupte poteſt homo implere abſq̄ gratia man/
data dei. Unde bea. Aug. in li. de correptione
⁊ gratia:cuꝫ dixiſſet ꝙ ſine gratia:prorſus bo
num homines faciunt:ſubdit. non ſoluꝫ vt mi
niſtrante ipſa quod faciendum eſt ſciant. verū
etiam vt preſtante ipſa faciant cum dilectione
quod ſciunt. Indigent inſuper in vtroq̄ ſtatu
auxilio dei mouentis ad mandata implenda.
Nec eſt contra quod bea. Hiero. dicit. Maledi
ctus omnis qui dicit deum aliquid impoſſibi/
le precepiſſe. Sed impoſſibile videtur quod ꝑ
ſe homo facere non poteſt:vt mandata ſeruare
Nam id quod poſſumus cum auxilio diuino
non eſt nobis omnino impoſſibile. ſm̄ illud phi/
loſophi in. iij. ethi. Quod per amicos poſſu/
mus:aliqualiter per nos poſſumus. Unde et
beatus Hiero. ibi ſubdit. Sic fatemur liberuꝫ

ſine gr͞a nō pōt qs iple re precepta.

eſſe arbitrium noſtrum:vt dicamus ſemꝑ nos
diuino auxilio indigere.

¶ Quantum ad ſe/ .§. i.

nec mereri vitā etnā.

cundum punctum ſcꝫ ꝙ ſine gratia non poſſu
mus vitam eternam mereri:dicit apoſtolus ad
Rom. vj. Gratia dei vita eterna. Quod ideo di
citur ſm̄ glo. ibi. vt intelligamus deum ad vi/
tam eternam pro ſua miſeratione perducere.
Sic ergo exponitur. vita eterna nobis daſ gra
tia dei ideſt ſuo munere. Ratio huius eſt ſm̄
Tho. j. ij. q. cix. arti. v. quia actus perducentes
ad finem oportet fini eē proportionatos. Nul/
lus autem actus excedit proportionem princi
pij actus ſui. Et ideo videmus in naturalibus
ꝙ nulla res perficere poteſt effectum per ſuam
operationem qui excedat virtutem actiuā:ſed
ſolum poteſt producere per operationem ſuaꝫ
effectum ſue virtuti proportionatum. Uita au/
tem eterna eſt excedens porportionem huma/
ne nature. Et ideo homo per ſua naturalia nō
poteſt producere opera meritoria proportiona
ta vite eterne:ſed ad hoc exigitur altior virtus
que eſt virtus gratie. Et ideo homo ſine ea nō
poteſt mereri vitam eternam:ſed poteſt facere
opera perducentia ad aliquod bonum conna/
turale homini. ſicut laborare in agro:comede
re:bibere:habere amicum:⁊ huiuſmodi vt di
cit bea. Augu. Quod aūt dominus dicit. Mat
the. xix. Si vis ad vitam ingredi ſerua manda
ta. intelligendum eſt. voluntate ſua facere ope
ra meritoria. ita tamen ꝙ ipſa voluntas prius
preparetur ad hoc per gratiaꝫ:vt dicit beatus
Augu. Item ſi obijciatur ꝙ vita eterna eſt vlti/
mus finis hominis:ſed quelibet res naturalis
per ſua naturalia poteſt cōſequi fineꝫ ſuū ergo
multo magis homo qui habet altiora natura/
lia debet per ſe poſſe conſequi finem ſuum ſcꝫ
vitam eternam. Reſpondeo ꝙ hoc eſt verū de
fine cōnaturali rei. Sꝫ natura humana ex hoc
ꝙ eſt nobilior poteſt ad altiorem finem produ/
ci q̄ naturalem ſibi cuius eſt vita eterna. Sed
indiget altiori auxilio q̄ virtus naturalis ſua
ſit ſcilicet auxilio gratie.

¶ Quantum ad .§. iij.

tertium ſcilicet ꝙ non poteſt quis reſurgere a
peccato ſine auxilio gratie probatur ſic per bea
tum Thom. j. ij. q. cix. arti. vij. Peccatum tran/
ſit actu:ſed remanet reatu. ⁊ ideo non eſt idem
reſurgere a peccato quod ceſſare ab actu pecca
ti. ſed reſurgere a peccato eſt reparari hominē
ab his q̄ peccādo amiſerat. Incurrit autem ho detrim/
mo triplex detrimentum peccando ſcꝫ maculā
corruptionem naturalis boni:⁊ reatum pene.
Maculam quidem inquantum priuatur quis

Nec reſurgere a pctō.

Triplex ſcꝫ macul. tū incur rit hō ꝑ pctūm

decoꝛe gratie ex deformitate peccati. Bonum autem nature coꝛrumpitur inquantum natura hominis deoꝛdinatur voluntate hominis non ſubiecta deo. Hoc enim oꝛdine ſublato cõſequens eſt vt tota natura hominis peccantis inoꝛdinata remaneat. Reatus pene eſt: qꝛ peccando moꝛtaliter meretur damnationem eternam. Manifeſtum eſt autem ꝙ de ſingulis horum trium non repararetur niſi per deum. Cũ enim decoꝛ gratie proueniat ex illuſtratione diuini luminis. non poteſt talis decoꝛ in anima reparari niſi deo denuo illuſtrante. Unde requiritur habituale donum quod eſt gratie lumen. Similiter oꝛdo nature reparari non poteſt vt ſcilicet voluntas hominis ſubyciatur deo: niſi deo voluntatẽ hominis ad ſe trahente. Similiter ⁊ reatus pene eterne remitti non poteſt niſi a deo in quem eſt offenſa commiſſa. ⁊ qui eſt hominum iudex. Et ideo requiritur auxilium gratie. ⁊ quantum ad habituale donum: ⁊ quã tum ad interioꝛem dei motionem. Quod autẽ dicitur Ephe. v. Exurge a moꝛtuis ⁊ illuminabit te chꝛiſtus: non ſic eſt intelligendum ꝙ tota exurrectio a peccato precedat illuminationẽ gratie: ſed quia cum homo per liberum arbitrium a deo motum ſurgere conatur a peccato recipit lumen gratie iuſtificantis.

Quantum ad .§. iij.

quartum ſcʒ ꝙ ſine gratia non poteſt homo a peccato abſtinere: hoc ſic dclarat beatus Tho. j. ij. q. cix. arti. viij. De homine poſſumus loqui dupliciter. Aut ſm ſtatum nature integre: aut ſm ſtatum nature coꝛrupte. Et ſm ſtatum nature integre poterat homo ſine dono gratie habituali nõ peccare nec moꝛtaliter nec venialiter quia peccare nõ eſt aliud q̃ʒ recedere ab eo qđ eſt ſm naturam quod vitare homo poterat in ſtatu nature integre. non tamen hoc poterat ſine auxilio dei in bono conſeruantis quo ſubtracto ipſa etiam natura in nihilum decideret. Sed in ſtatu nature coꝛrupte idiget homo gratia habituali natura ſanante ad hoc ꝙ omnino a peccato abſtineat. Hec ſanatio primo fit in pꝛ ſenti vita ſm mentem appetitu carnali nondũ totaliter reparato. Unde apoſtolus in perſona hominis reparati dicit Roma. vij. Ipſe mente ſeruio legi dei: carne autẽ legi peccati. In quo quidem ſtatu poteſt homo abſtinere a peccato moꝛtali quod eſt in ratione. Non autem poteſt abſtinere ab omni peccato veniali pꝛopter coꝛruptionem inferioꝛis appetitus ſenſualitatis. Cuius motus ſingulos ratio repꝛimere poteſt ⁊ ex hoc habent rationem peccati ⁊ voluntarij Non autem omnes: quia dum vni reſiſtere nititur: foꝛtaſſis alius inſurgit. Et quia ratio nõ poteſt ſemper peruigil eſſe ad huiuſmodi motus vitando. Sic igitur anteq̃ʒ ratio hominis in qua eſt peccatum moꝛtale repararetur ꝑ gratiam iuſtificantem: poteſt ſingula peccata moꝛtalia vitare: ⁊ ſm aliquod tempus: quia nõ eſt neceſſe ꝙ cõtinuo peccet in actu. ſed ꝙ diu maneat abſq̃ʒ peccato moꝛtali eſſe non poteſt. Ut enim dicit Grego. ſuper Ezech. Peccatum qđ per penitentiam non diluitur: mox ſuo pondere ad aliud trahit. Et huius ratio eſt quia ſicut rationi ſubditur inferioꝛ appetitus. ita etiam ratio debet ſubdi deo: ⁊ in ipſo conſtituere finẽ ſue voluntatis. Per finem autem opoꝛtet ꝙ regulentur omnes actus humani ſicut per rationis iudicium regulari debẽt motus inferioꝛis appetitus. Sicut igitur inferioꝛi appetitu non totaliter ſubiecto rationi non poteſt eſſe quin inſurgant inoꝛdinati motus in appetitu ſenſitiuo: ita in ratione hominis deo non ſubiecta: conſequens eſt ꝙ inſurgant multe inoꝛdinationes in ipſis actibus rationis. Cum enim homo non habet coꝛ ſuum firmatum in deo: vt ꝓ nullo bono conſequendo vel malo vitando ab eo ſeparari velit occurrunt multa pꝛopter que ſequenda ⁊ vitanda homo recedit a deo pꝛecepta eius contemnendo: ⁊ ita peccat moꝛtaliter quia in repentinis homo operatur ſm finem pꝛeconceptum ⁊ habitum pꝛeexiſtentẽ. vt philoſophus dicit in. iij. ethi. q̃uis ex pꝛemeditatione rationis homo poſſit aliquid agere pꝛeter oꝛdinem finis pꝛeconcepti ⁊ pꝛeter inclinationem habitus. Sed quia hõ non põt ſemper eſſe in tali pꝛemeditatione non poteſt contingere vt diu permaneat quin operetur ſm conſequentiam voluntatis deoꝛdinate a deo: niſi cito per gratiam repararetur. Nec eſt contra quod dicit beatus Auguſtinus ſcilicet ꝙ nemo peccat in eo quod vitare non poteſt. Sed non poteſt ſine gratia peccatuʒ vitare. ergo ⁊c. quia poteſt homo vitare ſingulos actus peccatoꝛum: ſed non omnes niſi per gratiam. Et tamen quia ex eius defectu eſt ꝙ non ſit pꝛeparatus ad gratiam habendam: per hoc non excuſatur a peccato: quia ſine gratia peccatum vitare non poſſit.

Nec ab ſtineri a peccato

Quantum ad .§. iiij.

quintum ſcilicet ꝙ homo non poteſt ſe pꝛeparare ad gratiam per ſeipſum. oſtenditur per illud quod dicitur. Jo. vj. Nemo poteſt venire ad me niſi pr̃ qui miſit me traxerit euʒ. Hoc autem ſic dclarat. b. Tho. j. ij. q. cix. ar. vj. Duplex eſt pꝛeparatio voluntatis humane ad bonum. Una que pꝛeparatur ad bonum operandũ meritoꝛiũ ⁊ fruẽdũ deo. Et talis ꝓparatio volũtatis nõ põt eẽ ſine habituali dono gr̃e. qđ ſit pn

Nec ſe ꝓparari ad gr̃aʒ

cipium boni opis meritoꝝ. Alio modo pōt intelligi p̄paratio voluntatis humane ad cōsequendum ipsum donum hitualis grē. Ad hoc aūt ꝙ se p̄paret voluntas ad susceptionem huius doni hitualis grē: nō opoꝛtet p̄supponere aliquod aliud donū habituale in anima: q2 sic pꝛocederet in infinitum. sed opꝫ pꝛesupponere aliquod auxiliū dei gratuitum mouentis interius aīam seu inspirantis bonum ꝓpositū. His igitur duob' modis idigemus diuino auxilio ad bū opandum. Quod autē indigeam⁹ auxilio dei mouentis aīam: ostendit ex hoc ꝙ cum deus sit pꝛimū mouens simpliciter: ex eiꝰ motione est ꝙ oīa in ipsam conuertant ꝫ cōēꝫ intentionem boni p quā intendit vnūquodqꝫ assimilari deo ꝫm modū suum. Unde dionysius dicit in li. de di. no. ꝙ deus conuertit oīa ad seipsum. Sed homines iustos conuertit ad seipsum sicut in spālem finem quem intendūt: ꝛ cui cupiunt adherere vt bono ꝓpꝛio. ꝫ illud ps. lxxij. Mihi aūt adherere deo bonum est. Et iō ꝙ homo conuertaṫ ad deum: hoc non pōt esse nisi deo conuertente ipsum ad se. hoc aūt est pꝛepare se ad gratiam quasi ad deum cōuerti. Sicut ille qui hꝫ oculum auersum a lumine solis: p hoc se p̄pat ad recipiendū lumen solis ꝙ oculos suos conuertit versus solē. vñ pꝫ ꝙ non pōt se pꝛeparare ad lumen grē recipiendū nisi per auxilium grē interius mouentis. Nec est contra quod dr: Zach. j. conuertimini ad me ꝛ ego cōuertar ad vos. Conuerti non est aliud ꝙ̄ se ad grāꝫ pꝛepare. Unde videt ꝙ p se potest pꝛeparare se. alias q̄uo imperaret quod non esset in eius ptāte. Nam conuersio hominis ad deum fit per liberum arbitriū. Et ꝫm hoc hoi pꝛecipitur ꝙ se ad deum conuertat. Sed liberꝫ arbitrium ad deum conuerti non pōt nisi deo ad ipsū conuertente illū: ꝫ illud Hiere. xxxj. Conuerte me dñe ꝛ conuertar: quia tu es dñs deus meus. Unde cum dr hō facere quod in se est in pꝛepando se ad gratiam dicitur hoc esse in potestate hominis ꝫm ꝙ est motus a deo.

quid sit cōuerti ad deū.

¶ Quantum ad .§. v.

Existēs i gratia adhuc indiget auxilio gratie.

sextum. s. ꝙ consecutus iam grām habituale donum adhuc indiget auxilio grē pꝛout importat motionem interioꝛem dei ad bonū. Qđ sic dclarat beatus Tho. j. ij. q. cix. art. ix. Homo ad recte viuendum indiget dupli auxilio dei. Uno modo quantū ad donum habituale p qđ sanatur natura humana coꝛrupta p peccatū ꝛ sanata eleuatur ad faciendum opera vite eterne meritoꝛia que excedunt pꝛopoꝛtionem nature humane. Alio modo indiget auxilio grē vt moueatur ad agendum. Quantum igiṫ ad pꝛimum auxilium homo in grē exñs non indiget alio auxilio. s. gratie habitualis quasi alio habitu infuso. Sed quātū ad scđm auxiliū: vt s. moueat a deo ad recte agēdū: sic iam hñs habituale donū grē adhuc indiget tali auxilio. Et hoc ꝓpter duo. Pꝛimo ratione gñali ꝓpter hoc q2 nulla res creata pōt in quemcūqꝫ actū ꝓdire nisi vtute motionis diuine. Scđo ratione speciali ꝓpter ꝯditionē humane nature coꝛrupte. que lꝫ per grām sanet q̄ntum ad mentē: remanet tñ in ea coꝛruptio ꝛ imꝑfectio quantum ad carnē: per quā seruit legi peccati. vt dicit ad Roꝰ. vij. Remanet etiā quedā ignorantie obscuritas in intellectu ꝫm quā dicitur ad Rom. viij. Quid oꝛemus sicut opꝫ nescimus: ꝓpter varios enim rerū euētus. Et q2 etiā nosipsos non ꝑfecte cognoscimus: non possumus ad plenū scire quid nobis expediat. Et ideo necesse est nobis vt a deo dirigamur ꝛ ꝓtegamur qui oīa nouit ꝛ oīa pōt. Et ꝓpter hoc etiā renatis in filios dei per grām cōuenit dicere. Et ne nos inducas in tentationē. Et fiat volūtas tua sicut in celo ꝛ in terra ꝛc̄. que ꝑtinent in oꝛone dñica ad hoc ꝑtinentia. Nec ex hoc ꝙ post gratiā habituale donum acceptū indigeamus auxilio dei nos mouentis ad bonū: pōt ꝯcludi ꝙ tale habituale donū sit in vacuū: vel imꝑfecta gratia. q2 etiā in statu glie q̄n erit gratia cōsummata: hō diuino auxilio indigebit. ꝛ quantum ad hoc etiā imꝑfecta gratia hoc ostēdū in quantum hominem non totaliter sanat.

¶ Quātum ad se/ .§. vi.

ptimum. s. ꝙ in gratia ꝯstitutus indiget auxilio gratie: non quidē put est donum habituale ipsa gratia: sed pꝛout est auxiliū dei ꝓtegens hōiem. Quod bea. Tho. declarat sic. j. ij. q. cix. arti. x. Perseuerātia tripliciter dr. Uno modo put significat habitū mentis per quem homo firmiter stat ne moueat ab eo. qđ est ꝫm veritateꝫ per tristitias irruentes. Scđo modo pōt dici pseuerantia habitus quidā ꝫm quem homo habet ꝓpositū pseuerādi in bono vsqꝫ in finē. Et vtroqꝫ istoꝝ modoꝝ semp pseuerātia simul cum gratia infundit: sicut ꝛ cetere vtutes. Tertio modo dicit perseuerantia quedā bonitatis vsqꝫ ad finē vite. Et ad talem pseuerātiā habendam hō in grā ꝯstitutus nō indiget aliqua habituali gratia: sed diuino auxilio ꝫm ꝓtegente ꝛ dirigēte ꝯtra tētationū impulsus. Et ideo postqꝫ aliquis est iustificatus per grām necesse hꝫ petere ꝑdicte pseuerantie donū. vt. s. custodiat a malo vsqꝫ ad finē vite. Multis enim dat gratia quibus nō datur perseuerare in gratia.

¶ Quantum ad .§. vij.

octauū. s. ꝙ sine habituali dono gratie possu/

ſine gr̄a nō poſ/ſumus multa i[n]/tellige.

mus multa intelligere. ſed nō ſine auxilio dei mouētis intellectū. Quod ſic declarat.b. Tho. j.q.q.cix.ar.j. Sicut oēs motus corporales reducuntur in motum celeſtis corporis ſicut in p̄mum mouēs corporale. ita oēs motus tam corporales q̄ ſpūales reducūtur in primū mouēs ſimpliciter qđ eſt deus. Et ideo quantumcūq̄ aliqua natura corporalis vel ſpūalis ponaf perfecta. non pōt in ſuū actū p̄cedere: niſi moueatur a deo: que quidē motio eſt ſm ſue p̄uidētie rationē: non ſm neceſſitatē nature: ſicut motio corporis celeſtis. Nō ſolum autē a deo eſt oīs motio ſicut a primo mouēte: ſed ab ipſo etiam eſt oīs formalis perfectio. ſicut a primo actu.

¶ Sic igiſ actio intellectus ⁊ cuiuſcūq̄ entis creati depēdet a deo dupliciter. Uno modo inquātum h̄z formā per quam agit. Alio modo inq̄tum ab ipſo mouef ad agendū. Unaqueq̄ aūt forma indita rebus creatis a deo habet efficaciam reſpectu cuiuſdā effectus determinati. in quem pōt ſm ſuam p̄prietatē. Ultra aūt non pōt niſi per aliquā aliam formam ſupadditā. Sicut aqua nō pōt calefacere niſi calefacta ab igne. Sic igiſ intellectus humanus h̄z aliquā formam. ſ. ipſum intelligibile lumen. qđ eſt de ſe ſufficiēs ad quedam intelligibilia cognoſcēda: ad ea. ſ. in quorū noticiā per ſenſibilia poſſumus deuenire. Altiora vō intelligibilia intellectus humanus cognoſcere non pōt. niſi fortiori lumine gratie. vel p̄phetie qđ dicif lumē gratie inquantū eſt nature ſupadditum. Sic ergo dicēdum eſt q̄ ad cognitionē cuiuſlibet veri indiget homo auxilio diuino. vt ſcilicet intellectus a deo moueatur ad ſuum actū. Non aūt indiget ad cognoſcēdū veritatē in oībus noua illuſtratione ſupaddita naturali illuſtrationi. ſed in quibuſdā que excedunt naturalē cognitionem. ⁊ tamē quandoq̄ deus per ſuā gratiā miraculoſe inſtruit aliquos de his que per naturalē cognitionē haberi poſſunt. ſicut ⁊ quādoq̄ facit miraculoſe quidā que natura facere non pōt. Cum aūt dicitur q̄ omne verū a quocūq̄ dicaf eſt a ſpirituſancto. ſm Ambr. Intelligēdum eſt hoc ſm b. Tho. q̄ eſt a ſpirituſancto ſicut infundēte naturale lumen. ⁊ mouente ad intelligendū ⁊ loquēdum veritatem. non aūt ſicut inhabitante per gratiam gratū facientē. vel ſicut largiente habituale donum habere. ſuperadditum naturali lumini.

¶ Demum quā/ .§.viij.

tum ad volēdum vel faciendum bonum aliter indiget homo gratia in ſtatu nature corrupte. Aliter indiget in ſtatu nature integre. Nā in ſtatu nature integre indiget homo virtute gratuita ſuperaddita virtuti nature quantum ad vnum. ſ. ad operandū ⁊ volēdum bonū ſupernaturale. Sed in ſtatu nature corrupte quantū ad duo. ſ. vt ſanetur. ⁊ vlterius vt bonū virtutis operetur meritoriū. In vtroq̄ aūt ſtatu indiget homo auxilio diuino vt a deo moueatur ad volendum ⁊ agendū ſicut a primo mouente. Et ſicut vtroq̄ modo pōt intelligi illud Romanos. ix. Nō eſt volentis neq̄ currentis: ſed dei miſerentis. Uelle enī ⁊ operari meritorie eſt a deo mediante gratia ſua gratum faciente. Uelle autē ⁊ operari ea que ſunt nature vel artis. vt edificare: plantare: intelligere: ⁊ huiuſmodi. etiam in peccatoribus eſt a deo vt p̄mo motore omnium ad agendum.

¶ De effectu gratie operantis que eſt iuſtificatio impij. Capitulum ſextum.

Iuſtificatio impij q̄ eſt effectus gratie operātis dicitur a iuſtitia. Juſtitia aūt dicitur tripliciter ſm Tho. j.ij.q.cxiij.ar.j. Uno modo prout importat rectitudinem ordinantem actum hominis in cōparatione ad alium ſingularem hominē. Et ſic eſt iuſtitia particularis ⁊ virtus cardinalis. Secūdo modo prout ordinat ſm rectitudinē actū hominis in cōparatione ad bonum cōmune multitudinis. que dicitur iuſtitia legalis. Tertio modo dicitur iuſtitia ſm q̄ importat rectitudinem quandā hominis in diſpoſitione interioris hominis. prout. ſcilꝫ ſupremū hominis ſubijcitur deo. ⁊ inferiores vires anime ſubduntur ſupreme. i. rationi. Et hanc iuſtitiā philoſophus. v. Ethico. appellat metaphoricam. Ab hac igitur iuſtitia tertio modo ſumpta ſumitur iuſtificatio paſſiue accepta: ſcilꝫ pro fieri iuſtum. nō pro facere iuſtum. Et hoc etiam nō per modum ſimplicis generationis: quia ſic etiam poſſet cōpetere ei qui non eſſet in peccato. dum iuſtitiam acciperet a deo. ſicut Adam in principio accepit iuſtitiam originalis peccati. cum adhuc non haberet peccatum. ſed potuit peccare. Huiuſmodi iuſtificatio in homine includit rationem motus de contrario in contrariū. Et ſic iuſtificatio importat quādam tranſmutationē de iuſtitie ſtatu ad ſtatum iuſtitie predicte. Et de iſta iuſtificatione hic agitur. De qua ad Romanos. iiij. Ei autem qui nō operatur credēti autem in deum qui iuſtificat impium. Et ad Romañ. viij. Quos vocauit hos ⁊ iuſtificauit. ¶ In hac. n. iuſtificatione impij concurrūt quatuor per ordinem. ſimul quidē tēpore. etſi naturaliter ſeu ordine nature vnum precedat aliud videlicet. Gratie infuſio. Motus liberi arbitrij per fidē formatam in deum. Tertium eſt motus liberi arbitrij in peccati deteſtatione. Quartū eſt re/

q̄tuor ɔcurrūt ad iuſtificatōez impij.

miſſio culpe. Que ſm Pe. de tharātaſia in q̄rto notantur in v̄. iſto. etſi non dicto ordine. Cōmouiſti terram tuam. ſ. tu dñe. terram. i. peccatorē deditum terrenis. Et hoc mouēdo liberū arbitrium ſuū totum in te. vt. ſ. in te credat ⁊ te ſuper oīa amet. ideo cōmouiſti dñe. i. totū mouiſti. Et ſi oīs motus eſt a primo mouente deo. modo ſpeciali eſt hͦ motus ab eo. ad ſe eum cōuertendo qui prius erat auerſus. vnde Augu. ait. Qui fecit te ſine te. nō iuſtificabit te ſine te. vt. ſ. dirigente ad deum. ❡ Scđo dicit. Cōturbaſti eam. ſ. per motuȝ ſui arbitrij in deteſtationem peccati. de qua cōturbatione in alio pſal. vj. dicit. penitens ipſe. Aīa mea turbata eſt valde. Conturbaſti ait. i. totam ſimul turbaſti dolore cōpunctionis. Oportet enim penitētem aſſe be. Aug. de pe. di. vj. de omni peccato dolere ſimul. alīs non eſſet penitens: ſi volūtarie permaneret in aliquo: nō iuſtificaretur. ❡ Tertiū eſt peccati remiſſio qđ ibi notatur. Sana cōtritiones eius. Aīa enim eſt contrita in malam partē. i. quaſi tota deſtructa: fracta minutatim in diuerſas affectiones per peccatum. Quādo quis habet magnā febrem. vel aliam infirmitatē: totum corpus videtur tritum ⁊ fractuȝ. Et ſic per peccatuȝ aīa grauiter infirmata mirabiliter debilitata eſt ⁊ quaſi fracta inepta ad quodcunq̧ bonū. Sed cum peccatuȝ remittit: ſanatur. ps. Qui ſanat oēs infirmitates tuas: ⁊ moduȝ premittit. Qui ꝓpitiat oībus iniquitatibus tuis. ❡ Quartuȝ eſt gratie infuſio vnde iſta omnia ꝓcedunt. qđ notat cum dicit. Quia cōmota eſt. ſ. a te per illuminationem gratie. Unde in figuram. Cum intrauit ieſus hieroſolymā cōmota eſt vniuerſa ciuitas dicēs. Quis eſt hic? Mathei. xxj. Intrat dñs ieſus in ciuitatem anime per gratiam. ⁊ oēs ſenſus ⁊ affectiones tūc mouentur per admirationem. Rationem aūt quare iſta quatuor ponūtur in iuſtificatione impij aſſignat. b. Tho. j. ij. q. cxiij. ar. vj. dicēs. Iuſtificatio eſt quidaȝ motus quo aīa mouetur a deo a ſtatu culpe ad ſtatum iuſtitie. In quolibet aūt motu quo aliquid ab altero mouetur. tria requiruntur. Primum eſt motus ipſius mouentis. Secūdo motus mobilis. Tertio cōſummatio motus ſiue peruētio ad finem. Ex parte igitur motionis diuine accipit gratie infuſio. Ex parte liberi arbitrij motu accipiuntur duo motus ipſius ſm receſſum a termino a quo ⁊ acceſſuȝ ad terminū ad quem. Cōſummatio autem ſiue ꝑuētio ad terminuȝ huius motus importatur in remiſſione culpe. In hoc eniȝ iuſtificatio cōſummatur. ſm illud Eſa. xxvij. Hic eſt omnis fructus vt auferatur peccatum.

❡ Quod requira- .§.i.

tur primuȝ ad iuſtificationē impij. patet per id qđ ſcribit ad Roma. iij. c. Iuſtificati gratis per grām ipſius. Hoc aūt ſic declarat be. Tho. j. ij. q. cxiij. Homo peccādo deuȝ offendit. Offenſa aūt non remittit alicui niſi propter hoc q̧ aīus ipſius offenſi pacatur offendēti. Et ideo peccatuȝ ſm hoc remitti dicit. q̧ deus nobis pacatur. Que quidē pax ꝯſiſtit in dilectione qua deus nos diligit. Dilectio aūt dei quantū eſt ex parte actus diuini eſt eterna ⁊ immutabilis. ſed quantum ad effectū quem in nobis imprimit. q̄nq̧ interrūpitur. prout. ſ. ab ipſo quādoq̧ deficimus. ⁊ q̄nq̧ iterum recupamus. Effectus autem diuine dilectionis in nobis qui per peccatuȝ tollit. eſt grā qua homo fit dignus vita eterna. a qua peccatum mortale excludit. Et ideo non poteſt intelligi remiſſio culpe. niſi adeſſet gratie infuſio. Et q̄uis ꝯtingat aliquando apud hoīes q̧ vnus homo aliquē nec diligit nec odit: tamen ſi eum offendat q̧ ei dimittat offenſam: hoc nō pōt ꝯtingere niſi ex ſpeciali beniuolentia. Beniuolentia aūt dei ad hoīem reparari dicit per donum gratie. Et ideo lȝ anteq̄ȝ homo peccet poſſit eſſe ſine culpa ⁊ ſine gratia vt in ſtatu innocētie: tñ poſt peccatum non pōt eſſe ſine culpa niſi per grām habeat. Item q̧ deus non imputet alicui peccatuȝ ſm illud. Beatus vir cui non imputauit dñs peccatum. importat quendam gratie effectū in ipſo cui peccatum nō imputatur. Qđ enim alicui non imputetur peccatum a deo ex ſua dilectione procedit.

Gr̄e infuſio ad iuſtificationē requirit.

❡ Quod requira- §.ij.

tur ad iuſtificationem impij motus liberi arbitrij in deum qui eſt per fidem formatam: patet per illud qđ dicit chriſtus Ioā. vj. Omnis qui audit a patre ⁊ didicit: venit ad me. Sed addiſcere non eſt ſine motu liberi arbitrij. Nam diſcens cōſentit docenti. Et q̧ ille ſit motus fidei oſtendit apoſtolus ad Rom. v. di. Iuſtificati ex fide pacem habeamus ad deum. Primū ſic declarat beatus Tho. vbi ſupra. arti. iij. Iuſtificatio impij fit a deo mouente hominem ad iuſtitiam. Deus autem mouet oīa ſm modum ſuū. ſ. vniuſcuiuſq̧ rei. Sicut videmus in naturalibus q̧ aliter mouentur ab eo leuia: aliter grauia: propter diuerſam naturaȝ vtriuſq̧. Unde ⁊ homines mouet ad iuſtitiam ſm conditionē humane nature. Homo autē habet ſm ꝓpriaȝ naturam q̧ ſit liberi arbitrij. Et ideo in eo qui habet vſum liberi arbitrij non fit motio a deo ad iuſtitiaȝ abſq̧ motu liberi arbitrij. Sed ita infundit donum gratie iuſtificantis q̧ etiam ſimul cum hoc mouet liberum arbitrium ad donum gratie acceptādum in his que ſunt motionis huius capaces. Unde q̧ pueri in baptiſ-

Mot⁹ libi arbitrij ⁊ regrit ad iuſtificatōez impij.

mo iuſtificent ſine motu liberi arbitrij: hoc eſt
qꝛ nōdum ſunt capaces huius motus. Et ideo
mouentur a deo ad iuſtitiam per ſolam infor/
mationem aīe ipſoꝝ. qđ non fit abſqꝫ ſacramē/
to baptiſmi. Et apte vt ſicut peccatum origina
le a quo iuſtificantur non ꝓpria voluntate ad
eos peruenit ad carnalē originem. ita etiā per
ſpūalem regenerationem a chriſto in eos gra/
tia deriuatur. Et ꝙ Salomon dormiendo: vn/
de ⁊ ſine motu liberi arbitrij conſecutus ſit do
num ſapiētie: vt patet. iij. Regū. iij. Dicēdum
ꝙ non meruit nec accepit tunc ſapiētiaʒ: ſed in
ſomno declaratum eſt ei ꝙ propter p̄cedens
deſiderium daretur ei ſapientia. ¶ Eſt aūt iſte
motus liberi arbitrij in deum qui reꝗritur in iu
ſtificatione motus per fideʒ. Et ratio eſt ſm̄ be.
Tho. vbi. ſ. art. iiij. quia deus mouet animam
hominis in iuſtificatione cōuertendo eam ad
ſeipſum. Unde dicitur in ps. lxxxiiij. ſm̄ aliam
literā. Deus tu ꝯuerſus viuificabis nos. Sed
prima conuerſio mentis in deum fit per fideʒ.
ſm̄ illud ad Hebre. xj. Accedētem ad deū opor

mot' fi/ dei req/ rit ad iuſtifi/ catione ⁊ chari tatis.

tet credere quia eſt. Et ideo motus fidei requi/
ritur ad iuſtificationem. Requiritur aūt actus
fidei in iuſtificatione quantū ad hoc ꝙ homo
credat deum eſſe iuſtificatorem hominum per
myſterium chriſti. ſm̄ illud ad Romanos. iiij.
Credēti ei qui iuſtificat impium: imputabitur
ei ad iuſtitiam. Et quia motus fidei nō eſt per/
fectus niſi ſit charitate informatus. ideo in iu/
ſtificatione impij cum motu fidei eſt etiam mo
tus charitatis. Mouetur autem liberum arbi
trium in deum ad hoc ꝙ ſe ei ſubijciat. Unde
etiam concurrit ſimul ⁊ actus timoris filialis:
⁊ actus humilitatis. Contingit enim vnū ⁊ eū
dem actum liberi arbitrij diuerſarum virtutū
eſſe: ſm̄ ꝙ vna imperat ⁊ alia imperatur: put
actus eſt ordinabilis ad diuerſos fines.

¶ Requiritur ⁊ .§. iij.

deteſta/ tio pcti etiaʒ re quirit.

tertium in iuſtificatione: ſcilicet motus liberi
arbitrij in peccatum deteſtandum. Juxta illud
ps. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam
meam domino: ⁊ tu remiſiſti impietatem pec/
cati mei. Unde etiam beatus Auguſti. Nemo
poſtqꝫ fuerit ſue volūtatis arbiter conſtitutus
poteſt nouam inchoare vitam: niſi eum penite
at veteris vite. de peni. diſt. j. tres ſunt. Et hoc
ſic declarat beatus Thom̄. vbi ſupra. articu. v.
Juſtificatio impij eſt quidam motus quo mo/
uet humana mens a deo a ſtatu peccati in ſta/
tum iuſtitie. Sicut autem ſe habet corpus ali/
quod motum localiter ab aliquo mouente ad
duos terminos: ſcilicet a quo ⁊ ad quem: ita ſe
debet habere anima in motu iuſtificatiōis per
liberum arbitrium. Sed in motu locali corpo

rum manifeſtum eſt ꝙ ita ſe habet corpus mo/
tum ꝙ recedit a termino a quo: ⁊ accedit ad
terminum ad quem. ita ⁊ mens humana cum
iuſtificatur oportet ꝙ per motum liberi arbi/
trij recedat a peccato: ⁊ accedat ad iuſtitiam.
Receſſus autem in motu liberi arbitrij intelli/
gitur per deteſtationem: ſicut acceſſus intelli/
gitur per deſiderium. Sic ergo oportet in iu/
ſtificatiōe impij ꝙ ſit duplex liberi arbitrij mo
tus. Unus quo tendat in dei iuſtitiaʒ quaſi ter/
minum ad quem. Alius quo tendat in deteſta/
tionem peccati: vt terminum a quo recedit.
¶ Et ſi arguitur in contrarium ſic. Si in iu/
ſtificatione requiritur motus liberi arbitrij ad
deteſtationeʒ peccati cum oporteat ſingula de/
teſtari. tunc requiritur magnuʒ tempus ad re/
cogitanduʒ ſingula. cum tamen iuſtificatio fi/
at in inſtanti vt dicet. Reſpondet beatus Tho/
mas. ꝙ in tempore p̄cedente iuſtificationeʒ:
oportet ꝙ homo ſingula peccata que commi/
ſit deteſtetur: quorum memoriam habet. Et ex
tali conſideratione ꝑcedenti ſequuntur in ani/
ma quidam motus deteſtantes vniuerſaliter,
omnia peccata cōmiſſa. inter que etiam inclu
duntur obliuioni tradita. Et quia vt dicitur de
penitē. diſtinc. vij. Apud deum nullas patitur
moras venie conuerſio. cum ſubito quis ꝯteri/
tur ⁊ iuſtificat. Debet tamen ſuperuiuens ſin/
gula peccata recogitare ⁊ deteſtari. ſm̄ Pe.

¶ Ex p̄dictis .§. iiij.

tribus ſequitur quartum. ſcilʒ peccatoꝝ remiſ/
ſio. que vtiqꝫ in inſtanti fit ſicut infuſio gratie.
Unde glo. ſuper illud Actuuʒ. ij. Factus eſt re/
pente de celo ſonus tanquā aduenientis ſpiri/
tus vehementis. dicit glo. Neſcit tarda moli/
mina ſpiritusſancti gratia. Hoc auteʒ ſic decla/
rat beatus Tho. vbi ſupra. arti. vij. Tota iuſti
catio impij originaliter ꝯſiſtit in infuſione gra
tie. Per eam enim liberum arbitrium moue/
tur ⁊ culpa remittitur. Gratie autem infuſio fit
in inſtanti abſqꝫ ſucceſſione. Cuius ratio eſt:
quia ꝙ aliqua forma ſubito non imprimatur
ſubiecto: contingit ex hoc ꝙ ſubiectum non
eſt diſpoſitum: ⁊ agens indiget tēpore ad hoc
ꝙ ſubiectuʒ diſponat. Unde videmus ꝙ quia
dyaphanum eſt ſubito diſpoſitū ad recipiēduʒ
lumen ſubito illuminatur a corpore lucido in
actu. Dictum eſt auteʒ ſupra. ꝙ deus ad hoc ꝙ
gratiaʒ infundat aīe: nō requirit aliquā diſpo/
ſitionem niſi quam facit. Facit aūt hmōi diſpo
ſitionē gratie. qñqꝫ quidē ſubito. qñqꝫ quideʒ
paulatim ⁊ ſucceſſiue. vt dictū eſt. ſ. Qđ enim
agens naturale nō poſſit ſubito diſponē mate/
riam. contingit ex hoc ꝙ aliqua indiſpoſitio
eius quod reſiſtit in materia citius diſponit.

Cum igitur virtus diuina ſit īfinita: poteſt quā ſicunqȝ materiam creatam ad formam diſponere. ⁊ multo magis liberum arbitrium hoīs cuius motus pōt eſſe inſtātaneus ſm naturam Sic igitur iuſtificatio impij fit a deo in inſtanti. Motus igit̄ liberi arbitrij in iuſtificatione concurrens eſt conſenſus ad deteſtanduȝ pctm̄ ⁊ accedendum ad deum. qui quidem conſenſus ſubito fit. Cōtingit aūt ꝙ precedit aliq̄ deliberatio que non eſt de ſubſtātia iuſtificationis: ſed via in iuſtificationem: ſicut motus localis. eſt via ad illuminationem ⁊ alteratio ad generationem. Liberum etiā arbitriū in iuſtificatione ſil̄ deteſtatur pctm̄ ⁊ ꝯuertit ſe ad deū. Ideo enī deteſtat̄ peccatū quia eſt ꝯtra deum: ſicut corpus qđ mouetur ſimul recedit a termino a quo. ⁊ accidet ad terminum ad quem. Notanduȝ ēt ꝙ q̄uis iſta quattuor ſint ſimul tempore: qm̄ fiunt in inſtanti. ordine tn̄ nature gr̄e infuſio: que eſt cauſa oim̄ alioꝝ trium. eſt prior ſicut cā eſt prior effectu. ⁊ hoc ex parte dei iuſtificantis. Sȝ ex parte hoīs iuſtificati videt̄ prior remiſſio culpe q̄ȝ infuſio gratie ordine nature. Datur exemplū in ſole. Nam ſol per ſuā luceȝ operatur ad remouendū tenebras. Et ex parte qdē ſolis prius eſt illuminare q̄ȝ remouere tenebras. Ex parte aūt aeris illuminandi prius eſt purgare tenebras q̄ȝ conſeq lumē ordine nature: q̄uis ſil̄ ſint tempore. Et ſȝ hoc itelligit̄ illud. b. Amb. xxxij. q. j. Cum renunciat̄ improbitati: ſtatim aſciſcit̄ virtutis. Egreſſus enī malicie virtutis operatur ingreſſuȝ. Eodēqȝ ſtudio quo viciū excludit̄: innocentia copulatur.

Juſtificatio impij ē maximū opꝰ dei ⁊ quomō

Notandum autem .§.v.

Notandum autem ꝙ iuſtificatio impij eſt maximuȝ opus dei ſm magnitudinem eius quod fit: ⁊ eſt aliquo modo miraculoſum. Quantum ad primuȝ aliquod opus dr̄ magnum ex parte modi agendi. ⁊ ſic opus creationis eſt maximū: in quo ex nihilo fit aliquid. Scđo modo dicit̄ magnum opus propter magnitudinem eius quod fit. Et ſȝ hoc maius eſt opus iuſtificatiōis impij que terminat̄ ad bonuȝ eternum diuine pticipationis q̄ȝ creatio celi ⁊ terre que termiāt̄ ad bonū nature mutabilis. Et ideo cum dixiſſet Aug. ꝙ maius eſt ꝙ ex impio fiat iuſtus q̄ȝ creare celū ⁊ terram. quaſi rōnem aſſignans ſubdit. Celuȝ enim ⁊ terra tranſibit. Predeſtinatoꝝ autem ſalus iuſtificatio pmanebit. Sciendum etiā ꝙ magnum qđ fit dr̄ aliquid dupliciter. Uno mō abſolute. Et hoc modo donum glorie eſt maiꝰ dono gratie iuſtificantis impium. Et ſic etiam ſanctoruȝ glificatio eſt maius q̄ȝ iuſtificatio impij. Alio modo dr̄ aliquid magnum q̄titate ꝓportionis. ſicut dicitur mons paruus ⁊ celum magnum. Et hoc modo donum gr̄e iuſtificantis impium. eſt maius q̄ȝ donum brificantis iuſtuȝ. quia plus excedit dignitatē impij: donū gr̄e qui impius erat dignus pena. q̄ȝ donum glīe dignitatē iuſti. q ex hoc ipſo ꝙ eſt iuſtificatus eſt dignus gloria. vnde beatus Auguſt. ibidem dicit. Judicat qui poteſt. Utruȝ maius ſit angelos iuſtos creare q̄ȝ impios iuſtificare. Certe ſi equalis eſt vtriuſqȝ potentie: hoc tamē eſt maioris miſericordie. Unde ⁊ Pſal. cxliiij. Miſerationes eius ſuper oīa opa eius. Et ī collecta. Deus qui omnipotentiam tuaȝ maxime parcendo ⁊ miſerando manifeſtas ⁊c̄. Et bonū gratie vnius eſt maius q̄ȝ bonum nature vniuerſi. Quomodo autem ſit iuſtificatio miraculoſa ſic declarat beatus Thom. vbi ſupra arti. x. In operibus miraculoſis tria poſſunt inueniri. quorum vnum eſt ex parte potentie agentis. quia ſcilicet ſola diuina virtute fieri poſſūt. Et hoc modo tam iuſtificatio impij q̄ȝ creatio mundi. ⁊ omne opus quod a deo ſolo fieri poteſt. poteſt dici miraculoſum. Secundo in quibuſdam operibus miraculoſis inuenitur ꝙ forma inducta eſt ſupra naturalem potentiam talis materie. Sic̄ ſuſcitatio mortui eſt ſupra naturalem potentiam talis corporis. Et quantuȝ ad hoc iuſtificatio impij non eſt miraculoſa. qr̄ naturaliter anima eſt gratie capax: eo enim ꝙ facta eſt ad imaginem dei: eſt capax gratie. Tertio modo in operibus miraculoſis inuenitur aliquid preter ſolitum ⁊ conſuetum ordinē cauſandi effectum ſicut cum aliquis infirmus aſſequitur ſubito ſanitatem perfectam. preter ſolitum curſum ſanationis que fit a natura vel arte. Et quantum ad hoc iuſtificatio impij quandoqȝ eſt miraculoſa: quandoqȝ non. Eſt enim iſte cōmunis ⁊ conſuetus curſus iuſtificatiōis vt deo mouente interius animam. homo conuertatur ad deum. Primo quidem conuerſione imperfecta. ⁊ poſtea deueniat ad perfectum Unde dicitur de peniten. diſtinctio. ij. Nemo repente fit ſummus. ſed a minimis quiſqȝ inchoat vt ad maiora perueniat. Quandoqȝ vero tam vehementer deus animam mouet vt ſtatim quandam iuſtitie perfectionem aſſequatur ſicut fuit in conuerſione ſancti Pauli. adhibita etiam exterius miraculoſa proſtratione. Et ideo conuerſio Pauli: tanq̄ȝ miraculoſa in eccleſia cōmemoratur celebriter.

Et q̄ddam modo miraculoſum.

De merito q eſt effectus gratie cooperātis. Capitulum ſeptimum.

MEritūȝ hoīs apud deum eſſe non poteſt: niſi ſȝ preſuppoſitionē diuine ordinatiōis vt. ſ. id hō ꝯſequat̄ a deo ꝑ ſuaȝ opationem

quid ſit meritū vl̄ merces.

quaſi mercedez.ad qḋ ei deus virtutem operā
di deputauit.mouens ſeipſum ad agēduz per
liberum arbitriuz.Pro cuius declaratione di/
cit.b.Tho.j.ij.q.cxiiij.ar.j.ꝙ meritum ⁊ mer/
ces ad idem referuntur.Jd enim merces dici/
tur qḋ alicui recompenſatur pro precio operis
ſui vel laboris quaſi quoddā preciū ipſius.
Unde ſicut reddere iuſtū precium pro re acce/
pta ab aliquo eſt actus iuſtitie.ita recompēſare
etiam mercedem laboris vel operis alicui⁹ eſt
actus iuſtitie.Juſtitia aūt eſt quedaz equalitas
Et ideo iuſtitia ſimplex eſt īter eos inter quos
eſt equalitas ſimpliciter.Sȝ inter eos inter q̄s
non eſt ſimpliciter equalitas.nō eſt etiam ſim/
pliciter iuſtitia.ſed ſm quid:i.quidaz modus
iuſtitie pōt eſſe.Sicut inter patrem ⁊ filiuz.vel
inter dñm ⁊ ſeruum nō eſt iuſtum ſimpliciter.
ſed quidam modus iuſtitie propter inequalez
diſtātiam eoꝝ.Jn his ergo in quibus eſt ſim/
pliciter ratio iuſti.eſt ⁊ ſimpliciter ratio merce/
dis ⁊ meriti.Sed in his in quibus non eſt ſim
pliciter ratio iuſti.ſed ſm quid.vt cōtingit in/
ter equale multum.vt.ſ.inter patrem ⁊ filiū ibi
non eſt ſimpliciter ratio meriti ⁊ mercedis.ſed
ſm aliquem moduz.inquātum.ſ.ibi ſeruaſ ra/
tio iuſtitie aliquo modo.etſi nō perfecte.Et ſic
aliquid dicitur mereri filius a patre:⁊ ſeruus
a dño.Manifeſtum eſt aūt ꝙ inter deum ⁊ ho
minem eſt maxima inequalitas:q: in infinituz
diſtant:⁊ totum qḋ eſt hoīs bonum eſt a deo.
Unde non pōt eſſe iuſtitia hoīs ad deū ex ſuis
opibus ſm abſolutam equalitatez:ſed ſm pro
portionem quandā.inquātum.ſ.quilibet ope/
ratur ſm modum ſuum.Modus aūt ⁊ menſu
ra v̄tutis humane eſt a deo in hoīe.Et vt dictū
eſt meritum hoīs apud deum eſſe non pōt:niſi
ſm preſuppoſitionem diuine ordinationis.Et
ex hoc ſequitur ꝙ deus ex opibus noſtris non
De⁹ ne/ efficitur ſimpliciter debitor nobis:ſed ſibiipſi
mini eſt inquantū debitum eſt vt ſua ordinatio impleaº
debitor tur.Ordinauit enim ꝙ homo faciendo bona
abſolu/ opera per liberū arbitriuz.motū tamē per gra/
te ⁊ ppe tiam ſuam:ↄſequatur vitam eternā.Cuz enim
coronat merita nr̄a remunerat munera ſua:q:
ſ.ipſe dedit virtutem operandi gratis.

De merito igi/ .§.i.

tur humano.ſciēdum primo ꝙ ſine gratia me
nec ſine reri nullo modo homo pōt vitam eternā in in/
gr̄a me nocētia cōſtitutus.Ratio eſt ſm bea.Thom̄.j.
reri pōt ij.q.cxiiij.ar.ij.q: ex inſtitutione diuine proui
vitā e/ dētie eſt vt nihil agat vltra virtutem ſuā.Sed
nam. vita eterna eſt quoddā bonum excedens ꝓpor/
tionem nature create:⁊ excedit cognitionem ⁊
deſiderium eius.ſm illud.j.Cor.ij.Oculus
nō vidit nec auris audiuit nec in cor hominis

aſcēdit que preparauit deus diligētibus ſe.Et
inde eſt ꝙ nulla natura creata eſt ſufficiēs prin
cipiū actus meritorij vite eterne niſi addaſ ali
quid diuinū ſupernaturale qḋ gratia dicitur.
Sed ſi in hoīe addaſ peccatuȝ vt ↄtingit in oī/
bus natura vitiata in Adam ſaltem per origi/
nale:nō pōt quis mereri ſeu actum meritoriuȝ
agere:niſi prius excludaſ peccatū quod fit per
gr̄am.Ad hoc pōt facere quod ait Greg.di.xl.
Quelibet occulta loca aīam ſine gratia ſaluare
nō poſſunt.Nam ⁊ Loth in ciuitate inter peſſi
mos ſodomitas iuſtus fuit.in monte peccauit
ſ.cum filiabus.Sed quid iſta dicimus cuȝ ma
iora nouerimus.quid iocūdus celo.quid ſecu/
rius paradiſo.⁊ tñ Adam peccando de paradi
ſo expulſus eſt.Angelus de celo eiectus.Hec il
le.cum fuit in gratia nō fuit eiectus:ſed poſtea
cum per peccatū amiſit.Jn gratia aūt cōſti/ quo me
tutus mereſ per opa ſua bona vitam eternā ex rito hō
ↄdigno ex parte gratie.Ex cōgruo:ex parte li/ per opa
beri arbitrij.Pro cuius decla.dicit be.Tho.j. bōa me
ij.vbi.ſ.ar.iij.Opus meritoriū pōt dupliciter reſ vitā
ↄſiderari.Uno modo ſm ꝙ procedit ex libero eternā.
arbitrio.Alio modo ſm ꝙ ꝓcedit ex gratia ſpi
ritusſancti.Si ergo ↄſideretur ſm ſubſtantiaȝ
opis.vt ſm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio.ſic non
pōt ibi eſſe ↄdignitas ꝓpter maximā inequali
tatem.Et ſm hoc dicebat apoſtolus Rom̄.viij.
Non ſunt ↄdigne paſſiones huius tēporis ad
futuram gl̄iaȝ.ſ.quantū ad ſubſtātiam operis.
Sed eſt ibi ↄgruitas ꝓpter quandā equalitatē
ꝓportionis.Cōgruum enim videſ vt operanti
ſm ſuaȝ virtutē deus ſm excellentiā ſue virtu/
tis recōpenſet.Si aūt loquamur de opere me/
ritorio ſm ꝙ ꝓcedit ex gratia ſpūſſancti.ſic eſt
meritorium ex ↄdigno.Sic enim valor meriti
attendiſ ſm virtutez ſpūſſancti mouentis nos
in vitam eternam.ſm illud Joā.iiij.Fiet in eo
fons aque ſalientis in vitam eternā.Attenditur
etiā preciuȝ opis ſm dignitatē gratie per quā
homo cōſors factus diuine nature adoptaſ in
filiū dei.Cui debeſ hereditas ex ipſo iure ado/
ptionis.ſm illud Rom̄.viij.Si filij ⁊ heredes.
Unde gratia ſpūſſancti etſi non ſit filiis gl̄ie in
actu.eſt tñ filiis in virtute.ſicut ⁊ ſemē arboris
in quo eſt virtus ad totam arborē.Notādū
etiam ſm bea.Tho.vbi ſupra.artic.v.ꝙ nemo
poteſt ſibi mereri primā gratiā.tum quia om/ Nemo
ne meritum repugnat gratie.j.q.j.Ait Leo pa pōt ſibi
pa.Gratia ſi nō gratis datur gratia nō eſt.tum mereri
q: vt dictum eſt excedit ꝓportionē nature.tum viiā eſ/
etiam q: ante gratiā in ſtatu peccati homo ha/ nam
bet impedimentū ꝓmerendi gr̄am.ſ.ipſuȝ pec
catum.Retractauit autē ante qḋ aliquando di
xerat.ſ.fidem eſſe ex nobis a deo.⁊ ſic cōſequiſ
primam gr̄am.Unde non pōt eſſe meritorius.

pꝛime gr̃e. Cum igit͛ dicit͛ ꝙ per fidem iuſtifi-cat͛ homo. non ſic eſt intelligẽdum ꝙ fides me-reatur iuſtificationẽ. ſ. credẽdo. Sed dum iuſti-ficat͛ homo credit eo ꝙ motus fidei requiritur ad iuſtificationẽ vt dictum eſt. Et q̃d dicit͛ deus dare gratiam nõ niſi dignis. non ita intelligẽ-dum eſt ꝙ pꝛius ipſi fuerint digni: ſed, deus fe-cit eos dignos.

Nõ q̃re null⁹ pt alſi me-reri ex ꝯdigno

ℭ Sciẽdum etiam .§. ij.

ſm be. Tho. vbi. ſ. art. vj. Quod nullus põt al-teri mereri pmam gr̃am ex cõdigno niſi Chꝛi-ſtus. Ratio eſt. q: vnuſquiſqꝫ noſtruꝫ mouet͛ a deo per donũ gratie vt ipſe ad vitam eternam pueniat. Et ideo meritũ ꝯdigni vltra iſtam mo-tionem nõ ſe extẽdit. Sed aĩa chꝛiſti mota eſt a deo per gr̃am. non ſolũ vt ipſe pueniret ad vi-tam eternã. ſed etiam vt alios induceret in glo-riam inquantũ eſt caput ⁊ auctoꝛ ſalutis ſm il-lud Heb. Qui multos filios in gl̃iam adduxe-rat ⁊c̃. Sed merito ꝯgrui põt quis mereri alte-ri primã gr̃am. Quia enim homo in gratia cõ-ſtitutus adimplet volũtatem dei. cõgruum eſt ſm amicicie pportionẽ vt deus impleat volun-tatẽ eius in ſaluatione alterius. Licet poſſit ha-bere quãqꝫ impedimẽtum ex parte illius cuius purificationẽ deſiderat. Et ſic intelligit͛ illa au-ctoꝛitas Hiere. xvj. Si ſteterit Moyſes ⁊ Sa-muel coꝛam me nõ eſt aĩa mea ad ppl̃m iſtum. Erat enim impedimẽtũ ex parte illoꝝ de pplo.

ꝙ hũa-n⁹ act⁹ hꝫ rõnẽ merẽdi ex duo-bus.

ℭ Gratia eſt pꝛin- .§. iij.

cipiuꝫ meriti pꝛincipalius per charitatẽ q̃ per alias virtutes. Unde Chꝛiſtus dixit Joã. xiiij. Siq̃s diligit me diliget͛ a patre meo. ⁊ ego di-ligam eum. ⁊ manifeſtabo ei meipſum. q̃d pti-net ad vitaꝫ eternã. ſ. manifeſtatio dei. ℭ Pro cuius declara. dicit be. Tho. vbi. ſ. art. iiij. Q̃d humanus actus habet rationẽ merẽdi ex duo-bus. vt dictũ eſt. Pꝛimo ⁊ pꝛincipaliter ex diui-na oꝛdinatiõe. ſm ꝙ actus dicitur meritoꝛius eſſe illius boni. ad q̃d homo diuinitus oꝛdina-tur. Scd̃o v̈o ex parte liberi arbitrij inquãtum homo habꝫ pꝛe ceteris creaturis vt per ſe agat volũtarie agẽs. Et quãtum ad vtrũqꝫ pꝛincipa-litas meriti penes charitatem cõſiſtit. Pꝛimo enim ꝯſiderãdum eſt ꝙ vita eterna in dei frui-tione ꝯſiſtit. Motus autẽ humane mentis ad fruitionẽ diuini boni eſt pprius actus charita-tis per quem oẽs actus aliaꝝ virtutum oꝛdinãt͛ tur in hũc finem ſm ꝙ alie virtutes impantur a charitate. ⁊ ideo meritũ vite eterne pmo pti-net ad charitatem. ad alias aũt virtutes ſecun-dario ſm ꝙ eoꝝ actus impant͛ a charitate. Si-militer manifeſtuꝫ eſt ꝙ id quod ex amoꝛe faci-mus. maxime volũtarie facimus. Unde etiam ſm ꝙ ad rõnem meriti requiritur ꝙ ſit volũta-riũ. pꝛincipaliter meritũ charitati attribuitur. ℭ Sciẽdum etiaꝫ ꝙ nullus põt ſibi mereri re-parationem poſt lapſum: nec merito cõdigni: nec merito ꝯgrui. Merito quideꝫ ꝯdigni hoc non põt ſibi mereri. q: ratio huius meriti pen-det ex motione diuine gratie. que maxime in-terrũpitur per ſequens peccatũ. Meritũ etiaꝫ ꝯgrui quo quis meret͛ alteri penitẽtiam impe-dit͛ ne cõſequat͛ effectum in eo cui quis meret͛. Multo ergo magis impedit͛ talis meriti effi-cacia ppter impedimẽtum q̃d eſt etiã in eo qui meret͛ ⁊ in eo cui meretur. Utrũqꝫ enim hoc in vnaꝫ pſonam ꝯcurrit. Unde ſimpliciter homo poſt lapſum non põt ſibi mereri reparationeꝫ. Unde Ezech. xviij. dicit͛. Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua ⁊ fecerit iniquitatem oẽs iuſtitie eius non recoꝛdabunt͛. Ubi bea. Greg. Cõſide-rãdum nobis eſt: q: in ppetratione maloꝝ nul-la debet eſſe fiducia bonoꝛuꝫ pꝛeteritoꝝ. de pe. di. iiij. ℭ Notãdum etiam ꝙ homo põt mere-ri augmẽtum gratie ⁊ charitatis in merito cõ-digni. ſm be. Tho. vbi. ſ. art. viij. Huius ratio eſt. q: vt dictum eſt. Illud cadit ſub merito ꝯdi-gni ad q̃d motio diuine gratie ſe extẽdit. Mo-tio auteꝫ alicuius mouẽtis nõ ſolum ſe extẽdit ad vltimum terminũ motus: ſed etiã ad totuꝫ pgreſſum in motu. Terminus aũt motus gra-tie eſt vita eterna. Pꝛogreſſus aũt in hoc motu eſt ſm augmẽtum charitatis vel gratie. ſm il-lud Prouer. iiij. Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplen-dens pcedit: ⁊ creſcit vſqꝫ ad pfectuꝫ diem que eſt gl̃ie. In quo verbo bea. Greg. ſuper Ezech. In iuſtoꝝ aĩo bonum deſiderium atqꝫ intelle-ctus lucis intime iam pars diei eſt. Sed quia vſqꝫ in finem vite in virtute pficiunt ad pfectũ diem tunc veniũt quãdo ad regna celeſtia pdu-cti in ea luce quam deſiderãt iam minus aliq̃d non habebũt. de pe. diſtin. ij. non reuertebant͛. ℭ Et ſciẽdum ꝙ quolibet actu meritoꝛio me-retur homo augmẽtuꝫ gratie. ſicut ⁊ gratie cõ-ſummationeꝫ. que eſt vita eterna. Sed ſicut vi-ta eterna nõ ſtatim reddit͛: ſed ſuo tẽpoꝛe. ita ⁊ gratia nõ ſtatim auget͛ per quodlibet opus me-ritoꝛiũ: ſed ſuo tẽpoꝛe. cum. ſ. aliquis ſufficien-ter diſpoſitus eſt ad augmẽtum gratie. ℭ Iteꝫ nota ꝙ pſeuerãtiam in bono vſqꝫ in finem nul-lus põt mereri. Ratio eſt ſm. b. Tho. vbi. ſ. ar. ix. quia iſta depẽdet ſolum ex diuina motione que eſt pꝛincipiũ oĩs meriti. Sed deus gratis donum pſeuerãtie largitur quibuſcũqꝫ largit͛. Nec obſtat quia pꝛo ea habẽda oꝛamus quaſi poſſimus eam mereri: q: etiam que non mere-mur: oꝛando impetramus. Nam ⁊ peccatoꝛes deus exaudit: veniam nõ merẽtes quam petũt ⁊ accipiunt. Alioquin fruſtra dixiſſet publica-

quolibꝫ actu me-ritoꝛio meret͛ hõ aug-mẽtum gratie.

nus. Deus ꝓpitius eſto mihi peccatori. Similiter ⁊ pſeuerātie donum aliquis petendo a deo ſpetrat ſibi vel alῃ. q̄uis nō cadat ſub merito.

De bonis tem‑ .§.iiij.

vtrū bona tpa/lia ca/dūt ſub merito

poralibus quomodo cadant ſub merito. ſic declarat beatus Thom. j.ij.q. vlti. articu. vlti. Id quod cadit ſub merito eſt p̄miuꝫ vel merces quod habet rationem alicuius boni. Bonum autem hominis eſt duplex. Unum ſimpliciter aliud ſm quid. Simpliciter quidem bonū hominis eſt vltimus finis. ſm illud ps. lxxij. Mihi adherere deo bonum eſt. Et per conſequens omnia illa que ordinantur vt ducentia ad hūc finem. ⁊ talia ſimpliciter cadūt ſub merito. Bonum autem hominis non ſimpliciter ſed ſm quid. eſt illud quod eſt ei bonū vt nunc. vel qd̄ ei ſm aliquid eſt bonum. Et huiuſmodi nō cadunt ſub merito ſimpliciter: ſed ſm quid. Secūdum ergo hoc dicendum. ꝙ temporalia bona prout ſunt vtilia ad opera virtutuꝫ: quibus perducimur ad vitam eternam. ſm hoc directe cadunt ⁊ ſimpliciter ſub merito. ſicut ⁊ augmentum gratie. ⁊ omnia illa quibus homo iuuatur ad beatitudinem poſt p̄imam gratiam. Tātum enim dat deus iuſtis de bonis temporalibus ⁊ etiam de malis: quantuꝫ eis expedit ad perueniendum ad vitam eternam. ⁊ intantum ſunt ſimpliciter bona huiuſmodi temporalia. Unde dicitur in ps. xxxiij. de timētibus deum. Non deficient omni bono. Et alibi. Nō vidi iuſtum derelictum. Si autem conſiderentur temporalia bona ſm ſe. ſic non ſunt ſimpliciter bona hominis: ſed ſm quid. Et ita nō ſimpliciter cadūt ſub merito: ſed ſm quid. ſcilicet inquantū homines mouentur a deo ad aliqua temporaliter agenda: in quibus ſuum propoſitum conſequūtur deo fauente. vt ſicut vita eterna eſt ſimpliciter p̄miū operuꝫ iuſtitie per relationem ad motioneꝫ diuinam vt dictuꝫ eſt ſupra. ita temporalia bona in ſe cōſiderata habēt rationem mercedis habito reſpectu ad motionem diuinaꝫ: qua voluntates hominū mouentur ad hec conſequenda. Licet interduꝫ in his homines non habeant rectam intentionem. Cum autē dicitur Eccle. ix. Uniuerſa eque cunctis eueniunt iuſto ⁊ impio bono ⁊ malo ⁊c̄. Hoc verum eſt quantum ad ſubſtantiam bonorum ⁊ malorum temporaliū: ſed non quantuꝫ ad finem. Nam per huiuſmodi boni manuducuntur in beatitudinem. non aūt mali. Item ꝙ temporalia bona fuerint p̄omiſſa in veteri lege vt merces iuſtitie. vt patet Deuteronō. xviij. Dicit beatus Auguſti. ꝙ in illis fuerunt figure futurorum: ſcilicet ſpiritualium bonorum que implentur in nobis.

Titulus.x. De donis ſpirituſſancti.

De ſeptem donis eiuſdem in communi. Capitulum p̄imum.

A Scendiſti in altuꝫ cepiſti captiuitatem dediſti dona hoibus. ps. Nr̄a tn̄ tranſlatio hꝫ. Accepiſti dona hoibꝰ. Qd̄ pōt exponi dupl'r. Accepiſti tu xp̄e. de quo ꝓpͤ loquit̄ in hoibus. i. iter oēs ꝯſtitutos accepiſti. ſ. a deo dona ſpirituſſancti. Uel dona que a te īfuſa in aplis inten ſoꝝ deſiderioꝝ accepiſti. accepiſti ex quibꝰ miſiſti dona ſpirituſſancti copioſiſſime. Sed ſequendo primā litterā quaꝫ inducit apoſtolus ad Ephe. Aſcendit chriſtus in altuꝫ. abſolute: quia in ſupremum locum celi empyrei: quo nil altius. Uel in altum crucis cepit captiuitatem. i. multitudinem ſanctoruꝫ: quam diabolus tenebat in limbo carceris obſcuri captiuam propter debitum originalis nondum ſolutum. Et per crucem quideꝫ de manibus eius liberando. In aſcenſione autem cepit: ſcilicet ſecum ducendo in celum: ⁊ in poſſeſſionem celi mittendo ſeu ponendo. Poſt quod dedit dona hominibꝰ: ideſt apoſtolis dona ſpirituſſancti. Unde beatus Augu. dicit. Que dona vtiq3 ſpiritūſanctum: qui tale donum eſt: qualis eſt ipſe. Uere magnus dn̄s ⁊ magna miſericordia eius qui donum dat equale ſibi. Donum enim eius ſpirituſſanctus eſt a quo dono increato ꝓcedunt in plurali ſeptē dona data hominibus. De quibus Eſa. xj. Requieſcet ſuper eum: ſcilꝫ chriſtum hominē. ⁊ etiam ſuper quodlibet mēbruꝫ chriſti myſtici. ſpūs dn̄i. i. gratia ſpūſſancti. a qua fluunt dona ſiue v̄tutes infuſe. Spūs ſapiētie ⁊ intellectus. ſpiritus conſilij ⁊ fortitudinis: ſpūs ſcientie ⁊ pietatis. Et replebit eum ſpiritus timoris dn̄i. Quamuis autem iſta dona ſpirituſſancti fuerint in omnibꝰ electis dei. qui fuerunt in veteri teſtamento. tamen copioſius ⁊ vniuerſalius fuerunt data in nouo poſt chriſti aſcenſionem apoſtolis. ⁊ ipſis predicantibus per orbem alῃs innumeris. Ubi etiam notandum ꝙ gratia iſta ſeptiformis. i. ſeptem donoruꝫ: amittitur per quodlibet mortale peccatuꝫ. Et ideo ſtatutum fuit antiquitus. vt pro q̄libet mortali imponeret̄ penitentia ſeptēnis vt patet. xxij. q. j. Predicandū. vt ſcilꝫ ſicut per peccatum abiecit a ſe ſeptiformē gratiaꝫ ſpirituſſancti. ita per ſeptēnem penitētiam ſatiſfaciat ⁊ recuperet eam. In cuius figurā habetur ꝙ Maria ſupbiens ⁊ murmurans ꝯtra moyſen: infecta lepra ſtetit ſeptem diebus extra caſtra: ⁊ poſtea ſanata. Numeri. xij. Et hoc ponit̄ xxxiij. q. ij. hoc ipſum. §. ſequenti. in glo.

enūeratio. vij. donorum. ſꝫ

q̄re antiquitꝰ ipone/bat̄ penitētia ſeptennis.

Fuerunt autem .§.i.

Septez dōa .ſſ. figurata ſ ve. ⁊ in no. teſtō.

⁊ ſunt figurata iſta ſeptem dona multipliciter
in veteri ⁊ nouo teſtamento. Dona enim ipſa p
figura//ut letificant ciuitatem eccleſie militantis. vel
animā rōnalē adaptant ſeptē ſeptenarijs. Pri
mo quidem in ſeptem diebus quibus format⁹
eſt mundus. Sic mundus minor formaē vt ſit
perfectus per iſtum ſeptenarium. Prima eniʒ
dei facta eſt lux. ſignificans donum timoris. p
quem incipit deuʒ efficaciter cognoſcere. quia
initium ſapientie timor domini. Secunda die
fit firmamētū diſtinguēs aq̄s ab aqs. i. firmitas
ſancte conuerſationis. per donum ſcie diſcer//
nens falſas doctrias ⁊ ſuaſiones ⁊ exempla ad
malum. vt inferiores ab aquis ſuperiorib⁹ ve/
re doctrine ſuaſionis ⁊ exemplorū. ¶ Tertia
die arida ſegregata ab aquis. germinat viren/
tem herbam flores ⁊ fructus: quia ſegregatus
hō ab aquis falſarum opinionum de idolis ⁊
ſuperſtitionibus. per pietatem colit verum deuʒ
producens flores ſctōꝝ deſideriorum: herbas
ſalutarium verborum ⁊ fructus opum miſeri/
cordie ⁊ pietatis in proximos ſubueniēdo eis.
Quarta die fiunt luminaria magna. ſol ⁊ luna
⁊ ſtelle per donum vʒ conſilij quo illuminatur
ratio ſuperior circa diuina vt ſol. Ratio īferior
vt luna circa tēporalia. ⁊ omnes ſenſus ⁊ mo/
tus paſſionum vt ſtelle. Quinta die formantur
piſces in aquis. ⁊ aues que ſuſtentantur in ae/
re. per donuʒ fortitudinis in aquis tribulatio/
num viuunt boni affectus ⁊ in tentationibus
demonum in aere volitant cogitatus ad deuʒ
reſiſtendo. Sexta die formantur beſtie cum ho
mine cū dominetur eis. Et p donū intellect⁹. hō
q̄ eſt intellectiuū animal hñs ſenſitiuā beſtialē
dominatur paſſionibus. intelligens conditio/
nem ſuam. ⁊ ſcripturas hoc docentes. Demuʒ
ſeptimo die requieuit deus ⁊ benedixit diei il
li. Per ſpiritum enim ſapientie requieſcit
mens in deo guſtans diuinam ſuauitatem ⁊
benedictionem eternam. Sicqʒ compleuit de/
us die ſeptimo ſeptiformi. ſcilicet gratia ⁊ do/
no ſpiritusſancti opus ſuum quod patrarat.
Gen. j. hominem perfectione vltima.

Significantur .§.ij.

Septez dona p ſeptem lucer//nas i tē plo ar/dentes figurantur.

⁊ ipſa dona per ſepteʒ lucernas que in templo
dn̄i ardebant. Ipſa illuminant menteʒ ad oīa.
precipue ad petitiones formandas in templo
vbi fiūt orōnes. vnde dicit apſus Ro. viij. Ipſe
ſpirit⁹ poſtulat pro nobis. i. poſtulare nos facit.
Nam per donum ſapientie quo guſtatur diui/
na bonitas. facit nos petere vt ſanctificetur no
men eius. i. vt ab omnibus habeatur ſctm̄ ⁊ co
gnoſcaē tanta bonitas diuina. Donū intellect⁹
qui intelliguntur angelici ſpiritus ⁊ bona ſup
ni regis. facit nos poſtulare vt adueniat regnū
illud in nobis. i. nos eamus ad illud. Donum
conſilij inducit nos ad flagitandū. vt fiat volū
tas dei. nō ſolū in mandatis eius adimpleaē. ſʒ
etiam in ꝯſilijs. Donū pietatis vrget ad rogan
dum pro pane gratie ⁊ ſube temporalis neceſ/
ſarie di. Panem noſtrum quoti. Donū ſcie qd̄
facit cognoſcere ptā ꝓpria ⁊ defectus aliorū
ſupplicat pro remiſſione eoꝝ inquiens. Dimit
te nobis debita no. ⁊c̄. Sed donū fortitudinis
q₂ intelligit ſine dei adiutorio nō poſſe reſiſti tē
tationibus dicit. Et ne nos induc. Non petit vt
non tentetur. ſed ne vincatur. ſed fortiter reſi//
ſtat. Demum quia per timoreʒ domini omnis
declinat a malo: vt dicit Eccl. j. ideo timor do/
mini ſanctus concludit. Sed libera nos a ma/
lo. mediante ſancto timore.

Deſignantur ⁊ .§.iij.

Septez dōa ſpiritusſancti p ſeptē filios Job deſignātur.

iſta ſeptē dona per ſeptē filios Job ſm Grego.
in. j. ⁊. ij. moral. qui faciebāt cōuiuia ſinguli p
ſingulos dies hebdomade: qlibet in die ſua cū
ſororibus eoꝝ tribus: ⁊ in domo quadrangu/
lari. Paſcūt eni mentē quā inhabitāt ſpiritua/
li refectiōe. Et hoc ſimul cuʒ tribus ſororib⁹. i.
tribus virtutibus theologicis: fide: ſpe: ⁊ cha/
ritate. ⁊ edificio ſpūali quadrāgulari formato
in quatuor v̄tutibus cardinalibus. Prudentia
iuſtitia: fortitudine: ⁊ tēperantia. Unuſquiſqʒ
facit conuiuiū ſuū: q₂ vnūquodqʒ donū ex ſuo
effectu reficit mō ſpeciali menteʒ vbi eſt. Et di/
cit ſic. Sapiētia mētem de eternoꝝ ſpe ⁊ certi/
tudine reficit. Intellectus in eo q̄ audita pene
trat reficiendo. cor tenebras eius illuſtrat. Con
ſiliuʒ p̄cipitē eē ꝓhibet: ⁊ rōne aīuʒ replet. For
titudo aduerſa nō metuit: ⁊ ꝯfidentie cibos ap
ponit. Sciētia in eo q̄ ignorātie nebulas ſupe
rat: cibos in ventre mētis reponit. Pietas cor/
dis miſicordie viſcera opibus replet. Timor
vero in eo q̄ premit mētem ne de pn̄tibus ſup
biat per cibos ſpei mentē cōfortat. Hec. b. Gre.
go. i. j. moral. Et ſubdit oñdēs quō vnū iuuaē
per aliud: ⁊ ſic ſe inuicē reficiunt. Quō etiaʒ fa/
ciunt hominem bene diſpoſitum ꝯ ꝯria vitia ⁊
vt ſapientia deſtruat ſtulticiam: intellectus he/
betudinem: ſcientia ignorantiam: pietas duri/
tiam: conſilium precipitationeʒ: fortitudo ma/
lum timorem: ⁊ timor preſumptionem.

Hec dona ſunt .§.iiij.

Septez dōa ſpiritusſancti ꝯtra ſeptem ſpūs nequā. i. ptā.

ſeptem ſpūs miſſi in oēm terrā ꝯtra ſepteʒ ſpi/
ritus nequā. De qbus dr̄ Matth. xij. Uadit. ſ.
ſpūs imundus ⁊ aſſumit ſeptē ſpūs nequiores
ſe: ⁊ ingreſſi habitant ibi. Donū enim timoris
expellit ſuperbiā: q₂ timor facit hoīeʒ humilia

ri ei quē

ri ei quem timet. Donum pietatis expellit ſpi/
ritum inuidie: que crudelis eſt. ⁊ non poteſt
pati alios bona habere: ſed potius appetit ſui
malum cum priori malo proximi. Spiritus ſci
entie repellit ſpiritum ire: que impedit animū
ne poſſit cernere veruz: ad qđ ſcientia attēdit.
Spiritus conſilij fugat ſpiritum auaritie: que
nec conſilia nec mandata dei ſinit implere: qui
iubet vel conſulit pauperibus indigentibus
ſubueniri: ſed ſibiipſi congregat totum. Spiri
tus fortitudinis illuminat ſpiritum triſtē acci/
die: que propter tedium laboris ſubterfugit vi
riliter bona operari infirmitate victus ſenſuali
tatis. Spiritus intellectus remouet ſpiritū gu
le que mentem offuſcat vt nil ſpirituale valeat
intelligere: fumoſitatibus repleto cerebro. Tā
dem ſpiritus ſapientie obruit ſpiritum luxu/
rie: que figens ſe in cadaueribus fetidis vt ibi
paſcatur ad arcam eccleſie neſcit reuerti vt co/
lumba: vbi ſunt cibaria optima ⁊ ſuauiſſima.
Et guſtata ſuauitate ſpiritus quod fit per ſapiē
tiam: deſipit omnis caro ait Bernardus. ideſt
omnis delectatio carnalis.

¶ Hec ſeptem do/ .§.v.

Septē dōa ſpi ritusſcti ſignata per ſe// ptez co lūnas.

na ſunt ſeptem colūne: de quibus dicitur Pro
uer. ix. Sapientia edificauit ſibi domum: exci/
dit colūnas ſeptem. i. ſeptem dona ſpiritusſan/
cti que ab ipſo procedunt ad firmandū domū
conſcientie quā edificauit diuina ſapientia ad
habitandum ibi. ⁊ correſpondent ſeptem ver/
bis que ipſa ſapientia incarnata dixit in cruce
docens hominem ad bene viuenduz. Nā ver/
bum primum. ſ. pater dimitte illis: correſpon/
det dono cōſilij quo ſuggeritur homini non ſo
lum non facere vindictam de inimicis: ſed be/
nefacere ⁊ orare pro eis. Secunduz verbum. ſ.
hodie mecum eris in paradiſo. Lu c. xxiij. cor/
reſpondet dono ſapientie quo guſtantur bona
paradiſi. Tertium verbum. ſ. mulier ecce filius
tuus. Joā. xix. ad pietatem pertinet: que preci/
pue parentibus puidet. Quartum verbum. ſ.
deus deus meus vt qd dereliquiſti me Mat
thei. xxvij. ad donuz fortitudinis reſpicit: quo
etſi multum quis affligitur: non tū deſcendit
de cruce afflictionis: ſed ad deum recurrit pe/
tens ne derelinquatur. Quintum verbū: ſitio.
Joā. xix. correſpondet dono ſciētie quo quis ſi
tit ſcire que ſue expediunt ſaluti. Sextum con/
ſummatū eſt. Joā. xix. donum intellectus inuo/
cat quo intelliguntur que in ſcripturis figura/
ta erant de filio hominis eſſe cōſummata. ideſt
impleta. Ultimū autē v̄bum. Pater in manus
tuas cōmendo ſpiritū meuz. Lu. xxiij. dono cō
gruit timoris: quo vt bonus filius totū ſe ſubi
cit ⁊ cōmittit deo. His verbis ⁊ donis quaſi
ſeptem colūnis ſuſtentatur anima ne corruat.

¶ Hec dona ſunt .§.vi.

Septē dōa ſpi ritusſā/ cti ſi// gnata p ſeptem mulie/ res.

ſeptem mulieres in figurā de quibus dič Eſa.
iiij. c. Apprehendent ſeptē mulieres virū vnū.
dicentes. panē noſtruz comedemus ⁊ veſtimē/
tis noſtris operiemur: tū inuocef nomē tuum
ſuper nos. Mulieres dicunf dona. non ꝑpter
ſexū: ſed ꝑpter fecunditatē bonorū operū que
producunt. Iſte apprehendēt virum vnū. ideſt
xp̄m ſm beatū Hiero. perfectū in omni ſancti/
tate in quo pleniſſime quieuerūt. Iſta dona cū
ſint habitus quidam cooperiūt ⁊ ornant aīam
ac etiam habent ſecuz panē refectionis. Unde
⁊ ipſa dona figurantur etiam per ſeptez panes
quibus xp̄s pauit turbas. Matth. xv. Qui ſūt
ſeptem beatitudines ptinentes ad doctrinam
noui teſtamēti: quas xp̄s docuit diſcipulos in
monte. Sicut quinqz panes hordeacei quibus
altera vice pauit xp̄s quinqz milia hominuz in
monte. Jo. vj. ſignificat doctrinaz veteris teſta
menti. quinqz ſcilz librorum moyſi: quam xp̄s
frangens ⁊ ſpūaliter exponens fideles paſcit.

Per ſe ptem panes hordea ceos.

Per donum eniz timoris habetur primus pa
nis. ſ. paupertas ſpiritus. qꝛ per timorez humi
liatur qs ⁊ ſubijcit ſe deo timendo iudicia eiꝰ.
Per pietatem habetur ſcđs panis. ſ. mititatis.
ideſt manſuetudinis. qꝛ per pietatem quam di
cit Job eſſe cultum dei: homo miteſcit ⁊ fit mā
ſuetus ad audiendū verbum dei: acquieſcens
ſcripturis in his que ſunt ſupra rōnez. Per ſci
entiam habetur tertius panis. ſ. beatitudo lu/
ctus. Qui enim addit ſcientiam: addit ⁊ dolo/
rem. Eccle. j. qꝛ ſciēs peccata ſua ⁊ pericula mū
di ⁊ miſerias hominum non pōt non lugere.
Per donum fortitudinis habetur quartus pa
nis. ſ. eſuries ⁊ ſitis iuſtitie. i. bonorū operum.
Nam fortis propter deſiderium qđ habet ad
virtuoſa opera (⁊ hoc eſt eſuries ⁊ ſitis) maiora
ſcilicz ⁊ minora opera ardua exponit ſe ad om
nem laborem ⁊ viriliter ſuſtinet. Per donum
conſilij habetur quintus panis: ſcilicet miſeri/
cordie. Hoc enim conſulit intus ſpiritusſan//
ctus: vt miſericordiam exhibeat proximo ſpi/
ritualem ⁊ corporalem: etiam vbi ex precepto
non teneretur vt miſericordiam ipſe exinde cō
ſequatur. Per donum intellectus habetur ſe/
xtus panis: ſcilicet mundicie cordis. Nam vt
ait ſaluator. Uos mundi eſtis propter ſermo//
nem quē locutus ſum vobis. Jo. xiiij. Scriptu
ra enim ſacra lecta ⁊ intellecta mundificat cor.
Per donū ſapientie habetur ſeptimus panis.
ſcilz pacis. Beati pacifici: qm filij dei vocabun
tur. Nam per ſapiētiam guſtatur ipſe chriſtus
qui eſt pax noſtra: ⁊ inde cum omnibus que/
rit pacem: ⁊ in omnibus requiem inuenit.

¶ Hec ſunt septez .§.vij.

Figuratur etiã per ſeptẽ oculos.

oculi ſuper lapidem vnum.i.xp̃m ⁊ quemlibʒ virum conſtanteʒ:qui habẽt nos illuminare ⁊ per ſe dirigere in ſacramẽtis ⁊ per ſacramẽta ſeptem eccleſie. Quãuis enim gratia ſeptiformis recipiatur per quodlibet ſacramẽtum vel augeaſ: tamen qolibet donum põt adaptari vni ſacramento. Per baptiſmum enim homo credẽdo incipit timere deum offendere ⁊ eũ reuereri. Per cõfirmationeʒ roboratur in dono fortitudinis ad confitendum publice ſine erubeſcentia fidem xp̃i cum expedit. Per eucharíſtiam que dicitur ſacramẽtuʒ pietatis:donũ pietatis exercetur pie credendo ⁊ colendo deum ſuuʒ in ea. Ad vere penitendum exigitur donũ ſciẽtie:vt ſciat cognoſcere ⁊ diſcernẽ peccata ſua confiteri:⁊ a quibus oporteat cauere. In ordine ſacro exercetur donum conſilij dum ipſum habẽtes ſeruant ↄſilium caſtitatis. ⁊ alijs. ſcilʒ populo habent conſulere de his que expediũt ſaluti animarum ſuarum. Donum intellectus docet qui vtuntur ſacramẽto matrimonij quãtam rem ſpiritualem ſignificet:vt non vtantur eo ſicut equus ⁊ mulus quibus nõ eſt intellectus:ſed ad prolem ſuſcipiendam:vel fornicationem vitandam in ſe vel conſorte. Per ſacramentuʒ extreme vnctionis preparatur anima magis ac magis ad fontem ſapiẽtie. vt relicto affectu preſentis vite. quemadmoduʒ ceruus deſiderat ad fontes aquaruʒ eterne ſapientie.

¶ De diſtinctionibus donorum ſpũſſancti a ṽtutibꝰ infuſis:⁊ de neceſſitate eoꝝ ⁊ ↄnexiõe. Capitulum.ij.

Dona ſpiritusſancti ſunt diſtincta realiter a virtutibus infuſis ⁊ neceſſaria ſunt oĩa ad ſalutem. ⁊ ſunt quidaʒ habitus anime. Cõnexa ſunt adinuicem. ita q̃ vnũ non poteſt haberi ſine alio. Septẽ ſunt ⁊ non plura nec pauciora. Dignitas eorum attendiſ ſʒ enumerationem. incipiendo tamẽ a ſuperioribus: ſcilʒ a ſapiẽtia. In patria remanent in btis. Et comparando ea virtutibus nobiliora ⁊ perfectiora ſunt cardinalibus:ſed inferiora theologicis ṽtutibꝰ. Hec oĩa ſʒ be. Tho.j.ij.q.lxviij.

De varijs opinionibus ſuꝑ diſtinctione donoꝝ a ṽtutibus infuſis.

¶ Quantum ad pri .§.1. mum ponit be. Tho. vbi ſupra varias ſuper h̃ opiniones. Aliqui enim dixerunt q̃ dona non diſtinguuntur a virtutibus:ſed virtutes dicũtur inquãtum perficiunt hominẽ ad bene operandum. Dona autem inquãtum a deo cauſantur tales habitus. Alij vero dixerunt in h̃ differre virtutes a donis:quia dona perficiunt liberum arbitrium ſm q̃ facultas rationis. ſed virtutes perficiunt liberum arbitriũ ſm q̃ eſt facultas voluntatis. Tertij dixerũt q̃ dona differunt in hoc a virtutibus:q: virtutes perficiunt hominem ad bene operandum: ſed dona ad reſiſtendum tentationibus. Quarti poſuerunt in hoc eſſe differentiam inter ea: q: virtutes perficiunt hominem ad bene operandum ſimpliciter:ſed dona ad hoc ordinãtur vt per ea conformemur chriſto. precipue quãtum ad ea que paſſus eſt. Sed omnes iſtas opiniones reprobat bea. Tho.j.ij.q.lxviij.ar.j. rationem aſſignans reprobationis. ibi potes videre. Et ponit ipſe quintuʒ modum dicendi quõ differant. Dicit enim q̃ ad diſtinguendum dona a virtutibus debemus ſequi modum loquẽdi ſacre ſcripture. in qua traduntur nobis non ſub nomine donorum:ſed ſub noĩe ſpũuʒ. Dicitur enim Eſa.xj. ¶ Requieſcet ſuper euʒ ſpiritus domini ſpũs ſapientie ⁊c̃. Ex q̃bus nobis manifeſte datur intelligi q̃ iſta dona ſeptem enumerantur ibi ſm q̃ ſunt in nobis ab inſpiratione diuina. Inſpiratio autem ſignat quandam motionem ab exteriori. Eſt enim conſiderandũ q̃ in homine eſt duplex principium motiuuʒ. Unum interius qđ eſt ratio. Aliud exterius qđ eſt deus:vt dictum eſt. Et etiam ph̃s hoc dicit in lib. de bona fortuna. Manifeſtum eſt auteʒ q̃ omne qđ mouetur opʒ eſſe proportionatum motori. ⁊ hec eſt perfectio mobilis inquantum mobilis diſpoſitio qua diſponiſ ad hoc q̃ bene moueatur a ſuo motore. Quãto eniʒ motor eſt altior tanto neceſſe eſt q̃ mobile ei ꝓportionetur perfectiori diſpoſitione. Sicut videmus q̃ perfectius opʒ diſcipulũ eſſe diſpoſitum ad capiendum altiorem doctrinaʒ a mag̃ro. Manifeſtum eſt autem q̃ virtutes humane perficiunt hominẽʒ ſm q̃ eſt natus moueri per rationeʒ in his que interius vel exterius agit. Opʒ ergo ineſſe homini altiores virtutes ſm quas ſit diſpoſitus ad hoc q̃ diuinitus moueaſ. Et iſte perfectiones vocantur dona. nõ ſoluʒ quia infunduntſ a deo. ſed q: ſm ea homo diſponiſ vt efficiatur prompte mobilis ab inſpiratione diuina. ſicut dr̃ Eſa.l. Dñs aperuit mihi aureʒ. ego aũt non ↄdico. Et ph̃s dicit in li. de bona fortuna. q̃ his que mouenſ per inſtinctũ diuinũ: non expedit conſiliari ſm rationẽ humanaʒ: ſed q̃ ſequantur interiorẽ inſtinctũ:q: mouentur a meliori principio q̃ʒ ſit ratio humana. Et hoc eſt qđ quidã dicunt q̃ dona perficiunt hominẽʒ ad altiores actus q̃ʒ ſint actus ṽtutum.

¶ Qđ autem dona nolentur a gre. in .j. mora. vel ab alijs aliqñ ṽtutes. h̃ ideo eſt:q: hñt in ſe cõem rationeʒ virtutis:ſed vltra h̃ eſt in eis aliquid ſuperueniẽs cõi rationi virtutis. inq̃ʒtuʒ

Dona aliquãdo nominantur virtutes.

ſcilꝫ ſunt q̄dam virtutes diuine ꝑficientes ho/
minem inquãtum eſt a deo motus. Uñ ⁊ phs
in.vij. Ethi. ponit vltra cões aliam quãdã vtu/
tem diuinam ſeu heroicã: ſm quaꝫ aliqui viri
mouentur. vñ ⁊ ipſe be. Greg. in.j. mora. diſti/
guit dona a virtutibus. Q̄d autem ſapientia ⁊
ſcientia ponanṫ a doctoribus virtutes intelle/
ctuales. ⁊ foꝛtitudo moralis virtus. Dicenduꝫ
ꝙ cum iſta ſumunṫ ſm ꝙ ꝓcedunt ex iudicio
rõnis tunc non ſunt dona. ſed dona ſunt predi
cta ſm ꝙ ꝑ ea operaṫ hõ ex inſtinctu diuino.

Quantum ad ſe/ .§.ij.

Dona ſunt neceſſaria — cundũ. ſ. ꝙ dona iſta ſint neceſſaria ad ſalutem
ꝓbatur: q: ſupremũ donoꝝ ⁊ infimuꝫ ſunt ne
ceſſaria. ergo ⁊ inter media. Nã diciṫ de ſapiẽ
tia. Sap. vij. Neminem diligit deus niſi q cuꝫ
ſapientia habitat vel gradiṫ. Et de timore diciṫ
Eccli. j. Sine timore dñi nemo poterit iuſtifica
ri. ergo ⁊ alia neceſſaria. Hoc autē ſic declarat
Tho. vbi. ſ. ar. ij. Ratio hoĩs qua hõ operatur
perficiṫ a deo dupliciter. Primo naturali ratio
ne. ſ. ſm lumẽ naturale rõnis. Secundo ſupna
turali ꝑfectione. ſ. per ṽtutes theologicas. Iſta
tñ ſcd̃a ꝑfectio habeṫ q̄ſi impfecte. impfecte. n.
cognoſcimus ꝫ deũ. ⁊ impfecte diligimus. Il
lud aũt q̄d habet imperfecte formã aliquã vel
virtutem nõ põt per ſe opari niſi ab altero mo/
ueaṫ. ſicut luna in qua eſt impfecte natura lu/
cis nõ illuminat niſi illuminata a ſole ⁊ diſcipu
lus in medicina nõ per ſe medicaṫ niſi edoct⁹
a magro. Quãuis ḡ rõ ſm ꝙ eſt aliqualr̃ ⁊ im/
perfecte illuminata per ṽtutes theologicas mo
ueat ad vltimum finem ſupnaturalem nõ ſuffi
cit tñ iſta motio rõnis. niſi deſuper adſit inſtin
ctus ⁊ motio ſpũſſancti. ſꝫ illud Ro. viij. Qui
ſpiritu dei aguntur hi ſũt filij dei. ꝙ ſi filij dei.
⁊ heredes. Et illd̃ ps. cxlij. Spũs tuus bonus
deducet me in terram rectam. q: ſcilꝫ ad here/
ditatem illius terre nullus põt ꝑuenire niſi du
catur a ſpũſancto per iſta bona ſua. Non ḡ ita
perficitur hõ per virtutes theologicas ⁊ mora
les in oꝛdine in vltimum finẽ. quin ſemp indi/
geat moueri quodaꝫ ſupiori inſtinctu ſpirituſ
ſancti. Unde ⁊ ṽtutes excedũt quãtum ad mo
dum opandi. inquãtum. ſ. hõ per dona moueṫ
ab altiori ꝓncipio. Quãuis etiã per ṽtutes hõ
multa cognoſcat ⁊ poſſit vitijs reſiſtere. tamen
q: rõni humane nõ ſunt oĩno cognita neqꝫ poſ
ſibilia. Et hoc ſiue accipiaṫ rõ vt ꝑfecta lumine
naturali: ſiue vt ꝑfecta ṽtutibus theologicis.
Inde eſt ꝙ non põt q̄ꝫtum ad oĩa repellere ſtul
ticiam: hebetudinẽ. ⁊ alia que ponit be. Greg.
in.ij. moral. eſſe ꝯtra dona. Sꝫ deus cuius po/
teſtati ⁊ ſciẽtie omnia ſubſunt ſua motiõe per
dona ſpũſſancti nos tutos reddit. ab omni ſtul
ticia per ſapiẽtiam: ab hebetudine per intelle/
ctuꝫ: a ꝓcipitationis vitio per ꝯſiliuꝫ. a timore
malo per foꝛtitudinẽ: ab ignoꝛãtia per ſcienti
am: a duritia per pietatẽ: a ſupbia per timoꝛẽ.
Iſta enim vitia ponit be. Grego. ibi ꝯtrari do/
nis iſtis. Et ſic oñdunṫ ipa dõa necĩa ad ſalutẽ

Quantuꝫ ad ter/ .§.iij.

tiuꝫ. ſ. ꝙ dona ſint habitus. ꝓbaṫ per h. q: xp̄s — Septeꝫ dona ſunt habitus.
loquens de ſpũſancto diſcipulis. ait Ioã. xiiij.
Apud vos manebit ⁊ in vobis erit. ſꝫ ſpirituſ/
ſanctus nõ eſt in hoibus abſqꝫ donis ei⁹. Mã
ſio autem importat ꝑmanentiaꝫ ⁊ firmitatẽ: ⁊
ſic denotat habituꝫ qui eſt qualitas de difficili
mobilis a ſubiecto. Nõ aũt notat trãſitum ⁊ ſu
bitum motũ prout eſt paſſio vel actus. Sunt ḡ
dona habitus quidam. Unde bea. Greg. in. ij.
moral. dicit. ꝙ in illis donis ſine quibus ad vi
tam non peruenitur. ſpiritusſanctus ſemp ma/
net in electis. ſ. dum perſeuerant in gratia.

Quantum ad .§.iiij.

quartũ. ſ. quare ſint ſeptẽ. ⁊ q̄uo ꝑficiant vires
anime. Sic declarat be. Tho. j. ij. q. lxiij. ar. iiij. — Septeꝫ dõa. ſ.
Dona ſunt q̄dam habitus ꝑficiẽtes hoiem ad
hoc ꝙ pꝛõpte ſequaṫ inſtinctus ⁊ motus ſpũſ/
ſancti. Sicut ṽtutes morales ꝑficiunt vires ap
petitiuas ad obediẽdũ rõni. Sicut autē vires
appetitiue nate ſunt moueri per imperiũ ratio
nis: ita etiam oẽs vires humane nate ſunt mo
ueri per inſtinctum dei. ſicut a quadam ſupio/
ri potentia. Et ideo in omnibus viribus hoĩs
que poſſunt eſſe pꝛincipia humanoꝝ actuum
ſicut ſunt virtutes. ita etiam ſunt dona ſcilicet
in rõne ⁊ in vi appetitiua. Ratio autem eſt pꝛa
ctica ⁊ ſpeculatiua. Et in vtraqꝫ conſideraṫ ap/
pꝛehenſio veritatis que ptinet ad inuentioneꝫ
⁊ iudicium de veritate. Ad appꝛehenſioneꝫ er
go veritatis ſpeculatiua ratio perficitur per in
tellectum. Practica per conſiliuꝫ. Ad rectitudi
nem iudicij de re perficitur ſpeculatiua per ſa/
pientiam: pꝛactica per ſcientiaꝫ. Appetitiua au
tem potẽtia perficitur q̄ꝫtuꝫ ad ea que ſunt ad
alteruꝫ: per pietatem quantum ad ea que ſunt
ad ſeipſum. per foꝛtitudinem contra erroꝛem
periculoꝛum. Contra concupiſcentiaꝫ vero de
lectabilium perficitur per timoꝛeꝫ. Iuxta illd̃.
Confige timoꝛe tuo carnes meas. ideſt concu/
piſcentias carnales. Et ſic patet ꝙ dona ſe extẽ
dunt ad omnia. ad que extendunt ṽtutes mo/
rales. ſcilicet foꝛtitudo: iuſtitia: temperantia.
Et virtutes intellectuales. ſcilicet ſapientia: in — Ars q̄/re non põitur iter dona.
tellectus: ſcientia: pꝛudentia: ad quam ptinet
conſilium. Ars autem etſi ſit virtus intellectua
lis. non tamen perficit hominem ad bene viuẽ
duꝫ. ſed ad opera exterius factibilia. q̄ trãſeũt

in aliam materiam. Et ideo ars non ↄnumera
tur inter dona que ꝑficiunt hominem in ordi/
ne ad bene viuendum. Juſtitie vero imponit
nomē. Jmponitur a rectitudine rōnis. Et ideo
conuenientius eſt nomen virtutis ꝙ̄ doni. Sꝫ
pietas que tñ pertinet ad iuſtitiam importat re
uerentiam quam habemus ad patrē ⁊ patriā.
Et quia pater oīm eſt deus:⁊ pietas dei cultus
nominatur ſm̄ beatum Aug. Jdeo conuenien
ter donum quo ꝓpter reuerentiam dei aliquis
bonnum opatur ad omnes pietas nominatur:
non iuſtitia. Sapientia autē ⁊ ſcientia ꝓut con
numeranſ inter gratias gratis datas. De qbꝰ
apls.j.Cor.xij. Alij datur per ſpm̄ ſermo ſapie:
alij ſermo ſcientie. Differūt realiter a ſapientia
⁊ ſcia ꝓut ſūt dona ſpūſſctī. Nā ille dicunſ gr̄e
gratis date inquantum quis ꝑ ea abundat in
tantum in cognitione rerum diuinarum ⁊ hu
manarum ꝙ poteſt alios inſtruere ⁊ aduerſari
os cōfutare. que poſſunt eſſe etiā in malis ho/
minibus. Sed dona ſunt ꝓut perficiunt mentē
hominis ad ſequendum inſtinctus ſpūſſancti
ō.ti.ix. in cognitione diuinoꝝ vel humanorum ⁊ non
c.iiij.⁊ ſunt niſi in bonis. ¶ Differunt iſta dona a ſapi
iſta tit. entia ⁊ ſcia que ſunt habitus acquiſiti ſeu vir//
xv.c.xix tutes intellectuales. Similiter ⁊ fortitudo do//
num dei differt a fortitudine virtute morali eti
am infuſa. Nam opus fortitudis virtutis ꝓce/
dit a rōne illuminata:tñ per gratiaꝫ ſi eſt virtꝰ
infuſa. Sed opus fortitudinis ꝓut eſt donum
procedit a ſpūſancto mouente mentem ad ſe//
quendū ſuum inſtinctum per tale donuꝫ habitua
le.ſ.fortitudinis. Simul tñ concurrunt:qꝛ vir/
tutes etiam ſeinuicem iuuant in actibus ſuis.
habent tñ diuerſum reſpectum. donum quidē
vt fortiter ꝑſiſtat ob reuerentiā dei. virtus autē
ne diſcedat a bono rōnis. Cum autem dona ꝑ/
ficiant hominez ſm̄ ꝙ mouenſ a deo ⁊ virtutes
theologice maxime nos ordinent ad eum. non
tñ ponuntur aliqua dona pertinentia ad virtu
tes theologicas ſicut ad morales. Et rō eſt ſm̄
b. Thomā vbi.ō.qꝛ ratio hominis non moueſ
a ſpūſancto:niſi ei aliquo modo vniaſ. Sicut
in inſtr̄m non mouetur ab artifice niſi ꝑ conta
ctuꝫ vel alio modo ei vniatur. Prima aūt vnio
hominis ad deum eſt ꝑ fidem:ſpem:⁊ charita
teꝫ. Unde iſte virtutes theologice ꝑſupponunſ
ad dōa ſicut radices eoꝝ. Unde omnia iſta do/
na pertinēt ad has tres virtutes ſicut quedam
deriuationes earum. Et ſm̄ beatum Tho. vbi
ō.art.viij. Dona ſpirituſſancti ſunt perfectiora
virtutibus oībus intellectualibus ⁊ moralibꝰ.
qꝛ ipſe perficiunt rōnem hoīs vel alias poten/
tias vt appetitiuas in ordine ad rōnē. Sed do
na ꝑficiunt hoīs potentias in comparatiōe ad
ſpm̄ſctm̄ mouentem. Sed theologice virtutes
ſunt perfectiores donis:quia per eas mens hu
mana deo coniungitur:vt poſtea ab ipſo moue
atur per actus donorum. Unde ⁊ Gre.in.j.mo
ral. exponens figuram ꝙ filij Job fuerunt ſep/
tem ſignificantes ſeptem dona:⁊ tres filie ſi//
gnificantes virtutes theologicas:dicit. Ad de
narij perfectionem ſeptem filij:ideſt ſepteꝫ do/
na non perueniunt niſi in ſpe:fide:⁊ charitate
fuerit omne quod agunt. Beatitudines auteꝫ
de quibus fit mentio Mat.v. Et de quibus ſu
pra ti.vij. ſunt actus ipſorum donorum perma
xime vel virtutum. Unde non diſtinguuntur
ab eis ſicut diuerſi habitꝰ:ſꝫ ſicut actꝰ ab habi/
tibus eorum. b. Tho. vbi ſupra ar.iiij.

¶ Sunt autem ip/ .§.v.

ſa ſeptem dona connexa ad inuicem: vt vnum
non poſſit haberi ſine altero. quod figuratum Dona
fuit in ſeptem filijs Job in eo ꝙ ſimul ſe inui/ ſunt cō
cem reficiebant continuis conuiuijs. quod ſic nexa
declarat. b. Tho. vbi ſupra arti.v. Sicut vires ad inui
diſponuntur appetitiue per virtutes morales cem
in comparatione ad rationem. quia iraſcibilis
per fortitudinem:concupiſcibilis per temperā
tiam:voluntas per iuſtitiam ita vires omnes
anime diſponuntur per dona ſpirituſſancti in
comparatione ad ſpiritumſanctum mouentē.
Spiritus autem ſanctus inhabitat in nobis ꝑ
charitatem:ſm̄ illud ad Rom̄.v. Charitas dei
diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſan
ctum qui datus eſt nobis. Et per charitatē per
ficiuntur potentie anime:ſicut ⁊ ratio ipſa per
ficitur per prudentiam. Unde ſicut virtutes
morales connectuntur ſibiinuicem in pruden
tia:ita dona connectuntur ſibiinuicem in cha/
ritate:ita ꝙ qui charitatem habet omnia dona
habet:qui non habet eā:nullam ex eis habet.

¶ Dona aūt ſpi/ .§.vi.

rituſſancti aliquo modo remanent in patria.i.
quoad aliquos actus ⁊ quoad alios non. Pro
cuius declaratione dicit. b. Tho. vbi ſupra ar.
vj.ꝙ quantum ad eſſentiam donorum vtiqꝫ in
patria remanent. Cuius ratio eſt:qꝛ dona ſpi/
rituſſancti (vt dictum eſt) perficiunt hominem
ad ſequendam motionem ſpirituſſancti. Sed
hoc precipue erit in patria quando deus erit
omnia in omnibus ⁊ quando homo erit totali
ter ſubditus deo. Et ſic intelligitur illud pſal.
Fluminis impetus letificat ciuitateꝫ dei. Ciui
tas dei ē triplex. Anima rationalis:eccleſia mi
litans:⁊ patria ſupernalis. Fluuius eſt gratia
ſeptiformis ſpirituſſancti:ideſt ſeptem donoꝝ.
Cuius impetus eſt feruor qui letificat tripliceꝫ
dictā ciuitatē dei. Unde ⁊ Jo. Apoc. vlt. dicit ſi
bi oſtenſum fluuiū aque viue ſplēdidū vt cry/

ſtalluz egredientē a throno dei ⁊ agni: in medio
platee eius. a deo eniz pcedit gratia ſpūſſancti
in nobis merito agni .i. xpi. Un̄ beatus. Amb.
de ſuperna ciuitate ait. Ciuitas illa dei celeſtis
hieruſalē nō meatu alicuius fluminis terreſtris
abluitur ſed ex fonte vite procedēs ſpūſſanct⁹
cuius nos hic breui ſatiamur hauſtu. in illis ce
leſtib⁹ ſpiritibus redundantius videtur afflue
re pleno ſeptem virtutum .i. donorum ſpūaliū
feruens meatu. Alio modo conſiderādo dona
quantum ad materiam aliquaz circa quaz ope
rantur ipſa dona in preſenti. ſic non habebunt
illam operationem in ſtatu glorie. ſicut verbi
grā dicit Grego. ꝙ iſta dona nos protegunt cō
tra vitia vel tentamenta: vt ſapientia contra
ſtultitiam: ſcīa ignorantiaz ⁊ ſic de alijs. Et qꝛ
in patria non erunt tentamēta vel vitia: ideo
quantum ad hmōi dona non remanebūt. Po
nit etiam beatus Grego. in .j. moral. duos effe
ctus ad ſingula dona: quorum vnus tranſit cū
vita preſenti: alius remanet in patria. Dicit .n.
ꝙ ſapientia mentem de ſpe ⁊ certitudine eter
norum reficit. Horum duorum: ſpes tranſit ⁊
certitudo remanet. De intellectu dicit ꝙ in eo
ꝙ audita penetrat reficiēdo: cor tenebras eius
illuſtrat. Horum primum .ſ. auditus tranſit: qꝛ
in patria nullus docet alium. Secunduz rema
net .ſ. illuſtratio mentis ⁊ ſic de alijs. ¶ Scien
dum etiam ꝙ comparando ipſa dona adinui
cem: dignitas eorum qua vnum preferatur al
teri eſt attendenda ſm̄ enumerationem eoruz
incipiendo a ſapientia. vt ponitur Eſa. xj. Sim
pliciter loquendo ſm̄ beatum Tho. vbi .ē. art.
vij. dicit enim ꝙ eadem eſt ratio in comparatio
ne ipſorum ⁊ virtutum: quia dona ad omnes
act⁹ potētiaꝝ aīe pficiūt hoīes ad quos pficiūt
v̄tutes. Un̄ ſic v̄tutes itellectuales pferūt mo
ralib⁹: ⁊ in ipſis itellectualib⁹ ꝯtēplatiue pferū
tur actiuis: vt ſapīa. itellect⁹ ⁊ ſcīa. prudētie: ⁊
arti. ita tn̄ ꝙ ſcīa pfert intellectuali. ⁊ intellect⁹
ſcīe. ſicut prudētia ⁊ ſyneſis eubolie: ita etiā in
donis ſapīa: itellectus ſcīa ⁊ conſiliū preferunt
pietati ⁊ timori. In quib⁹ etiam pietas prefert
fortitudini ſicut iuſtitia fortitudini: ⁊ fortitu
do tempantie. ſed ſm̄ quid .i. quantū ad miſeri
cordiā fortitudo ⁊ ꝯſiliū pferūt ſcīe ⁊ pietati. qꝛ
fortitudo ⁊ ꝯſilium de arduis: ſcīa autem ⁊ pie
tas de cōibus. Propterea autez maxime timor
commendatur. non qꝛ nobilius alijs: ſed quia
primordium quoddam perfectionis donoꝝ.
¶ De dono ſapientie ⁊ de triplici ſapientia.

Capitulum .iij.

O^S iuſti meditabit ſapientiam: ⁊ lingua eius loquetur
iudicium. ps. xxxvj. ⁊ Prouer. x. Iu
ſtus (hic ⁊ communiter in alijs ſcripture ſacre
libris) dicitur a iuſtitia. que eſt omis virtus ſꝫ
phm̄ in .v. Ethi. prout .ſ. importat quandam re
ctitudinem mentis: tribuens vnicuiqꝫ qđ ſuū
eſt. deo: ſibi: ⁊ proximo. Os autem in hoc loco
non accipitur pro ore corporis: qꝛ eius actus
nō eſt meditari: ſed pro ore anime qđ eſt intel
lectus eius: accipiens cibos veritatis ⁊ p medi
tationem maſticans ⁊ trayciens in ventrē me
morie vt inde nutriatur affectus. Meditatur
ergo os .i. intellectus iuſti ſapientiaz .i. que per
tinēt ad ſapientiam. ⁊ exinde lingua corporis
loquitur iudicium: ideſt ſm̄ rectitudinez iudi
cij quod ex ſapientia ſumit. Naz vt dicit pho.
Unuſquiſqꝫ recte iudicat que bene nouit. Lo
quitur ergo ſm̄ rectum iudicium. ideſt eſtima
tionem. ⁊ de diuinis rebus non errans vt he
retici. ⁊ de humanis agēdis .ſ. operibus. quia
ſm̄ diuinas regulas ſapientia conſulit ⁊ diſpo
nit de agēdis. Sed ſciendu ꝫ ꝙ triplex ē ſapiā.

Triplex eſt ſapientia.

¶ Sapientia eſſentialis ⁊ increata.
¶ Sapientia perſonalis ⁊ incarnata.
¶ Sapientia humanalis ⁊ variata.

¶ Os iuſti meditabitur primaz ⁊ admiratur
immenſitatem. Secundam ⁊ imitatur bonita
tem. Tertiam ⁊ iocundaſ pp̄ter ſuauitatem.

¶ De prima intelli .§. i.

De ſapientia eſſentiali ⁊ increata.

git illud Sap. j. Omnium eſt artifex omnia p
ſpiciens. quod vtiqꝫ eſt intelligendum de ſan
ctiſſima trinitate. Nam vt dicit bea. Augu. Si
cut inſeparabiles ſunt ſcilꝫ in eſſentia. ita inſe
parabiliter operantur ſcilicet ab extra. de con
ſe. diſtin. iiij. c. j. ¶ Nam abintra. ita pater gi
gnit filium ꝙ filius nō gignit ſed eſt genitus
⁊ pater ingenitus et ſpiritusſanctus ab vtroqꝫ
procedit: non illi ab eo. Sed ad extra proprie
tates perſonales in creatione mundi ⁊ guber
natione quod operatur pater. idem ⁊ filius et
ſpiritusſanctus. Unde. chriſtus dei filius ait.
Ioā. vj. Pater meus operatur vſqꝫ mō: ⁊ ego
operor. Et .j. ad Corin. xij. Hec omnia operatur
vnus ⁊ idem ſpiritus. Sicut autem omnium
trium perſonarum diuinaruz eſt vna eſſentia:
potentia: ⁊ bonitas: ita ⁊ vna ſapientia que nō
eſt aliud ſm̄ Beatum Auguſti. qꝫ ipſa eſſen
tia. Nam etſi in nobis aliud ſit eſſentia: aliud
ſapientia. qꝛ quoddam accidens adueniens ei
poſt eſſentiam. ¶ Non ſic eſt in deo cuz nil ac
cidat ei. Sꝫ vt dicit Boe. Accidens in deo trā
ſit in ſubſtantiā ideſt qđ eſt accidens in nobis:
vt ſapientia: bonitas: ⁊ huiuſmodi. in deo eſt
ipſa ſubſtantia ſeu eſſentia. Unde in ſequētia.
Nil in deo preter deum. nulla cauſa preter euz
qui cauſat cauſalia. Idem eſſe. idem noſſe. idez
velle. idē poſſe. cūcta ſūt ſimplicia. Diſtiguit m

a nobis ſapientia dei a ſua eſſentia per intelle/ctum noſtrum rõne: q2 alia rõne cõſideramus eius eſſentiam inquãtu3 per eã ſubſiſtit: ꝛ eius ſapientiam inquãtu3 per eã nouit omnia: ꝛ di/ſponit ad debitu3 finẽ. ps. ciij. Omnia in ſapientia feciſti. Et Sap. viij. Attingit ſapientia. ſ. dei a fine vſq3 ad finem fortiter ꝛ diſponit oĩa ſuauiter. Cum ergo meditatur os iuſti. i. mens hanc ſapientiã admiratur cu3 apoſtolo dicens ad Ro. xj. O altitudo diuitiarum ſapiẽtie ꝛ ſcientie dei ꝙ incõprehenſibilia ſunt iudicia eiꝰ.

Sapientia perſo/nalis. §. ij.

De ſapientia perſonali. ſc3 filio dei cui attribuit ſapientia ꝙre ꝛc.

nalis ꝛ incarnata eſt dei filius: cui per appropriationem attribuit ſapiẽtia ſicuti pr̃i potentia: ꝛ ſpũiſancto clementia. Eccli. xxiiij. Ego ſapiẽtia ꝓdij ex ore altiſſimi primogenita an oẽm creaturã ex ore eius intellectꝰ altiſſimi pr̃is ab eterno produxit. ꝛ Eccli. j. dr̃. Fons ſapientie vbũ domini in excelſis. Et. j. ad Corin. j. Chriſtum dei ṽtutem ꝛ dei ſapientiã. Hanc inquit Hiero. ad paulinũ. doctus plato neſciuit. Hãc demoſthenes eloquẽs ignorauit. Perdã ait dñs ſapiẽtiã ſapientũ: ꝛ prudẽtiam prudẽtum reprobabo. Loquit apls. Sapiẽtiam in myſterio abſconditam quã ꝑdeſtinauit deus añ ſecula. Quia enĩ primi parẽtes per inordinatũ appetitũ ſapientie. i. ſciẽtie boni ꝛ mali ex ſupbia ꝓcedentem: ꝑdiderunt genus humanũ. ꝛ q̃ſi mundũ totu3 quĩ ꝑpter ipſu3 factus eſt decuit vt dei filꝰ ſapientia pr̃is humiliaret nr̃a mortalitate aſſumpta vſq3 ad ſtulticiã crucis. Stulticia enĩ reputata eſt apud gẽtiles ſapiẽtes ſm modu3 ꝙ dei filius mortẽ ignominioſam ſufferret. Ṽñ apoſtolus. Nos ꝑdicamus xp̃m crucifixũ gentibꝰ ſtulticiam. Et per humiliatã ſapiẽtia3 incarnatam ſaluatum eſt genus humanũ: ꝛ refectus ẽ mundus. Os ergo iuſti meditabit hãc ſapientiam vt imitet: q2 ſic ſapiens vere efficit. Apls. Siquis videtur inter vos ſapiẽs eſſe. ſ. ſm eſtimationem ſuã ſtultus fiat ſe humiliãdo: ꝛ chriſtum imitãdo vt ſit ſapiens. Qui eni3 ĩqt beatus Augu. ſine ſaluatore vult ſalutem habere. ꝛ ſine vera ſapiẽtia eſtimat ſe fieri poſſe prudẽtẽ. non ſanus ſed eger: nõ prudẽs ſ3 ſtultus in egritudine aſſidua laborabit: ꝛ in cecitate noxia demens ꝑmanebit. xxvj. q. ij. qui ſine.

Sapientia tertia. §. iij.

De ſapiẽtia humanali ꝙ ipſa ẽ varia.

que eſt in hominibus hec eſt varia. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. ij. ij. q. xlv. ar. j. ꝙ ſm phm ad ſapientẽ pertinet cõſiderare cãm altiſſimam per quã de alijs certiſſime iudicatur. ꝛ ſm quam oĩa ordinari op3. Cum aũt altiſſima dupliciter conſiderari põt. vel ſimpliciter vel in aliquo genere. Ille ergo qui cognoſcit cãm altiſſimam in aliquo genere. ꝛ per eam põt de omnibus que ſunt illius generis iudicare ꝛ ordinare: dr̃ eſſe ſapiens in illo genere. Ṽt in medicina qui bene ſcit iudicare de ſanitate per q̃ amittitur ꝛ per que reputatur dicit ſapiẽs medicus. Et ſimiliter in architectura. ſm illud. j. ad Corin. iij. Ṽt ſapiens architectus fundamẽtu3 poſui. Qui autem cognoſcit cauſam altiſſimam ſimpliciter que deus eſt: dicit ſapiẽs ſimpliciter inquãtum per regulas diuinas q̃s docet ſcriptura ꝛ vnctio ſuggerit omnia põt iudicare ꝛ ordinare ſaltem ꝑtinentia ad ſalute3. huiuſmodi autem iudiciũ rectu3 conſequit quis per ſpiritum ſanctũ ſeu donum eius. ſ. ſapiẽtiã dictum. ſm illud. j. ad Corinthi. ij. Spiritualis iudicat omnia. ꝛ ſpiritus omnia ſcrutatur. etiam profunda dei. Ex quibus patet ꝙ varie dicitur ſapientia ꝛ eſt triplex.

Qꝺ triplex eſt ſapia.

Sapientia criminalis que eſt reproborum.

Sapientia virtualis que eſt bonorum.

Sapientia cõmunialis que eſt amborum.

De ſapientia criminali dicit Hiere. iiij. Sapientes ſunt vt faciant mala: bene aute3 facere neſcierunt. Apls Ro. iij. Sapientia huius mũdi inimica eſt deo. Dicitur aute3 hmõi noticia ſapientia improprie per quãda3 ſimilitudinẽ. Quod ſic declarat be. Tho. ij. ij. q. xlv. articu. j. Bonum dicitur dupliciter. Ṽno mõ qꝺ eſt vere bonum ꝛ ſimpliciter ꝑfectum. Alio mõ dicitur aliquid bonũ ſm aliquã ſimilitudinẽ. qꝺ. ſ. eſt in malitia ꝑfectum. Sicut dicit bonus latro qui. ſ. ſcit ſubtiliter modos aduenire ꝛ media ad furandũ. Et ſicut circa ea que ſunt vere bona eſt aliqua altiſſima cã que eſt ſummũ bonũ. qꝺ eſt vltimus finis. per cuius cognitionẽ dicitur hõ vere ſapiens. ita ꝛ in malis eſt adinuenire aliquid ad qꝺ alia referũtur ſicut ad vltimũ fine3. per cuius cognitionẽ homo dicit ſapiẽs ad male agendum. Quicũq3 enim auertit a fine debito neceſſe eſt ꝙ aliquem fine3 indebitũ ſibi preſtituat. q2 omne agens agit ꝑpter finem. Ṽnde ſi preſtituat ſibi finem in bonis exterioribus terrenis vocatur ſapientia terrena. Si in bonis corporalibus vocatur ſapientia animalis. Si in aliqua excellentia vocatur ſapientia diabolica propter imitatione3 ſuperbie diaboli. de quo dicit Job. xlj. Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbie quales fuerunt phi. De quibus dicitur Ro. j. Dicẽtes ſe eſſe ſapientes. ſcil3 ex ſuperbia ſtulti facti ſunt. Tales etiã fuerunt magi. ſ. ſapientes pharaonis ꝛ nabuchodonoſor. Hinc bea. Grego. in moral. de criminali ſapientia ait ponens conditiones ſeu effectus eius. Huius mundi ſapiẽtia ait eſt cor machinationibus tegere. ſenſum verbis velare. que falſa ſunt vera oſtẽdere: que vera ſunt fal

Eſt ꝛ ſapientia criminalis.

ſa demonſtrare. Hanc qui ſciunt ceteros ſuperbiendo deſpiciunt qui neſciũt ſuperbi ꝛ tumidi in alijs ipſam mirantur. Hec ſibi obſequentibus precepit honorum culmina querere. adepta temporalis glorie vanitate gaudere. Irrogata ab alijs mala multipliciter reddere. cũ vires ſuppetunt nullis reſiſtentibus cedere. Cuz viribus poſſibilitas deeſt qcquid per malitiaz explere nõ valz. ſ in pacifica bonitate ſimlare.

¶Secunda ſapiẽ .§.iiij.

tia que eſt cõmunis bonis ꝛ malis. eſt ſapiẽtia quam ponunt phi. ꝛ plato ꝛ Ariſtoteles. virtutem intellectualẽ que eſt circa cognitionem diuinorum. Pro cuius declaratione dicit Bea. Tho. ij. ij. q. xlv. arti. ij. ꝙ ſapientia ĩportat quãdam rectitudinem iudicij ſm rõnes diuinas. Rectitudo autem iudicij poteſt contingere dupliciter. Uno modo ſm pfectuz vſum rationis. Alio modo ꝑpter quandam cõnaturalitatẽ ad ea de quibus eſt iudicandum. Sicut verbi gratia. de his que pertinẽt ad caſtitatem per rationis inquiſitionez: recte iudicat ille qui didicit ſcientiam moralẽ. ſed per quãdam cõnaturalitatem ad ipſam recte iudicat de eis qui habet habitum caſtitatis. Sic circa res diuinas ex rationis inquiſitione rectum iudiciũ habere pertinet ad ſapientiam. que eſt virtus intellectualis quam habet theologus ꝛ metaphiſicus bonus vel malus. Sed rectum iudicium habere de diuinis per quãdam cõnaturalitatem ad ipſa pertinet ad ſapientiam. que eſt donum ſpũſſancti qꝺ ſoli boni habẽt. vt dicef. Stoici tamẽ accipiebant ſapientiam pro virtute intellectuali ſm illud prouer. Sapientia eſt viro prudentia in qua cõnectuntur omnis virtutes morales ꝛ noticia diuinorum. Et dicebant ꝙ in animo ſapientis. i. virtuoſi non cadũt paſſiones. Peripatetici vero aſſerebant ꝙ in ſapiente cadunt paſſiones. ſed non deducitur ab eis. ideſt non ſuperaſ eis acquieſcẽdo. vt quid agat contra rationem etſi motus earum ſentit. Et dicit beatus Augu. in. ix. de ciui. dei. ꝙ iſta ꝯtrouerſia magis erat in voce ꝗ̃ in re. Nam qꝺ dicebant ſtoici in animo ſapientis non cadere paſſiones. intelligebant quantum ad conſenſum contra rõnem: non quãtum ad motus. Et antiquitus phi vocabantur ſapientes. Primus autem vt dicit bea. Auguſti. de ciui. dei. qui inuenit iſtud nomen. philoſophus fuit pythagoras: que interrogatus de ſua profeſſione. cum nomen ſapientis videretur ſibi nomẽ arrogãtie non ſapientem ſe eſſe dixit. ſed phm. i. amatorem ſapientie. Sic enim interpretatur phs. Dicitur enim philoſophus a philos grece qꝺ latine eſt amor. ꝛ ſophia grece qꝺ latine dicitur

phi no/ men qs ꝑmus ſ uenit ꝛ vñ dici tur.

ſapientia. inde phs amator ſapientie. Magnã autem penuriam mundus habebat horum ſapientum. dicit beatus Augu. quando ſolem ſeptem mundi ſapientes fuiſſe quodam tempore deſcribuntur. Qui tamẽ ꝛ ipſi modo ſuo humiles erant preferentes alios ſibi. Unde Thales ait. Inter ſapientes ille ſapiẽtior: qui eſt humilior. In huius exemplum narrat Uale. maximus lib. iiij. ꝙ cum quadam vice piſcatoribus retia iacentibus pro capiendis piſcibꝰ quidam emit iacturam illaz pro illa vice certo precio. Jactatis retibus ceperunt menſam aureã. Qua educta orta eſt queſtio cuius eſſe deberet aſſerente emptore ſuaz fore: qꝛ emerat iacturaz illam que capta erat. Piſcatores econtra qꝛ intenderunt vendere capturam piſcium nõ aliꝺ. Demum conſulentibus ſuper hoc apollinẽ delphicum. Reſpondit. ſ. diabolus per idolum illud. Jllam menſam debere dari ſapientiori huius mundi. Et ſapientior iudicatus eſt Thales Mileſius. ꝛ ei miſſa eſt. Qui ex humilitate reputans biantem ſapientiorem eo miſit ſibi eandem. Et ipſe ſimiliter alteri ex ſeptem quẽ eſtimauit magis ſapientẽ. Tandem ad vltimuz ex vij. eſt delata vni qui dictus eſt Solon. q nec eã ſibi retinuit: ſꝫ dedicauit in templo apollinis: qui dicebatur deus ſapientie. Aurea menſa ſignificat ipſam ſapientiam que deo attribuẽda eſt qꝛ vt dicitur Eccli. j. Omnis ſapientia a domino deo eſt: ꝛ cum illo fuit ꝛ eſt ante euũ. Jſta tamen ſapientia acquiſita prout comprehẽdit cum cognitione diuinorum etiaz virtutes morales acqſitas non ſufficit ad ſalutem. Preterea ait dominus Hiere. ix. Non glorief ſapiẽs in ſapiẽtia ſua. qꝛ. ſ. non ſaluat. Sed ſapientia huius prout comprehẽdit virtutes infuſas cũ gratia deducit ad claritatem eternam. vt dicif Sap. vj. Et ſic videtur ſumi in libris ſapientialibus. in quibꝰ frequenter fit mentio de ſapiẽtia. ꝛ permaxime in libro ſapientie. a. vj. ca. vſqꝫ ad. ix. vbi ponuntur excellentie eius ꝛ effectus. vt ibi. Eſt in ea ſcilicet ſapientia ſpiritus intelligentia multiplex. vnicus ꝛc̃. Et infra inter cetera dicitur. Sobrietatem ꝛ prudentiam docet iuſtitiam ꝛ virtutem. ideſt fortitudinem: quibus in vita nil vtilius hominibus. Patet autem has eſſe virtutes cardinales. Et ſuperius ait. ꝙ amicos dei cõſtituit quod fit per charitatem. Uel melius ſm Beatum Thomam ſecunda ſecunde. q. xlv. articulo. vj. Jlla omnia intelliguntur de. ſapientia increata qua prima ſe nobis vnit per donum charitatis. Et ex hoc reuelat myſteria nobis: quorum cognitio eſt ſapientia infuſa. Unde ſapientia infuſa que eſt donum. non eſt cauſa charitatis ſed effectus eius. Et quia ſapientia contrariatur ſtulticie.

ſicut in ſcriptura ſacra. ſapiens dr̄ virtuoſus ſꝫ
virtutes infuſas. ita ⁊ ſtultus ſeu inſipiens vi-
tioſus. Et de hac ſapientia virtute generali di-
cit beatus Ambroſius in libro de fuga ſeculi.
Sapiens nunq̄ꝫ eſt inanis: ſed ſemper hꝫ in ſe
amictum prudentie: qui dicere pōt. iuſtitiam
induebam ⁊ iudicium. Hec ſunt interna men-
tis velamina: que nemini poſſunt auferri niſi
quem ſua culpa diſpoliat. his ſpoliatus adam
nudus inuentꝰ eſt. habentur hec de pe. diſt. ij.
ſapiens. Hinc ⁊ Lactantius in. iij. inſtitu. Qui
cunqꝫ vult eſſe ſapiēs atqꝫ beatꝰ audiat dei vo-
cem. ſacramentum natiuitatis ſue norit. vtriuſ
qꝫ natiuitatis xp̄i diuine ⁊ humane. humana
cōtemnat: ⁊ diuina ſuſcipiat: vt ſummū bonuꝫ
illud ad quod natus eſt valeat adipiſci. Hec il-
le. Et hoc eſt quod chriſtus ait Mat. vij. Ois
q̄ audit verba mea ⁊ facit ea: ſi illo eſt homini ſa
pienti qui edificauit domū ſuā ſupra petrā ⁊c̄.

Tertia ſapiētia .§.v.

De ſapientia virtuali q̄ ē bonorum.

que eſt ꝓpria bonorum ⁊ v̄tus ſpecialis diſtin-
cta a ceteris eſt illa que ponitur ꝑmū ⁊ excellē
tius donum vnū ex ſeptem donis ſpūſſancti de
quo dr̄ Eſa. xj. requieſcet ſuper eum ſpūs ſapie
⁊ intellectus ⁊c̄. Dona enim ſpūſſancti vt dictū
eſt. ō. ſunt virtutes medie inter virtutes cardi
nales q̄bus ſunt excellentiores ⁊ theologicas
quibꝰ ſunt inferiores: que ⁊ ſi ſint realiter diſti-
cte. ita tñ ſunt cōnexe ꝙ qui hꝫ iſtas: ⁊ illas ha-
beat ⁊ qui vna careat nullam poſſideat. Et ſimi
liter de donis. ¶ Differt aūt hec ſapīa non ſo-
lum a ſcientia que eſt cognitio diuinoꝝ natura
lis. ſ. que ꝑ viaꝫ naturaleꝫ habet. q: hec infuſa
a deo: illa acquiſita ꝑ ſtudium. Sed etiā differt
a fide: qua habet cognitio diuinoꝝ ſupernatu
ralis. ⁊ ſi vtraqꝫ a deo. Nam ad fidē pertinet aſ
ſentire veritati diuine reuelate ſm ſeipaꝫ. Sꝫ
ad ſapientie donū pertinet ſm regulas diuine
v̄itatis habē iudicium de rebꝰ diuinis ſpeculā
dis: ⁊ hūanis agendis. Unde ſapie donuꝫ pre
ſupponit fideꝫ: q: vnuſqſqꝫ bn̄ iudicat que no
uit. Differt ēt a ſapīa que numerat iter gratias
gratis datas. j. Cor. xij. vbi dic̄. Alij dat ꝑ ſpm̄
ſermo ſapientie ⁊c̄. q: illa pōt eſſe cōmunis bo
nis ⁊ malis. ⁊ pertinet ad eaꝫ diuina cognoſce
re. nō ꝑ acquiſitionē: ſed ꝑ infuſioneꝫ. ⁊ ita co
pioſe ꝙ pōt alios inſtruere de diuinis efficaci-
ter: ⁊ fidei aduerſarios refellere rōnibꝰ proba-
bilibus. Hec aūt ſolum in bonis repitur cū gu-
ſtu diuinoꝝ quoad neceſſaria ad ſalutem. Dici
tur autem ſapīa iſta aliquando pietas. ſꝫ illud
Job. xxviij. Ecce pietas ipſa eſt ſapientia ſꝫ trāſ
la. lxx. interpretum. quia ſicut pietas eſt mani
feſtatiua fidei inquantum ꝑ cultum dei ꝓteſta-
mur fidem: ita etiam pietas manifeſtat ſapiaꝫ.

De differentia huius ſapie ab his virtutibus

⁊ propter hoc dicitur ſapientia pietas. ⁊ eadeꝫ
ratione ſapientia dicitur timor dei. iuxta illud
Job. xxviij. ſm litteram noſtram. Ecce timor
domini ipſe eſt ſapientia: quia per hoc oſtendi
tur ꝙ homo rectum iudicium habet de diui-
nis: quia deum timet ⁊ colit. Dicitur etiam cha
ritas ſapientia. Unde. b. Aug. Sapientia ē cha
ritas dei. ⁊ Hugo de arca Noe ait. Charitas ē
ſapientia: quia per ipſam guſtamus deum: gu
ſtando cognoſcimꝰ. guſtate inquit pſal. xxxiij.
⁊ videte quoniam ſuauis eſt dominus. Qui. n.
diligit manet in lumine: ſcilicet ſapientie. j. Jo
an. ij. Dicitur autem ſapientia charitas quan-
tum ad ſuam cauſam ex qua ſumitur etiam no
men ſapientie: ſcilicet a ſapore. Cauſatur enim
ſapientia a charitate: que charitas eſt in volun
tate. Sapientia vero eſſentialiter eſt in intelle-
ctu vt in ſubiecto. Et iſta ſapientia eſſe non po
teſt in habente peccatum mortale. Unde dicit
Sap. j. In maliuolaꝫ animam non introibit ſa
piētia: nec habitat in corpore ſubdito peccatis
Cuius ratio eſt ſm. b. Tho. ij. ij. q. xlv. arti. iiij.
quia ſapientia donum ſpiritusſancti facit recti
tudinem iudicij circa res diuinas vel de alijs
rebus per regulas diuinas ex quadam conna-
turalitate ſeu vnione ad diuina. que quidem
vnio eſt per charitatem. ſm illud. j. ad Cor. vj.
Qui adheret deo: vnus ſpiritus eſt cum eo. Ad
heſio autem eſt per amorem. Charitas autem
cum mortali peccato ſtare non poteſt: vt ſupra
dictum eſt. Et ideo ſapientie donum nō poteſt
eſſe cum mortali. ¶ Eſt autem hec ſapiētia in
omnibus habentibus gratiam: etiaꝫ in paruu
lis ⁊ fatuis: adultis baptizatis quantum ad ha
bitum: etſi non quantum ad actuꝫ propter im-
pedimentum corporale. Unde dicitur Sap.
vij. Neminem diligit deus niſi qui cum ſapiē-
tia graditur. Sed omnes diligit deus qui dili
gunt eum. quod fit per gratiam ⁊ charitatem
quod ſic declarat. b. Tho. ij. ij. q. xlv. ar. v. Sapi
entia importat (vt dictum eſt) quandam rectitu
dinē iudicij circa diuina ꝯſpiciēda ⁊ ꝯſulēda.
Et quantū ad vtrūqꝫ ex vnione ad diuina ſm
diuerſos gradus aliqui ſortiuntur ſapientiaꝫ.
Quidam enim tantum ſortiuntur de recto iu-
dicio tam in contemplatione diuinorum q̄ꝫ eti
am in ordinatione rerum humanarum ſm re
gulas diuinas quantum eſt neceſſarium ad ſa-
lutem. Et hoc nulli deeſt exiſtenti ſinē peccato
mortali per gratiam gratum facientem. Juxta
illud. j. Jo. ij. Unctio docet nos de omnibus.
Quidam altiori gradu percipiunt ſapiētie do
num. Et quantum ad contemplationem diui-
norum inquantum: ſcilicet ⁊ altiora quedam
myſteria ⁊ cognoſcunt ⁊ alijs māifeſtare poſ-
ſunt. Et quantum ad directioneꝫ humanorum

Sapientia virtualis in quibus ſit.

ſm regulas diuinas inquantum poſſunt ſm
eas non ſolum ſeipſos: ſed etiam alios ordina/
re. Et iſte gradus ſapientie non eſt communis
omnibus habentibus gratiã gratum facientẽ
ſed magis pertinet ad gratias gratis datas. ⁊
ſic quod ait philoſophus in .j. meta. Sapien//
tis eſt ordinare quantum ad ordinationem ſui
ipſius. hoc agit in omnibus donum ſapiẽtie.
Quantum ad ordinationem aliorum homi//
num ⁊ iudicium aliorum quod fit per rectores
⁊ prelatos: hoc fit per ſapientiam gratiam gra
tis datam: qualis fuit data excellentiſſime ſalo
moni hoc poſtulanti ad regendum bene popu
lũ dei. vt habet. iij. Reg. iij. hec aũt ſapĩa nõ ſo
lũ ſpeculatiua ẽ: ſ3 ẽt practica. Quod p3 ex eo
quod ait apoſtolus ad Col. iiij. In ſapiẽtia am/
bulate ad eos qui foris ſunt: hec autem perti/
net ad actionem. Declarat aũt Tho. ij. ij. q. xlv.
ar. iij. ſic. Superior pars rationis vt ait. b. Au/
gu. xij. de trini. ſapientie deputatur. Inferior
autem ſcientie. Superior autem ratio ait ide3
intendit rationibus ſupernis: ſcilicet diuinis
⁊ conſpiciẽdis ⁊ conſulendis. Conſpiciendis
quidem ſm ꝙ diuina in ſeipſis contemplanſ.
conſulendis autem ſm ꝙ per diuina iudicat
de humanis. per regulas diuinas dirigẽs act⁹
humanos. Et ſic patet ꝙ ſapientia ſm ꝙ eſt do
num non ſolum eſt ſpeculatiua: ſed etiam pra/
ctica. Et ex hoc patet ꝙ ſapientia que eſt donu3
eſt excellentior ꝙ̃ ſapientia: que eſt virtus intel
lectualis. vtpote magis de propinquo deum
attingens per quandam ſpiritus vnionem ani
me ad ipſum. Et inde habet ꝙ non ſolum diri
gat in contemplatione quod facit ſapientia vir
tus intellectualis: ſed etia3 in actione circa hu/
mana. Quanto enim virtus eſt altior tanto ad
plura ſe extendit. vt habetur in lib. de cauſ. per
prius tamen pertinet ad huiuſmodi ſapientiã
contemplatio diuinorum ⁊ per poſterius diri
gere actus humanos ſ3 rationes diuinas. nec
tamen ex directione ſapientie in humanis acti
bus prouenit amaritudo aut labor: ſed potius
ꝓpter ſapientiã amaritudo ⁊ labor q̃ eſt in opi
bus humanis ꝓ ſapiẽtiã ꝯuertit i dulcedinẽ
⁊ requiem. ſm illud Sap. viij. Non hab3 ama
ritudinem conuerſatio illius: ſcilicet ſapientie.
nec tedium conuictus eius: ſed gaudium. Cu3
autem iſta quatuor dona: ſcilicet ſapientia: in//
tellectus: ſcientia: ⁊ conſiliũ pertineant ad vim
cognitiuam ſeu potentiam intellectiuam. alia
tria: ſcilicet fortitudo: pietas: ⁊ timor ad appe/
titiuam: quomodo iſta quatuor differant inter
ſe: ſic declarat. b. Tho. ſe. ſe. q. viij. ar. vj. Iſta q̃/
tuor dona ordinantur ad ſupernaturalem co/
gnitionem que in nobis per fidem fundatur.
Fides autem eſt in nobis ex auditu. vt dicitur
ad Ro. x. vnde oportet aliqua proponi homini
ad credendum. non ſicut viſa: ſed ſicut audita
quibus homo aſſentiat per fidem. Fides aute3
primo ⁊ principaliter ſe habet ad veritate3 pri
mam qui eſt deus. Secundario ad quedam cir
ca creaturas conſideranda: vt incarnationem
ſeu chriſti humanitatem: creationem guberna
tionem creaturarum: iuſtificationem hominũ
⁊ huiuſmodi. Ulterius tertio ſe extendit ad di
rectionem humanorum operum: ſm ꝙ fides
per dilectionem operatur: vt ſcilicet credat agẽ
da eſſe ab hominibus ſ3 regulas diuinas que
traduntur in ſacra ſcriptura. vt ſunt mandata
dei. Sic ergo circa ea que proponuntur nobis
credenda duo requiruntur ex parte noſtra. pri
mum eſt vt intellecta penetrentur ſeu capian//
tur vt credenda. quod fit per donum intellect⁹
per quem habetur quaſi quedam certitudo nõ
demonſtrationis: ſed efficacis perſuaſionis ſic
eſſe firmiter aſſentiendum his que ſunt fidei.
Secundo oportet vt homo de his habeat iu//
dicium rectum vt exiſtimet his eſſe inheren//
dum ⁊ ab eorum oppoſitis recedendum vt fal
ſis. Et hoc iudicium quantum ad res diuinas
pertinet ad donum ſapientie: quantum vͦo ad
res creatas pertinet ad donum ſcientie. quan/
tum vero ad applicationẽ ad particularia ope
ra pertinet ad donum conſilij. Sapiens vt di//
cit Iſido. in lib. etymol. dictus eſt a ſapore: q2
ſicut guſtus eſt aptus ad diſcretionem ſaporis
ciborum: ſic ſapiens dicitur ad dinoſcentiam
rerum ⁊ cauſarum circa diuina ⁊ agenda. Et
huic opponitur ſtultitia: vt dicit. b. Grego. in
moral. tar: ꝙ̃ contraria ei que dicta eſt a ſtupo/
re. Secundum Iſido. importat quandam he/
betudinem cordis ⁊ obtuſionem ſenſuum. Et
idem eſt inſipientia cum ſtultitia. Unde inſipi
entia quaſi ſine ſapore diſcretionis. Et preci//
pue videtur eſſe aliquis ſtultus ⁊ inſipiẽs qui
deficit in ſententia iudicij circa altiſſimam cau
ſam accipiens pro altiſſima cauſa ⁊ ꝓ vltimo
fine aliquod bonum terrenum vel creatum. b.
Tho. ij. ij. q. xlvj. arti. j.

¶ Ponit autem .§. vj. Septẽ
Iacobus apoſtolus in. iij. c. ſue epiſtole ſepte3 effect⁹
proprietates ſeu effectus huius ſapientie. Di/ huius
cit enim. Sapientia que deſurſum eſt. Primũ ſapĩe
quidem pudica eſt: deinde: pacifica: modeſta:
ſuaſibilis: bonis conſentiens: plena miſericor
die ⁊ fructibus bonis: iudicans ſine ſimulatio
ne. Et poſſunt figurari per ſeptem columnas
de quibus dicitur Prouerb. ix. Sapientia edi
ficauit ſibi domum: ſcilicet anime: excidit co/
lumnas ſepte3: quibus ſcilicet ſuſtentetur edi/
ficium ſpirituale. miſcuit vinum fermentis di/

lectionis. poſuit menſam:refectionis ſpūalis.
que eſt pax mentis:que eſt thronus ſalomonis
qui dictus eſt rex pontificus ⁊ ſapientiſſimus.
Et dominus de eo. Et erit ipſe mihi in filiū.ij.
Reg.vij. Correſpondet enim dono ſapiētie ſe/
ptima beatitudo qua dicitur. Beati pacifici
quoniam filij dei vocabuntur. vbi dicit Aug.
de ſermone domini in monte. Sapientia con/
uenit pacificis in quibus nullus motus eſt re//
bellis. ſed obtemperans rationi. Et vt dicit.b.
Tho.ij.ij.q.xlv.ar.vj. Congrue ſeptima beati/
tudo predicta adaptatur dono ſapientie.⁊ q̄tū
ad meritū ⁊ quantum ad premium. Ad meri//
tum quidem pertinet quod dicitur. Beati pa//
cifici. Pacifici enim dicūtur quaſi pacem faciētes.
vel in ſeipſis vel in alijs. quorum vtrūq̄ cōue/
nit per hoc q̄ ea in quibus pax conſtituitur ad
debitum ordinem rediguntur. Nam pax ē trā
quillitas ordinis. vt dicit.b.Aug.xix. de ciui.
dei. Ordinare autem pertinet ad ſapientiam.
vt patet per philoſophuȝ in.j.meta. Et ideo eē
pacificum conuenienter attribuitur ſapientie.
Ad premium autem pertinet quod dicitur. Fi
lij dei vocabuntur. Dicuntur autem filij dei in
quantum participant ſimilitudinem filij vni//
geniti ⁊ naturalis. ſm illud ad Ro.viij. Quos
preſciuit ⁊ predeſtinauit conformes fieri ima/
ginis filij ſui qui eſt ſapientia genita:⁊ iō par/
ticipando donum ſapientie ad dei filiationem
homo pertingit. Quomodo autem predicte
ſeptem proprietates ſeu effectus poſiti a Jaco/
bo pertineant ad ſapientiam. ſic declarat bea.
Tho. vbi ſupra. Ad ſapientiam ſm q̄ eſt donū
pertinet non ſolum contemplari diuina:ſȝ eti/
am regulare actus humanos. In qua directio
ne primo occurrit remotio a malis que contra
riantur ſapientie. Unde ⁊ timor dicitur eē ini/
tium ſapientie: inquantum facit timor recede
re a malis. ſm illud Eccli.j. Timor domini ex//
pellit peccatum. Ultimum autem eſt ſicut finis
ſcilicet q̄ omnia ad debitū ordinem redigan̄t.
quod pertinet ad rationem pacis. Et ideo con/
uenienter Jaco. dicit q̄ ſapientia que deſurſū
eſt. primum pudica eſt quaſi vitans corrupte//
las peccati per timorem:⁊ ſic ordinat hominē
ad deum. ſicut per peccatum deordinatur qs
a deo:nec habet pacem cuȝ deo. Deinde dicit
Jaco. q̄ ſapientia eſt pacifica. quod eſt finalis
effectus ſapientie propter quod ponitur beati
tudo ipſa pax vt dictum eſt. Uñ et congrue fi/
guratur per thronum ſalomonis ad queȝ aſcē
debatur per ſex gradus. Ex quibus iam vnus
dictus eſt:ſcilicet pudica:ideſt timorata. Alia
quinq̄ que ſequuntur manifeſtant ea per que
ſapientia ad pacem perducit quoad proximuȝ
⁊ quoad ſe ⁊ ordine congruo. Nam homini p
pudicitiam a corruptellis peccati recedenti pri
mo occurrit vt quantum eſt ex ſe. modum i oī/
bus teneat. Unde dicitur modeſta:ſcilicet ipſa
ſapientia. Ad modeſtiaȝ pertinet vt homo mo
deretur actus ſuos exteriores in habitu:in ge
ſtu:in inceſſu:in affatu:in victu:⁊ in omnibus
ſenſationibus. vt nil fiat inordinatum. ſm il//
lud apoſtoli. Omnia honeſte:⁊ ſm ordinem
fiant in vobis. Et ad phili.iiij. Modeſtia ve//
ſtra nota ſit omnibus hominibus. Secundo
requiritur. vt in quibus homo non ſibi ſufficiṫ
aliorum monitis acquieſcat. Et q̄tum ad h̄ dī
ſuaſibilis. Unde ⁊ prouerb.j. dicitur. Audiēs
ſapiens ſapientior erit:ſcilicet acquieſcens di/
ctis aliorum. Et ſalomon ſapientiſſimus conſi
liarios habuit. ⁊ ad quid niſi vt conſilijs eorū
acquieſceret. Et.b.Aug. inquit. Senex a pue//
ro:⁊ epiſcopus tot annorum a collega nonduȝ
anniculo paratus ſum edoceri.xxiij.q.iij.ſi ha
bes. Hec autem duo:ſcilicet modeſtia ⁊ ſuaſibi
lis pertinent ad hoc vt homo habeat paceȝ in
ſeipſo. Sed vlterius ad hoc vt habeat pacē eti
am ad alios requiritur quarto q̄ bonis coruȝ
non repugnet. Et hoc eſt quod dicit. Bonis cō
ſentiens:ſcilicet non contradicens. contentio/
nibus vacans. Propter quod dicit apoſtolus
Jac. in epiſtola ca.iij. Quis ſapiens inter vos
oſtendat ex conuerſatione ſua operationeȝ bo
nam in manſuetudine ſapientie. Quod ſi zelū
amarum habetis ⁊ contentiones ſunt in cordi
bus veſtris. nolite gloriari ⁊ mendaces eſſe ad
uerſus veritatem. Dicit enim glo. Uix fieri po.
teſt vt contentio non extorqueat aliquid contra
veritatem. ne victus confuſus eſſe videatur.
Quinto requiritur q̄ defectibus proximi cō//
patiatur in affectu ⁊ ſubueniat in effectu. ⁊ hoc
eſt quod dicitur. Plena miſericordie ⁊ fructi/
bus bonis. Quomodo enim qui diuina degu
ſtat conſiderans proximum factum ad dei ima
ginem ⁊ ſummi boni capacem:deum precipiē
tem. Eſtote miſericordes Mat.vj. Et date ele/
moſynam ⁊ huiuſmodi:non poterit non com/
pati. ⁊ non ſubuenire iuxta poſſe indigentijs
proximorum. Sexto ⁊ vltimo requirit̄ vt cha/
ritatiue emēdare peccata ſatagat. Et hoc eſt q̄d
dicit. Judicans ſine ſimulatione. ne ſcilicet cor.
rectionem precedens odium intendat explere
Unde Leo papa. Odio habeantur peccata nō
homines. Corripiantur timidi tolerentur in//
firmi. Et quod ſeuerius caſtigare neceſſe ē non
ſeuientis plectatur animo ſed medentis diſt.
lxxxvj. odio. ¶ Eſt etiam ſciendum q̄ ſcriptu/ Sacra
ra ſacra etiam dicitur ſapiētia. Juxta illō Deu. ſcriptu
iiij. Hec eſt veſtra ſapientia coraȝ omnibus po ra q̄re
pulis:ſcilicet lex diuina que comprehendit to dī ſapi
tam ſcripturam:que maxima ſapientia dicit̄: entia

quia permaxime de deo & de his que ordin. ł hominem ad deum: copioſius certi⁹ & aperti⁹ loquitur ꝙ̃ metaphiſica vel quecunqꝫ alia humana ſapiētia. Sed de ipſa in titu. ſequēti.

¶ De vita contemplatiua. Capitulū.iiij.

De vita contemplatiua

De vita contemplatiua in qua guſtatur ꝑmaxime donum ſapientie pſal.lxij. Loquens ad deū de pluralitate vite ait. Melior eſt miſericordia tua ſup vitas: labia mea laudabunt te. Ubi tria nota.

¶ Primo vita beata omnibus preponiť. ibi. Melior eſt miſericordia tua.

¶ Secunda vita plurima preſens oſtenditur. ibi. Super vitas.

¶ Tertio vita mixta vt precipua eligitur. ibi. Labia mea.

¶ Primo notatur vita beata. in eo quod dicitur. Miſericordia tua. Et dicitur hic miſericordia prout eſt miſeriam adimens: id eſt tollens. Hoc autem nō fit ex toto niſi in vita beata vbi remouetur a ſanctis omnis miſeria. vbi diciť miſericordia: quaſi mira ſuauitas rigans corda. Et de hac pſal. Domine in celo miſericordia tua. vbi ſcilicet nulla miſeria. Hec autē miſericordia que abſolute dicitur vita: vtiqꝫ melior eſt ſuper omnes vitas vite preſentis. vt exponit. b. Amb. In quodam ſermone. Quomodocunqꝫ diuidatur vita: vel ſm phm vel ſ꜡. b. Augu. vel per alium modum de quibus diſtinctionibus hic dicitur in iſto. §. Et vt dicit Greg. in omel. Temporalis vita eterne vite cōparata mors poti⁹ dicenda eſt ꝙ̃ vita. ¶ Quantum ad ſecundum: quia dicit in plurali ſuper vitas. Sciendum principaliter eſſe duas vitas actiuam & contemplatiuam. Et comparando eas adinuicem probatur meliorem contēplatiuam actiua decem rationibus. ¶ Quantū ad tertium quia ad illas duas additur tertia: ſcilicet mixta ex vtraqꝫ parte compoſita. Iſtam vt meliorem illis duabus eligit pſal. lxij. dicens. Labia mea &c. Nam per contemplatiuam laudat deum in oratione labijs mentis: id eſt cogitationibus & affectibus. Sed per actiuam laudat predicatione & inſtructione aliorum. Et de iſta mixta agitur in. iij. §.

Quas habes .§.ij.

¶ Notandum ergo. §.i.

Notandum ergo primo ꝙ quāuis philoſophus in. ij. ethi. dicat eſſe tres vitas hominum excellentes: ſcilicet voluptuoſam que ponit finem in delectationibus corporis. Ciuilē ꝙ̃ ptinet ad actiuā: & cōtēplatiuā. & b. Aug. in. xix. de ciuita. dei. ponat tria gn̄a vite. ſ. ocioſum qḋ pertinet ad cōtēplatiuā. Actioſū ꝙ̄ ptinet ad actiuā. Et ex vtroqꝫ compoſitum qḋ diciť vita mixta que ꝯgruit prelatis & ꝑdicatoribus. Alij aſſignāt vitā ſm inchoationē: ꝓfectionē: & ꝑfectionē. tñ diuiſio magis ꝓpria vite humane eſt: quā ponit Gre. ſup Ezech. & in. vj. moral. ſ. ꝙ due ſunt vite. ſ. Uita actiua & ꝯtēplatiua: figurate in ſacro eloquio p duas ſorores. In veteri teſtamēto per lyam et rachelem. Lya figurat actiuam exercens ſe in ſeptem operibus miſericordie corporalibus & ſpiritualibus ſignatis per ſeptem filias lye. nā ſeptima fuit dina. Rachel venuſto aſpectu que interpretatur viſum principium. ſignat contēplatiuam que ad principium rerum. ſ. deū ſubtiliter ſpeculať. In nouo enim teſtamento figurantur per marthā & mariā. Martha actiuam inſinuans que ſollicita erat turbata erga plurima. Maria contemplatiuam que ſedens ſec⁹ pedes dn̄i audiebat verbū illi⁹ Luc. x. Qḋ iſta ſit ſufficiēs diuiſio & ꝓpria ſic decla. b. Tho. ij. ij. q. clxxix. Unūquodqꝫ viuēs oſtendiť viuere ex operatione ſibi maxime propria. ad quā maxime inclinatur: ſicut plantarum vita diciť in hoc conſiſtere ꝙ nutriuntur & generantur. animalium vero in hoc ꝙ ſentiunt & mouenť: hominum vero in hoc ꝙ intelligunt. & ſm rōnē agūt. Un̄ in hoīb⁹ vita vniuſcuiuſqꝫ videť eſſe id in quo maxime delectať. & cui maxime intēdit. Et in hoc vult qlibet ꝓcipue cōuiuere amico ſuo. Qꝛ igiť qdā hoīes ꝑmaxime intendūt cōtēplatiōi vitatis. Quidā v̄o ꝑncipalr intendunt exteriorib⁹ actionib⁹. Inde eſt ꝙ ꝯueniēter vita hoīs diuidiť in actiuā & ꝯtēplatiuam. Nā vita voluptuoſa quam phs ponit tertiā nō ꝯuenit homini inquantū eſt rōnale aial agēs ſm rōnem. Eſt enim beſtialis talis vita cōmunis nobis & brutis. Uita autem mixta quā ponit. b. Aug. tertiam poſt predictas duas virtute continetur in eis ſicut media in extremis ex quib⁹ ꝯficiť: vt tepidū in calido & frigido. Uita vero īcipientium q reſiſtunt paſſionibus ſpectat ad actiuam. & ēt communiter ꝓficientium ꝑfectorum ad ꝯtemplatiuā. Dať. n. iſta diuiſio de vita hoīs ſm itellectum. q vtiqꝫ eſt aut practicus aut opus itendens exterius per mechanica & agibilia. vel iterius mortificando paſſiones. Aut ſpeculatiuus itendens veritatem ſpeculari precipue circa diuina.

Primo poſuit triplicē vitā excellētē

Uita duplex ſcꝫ actiua & cōtēplatiua figurata

¶ Contemplatiua. §.ij.

Contemplatiua vita ſimplr loquēdo ē melior ꝙ̃ actiua. ſm b. Tho. ij. ij. q. clxxxij. ar. j. Ad quod probandū īducit octo rōnes phi quas ponit. x. ethi. Ꝑma eſt ꝙ vita contemplatiua conuenit homini ſm id quod eſt optimum in eo. ſ. ſm itellectum. & reſpectu propriorum obiectorum: ſcꝫ itelligibilium. Uita autē actiua occupať circa rōnes

De cōtēplatiua ꝙ ſit melior ponūť rōnes

exteriora. Un̄ Rachel per quam ſignificaẗ vita
contemplatiua interpretatur viſuꝫ principiū.
Actiua autem ſignificatur per Lyam que erat
lippis oculis ſm̄ Greg. vj. moral. ¶ Secunda
ratio eſt: q꞉ contēplatiua poteſt eſſe magis con
tinua. lꝫ non quātum ad ſummū cōtemplatio/
nis gradum. Unde ⁊ maria per quā ſignificaẗ
contēplatiua: deſcribitur ſecus pedes domini
ſedens. Non enim poteſt homo ita cōtinue ex
erceri in operibus miſericordie corporalibus
vel ſpiritualibus. q̄ꝺ pertinet ad actiuaꝫ: quia
non hꝫ ſemper modum paratum ad exhiben/
dum elemoſynam: vel ad docendū ſicut habet
viam paratam ad legendū: orandum: meditā/
dum ⁊ huiuſmodi: que pertinent ad contēpla/
tiuam. ¶ Tertia ratio eſt: q꞉ maior eſt delecta/
tio contemplatiue q̄ꝫ actiue. Unde bea. Augu.
dicit. ꝙ martha que deſignat actiuam turbaba
tur. Maria epulabaẗ. Unde de ſapientia que
guſtatur in contemplatione dicitur Sap. viij.
Non hꝫ amaritudinem conuerſatio illius ne/
qꝫ tediū conuictus illius ſed gaudiū. Et Greg.
ſuper Ezech. dicit. ꝙ ꝯtemplatiua vita amabi/
lis valde dulcendo eſt. Eſt enim delectabilis ſꝫ
bea. Tho. vbi ſupra. q. clxxx. ar. vij. Et rōne obe
iecti inquātum. ſ. quis per eam intuetur vtcun
qꝫ rem amatam. ſ. deum ſicut delectatur quis
videndo amicum dilectum. Scd̄o rōne ipſius
actus: q꞉ vnicuiqꝫ eſt delectabilis operatio con
ueniens ei ſm̄ ꝓpriam naturam vel habitum.
Sed ſpeculatio veritatis conuenit homini ſm̄
ꝓpriam naturam inquātuꝫ aīal rationale. Ter
tio adhuc fit magis delectabile iſtud ſi habeat
habitū ſapientie vel ſciētie ex quo accidit ꝙ ſi/
ne difficultate cōtemplatur. Et ꝯtemplatio qui
dem diuinoꝝ etſi in via imperfecta ſit. eſt tamē
delectabilior omni alia ſpeculatione veritatis
quātūcunqꝫ perfecta. Un̄ ph̄s. Accidit circa il/
las honorabiles exiſtentes ſubſtātias minores
nobis exiſtere theoricas. Sꝫ etſi modicū attin
gamus eas: tm̄ propter honorabilitatē cogno/
ſcendi delectabilius etiam aliquid hīt q̄ꝫ etiaꝫ
nos omnia. ¶ Quarta rō eſt: q꞉ in cōtemplati/
ua homo eſt magis ſibi ſufficiens: q꞉ paucior i/
bus ad eā indiget q̄̄ in actiua: in qua eget ad/
iutorio alioꝝ vt poſſit exercere eā. Un̄ xp̄s Lu/
ce. x. Martha ſollicita es ⁊ turbaris erga plu/
rima. ſ. circa que verſaẗ ⁊ q̄bus īdiget. ¶ Qui
ta: q꞉ ꝯtemplatiua magis ꝓpter ſe diligiẗ. ſ. vt
deus cognoſcatur: ⁊ veritas que ꝑficit intelle/
ctum vt ameẗ vbi ſigiẗ. Sꝫ actiua ad aliud or/
dinatur. ſ. ad ſubueniendū ꝓximo. nec ibi ſigiẗ
ſed vt ꝓximus inde in deuꝫ proficiat. Unde in
ps. xxvj. Unam petij a domino hanc requiram
vt inhabitem in domo dn̄i omnibus dieb⁹ vi/
te mee vt videaꝫ voluntatem dn̄i. Et xp̄s Lu. x.

Unum eſt neceſſariū. Unūq̄ꝺqꝫ autē perfecti⁹
eſt q̄ꝺ eſt per ſe q̄ꝫ q̄ꝺ propter aliud: ſicut finis
magis q̄ꝫ ea que ſunt ad finē. vt ſanitas melior
medicina que ordinatur ad illaꝫ. ¶ Sexta q꞉
contemplatiua conſiſtit in quadā vacatione et
quiete. ſꝫ illud ps. xlv. Uacate ⁊ videte qm̄ ſua
uis eſt deus. q. d. Non poteſtis videre ⁊ guſta/
re q̄ꝫ ſuauis eſt deus. q̄ꝺ pertinet ad cōtempla/
tionem niſi vacando ⁊ ceſſando ab operibus.
Sed actiua cōſiſtit in motu: ſicut diciẗ prelato
cuilibet Prouerbi. vj. Diſcurre feſtina: ſuſcita
amicum tuum. ne des ſomnū oculis tuis. Per
fectior aūt eſt quies q̄ꝫ motus ceteris paribus.
Un̄ bea. Augu. dicit in. xix. de ciui. dei. Ociuꝫ
ſanctum. ſ. ꝯtemplatiue vite. q̄rit charitas veri
tatis. ſ. diuine cui maxime intendit cōtemplati
ua. Et ſignanter dicit ociuꝫ ſanctū ad excluden
dum ociuꝫ pigritie: q̄ꝺ eſt malum ⁊ ſentina oī
um vitioꝝ. Unde bea. Ber. ait. Uacare deo nō
eſt ocium. ſ. malum: ſed negociū negociorum.
Eſt eniꝫ exerciciuꝫ vite beate ſm̄ illud bea. Au
gu. in fine de ciui. dei. Ibi vacabimus ⁊ vide/
bimus. videbimus ⁊ amabimus. amabimus
⁊ laudabimus ſine fine. ¶ Septima ratio eſt:
q꞉ cōtēplatiua eſt ſꝫ diuina actiua ſꝫ humana.
Quis autem dubitat diuina hūanis preferen/
da: ſicut creator creature. Un̄ bea. Augu. ſuper
Jo. In principio erat verbū. ecce q̄ꝺ Maria au
diebat. i. ꝯtemplatiua cui vacat. ſ. audiendo di
uina. Et verbum caro factū eſt. Ecce cui Mar/
tha miniſtrabat. i. actiua. ſ. humanitati egenti
ſubueniēdo. Ipſa ēt ꝯſideratio myſterioꝝ xp̄i.
ſcilꝫ natiuitatis: vite paſſionis: ⁊ hmōi. ad con
templationē ꝑtinet manuducētes nos ad ꝯtē/
plationē diuinitatis. ſm̄ illud q̄ꝺ caniẗ in ꝑfa/
tione. Duꝫ viſibiliter deū cognoſcimus. i. my/
ſteria humanitatis. per hūc in inuiſibilē amo/
rem rapiamur. ¶ Octaua rō: q꞉ ꝯtemplatiua
eſt magis ſm̄ id q̄ꝺ eſt propriuꝫ homini. ſ. ſm̄
intellectum. In operationibus autē vite actiue
communicant nobis etiā vires inferiores que
ſunt communes nobis ⁊ brutis. Unde in ps.
Poſtquam poſuit id quod eſt commune no/
bis ⁊ brutis dī. Homines ⁊ iumenta ſaluabis
domine. ſubdidit poſt. quod eſt ſpeciale homi
ni ſcilicet in lumine tuo videbimus lumē. Un
de ⁊ ipſa contemplatiua vita transfert ad quā/
dam mentis libertatem vires inferiores que
deſeruiunt actiue in moderatione paſſionum:
⁊ in alijs habent quandam ſeruitutem. Unde
⁊ Boetius de philoſophica conſolatione ait.
Liberiores animas neceſſe eſt cum ſe in men/
tis diuine ſpeculatione conſeruent. minus vō
cuꝫ dilabuntur ad corporalia. Et Bea. Grego.
dicit ſup Ezech. ꝙ actiua vita ſuitus: ꝯtēplati
ua libertas vocaẗ. ¶ Nonā cām ſm̄ be. Tho.

ponit chriſtus ſcilicet quia diuturnior:cum di/
cit. Maria optimã partẽ elegit que non auſe//
retur ab ea. Ubi Aug. dicit. Non tamen malã
elegit Martha. Sed illa maria meliorẽ. Audi
vnde meliorem quia non auferetur ab ea. Au/
feretur quandoq; onus neceſſitatis. ideſt opus
in quo exercetur actiua ſcilicet paſcere eſurien
tem: docere ignorantem ⁊ huiuſmodi: q̃ ſunt
hic neceſſaria. Sed in vita beata iſta indigen//
tia non habetur: ſed eterna eſt dulcedo verita/
tis. que habetur ſibi. quod pertinet ad contem/
plationem. ¶ Quãuis autem non ſit idem mo
dus contemplandi in via qui ⁊ in patria: quia
h̃ imperfectus tamen dicitur manere contem/
platiua in alia vita ⁊ non auferri ratione chari
tatis: in qua habet principium ⁊ finem. Unde
bea. Greg. dicit ſuper Ezech. q̃ contemplatiua
hic incipitur vt in futuro perficiatur. Diutur//
na autem poteſt dici. Primo quia verſatur cir/
ca incorruptibilia ⁊ immobilia ſcilicet circa di
uina. Secundo quia non habet contrarietatẽ.
Actioni enim que eſt in conſiderando nihil eſt
contrarium. Tertio quia eſt ſm partẽ anime in
corruptibilem actio talis: ideſt ſm intellectum
Quarto quia in operibus contemplatiue non
laboratur. Poteſt aſſignari ⁊ decima ratio: q:
ſcilicet contemplatiua eſt maioris meriti. Un/
de. b. Gre. vj. moral. ait. Magna ſunt vite me/
rita actiue ſcilicet contemplatiue potiora. Qđ
ſic declarat. b. Tho. ij. ij. q. clxxxij. ar. ij. Radix
merendi eſt charitas. Hec autem conſiſtit in di
lectione dei ⁊ proximi. Diligere autem deum
ſm ſe eſt magis meritorium q̃ diligere proxi/
mum: ⁊ ideo quod directius pertinet ad dile//
ctionem dei eſt magis ex ſuo genere meritori
um q̃ illud quod pertinet ad dilectionem pro
ximi que eſt propter deum. Contemplatiua au
tem directe ⁊ immediate pertinet ad dilectio//
nem dei. Actiua autem directe ad proximum
ordinatur: quia ſatagit circa frequens miniſte
rium: ⁊ ideo contemplatiua eſt maioris meriti
q̃ actiua. Et hoc eſt quod dicit. b. Greg. in. iij.
omel. ſuper Ezech. Contemplatiua maior ẽ me
rito q̃ actiua: quia hec in vſu preſentis operis
laborat. in quo ſcilicet neceſſe eſt proximis ſub
uenire. Illa vero ſapore intimo venturam iam
requiem deguſtat ſcilicet in cõtemplatiõe dei.
Poteſt tamen contingere q̃ aliquis in operi//
bus vite actiue plus meretur q̃ alius in operi
bus vite contemplatiue. puta ſi propter abun/
dantiam diuini amoris vt eius voluntas imple
tur propter ipſius gloriam interdum ſuſtineat
a dulcedine diuine contemplationis ad tẽpus
ſeparari. Item quãuis ſimpliciter loquẽdo cõ
templatiua ſit melior actiua. tamen ſm quid. i.
in aliquo caſu eſſet vt melius eligenda actiua

Modus ɔtẽplã/ di i pa/ tria erit ali⁹ q̃ h̃ i via

Q: ſit maio/ ris me/ riti

ſcilicet propter aliquam neceſſitatem tempora
lem: ⁊ multo magis ſpiritualem. Unde philo/
ſoph⁹ dicit: q̃ quãuis philoſophari ſit magis
q̃ ditari: tamen neceſſitatem patienti meli⁹ eſt
ditari. i. ſibi ſubueniri. In glo. ij. q. vij. in ſacta
dicitur q̃ iſte due vite habent ſe ſicut exceden/
tia ⁊ exceſſa. Excedit enim contemplatiua acti
uam. quia eſt magis quieta ⁊ ſecura. Actiua
autem contemplatiuam: quia eſt magis fru//
ctuoſa proximis. etſi minus videat vt lya q̃ ha
buit plures filios q̃ rachel: vt dicitur extra de
renun. niſi cum pridem. Et quãuis vt dictũ eſt
ſimpliciter loquendo ſit melior contemplati/
ua: tamen quia pauci ſunt apti ad eam: ideo di
xit chriſtus. Si oculus tuus dexter ſcandali/
zat te: ideſt contemplatio: puta quia ex ſpecula
tione incurrit errores. erue eum: ideſt dimitte
⁊ proijce abs te. Unuſquiſq; ẽ in hoc ſequatur
id i q̃ magis pficit. ⁊ qđ cernit deũ velle ab eo.

¶ Tertium ge/ .§. iij.

nus vite ſcilicet mixtam. vt perfectiorem elige
re videtur pſal. lxij. dum ait. Labia mea lauda
bunt te. Laudatur deus labijs oris admonen/
do ⁊ predicando quod eſt precipuum in vita
actiua. Laudatur de⁹ labijs oris ore ⁊ corde in
oratione cogitationibus ⁊ affectibus deuotis
quod ſpectat ad contemplatiuam. Utrãq; pſal
miſtam non eſt dubium habuiſſe. Actiuam in
gubernatione regni. Contemplatiuam in edi/
tione ⁊ decantatione pſalmorum. Hanc vitam
mixtam chriſtus vt perfectiſſimam tenuit. ⁊ in
ſe oſtendit. Nam licet ɔtinue ɔtemplaretur ani
ma ei⁹ ⁊ frueretur verbo cui erat vnita limpi/
dius q̃ quicũq; ſanctus in patria: tamen quia
hoc hominibus erat ignotum: aliquando ibat
in deſertum locum aptum ɔtemplationi. Uel
aſcendit in montem ſolus orare. Et aliquando
erat pernoctãs in orõne. vt referũt euãgeliſte.
Aliqñ diſcurrebat pdicãdo. ſanãdo infirmos
corrigẽdo hoies: paſcẽdo famelicos: vinũ pcu
rãdo in nuptijs egẽtibus: ɔſolãdo afflictos vt
marthã mariã ⁊ alios. Hanc mixtã tenuerunt
apli pfectiſſimi ſancti pdicãdo ⁊ orãdo. Unde
⁊ ait petrus ad ſedandũ murmur exortũ in ec/
cleſia pmitiua. Nõ eſt equũ nos dimittere ver/
bum dei ⁊ miniſtrare mẽſis. Eligite vobis ⁊c.
Nos vo orationi ⁊ pdicationi vacabim⁹. Actu
um. vj. Et q: plati ⁊ pcipue pontifices ⁊ pdica/
tores tenẽt locũ aplor debẽt p poſſe imitari in
vita mixta implẽtes illud pſal. Memoriã abũ
dantie ſuauitatis tue eructabũt. Ex plenitudi/
ne enim interiori diuine ſuauitatis quã degu/
ſtant in orõne: lectione: ⁊ ɔtẽplatione dñt po//
ſtea pplis dei myſteria ⁊ monita ppinare. Hec
mixta figuratur in lazaro reſuſcitato. q poſtea

De ter/ tio gñe vite ſcȝ mixte

Q: xps tenuit vitam mixtã vt pfe/ ctiſſi/ mam

fuit epiſcopus ſanctus fratre marthe ⁊ marie.
Dicitur autem Jo.xj.Diligebat ieſus martħā
deſignantem actiuam:mariam contemplati/
uam.⁊ lazarum tenentem mixtam. Utrūqꝫ cō
plexi ſunt ximij illi prophete predicatores ve
teris teſtamenti Eſaias ⁊ Hieremias. Et licet
Hieremias cum mitteretur a domino ad pre/
dicandum.vnde ad actiuam ſe difficilem red/
deret:excuſans ſe ⁊ dicens.A.a.a.domine de/
us ecce neſcio loqui Hiere.j. timens quietem
⁊ ſuauitatem contemplationis amittere.⁊ Eſa
ias ad predicationem ſe offerret dicens. Ecce
ego mitto me Eſa.vj.Lucra ſalutis proximoꝝ
appetens acqrere. Tamen nec Hieremias om
nino recuſauit accuſationē ſibi a domino im//
poſitam predicationis.nec Eſaias prius ſe ob
tulit qꝫ purgatum ſe vidit carbone ignis. Si
enim predicaret quis ſine igne charitatis fa//
ctus eſſet velut es ſonans:aut cymbalum tin//
niens.j.Cor.xiij.ſe conſumens per mortale:⁊
alijs proficiens.Tangit hoc Greg.viij.q.j. In
ſcripturis hinc ⁊ Innoc.iij.cuidam volenti re
nunciare epiſcopatū:vt vacaret quieti contem
plationis ait.Contemplatiuus eſſe vales ⁊ acti
uus legiſlatoris exemplo:ſcilicet moyſi q nūc
aſcendebat in montem:vt ibi gloriam domini
cum maiori libertate cerneret. nunc deſcen//
debat in caſtra:vt cum vtilitate neceſſitatibus
proximi prouideret: ex͞ de renun. niſi cū pdē.
Et cum queritur quem chriſtus magis dilexit
Petruꝫ vel Joannem euangeliſtam. vtriqꝫ ma
gna priuilegia pre ceteris apoſtolis conceſſit.
Joanni matrem ſuam. Petro eccleſiam com//
mendauit. Reſpondeo qꝫ chriſtus magis dile
xit Petrum ad actiuam cui regendam commi
ſit eccleſiam. Joannem magis ad contemplati
uam cui non ſolum matrem contemplatiuam
ſed ⁊ ipſam ſummam ſpeculationem deitatis
ſue tradidit mundo inſinuandam in ſuo euan
gelio permaxime. In principio erat verbuꝫ in
choanti. Petro dixit, Sequere me.ſ. per tole//
rantiam paſſionis.quod pertinet ad actiuā.de
Joanne vero. Sic eum volo manere donec ve
niam pro eo:quando non quidem auferet cō/
templatiua.ſed perficietur. Simpliciter auteꝫ
videt magis dilexiſſe Joānē ex pluribꝰ puile/
giis ꝯceſſis:vterqꝫ m̄ actiuꝰ ⁊ ꝯtēplatiuus.

¶ De his q̄ ptinet ad ꝯtēplatiuā vitā. Cap.v.

Quis dabit mihi pē
nas ſicut columbe ⁊ volabo ⁊ requi
eſcam pſal.liiij. Ultimꝰ finis noſter
⁊ beatitudo conſiſtit in cōtempla
tione prime ⁊ ſumme veritatis ſeu viſione dei
Sed philoſophi gentiles ſapientiores ceteris
vt Ariſtoteles non intelligentes claram cogni
tionem diuinorum que habetur in gloria.po/
ſuerunt ſummam hominis felicitatem q̄ hic
poſſit haberi in contemplatione prime cauſe
⁊ ſubſtantiarum ſeparatarum:ideſt angelorū.
Et quamuis in preſenti vita pauciſſimi vacēt cō
templationi propter occupationes neceſſarias
⁊ ineptitudinem hominum ad ſpeculationem
⁊ pene omnes etiam boni fideles vacent actio
ni:tamen nullus quātūcūqꝫ neceſſario occupa
tur in actionibus.debet omittere quin aliquan
do vacet contemplationi:ideſt conſiderationi
diuinorum. Unde in figuram Leui.xj.declarā
tur immundi piſces in aquis qui non habent
pennulas:ideſt paruas alas quibus poſſint ali
quando ſaltum facere extra aquam:vt patet in
tinchis. Piſces continue verſantes in aquis
ſunt homines continuo occupati in actionibꝰ
ſeculi. Uerum ⁊ hi dīt habere alas ſaltem par
uas alicuius contemplationis ⁊ conſideratio/
nis diuinorum:ſaltantes per eas extra tumul/
tum ſecularium negociorum.alīs imundi ſunt
coram deo. Nec dīt comedi:ideſt incorporari
ſeu imitari mores talium:qui ſemper immerſi
morantur in mundo.quia eſſi delectabilis ta/
men noxius cibus ſaluti vt anguille: ſed quili
bet perfectus cum pſal.appetit magis inhere/
re contemplationi dicēs. Quis dabit mihi ⁊c.
In quibus verbis quatuor poſſunt notari que
exiguntur ad contemplatiuam vitam.

¶ Per orationes frequentatio.ibi.Quis da//
bit mihi. — Quatuor ſunt q̄ ad cō tēplādū regrūt vel iu//uant

¶ Per morales mortificatio.ibi. Pennas ſi/
cut columbe.

¶ Per conſiderationes eleuatio.ibi.Uolabo.

¶ Per ſpeculatōes delectatio.ibi.requieſcaꝫ.

¶ Quātum ad pri/ .§.i.
mum cū ſufficiētia nr̄a ex deo ſit ſm aplm etiā
minima cogitare vel opari: multo magis ma/
xima vt ſit in ꝯtēplatione. Et ideo oꝫ orationes
frequentare. Siqs vr̄m indiget ſapiētia poſtu
let a deo ⁊ dabit ei Jaco.j.ſcribit. Sapiētia aūt
ptinet ad ꝯtēplationē.q: eſt cognitio diuinorū
Uñ ⁊ pſal.hic. Quis mihi dabit pēnas ad vo/
landū.q.d.nullus niſi deꝰ. Nā doctrina ⁊ ſciē
tia phōꝝ dat ad volandū per ſupbiam : nō ad
deū:q: ſciētia inflat :ſed dat ad volandū adiu/
toriū deus per grām.nō tamē dat niſi deſiderā
ti ⁊ petēti Lu.xj. Dabit ſpiritū bonū petētibus
ſe.ſpiritum.ſ.ſapiētie ⁊ intellectus.vt dicit de
ſancto viro. Impleuit eū ſpiritu ſapiētie ⁊ in//
tellectus. Sic ſapiēs inqt. Inuocaui ⁊ venit in
me ſpiritus ſapiētie Sap.vij. Sꝫ hec oīo vt ſit
decēs pſupponit lectionē vel auditionē ſacra/
rum doctrinaꝝ.vt ex his ſciat quō mētē debe/
at dirigere.vt ſcꝫ nō imaginet loqui ad deum

Q̄ ſa//cre ſcri ptture auditō vel le//ctio cō/tēplatio ni deſe/ruit

vt ad hoiem corporeũ. cũ ſit deus ſpiritus non corpus. Sicut accidit ſerapioni abbati magne abſtinentie viro. qui credebat deũ hr̃e mẽbra. Et cũ orabat dirigebat mentẽ ſuã ad deũ vt ad hoiem formans ſibi in mente de deo formam corporeã qḋ ab eccleſia eſt reprobatũ vt here- ſis deũ ſcʒ hr̃e mẽbra corporea. vt. xxiiij. q. iij. c. penul. Accedentes aũt ad eũ venerabilis Jo an. caſſianus cũ ſocio ſuo gratia viſitationis: ⁊ audientes opinionẽ eius falſam ex ignorãtia quã habebat vir rõnibus plurimis ab errore illũ reuocauerũt. Et cũ ſimul genua flecterent ad orandũ gratias deo agendo de dimiſſione erroris cepit ille ſerapion flere di. Tulerũt do- minũ meũ ⁊ neſcio quo vertã vel dirigã aĩum meũ. Oratio ergo ex lectiõe formata precipue debet poſtulare perſeueranter ⁊ feruenter vir- tutes neceſſarias ad ſalutem ⁊ contemplatio- nis actum. de quibus in. §. ſequenti

ℭ Secundũ quod .§. ij.

Qr̄ mor- tificatio paſſio- nũ mul- tũ valet ad ↄtẽ- plãdũ

requirit ad ↄtẽplatiuã vitã ẽ mortificatio paſ- ſionũ ⁊ vitiorꝝ q̃ ſit p v̓tutes morales. ⁊ he ſũt pẽne ptinẽtes ad duas alas. Ille enim q̃ morti ficat paſſiones ⁊ vitia ſenſualitatis ſcʒ cõcupi- ſcibilis ⁊ iraſcibilis: vt fortitudo ⁊ tẽperantia ſunt in ala dextra: qua in ſeipſo bene regulat ⁊ a terra erigit. Que aũt mortificãt vitia volũ tatis praue: vt iuſtitia ⁊ partes eius ſunt in ala ſiniſtra: qbus bene ordinat q̄s ad ꝓximũ. Sed oʒ q̄ he ſint ale columbe. Quis inqt pſal. liiij. dabit mihi pẽnas ſicut colũbe. In colũbe ſpe- cie ſpiritusſanctus viſus eſt ſup xp̄m baptizatũ Vñ pẽne colũbe deſignãt v̓tutes morales infu ſas a ſpiritusſancto. Nã morales acq̄ſite tantũ valẽt quidẽ ad ↄtẽplationẽ phicã: nõ ad ſpecu lationẽ theologicã guſtatiuã ⁊ ſalutiferã. Co- lũba ẽt eſt aĩal immolaticiũ: q: mortuũ offere- batur deo in ſacrificiũ. ⁊ eſt aĩal quietũ nõ leſi- uum. Opʒ ergo per ꝑus mortificare per virtu tes tẽperantie delectationes venereas per ca- ſtimoniã. Guſtus per abſtinentiã ⁊ aliorꝝ ſen- ſuuʒ per modeſtiã. Iras ⁊ triſtitias per mãſue- tudinẽ ⁊ patiẽtiã. Iſta maxime ꝑrigunt ad cõ tẽplationẽ. Sicut eniʒ per luxuriã abſorbetur intellectus ⁊ per gulã hebetat: ⁊ per irã offu- ſcatur. Ita per caſtitatẽ eleuat ſupra ſe: per ab- ſtinentiã acuit: per patientiã quietat. Vñ Da- niel ⁊ ſocij eius q: fuerunt abſtinentes ⁊ caſti fuerũt multum contemplatiui ⁊ acuti ad intel ligendũ viſiones ⁊ reuelatões diuinas. Moy ſes qui fuit mitiſſimus hoium cũ deo frequen ter loquebat: vt hõ cũ amico ſuo. Opʒ ẽt ꝓpri am voluntatẽ per obedientiã mortificare cupi ditatem per liberalitatẽ vel paupertatem extin guere. Per penitentiã vitia expellere: neminẽ

ledere. que oĩa pertinent ad iuſtitiã. Mortifi- catio autem vitiorꝝ ⁊ paſſionũ ſm. b. Tho. ij. ij. ptinet ad vitã actiuã. Vñ nõ põt quis ad cõ tẽplatiuã bene peruenire niſi prius fuerit ex- ercitatus virtuoſe in actiua. In cuius figuraʒ Jacob prius fuit vocatus q̄ iſrael idẽ nũcupa- tus. Jacob interpretatur ſupplãtator. Iſrael vi dens deũ. Nõ põt aũt q̄s deũ videre in ↄtem- platione niſi prius ſupplãtauerit diabolũ ⁊ vi tia per actionẽ. Et idẽ Jacob quãuis ſeruierit multo tp̄e ⁊ laborioſe p Rachele habẽda i vxo rẽ que ↄtẽplatiuã ſignificat. fuit tñ prius ſibi data lya que ſignificat actiuã. Et dũ ↄquereret de hoc cum laban ſocero ſuo reſpondit. Nõ ẽ ↄſuetudinis huius regionis vt minores ꝑus tradant ad nuptias. Quãuis enim ↄtemplatí- ua ſit prior nobilitate ⁊ perfectione. eſt tñ poſte rior in via generationis ⁊ adeptionis. Et hoc comuniter accidit abrenũcĩãtib⁹ ſeculo: vt ſcʒ cũ intẽdãt ſe ſubito tradere ↄtemplatiõi ⁊ orã tioni prius exercent in exterioribꝰ actionibus vt mortificet propria voluntas ⁊ multas ſuſti- nent tentatiões. vel carnis vel ipaciẽtie q̄s pri us nõ ſenſerãt qbꝰ fortiter oʒ reſiſtere: p actiuã ergo oʒ prius eos mortificari. Vñ in figuram dicit dñs Exo. xix. Beſtia q̃ tetigerit mõtẽ lapi dabit. q. d. hõ adhuc ſubditus paſſionibꝰ ſen- ſualitatis que ſunt cõmunes nobis ⁊ beſtijs. ſi montẽ ↄtemplationis velit tangere per exerci tium: lapidibus percutitur errorꝝ. Prius er- go opʒ hr̃e pẽnas virtutum moralium

Religi oſi dñt ꝑus ex ercitari in exte- rioribꝰ actioni bꝰ q̃uo ⁊ q̃re

ℭ Tertium quod .§. iij.

occurrit ad contemplationem eſt eleuatio mẽ- tis per conſiderationes quibus quaſi volatur dum ſupra ſe tendit ſm illud Threno. iij. Erit ſolitari⁹ ⁊ tacebit ⁊ leuabit ſe ſupra ſe. Triplex eſt autem cõſideratio quibus anima volat ver ſus deum. Unde dicit pſal. liiij. in auctoritate inducta. volabo ⁊ requieſcam.

Tripli- ci ↄſide ratione hõ ad deum volat

ℭ Conſideratio effectuum diuinorum ex qua conſurgit ſtupor.

ℭ Conſideratio dei iudiciorum ex qua inſur- git timor.

ℭ Conſideratio dei beneficiorum ex qua exur git amor.

ℭ Quantum ad primum pſal. Mirabilia te- ſtimonia ⁊c. Omnes creature ſunt dei effect⁹ Unde ſicut effectus teſtimoniũ reddit ſue cau- ſe: quia cauſam manifeſtat: ſicut pictura oſten- dit cum pulchra eſt artem perfectam magiſtri ita cum creature dei habeant mirabiles ⁊ in- numerabiles virtutes: pulchritudinem: ordi- nem: durabilitatem ⁊ huiuſmodi: teſtificantur de magnitudine ſapientie: potentie: eterni- tatis: ⁊ bonitatis dei. Unde anima merito ob-

ſtupeſcit. Abac.iiij. Dñe cõſideraui opa tua ⁊
expaui admirando. ¶ Conſideratio ſecũda. ſ.
dei iudicioꝝ mentem eleuat ita tamen vt time/
at. Cum enim quis cõſiderat ꝙ populus iudeo
rum qui fuit peculiaris a deo dilectus reprobatus
tus eſt. Et gentilis qui fuit reprobus ⁊ idolatra
electus ſibiipſi timere dꝫ: ne ⁊ ſi nunc bonus ⁊
deuotus. demum reprobus inueniatur. Noli
ait apl's Ro. ix. altum ſape ſed time. Et deſcen/
dendo ad particulares cauſas conſiderando
iudam proditorem: qui vocatus a xpo ad apo
ſtolatum miſſus ab eo ad predicandum ⁊ mira
cula faciendũ auditor talis doctrine ⁊ tãti ma
giſtri ad ſacram admiſſus dominici corporis
⁊ ſanguis cõmunionem. Et demum in eum in
trans diabolus magiſtrum ꝓdidit: ⁊ exinde ſe
ipſũ ex deſperatione pemit. Saul in iſrael me
lior eo non erat. factus rex domini iuſſu quaſi
inuitus declinans a mandato domini peſſimꝰ
effectus eſt ſeipſum occidens. vt pꝫ. j. Reg. xv.
Dauid quem dñs inuenit ſm cor ſuum ex ſub
limibus contemplationibus diuinorũ ſecre
torum que patent in pſalterio. in adulterium
cum berſabee proditionem ⁊ homicidium la//
pſus eſt. ij. Reg. xj. Moyſes qui clare vidit di/
uinam eſſentiam ſꝫ beatum. Tho. in ſum. poſt.
b. aug. poſt tanta miracula ⁊ ſummã ſapienti
am ⁊ dei tantam familiaritatem ad aquas con/
tradictionis de deo diſſidens charitatem ami/
ſit. ſm Gratia. de pe. diſt. ij. Et Pe. de palu. in
iiij. Licet tam ipſe ꝙ Dauid vere penitẽtes de
peccato ſuo magni ſint i regno celorũ. Quis
ergo non timeat. Uenite inqt ps. ⁊ videte opa
dei conſiderando. terribilis in conſilijs: ſuper
filios hoium circa ea que diſponit de eis iuſte
reprobando: vel cadere permittendo. Et vt hõ
non ſolum timeat ſed ⁊ confidat de dei miſeri
cordia immenſa maximos peccatores reduxit
ad viam ſalutis ⁊ pniam. vt pꝫ in Saulo Act.
ix. In magdalena Lu. vij. In manaſſe rege iu/
da peſſimo. iiij. Re. vlt. Uolandum eſt ergo vt
columba per conſiderationem dei iudiciorũ.
aliquando in imo lapſus conſiderando facta
ſctoꝝ ⁊ inde ſe humiliando. Aliqñ in altum ex
conſideratione pctoꝝ reuertentium confitẽdo.
vt ſic pſecutionẽ accipitris infernalis euadat.
Uolet tertio mens p conſiderationem bñficio
rũ dei que innumerabilia ſunt. Qñꝙ ſufficiẽ
ter conſiderabit vel recompenſabit bñficium
creationis ſue ad imaginem dei. Aut guberna
tionis ⁊ continue puiſionis anime ⁊ corporis.
Aut future glorie ſibi parate hec oia trahunt
mentem ad dilectionem feruidam dei. Ut enĩ
ait beatus Aug. Nulla eſt maior puocatio ad
amorem ꝙ preuenire amando. Nullus enim
tam fere mentis qui ⁊ ſi non vult impendere:
vult tamen rependere. Per maxime meditatio
ſeu conſideratio dñice incarnationis ⁊ paſſio/
nis. Unde Bern. ſuper omnia te mihi reddit
amabilem o bone Jeſu calix quẽ bibiſti: opus
redemptionis noſtre. Et ad volandum ad hũc
locum ſcilꝫ per conſiderationem inuitat ſpon/
ſa xpi cum dicitur Canti. ij. Surge ꝓpera ami/
ca mea: colũba mea: ⁊ veni in foraminibus pe
tre: in cauerna macerie. Petra ait apoſtolꝰ erat
chriſtus. Foramina huius petre ſunt vulnera
manuũ ⁊ pedum. Cauerna macerie eſt vulnus
lateris latius alijs. Maceria dicit murus ſic/
cus. i. compoſitus ſine cemento ex lapidibus.
Et ſignificat xpm cuius membra corporis fue/
runt ſine cemẽto humani ſeminis formata. In
citatur ergo per inſpirationem anima ad conſi
derandum vulnera chriſti. i. paſſionẽ. nec eni
apte poteſt requieſci in contemplatione diuino
rum: niſi vt quadam manuductione volet ad
conſiderationem humanitatis chriſti. vt dum
viſibiliter deum cognoſcimus. per hunc in in/
niſibilium amorem rapiamur. dr in pfatione.

¶ Quantum ad .§. iiij.

quartum quod eſt perfectio ꝯtemplatiue. h ex/
tat quietatio in ſpeculatione ipſius diuine veri
tatis ⁊ maieſtatis. Inquietum eſt cor noſtrum
donec requieſcat in te. ait bea. Augu. in lib. cõ/
feſ. Requieſcit autem in deo anima noſtra per
fecte per viſionẽ eius ad quam ſequitur frui/
tio ſeu ſumma delectatio ⁊ quies. Hec autẽ vi/
ſio dei ⁊ deletactio hic incipit per contẽplatio/
nem: ⁊ in patria preficitur. Unde Sap. vij. di/
citur. Ingrediens domũ meam ſcilicet mentis
conquieſcam cum ea ſcilicet ſapiẽtia que in cõ
templatione percipitur. Et de maria Magda/
lena que vitam contemplatiuã ſignificat. Lu.
x. Maria ſedens ſecus pedes domini audie//
bat verbum illius. Et Joan. xj. dicitur. Maria
domi ſedebat: quod pertinet ad quietem. Que
quies non tollit motum intellectus ſpeculatiui.
quia in actu conſiſtit contemplatio non in ha/
bitu: ſed tollit motum occupationum exterio/
rum ⁊ paſſionũ. Uis enim appetitiua mouet
hominem ad aliquid inſpiciendũ ſenſibiliter
vel intelligibiliter. quãdoꝙ propter amorẽ rei
in ſe: quandoꝙ propter amorem ipſius cogni
tionis quam quis ex inſpectione conſequitur.
⁊ propter hoc conſtituit bea. Greg. contempla/
tiuam vitam in charitate dei inquantum. ſ. ali
quis ex dilectione dei inardeſcit ad eius pul//
chritudinem inſpiciendam. Et qꝛ vnuſquiſꝙ
delectatur cum adeptus fuerit id quod amat:
ideo vita cõtemplatiua terminatur ad delecta/
tionem que eſt in affectu ex qua etiam amor in
tenditur. Et lꝫ contemplatio etiam extendatur
ad ſpeculationem

ad ſpeculationẽ veritatis circa creaturas: po
tiſſima tñ eſt ſpeculatio ipſius ſumme verita/
tis ad deguſtãduꝫ.⁊ ibi eſt maxima delectatio
ſup oẽs alias que habet quietare mentem.ſm
illud ps.Delectationes in dextera tua.i.ↄtem
platiua vſqꝫ in finẽ.i.ad quietãduꝫ ⁊ finiẽdnꝫ
appetituꝫ:vt in patria eſt. Uñ.b. Aug.in.i.de
tri.Cõtemplatio dei ꝑmittiẜ nobis actionum
oium finis atqꝫ eterna pfectio gaudioꝝ que,in
futura vita erit nobis pfecta qñ videbimus cũ
facie ad faciẽ.nunc aũt impfecta: qꝛ impfecte
videmus:qñ per ſpeculũ nõ per eſſentiã. Uñ
per eam fit in nobis hic quedã inchoatio bea/
titudinis.Uñ ⁊ phs.x.Ethi.ponit vltimã feli/
citatem hois in ↄtẽplatione optimi intelligibi
lis.Dicit ergo ps.Uolabo:p ↄſiderationem:⁊
requieſcã:per ↄtemplationẽ.Uñ.b.Greg.ſup
Ezech.dicit ꝙ ↄtẽplatiua vita amabilis valde
dulcedo eſt.vbi exponit figurã de Jacob faciẽ
tis luctã cum angelo in auroꝛa:pmiſſis prius
ante ſe aialibus ⁊ omni familia ſua. Jn qua lu
cta lꝫ pualens ↄtra angelum:tñ pcuſſus ab an
gelo in femoꝛe claudus pmanſit:bñdictioneꝫ
tñ accepit:⁊ nois mutationẽ.ſ.iſrl nũcupatus.
Dixitqꝫ.Uidi dñm facie ad facieꝫ ⁊c. Jacob q
interpꝛetaẜ ſupplantatoꝛ.ſ.vitioꝝ ſignat ↄtem
platiuum:quẽ opꝫ vitia ſupplantaſſe:⁊ aialia/
ideſt paſſiones pmittere.i.ſedaſſe ⁊ occupatuꝫ
famulum dimittere.⁊ tunc ſolus in mente in/
choante lumine gratie luctaẜ in cõtẽplatione.
Quia ſicut ille qui luctaẜ.ſ.ad brachia ludẽdo
cum alio aliqñ preualet ↄtra alium quaſi incli
natum verſus terrã:aliqñ quaſi ſuccumbit in/
clinatus ab alio:ita in ↄtẽplatione cum intelli
gẽdo ⁊ ſentiendo de incircũſcripto lumiẽ ali/
quid deguſtat quaſi tũc ſuperat. Et ex defectu
intellectꝰ noſtri ⁊ ex grauitate coꝛpoꝛis qȯ ad
ima detrahit dum nõ valet ſe figere in ipa ſpe
culatione quaſi ſuccũbit. Jſta aũt pugna in cõ/
templatione nõ eſt ex ↄtrarietate veritatis quã
ↄtẽplamur:ſed ex ↄditione coꝛpoꝛis coꝛrupti/
bilis.ſm illud Sap.ix.Coꝛpus qȯ coꝛrumpiẜ
aggrauat aiam: ⁊ depꝛimit terrena inhabita/
tio ſenſum multa cogitantẽ. Sed ſicut in re p
qua quis pugnat cum adeptus fuerit ceteris
paribus magis delectaẜ:ſic pringendo ad ↄtẽ
plationem veritatis pꝛo qua hñda laboꝛabat
magis amat ⁊ delectaẜ ⁊ grauitatem coꝛpoꝛis
impediẽtis odit:vt dicat cum aplo Roma.vij.
Jnfelix ego homo quis me liberabit de coꝛpo
re moꝛtis huius? Et hoc ſignificaẜ qꝛ preualẽs
Jacob areſecit femur:qꝛ.ſ.voluptatem carnis
interemit.Guſtato enim ſpũ ait.b.Bernar.de
ſipit ois caro.Claudus aũt efficiẜ qꝛ debilitate
amoꝛe ſeculi:neceſſe eſt vt cõualeſcat quis ad
amoꝛẽ dei.Pes meus eſt amoꝛ meus(ait bea.
Aug.)Dexter pes eſt dei,alter ſeculi amoꝛ.Sꝫ
deguſtata ſuauitate dei in cõtẽplatione quaſi fi
gitur in amoꝛe dei.⁊ aliũ pedẽ ſcꝫ amoꝛẽ ſecu/
li ſeu pꝛoximi trahit poſt illum oia ad deũ oꝛdi
nans.Benedictionẽ accepit fiducie future glo
rie.Jſrael vocaẜ qȯ interpretatur videns deuꝫ
ſcꝫ in ↄtẽplatione.Quod aũt dicit. Uidi dñm
facie ad faciẽ:nõ eſt intelligendũ ꝙ viderit per
eſſentiaꝫ:ſed clarioꝛi modo ꝙ modo cõmuni.
qꝛ ex extaticaqꝫ ↄtẽplatione ſublimi. hic videri
non pȯt deus in eſſentia ſua ſm bea.Greg. ſup
Ezech.⁊ b.Tho.niſi eẽt oĩno alienatus a ſenſi/
bus etiã interioꝛibus.vt fantaſia ⁊ hmȯi.Et rõ
nem habes.ij.ij.q.clxxx.ar.vij.

¶ De raptu ſiue exceſſu mẽtis.⁊ ꝺ raptu pauli
Capitulum ſextum.

DE raptu qui perti/
net ad cõtemplationeꝫ:⁊ ſermo de
Paulo aplo de cuius raptu in ſua
conuerſiõe pȯt apte intelligi illud
ps.lxvij. Jn beniamin adoleſcẽtulus in mẽtis
exceſſu.¶ Pro cuius declaratiõe ſciendu ꝫ ꝙ
Jacob habuit.xij.filios ſcꝫ:Ruben:Simeon ⁊
Leui:Judam:Dan ⁊ Neptalim: Gad ⁊ Azer ⁊
yſachar ⁊ Zabulon:Joſeph ⁊ Beniamin. Hi
ſunt duodecim patriarche pꝛincipes ⁊ capita
duodecim tribuũ vnde deriuatum eſt totũ ge/
nus iudeoꝝ.Joſeph aũt habuit duos filios ſcꝫ
Manaſſen ⁊ Effraim.quos Jacob in moꝛte in
ſuos filios adoptauit pꝛo eo.vnde effecti ſunt.
xiij.pncipes.xiij.tribuũ.Jacob ſignificat xp̄m
ſupplantantẽ diabolũ ideſt vincẽtẽ. Duodeciꝫ
filij eius ſunt.xij.apli:quos ipſe vocauit filios
dicens Joan.xiiij.Filioli adhuc modicum vo
biſcum ſum.geniti ſpiritualiter ab eo. Uno aũt
ſubtracto ex.xij.additi ſunt duo. Juda eniꝫ re/
moto:loco eius appoſitus eſt Mathias.⁊ an//
numeratus cũ.xj.Act.j.Additus eſt tredecimꝰ
ſcꝫ Paulus a xp̄o de celo vocatus:qui plus oi/
bus laboꝛauit:vt ipſe ait.Ex his genitus eſt to
tus populus iſrael ideſt fideliũ toto oꝛbe diffu/
ſus ⁊ multiplicatus nimis.Juxta illud ps. Di/
numerabo eos ⁊ ſuper arenã multiplicabunẜ.
Hi tranſito ioꝛdane baptiſmi per deſertũ peni
tentie:cibati mãna gratie deuictis hoſtibus.ſ.
vitijs.intrant terram pmiſſionis.i.gloꝛiaꝫ. Et
cum Jacob moꝛiens benediceret filios ſingu//
lis pꝛenũcians que ventura erãt in nouiſſimis
tꝑibus.i.deſcendẽtibus ab eis ad Beniamin De pro
vltimum filium veniens inquit.Beniamin lu phetia
pus rapax:mane rapiet pꝛedam ⁊ veſpere diui Jacob ꝺ
det eſcas.Geñ.xlix.Beatus Augu. in ſermo. ↄuerſiõe
dicit Jacob in his verbis pphetaſſe de conuer ſci pau/
ſione apoſtoli Pauli. Jpſe enim deſcendit de li apli.
tribu Beniamin:vt idem de ſe teſtaẜ. Hic itaqꝫ

velationem ieſu chriſti. Un̄ ⁊ ad Ananiā dictū fuit lupus rapax: qm̄ ſurgēs intentus per totam iudeā ferebat ſanguinē xpianorum ſitiens vt xpi mēbra laniaret in terris. Et ad hoc epiſtolas acceperat a principe ſacerdotū. Mane ⁊ veſpere (ait. b. Aug.) ſignificat prius ⁊ poſterius. Prius ergo ſcʒ ante ↄuerſionē rapiebat pdam fideles capiēs. Poſtea poſt ↄuerſionem diuidebat eſcas verbi dei: diſcurrens per ſynagogas poſt baptiſmū imediate affirmans qm̄ xps ieſus hic eſt filius dei. ¶ Ubi etiā notandum q moriens Rachel mater eius in parturiēdo ipſum vocauit benoni. qui interpretaſ filius doloris mei. Sed pater vocauit eum Beniamin: qui interpretaſ filius dextre. Mater eni ſynagoga mater eius ſm carnē: que viuebat in obſeruatione legaliū. Poſt partū huius mortua ſ utilis eſt oſtenſa in ipſa obſeruatiōe legalium poſt diuulgatū euangelium: ⁊ maxime per predicationē Pauli. ⁊ iō ſibi fuit dolori: propter qō maxime pſequebatur Paulū vt occiſorem matris ſynagoge. Sed xps pꝛ vocauit eum filium dextre: quia vocatus ab eo cuʒ eſſet ad dextram pris. i. in celo vbi alij vocati ſūt in terris. Filius etiā dextere dicitur q: copioſius alijs laborauit: ſicut per dexterā plus homo operatur ꝗ per ſiniſtrā. Nam vbi alij apli vnam prouinciam ſibi decretā: docuerunt: vt Joan. greciaʒ: Petrus Jtaliam: ⁊ hmōi. ipſe per totum mundum predicauit. Unde in orōne eius dꝛ. Deus qui vniuerſum mundū beati Pauli predicatiōne docuiſti. De iſto ergo Beniamin tenerrime a xpo dilecto: ſcʒ Paulo: dicit ps. lxvij. ibi. Beniamin ⁊c. vbi tria nota. ſcilicet.
¶ Eius conuerſio veneranda. ibi. Beniamin.
¶ Eius ↄuerſio imitāda. ibi. adoleſcentulus.
¶ Eius ſpeculatio admiranda. ibi. in mentis exceſſu.

¶ Quantum ad pri- .§. i. mum ſcʒ de conuerſione hec notatur cuʒ dicit. Jbi Beniamin. Jllud ibi referſ ad id qō in verſu precedēti dixerat. Jn eccleſijs benedicite ⁊c. Jbi ergo in eccleſijs reperiſ Beniamin ideſt Paulus ortus ex tribu Beniamin. Hoc auteʒ fuit in ſua ↄuerſione. Tunc enim inuentus eſt in eccleſia qui prius erat extra per errorem. Et tunc impletū eſt qō ait Job. xxviij. Ferruʒ de terra tollitur: ⁊ lapis calore ſolutus in es conuertitur. Quod exponens Grego. in moralibꝰ ait. Ferrum de terra tolliſ: cum fortis propugnator eccleſie: vt Paulus a terrena quā prius tenuit actione ſeparaſ. Non ergo debet deſpici in eo quod fuit: q: incipit eſſe quod non fuit. diſtin. l. ferrū. Non ſolum ferrū per crudelitatem: ſed lapis per duritiaʒ erat Saulus. Et lapis iſte ſolutꝰ a ſua duricia calore diuini amoris ↄuerſus eſt in es ſonoꝝ predicatorem gentium ⁊ doctorem veritatis. Et iō non dʒ deſpici q: fuit crudelis ⁊ durus perſecutor: ſed venerari q conuerſus eſt effectus maximus predicator. ¶ Ubi notandū q cum multi ſancti ex peccatoribus conuerſi ſint ad deum ⁊ perfectiſſimi viri: ⁊ magni doctores eccleſie effecti: vt iſtū ↄuerbiūs Aug. beatus Cyprianus. abbas Moyſes nōie ſcī ⁊ huiuſmodi: nullius tamen conuerſionē eccleſia celebrat niſi pauli. Et ratio eſt: quia fuit magis miraculoſa ꝗ alie. Siquidem ois conuerſio peccatoris eſt aliquo mō miraculoſa ſm. b. Tho. inquantū ſcʒ ſolum fit diuina virtute. Jllud hiere. Couerte nos dn̄e ad te ⁊ conuertemur. Et ps. Deus tu cōuertēs iuſtificabis nos ſm aliā litteram. Et ita eſt admirāda ⁊ venerāda iſta ↄuerſio. ſm q dicit. b. Augu. Maius ē conuerſio ſeu iuſtificatio impij (quod idem ē) ꝗ creatio celi ⁊ terre. Ex parte quidem dei operantis vtrunqꝫ eſt ei facile vnum ſicut ⁊ aliud: ⁊ equalis potentie: ſed ex parte rei que fit maius dicitur iuſtificatio ſeu cōuerſio peccatoris Tum quia melius. Maioris enim perfectiōis eſt gratia per qam iuſtificatur impius ⁊ diſponitur ad gloriam ꝗ natura celi ⁊ terre ⁊ oium rerum. Unde. b. Ambro. Potior eſt gratia ꝗ natura. de conſe. di. ij. reuera. Tum etiam quia in creatione celi ⁊ terre nil deo reſiſtit. nil ↄcurrit: ſed in iuſtificatione impij poteſt reſiſtere liberum arbitriū: ⁊ ad eam opʒ concurrere. ſʒ illud. b. Aug. Qui fecit te ſine te: non iuſtificabit te ſine te. Conuerſio autem Pauli vltra iſtam cōmunem rōnem eſt aliomodo miraculoſa et veneranda. q: alij qui conuertunſ cōiter percipiunt gratiam incipientem ⁊ non ſubito pducuntur ad perfectionem. ſed poſtea in proceſſu vite pficiendo de gradu in gradum. Sʒ Paulus ſubito perductus fuit ad maximā perfectionem ⁊ dei viſionem. Jn alijs etiam cōmuniter fit pparatio ⁊ diſpoſitio ad grām a. P. aulatiʒ ⁊ per tempora: vt pʒ in beato Aug. Sed in Paulo ſubito cum eſſet in actu pcti. ſ. perſecutionis fuit facta in eo preparatio ⁊ infuſio grē. Neceſſaria aūt eſt conuerſio cuilibet ad ſalutem. Nā ſaluator ait. Niſi conuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli: non intrabitis in regnum celorum. Mat. xviij. ¶ Preuia auteʒ ⁊ quaſi diſpoſitio ad conuerſionem ſunt quatuor que ſignātur in ↄuerſione pauli. Primū eſt qdaʒ mētis illuſtratio. vt conſideret quis finem ſuū: ſta or pniatum ſuum: ⁊ periculum. Unde dicitur de Saulo. Circunfulſit eum lux de celo. Act. ix. ¶ Secundum eſt a vitijs ceſſatio: vt abſtineat quis a nōceſad malis conſuetis. quod innuiſ in Saulo in hoc conuer q proſtratus cecidit non vltra procedēs in maſionem

Quare

Quatu

lo illo itinere ſuo. proſternitur autem per timo
rem penarum. ¶ Tertium eſt a lumine mun//
di id eſt apparente pulchritudine abſtracto. qḋ
ſignificatur in excecatione eius. Beatus Aug.
in ſermone. Omnis creatura vileſcat: vt ſolus
creator in corde dulceſcat. ¶ Quartum eſt of/
fenſe cognitio. cuȝ ſcilicet deus alloquitur mē
tem: oſtendens viam ſuam eſſe quandam per
ſecutionem contra deum: cum tamē ipſe ſit ſal
uator anime ⁊ corporis floribus omnium bo/
norum circundatus. Unde dixit ei. Saule ſau
le quid me perſequeris? Ego ſuȝ ⁊c̄. Et ad hoc
ſequitur omnimoda ad eum ſubiectio. Unde
⁊ conuerſio cuȝ ait. Domine quid me iubes fa/
cere? Et dicitur ei ꝙ ſe humiliet. intret ciuita/
tem: ⁊ ſibi dicetur per Ananiam id eſt prelatuȝ
ſeu confeſſorem imponentem ei manuȝ abſol/
uendo. ⁊ baptizatur lachrymis contritionis vn
de lauatur a maculis culparum. ⁊ inde cibum
ſacramenti accipiens ſcilicet eucharíſtie: con/
fortatur ⁊ roboratur ad conuertendos alios.
Effectus de Saulo ſuperbo Paulus modicus
per humilitatem. Unde quaſi interpretans ſu
um nomen ait. Ego ſum minimus apoſtolo/
rum et cetera.

¶ **Quantuȝ ad ſe/** .§.ij.
cundum de conuerſatione ſcȝ eius dicitur ado
leſcentulus. Equidem adoleſcentulus erat in
ſua conuerſione. Dicitur enim Act. vij. ꝙ teſtes
qui lapidauerunt Stephanum depoſuerūt ve/
ſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis qui vo/
cabatur Saulus. Huius autem etas eſt multū
mutabilis. Unde dicitur. xy. q. j. Omnis etas
prona eſt ad malum ab adoleſcentia ſua. Nil ī
certius vita adoleſcentium. Et viam quam qs
ſibi aſſumit in bono vel malo in adoleſcentia
ſua perſeuerans illam poſtea tenet. Iuxta illud
(ꝙ adoleſcentes facilius ⁊ citius ꝯuertūſ ⁊ ſaluāſ) Prouer. xij. Adoleſcens iuxta viam ſuam gra
ditur: ⁊ cum ſenuerit non recedet ab ea. Cōmu
niter magni ſancti eccleſie vocati ſunt in ado/
leſcentia ſua vel pueritia vt Dauid: Daniel cuȝ
ſocijs. Ioannes: Bernardus: Dominicus Frā
ciſcus: ⁊ alij innumeri. Et quos chriſtus reſu/
ſcitauit a mortuis anime reſuſcitationem ſignī
ficans fuerunt adoleſcentes. de puella ⁊ filio
vidue clarum eſt. De lazaro etiam videtur ſe/
nem quendam ei nunciatum mortuum a filio
ſuo non reſuſcitauit. Fuit autem Paulus a/
doleſcentulus ſpiritualiter. vnde oſtenditur
conuerſatio eius ſancta imitanda. Hec enim
hȝ tres conditiones ſimiles adoleſcētie nāli.
(Tres cōditiōes adole// ſcentie.) ¶ Eſt enim adoleſcentia feruens ad diligen/
dum.
¶ Sufferens ad exercendum.
¶ Congruens ad ſciendum.

¶ Adoleſcentes ſunt amatiui aliorum ⁊ vehe
menter: quia ſanguis feruet in eis incitans ad
amandum. Sic adoleſcens ſpiritualiter id eſt
decorus gratia feruenter amat deum ⁊ proxi//
mum. Unde Cantico. j. dicitur. Adoleſcentule
dilexerunt te nimis. Quantum fuerit feruens
adoleſcentulus noſter Paulus: ipſe oſtendit di
cens. Certus ſum quia neqȝ mors neqȝ vita ⁊c̄
ſeparabit nos a charitate chriſti. ad Rom. viij.
Quantum ad charitatem proximi ait. Opta//
bam ego anathema fieri a chriſto pro fratrib⁹
meis. ad Roma. ix. Anathema interpretatur ſe
paratio. Sicut autem eſt duplex vnio cuȝ chri/
ſto in preſenti: vna per gratiam: alia per actua
lem contemplationem eius ⁊ conſolationem: i
ta ⁊ ſeparatio duplex. Una a gratia chriſti hāc
non optabat apoſtolus pro amore proximo: quȝ
quia eſſet contra ordinem charitatis vt quis
plus diligeret proximum ꝙ̄ ſeipſum. Sed ſe/
cundam optabat pro ſalute querenda proxi//
morum. Cum enim ſibi eſſet ſumme delectabi
le chriſtum contemplari ⁊ in eo quieſcere: poſt
ponebat ſuam maximam conſolationem ſalu//
ti proximi cui intendebat diſcurrendo. predi//
cando: laborando ⁊ huiuſmodi. Oſtendit ſuaȝ
nimiam dilectionem ad proximos dum ait.
ij. ad Corinthios. xj. Inſtantia quotidiana mea
ſollicitudo omnium eccleſiarum. Quis infir//
matur ⁊ ego non infirmor ⁊c̄. ¶ Adoleſcens
eſt fortis ad tolerandos labores. Threnorum.
iij. Bonum eſt viro ſi portauerit iugum ſcili//
cet laborum ab adoleſcentia ſua. O quis enar
raret labores huius adoleſcentuli Pauli ⁊ cuȝ
quanto gaudio illos ſuſtinebat. ij. ad Corinth.
xj. In laboribus plurimis: in carceribus abū//
dantius: in plagis ſupra modum ⁊c̄. Que ſe//
quuntur ibi vide. Et in fine ꝯcludit ipſis enar
ratis poſt ſtimulum carnis qui dicitur a beato
Auguſtino infirmitas corporis: a Gregorio tē
tatio carnis. ſed ſine peccato. Libenter gloria/
bor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me
virtus chriſti. Et alibi. Superabundabo gaudio
in omni tribulatione noſtra. ¶ Adoleſcentia
eſt apta ad diſcendum. Puer nondum habet
plenum iudicium rationis. Sed adoleſcens
qui adhuc habet mentem recentem non alijs
imbutam. Nam ſemel imbuta recens ſerua//
bit odorem teſta diu. Horatius. Unde ⁊ Na//
buchodonoſor adoleſcētulos ex filijs iſrael de
ſemine regio fecit erudiri in omni ſapientia
chaldeorum. Daniel. primo. Doctiſſimus fuit
adoleſcentulus Paulus eruditus plene in ſua
adoleſcentia ad pedes doctoris Gamalielis in
lege veteri. A chriſto in celo in lege euangeli//
ca. Neqȝ enim (ait ipſe Ad Galathas primo)
euangelium meuȝ ab homine accepi: ſed p re

ſuit a domino. Uas electiōis eſt mihi iſte. Act. ix. armarium. ſ. ſacrarum ſcripturarum. Epl'e eius ſunt ſumma theologie plene etiā eloquē tia ⁊ ſapiētia: quas ⁊ apoſtolus petrus commē dat in ſua epiſtola: vbi increpat. ſunt verba eiꝰ tonitrua. vbi hortatur melliflua.

Tertium prin/ .§.iij.

cipale eſt ſpeculatio eius in qua eſt ſingularis. Nam de nullo alio ſancto d: expreſſe ⁊ indubi tate ꝙ viderit deum per eſſentiā in vita niſi de paulo in nouo teſtō: ⁊ moyſe in veteri: ſm bea tum Aug. in lib. de orando deū. Et btūs Tho.
ꝙtripl'x ij. ij. q. clxxv. vnde dicit. In mētis exceſſu quod
eſt ex/ ſuit in iſta conuerſione. Ubi ſciendum ſm
ceſſus. beatum. Tho. vbi. ſ. ꝙ triplex eſt exceſſus men tis qui contingit in contēplatione. Unꝰ eſt quo mens humana diuinitus rapitur ſeu eleuatur ad contemplationē diuine veritatis per quaſi/ dam ſimilitudies imaginarias. Et talis ſuit ex ceſſus Petri qn̄ ipſo orante (vt dicitur Act. x.) cecidit extaſis ſuper eum. i. exceſſus mētis. Nā extaſis ſm beatum Tho. eſt nomen grecū ⁊ la/ tine ſonat exceſſum mentis. In quo exceſſu vi/ dit celum apertum: ⁊ vas ſeu diſcuȝ ſubmitti de celo quattuor mitijs: plenum omni gn̄e anima lium immūdoꝝ. Dictum qȝ eſt ei. Macta ⁊ mā duca. Sub qua viſione imaginaria deus ſibi manifeſtauit conuerſionem gentilium: occiſio nem eorum immūdorum quoad mortificatio/ nem criminū ⁊ manducationem. i. incorpora/ tionem eorum in eccleſia. Secundus exceſ/ ſus mentis eſt. quo mens rapitur ad intuitio/ nem diuine veritatis per aliquos itelligibiles effectꝰ. hic ſuit talis exceſſus dauid cum dixit. Ego dixi in exceſſu mētis mee oīs hō mendax. Contemplās enim diuinam bonitatem ⁊ imu/ tabilitatem ⁊ hoīm peccabilitatem ⁊ tendenti/ am ex ſe in nihilum intellexit omnem hominē ex ſe fallacem comparatione dei. Tertius ex ceſſus eſt cum rapitur mens vſqȝ ad claram vi ſionem diuine eſſentie. Et hic ſuit exceſſus pau li. de quo nunc v̓. ps̄. lxvij. dicit. Ibi Beniamī adoleſcentulus mentis exceſſu. qn̄ vȝ raptus ſuit ad tertium celum. ij. ad Cor. xij. Ubi ad
Ad qd̓ uertendum. ꝙ illud tertium celum poteſt dici
celum celum ſanctiſſime trinitatis.
paulus Eſt ergo primum celum materiale.
raptus Secundum intellectuale.
ſit. ⁊ ꝙ Tertium diuinale. ⁊ quodlibet eſt triplex.
triplex Nam celum materiale de quo Eſaias. Exal
eſt celū. tauī celi a terra. eſt ſydereū. ſub quo cōprehen/ duntur celi planetarum. Aqueum ſeu cryſtalli num. quod eſt primum mobile. ⁊ empyreū im/ mobile. qui eſt locus congruens viſioni clare beatorū. Et ad iſtud tertiuȝ Paulus ſuit raptꝰ in mentis exceſſu. Secūduȝ celum. ſ. intelle ctuale. i. nature angelice. de quo in Iob. xx. Re uelabunt celi iniquitatem eius. Et iſtud eſt tri/ plex. q: triplex hierarchia ſm trinum gradum cognitionis diuine ab eis. Infima media ⁊ ſu/ prema. Et ad iſtum ſūmum gradum cognitio/ nis diuinoruȝ ⁊ viſionis raptus eſt Paulus in exceſſu mentis. Unde ⁊ beato Dionyſio ſūmo philoſopho diſcipulo eius creditur dediſſe in formationem vt capaci tam ſublimis materie de hierarchijs angeloruȝ ⁊ eorum miniſterijs que viderat. Ex qua edidit Dionyſius librum de celeſti hierarchia. in quo magis loquiť de angelis qȝ aliquis ex antiquis doctoribus.

Tertiū eſt celuȝ ſanctiſſime trinitatis. Unū eſſentialiter: trinum perſonaliter. de quo. j. Io. v. Tres ſunt qui teſtimonium dant in celo. Pa ter: verbum: ⁊ ſpiritusſanctus. Et hi tres vnuȝ ſunt. Et lȝ hi tres celi inſeparabiliter influant ⁊ operentur. tamen per quādam appropriatio/ nem ⁊ adaptationem dicere poſſumus ꝙ a pri mo celo. ſcilȝ patris recepit influxum operatio nis miraculoruȝ. ⁊ infirmos ſanauit. demones ab obſeſſis effugauit. mortuos ſuſcitauit. A ce lo filij habuit influxuȝ ſapientie. An experimē tum queritis eius qui in me loquitur chriſtus ait ipſe. Ut ſapiens architector fundamentum poſui. A celo ſpiritusſancti ardoreȝ charitatis. ⁊ fruitioneȝ diuinitatis. Unde ⁊ dicit ſe raptū in celum ⁊ etiam in paradiſum vt celum dicat ratione contēplationis clare. quam habuit pa/ radiſuȝ ratione maxime delectationis inde cō/ ſequentis ſm beatum Thom̄.

Reſtat dubiuȝ .§.iiij.

vtrum in hoc exceſſu anima eius fuerit a cor/ pore ſeparata. vel exiſteret in corpore. Quod quia ipſemet dicit ſe neſcire. cum ait. Siue in corpore ſiue extra corpus neſcio (deus ſcit) nec nos poſſumus diffinire. Ueruȝ vt dicit beatus Thom̄. ſecunda ſecunde. q. clxxv. artic. vj. apo/ ſtolus in hoc exceſſu non ſuit in celum raptus in anima ⁊ corpore. vt quidam dicebāt. Quod beatus Auguſti. reprobat. ſed ſola anima ſuit rapta. Et hoc ignorauit apoſtolus. Utrum ani/ ma omnino eſſet ſeparata corpore iacente mor tuo. Uel eſſet pure coniuncta corpori vt forma vtens tm̄ potentia vegetatiua non autem ſenſi tiua. Nam ⁊ hoc eſſe poteſt. ꝙ anima in corpo/ re alienata ab omni ſenſatione interiori ⁊ exte/ riori. vt viſu: auditu: fantaſia: memoria. ⁊ hu/ iuſmodi. ſolum vtens operatione potentie ve/ getatiue. videat deum per eſſentiam in preſen ti. Sed ꝙ vtatur potentijs ſenſitiuis. non po/ teſt eſſe. Et ſic intelligitur illud Exodi. xxxiij. Nō videbit me homo ⁊ viuet. ſcilicet vita ſen/

ſitiua: ſed oportet ꝙ ſit omnino a ſenſibus alienatus. Ratio huius eſt ſm btm̄ Thom̄. vbi ſupra ar. iiij. Diuina eſſentia non põt ab homine videri per aliam vim cognoſcitiuam ꝙ̄ per intellectum. Intellectus autẽ humanus non conuertitur ad ſenſibilia niſi mediantibus fantaſmatibus que per ſpecies intelligibiles a ſenſibilibus accipit: ⁊ in quibus cõſiderans de ſenſibilibus iudicat ⁊ ea diſponit. Et ideo in omni opatione qua intellectus noſter abſtrahitur a fantaſmatibus: neceſſe eſt ꝙ abſtrahaẜ a ſenſibus. Intellectus autem hominis neceſſe eſt ꝙ abſtrahatur a fantaſmatibus: ad hoc vt videat dei eſſentiam dum eſt in via. Non enim p̱ aliquod fantaſma põt dei eſſentia videri. quinimmo nec per aliquam ſpẽm intelligibilem creatam: q: eſſentia dei in infinitum excedit. nõ ſolum omnia corpora quoꝝ ſunt fantaſmata. ſed etiam oẽm intelligibilem creaturam. Opꝫ autem cum intellectus hominis eleuatur ad altiſſimam diuine eſſentie viſionem. vt tota mẽtis intẽtio illuc aduocetur. ita. ſ. vt nihil intelligat aliud ex fantaſmatibus. ſed totaliter feratur in deum. Impoſſibile eſt ergo vt in preſenti videat homo dei eſſentiam ſine abſtractione a ſenſibus. Uidit autẽ Paulus deum tunc mediante lumine glorie ſine quo ab intellectu creato deus videri non põt. Quod lumen dupl'r participari põt. Uno modo per modum forme p̱manentis: ⁊ ſic participatio facit beatos in patria. Alio modo per modum paſſionis tranſeũtis. ſicut fit in ꝓphetia quoad illuſtrationeꝫ: ⁊ ſic fuit a Paulo illud lumen tunc participatũ. Unde non fuit ſimpl'r beatus: q: de rõne beatitudinis eſt ſtatus ſeu p̱manentia. ſed fuit beatus ſm quid. Poſtꝙ̄ aũt Paulus ceſſauit videre dei eſſentiaꝫ. memor fuit illoꝝ que in illa viſione cognouerat per aliquas ſpecies intelligibiles habitualiter. ex hoc in eius intellectu relictas: ſicut etiam abeunte ſenſibili remanent alique impreſſiones in aĩa: ad quas poſtea cõuertens ſe aĩa memoraẜ. vnde nec totã illã cognitionẽ cogitare poterat: aut v̾bis exp̃mere.

quõ vl' mediante quo paulus vidit deum.

¶ De cognitiõe ꝙ ptinet ad ſapiaꝫ. Cap̄. vij.

Sicut audiuimus ſic ⁊ vidimus in ciuitate dñi virtutum in ciuitate dei noſtri. deus fundauit eam in eternum. Ps. xlvij. Loquitur ꝓpheta in pſona comprehenſoꝝ: qui ſicut hic exñtes in ciuitate dñi virtutum. i. ſtatu eccleſie militantis. audierũt magna ⁊ multa bona haberi a ſanctis in patria ſupna: ſic modo vidẽt ⁊ poſſident. Et eſt ſimilitudo in genere non in particulari. Nã nec auris audiuit: nec oculus vidit hic: nec in cor hoĩs aſcendit que prepara uit deus diligẽtibus ſe in ciuitate ſupne hierusalem. vt ait apl's. j. Cor. ij. In cuius figuraꝫ habeẜ. iij. Reg. x. ⁊ ij. Paral'. ix. ꝙ regina Saba veniens de terra ſua audita fama Salomonis in hierl'm cum vidiſſet magnificentiã eius ⁊ ſapiam: ordinem domus ſue ſibiq̈ꝫ aſtantiũ cibos ⁊ veſtes ⁊c̃. pre admiratione quaſi deficiens inquit. Uerus eſt ſermo quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis: ⁊ vidi oculis meis. ⁊ probaui ꝙ media pars mihi nũciata non fuerit. Beati ſerui tui qui ſtant coraꝫ te ſemp̱. Iſta regina ſignificat eccleſiam collectaꝫ de gentibus militanteꝫ. que multa audiuit hic de Salomone ſapiẽtiſſimo dño ieſu chriſto vere pacifico magnalia. Sed cum peruenit ad ſupernam hieruſalem vbi manifeſtat ipſe gloriã ſuam. videt experientia multa maiora bona in eo ꝙ̄ hic audierit. ⁊ ſapientie eius glorie ſanctorum ⁊ refectionis ſeu fruitionis vt vere ſint beati qui ſtant coram eo. Apte igitur dicere valent. Sicut audiuimus. ⁊c̃. Ubi notandum ꝙ tria audiuimus de ſuperna gloria.

¶ Primo deum eſſe beatum ⁊ quemlibet ibi applicatum.

¶ Scdo deum eſſe trinum ⁊ vnum.

¶ Tertio talẽ ſtatutum eſſe perpetuatum.

¶ Quod audiuimus. §. i.

Quod audiuimus deũ fore beatũ patet ex his que dicit apoſtolus. j. ad Thimo. vj. Oſtẽdet beatus ⁊ ſolus potens rex regũ ⁊ dñs dominantiuꝫ qui hꝫ immortalitatem ſolus ideſt imutabilitatẽ. Deum autem eſſe beatũ. probat Tho. in. j. contra gen. ca. c. tribus ratiõibus. quaꝝ prima eſt. Per beatitudinem omne deſiderium quietaẜ. ea enim habita nil aliud reſtat deſiderandũ cum ſit vltimus finis. Oportet igitur eum eſſe beatũ qui perfectus eſt quantũ ad oĩa que deſiderare poteſt. Unde Boe. dicit ꝙ beatitudo eſt ſtat' omnium bonorum aggregatione perfectus. Sed talis eſt diuina perfectio que oẽm perfectionẽ in quadam ſimplicitate apprehendit. In genere enim cauſe efficientis fit reductio ad vnam cauſam primam que deus eſt. a quo ſunt oẽs res. ne ſit proceſſus in infinitum. Oportet igitur ꝙ quicquid actũ eſt in quacunq̈ꝫ re illa inuenire eminentius in deo ꝙ̄ in illa re. cum cauſa ſit nobilior effectu inquantuꝫ cauſa eſt. ergo deus eſt perfectiſſimus habens in ſe oẽm perfectionem. vnde Moyſi deſideranti faciem ſeu gloriam ſuaꝫ videre ait. Exod. xxxiij. Ego oſtẽdam tibi omne bonum. Et cõmentator. etſi infidelis dicit ꝙ perfectiones oĩum rerum ſũt in deo. Habet igitur omnia bona que poſſunt deſiderari vnde beatus eſt. ¶ Scda rõ eſt. Illud eſt maxime deſideratum vel volitum ab intel

ꝙ deus eſt btũs btitudine perfectiſſima Rõnes ponunẜ

lectuali natura quod eſt pfectiſſimū in illa: ⁊ hͦ
eſt eius beatitudo. Perfectiſſimuz aūt in vno/
quoqꝫ eſt perfectiſſima operatio eius. Naz po/
tentia ⁊ habitus per actus perficiuntur. Unde
phs dicit felicitatē eſſe operationē pfectam. p/
fectio aūt operatiōis depēdet ex quatuor. Pri/
mo ex ſuo gne. vt ſcꝫ ſit manens in ipſo operā/
te. Dico aūt operationē in ipſo operante manē
tem p quam non fit aliud preter ipſam operati
onem ſicut videre: audire: ⁊ hmōi. Iſte eniꝫ ſūt
perfectiones coꝝ quoꝝ ſunt operatiōes. Et poſ
ſunt eſſe vltimū: q: non ordinantur ad aliqd fa
ctuꝫ quod ſit finis. Operatio vero vel actio ex
qua ſequitur aliqd actu preter ipſaꝫ eſt pfectio
operati nō operantis ⁊ cōparatur ad ipſum ſi/
cut ad finem. Et talis operatio ītellectualis na/
ture nō eſt beatitudo ſiue felicitas. Scdo atten
ditur pfectio operationis ex principio eius vt
ſcꝫ ſit altiſſime potentie. vñ ſm operationē ſen
ſus non eſt nobis felicitas: ſed ſm operationeꝫ
īntellectus ⁊ habitū perfecti. Tertio attenditur
ex opationis obiecto. ⁊ ꝓpter hoc in nobis vlti
ma felicitas eſt intelligendo altiſſimū intelligi
bile. Quarto attendit̄ ex forma operatiōis. vt
ſcꝫ perfecte: faciliter: firmiter: ⁊ delectabiliter
operetur. Talis aūt eſt dei operatio cū ſit intel/
ligens: ⁊ ſuus intellectus altiſſima virtutū ſit.
nec indiget habitu pficiente: q: in ſeipſo perfe
ctus eſt. Ipſe aūt ſeipſum intelligit qui eſt ſum
mum intelligibiliū perfecte abſqꝫ omni diffi/
cultate ⁊ delectabiliter. eſt ergo btūs. ¶ Tertia
ratio eſt deus non pōt velle aliqd impoſſibile.
Impoſſibile eſt autē ei aliqd aduenire qđ non
dum habeat: cū ipſe nullo mō ſit in potētia. ſꝫ
eſt actus puriſſimus. Non pōt igit̄ velle ſe ha/
bere qđ non hꝫ. Quicqd igitur vult habet: nec
aliquid male vult. Eſt igitur beatus. ſm ꝙ bea
tus dicit̄ a qbuſdam q hꝫ quicquid vult. ⁊ ni/
hil mali vult. Eſt aūt beatitudo dei ipſa ſua eſ/
ſentia ſm. b. Tho. vbi. ſ. c. cj. Quod ſic probat.
quis ſit Beatitudo eius eſt intellectualis operatio ei⁹.
beatus. Sed ipſum dei intelligere eſt ſua eſſentia. igit̄
ſua btitudo eſt ſua eēntia. qđ nulli cōuenit crea
ture. ¶ Nam neqꝫ angeli neqꝫ aīe humane in
telligere eius eſt eius eēntia: nec velle eorū eſt
eorum eſſentia. Et ideo beatitudo eorum non
eſt eorum eēntia: ſed eis aduenit poſt eſſentiā.
Probatur idē ſic. Unuſquiſqꝫ ordinat in beati
tudinem ſuā quicquid vult. Ipſa enim eſt que
propter aliud nō deſideratur: ⁊ ad quā termi/
natur motus deſiderij vnū propter aliud deſi/
derantis ne ſit infinitus. Cum igitur deus oīa
alia velit ꝓpter ſuam bonitatē que eſt ſua eēn/
tia: oportet ꝙ ipſe ſicut eſt ſua eſſentia ⁊ ſua bo
nitas: ita etiā ſit ſua beatitudo. Ad idem. Im/
poſſibile eſt eſſe duo ſumma bona. Si enim in

nullo differrent: non duo ſed vnuꝫ eſſent. Si in
aliquo tunc eſſet hoc ex eo ꝙ vni deeſſet aliqd
quod alter haberet: ⁊ ſic neutrū ſummū ⁊ per/
fectum eēt. Sed deus eſt ſummū bonuꝫ: ⁊ bea/
titudo eſt ſummuꝫ ex hoc ꝙ eſt vltimus finis.
ergo deus ⁊ beatitudo ſunt idem: ⁊ ſic deus ē
ſua beatitudo. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ beatitu/
do dei ſit perfectiſſima. Quod multipliciter idē
beatus Tho. probat vbi. ſ. c. ſi. Primo ſic. Qđ
eſt per eſſentiam potius eſt eo qđ eſt per partici
pationem. ſicut natura ignis perfectius inue/
nitur in ipſo igne qꝫ in rebus ignitis. Deus au
tem per eſſentiam ſuam eſt beatus. quod nulli
alij cōpetere poteſt. Nihil enim aliud ꝑter ipꝫ
eſt ſummū bonum: vt ex predictis patere pōt.
Et oportet ꝙ quicūqꝫ alius ab ipſo beatus eſt:
participatione dicatur beatus. Diuina igit̄ bea
titudo oēm aliam beatitudinem excedit. Secū
do ſic. beatitudo imperfecta in intellectus ope/
ratione ꝯſiſtit: vt oſtenſum eſt. ¶ Nulla auteꝫ
alia intellectualis operatio eius operationi cō/
parari pōt. Quod patet non ſolum ex eo ꝙ eſt
operatio ſubſiſtens: ſed q: vna eius operatiōe
deus ſeipſum perfecte intelligit ſicut eſt ⁊ oīa
alia que ſunt ⁊ que non ſunt bona ⁊ mala. In
alijs aūt intelligentibus intelligere ipſum nō
eſt ſubſiſtens: ſed actus ſubſiſtentis. Nec ipſm
deum qui eſt ſummū intelligibile aliqs ita per
fecte pōt intelligere ſicut perfecte eſt. cum nul/
lius eſſe perfectū ſit ſicut diuinū eſſe. nec alicu
ius operatio poſſit eſſe perfectior qꝫ ſua ſubſtā
tia. ¶ Nec eſt aliquis alius intellectus qui eti
am oīa que deus facere pōt cognoſcat. quia ſic
diuinam naturam aīs potentiam comprehen/
deret. Ille etiam que intellectus alius cogno/
ſcit. non omnia vna ⁊ eadem operatiōe cogno/
ſcit. Incomparabiliter igitur deus ſuper om/
nia eſt beatus. Tertio beatitudo que eſt in deo
incomparabiliter excedit omnem beatitudinē
ſeu felicitatem huius vite preſentis ſi qua eſt.
¶ Nam philoſophi poſuerunt felicitatem hu
ius vite in cōtemplatione ſeu cognitione ſub/
ſtantiarum ſeparatarum precipue diuine que
tamen cōtemplatio imperfecta eſt. Fatigatio/
nes enim ⁊ occupationes quibus neceſſe eſt cō
templationē noſtram in hac vita interpellari.
Errores: dubitationes: ⁊ caſus varij oſtendunt
hanc felicitatem eſſe imperfectam. que omnia
oīno remota ſunt a diuina btitudine. ¶ Oſtē ꝙ etiaꝫ
ditur etiā perfectio diuine beatitudinis ex hoc deo ꝯue
ꝙ omnes beatitudines cōprehendit perfectiſ niūt vir
ſimo modo. De contemplatiua enim felicitate tutes cō
habet perfectiſſimam ſui ⁊ aliorum conſideratempla/
tionem perpetuam. Uirtutes quoqꝫ contēpla tiue.
tiue conueniunt deo permaxime. Nam cuꝫ ſa
pientia conſiſtat in cognitione altiſſimaꝝ cau/

ſarum ſm pħm in principio methaphiſice. Ip-
ſe autem deus ſeipſum cognoſcat: nec aliquid
cognoſcit niſi cognoſcendo ſeipſum vt oñſum
eſt: quia ipſe eſt omnium cauſa prima. Mani-
feſtum eſt ꝙ ſapientia ſibi maxime debet aſcri-
bi. Unde dicit Job. ix. Sapiens corde eſt. phs
etiam dicit in pncī. meta. q ſapientia eſt diui-
na poſſeſſio non humana. Quo aūt ad ſcientiā
ſic probatur. Scientia eſt rei cognitio p ꝓpriā
cauſam. Ipſe autem deus oīuʒ cāꝝ ⁊ effectuū or-
dinē cognoſcit. ⁊ p ħ ſingulorūʒ proprias cau
ſas nouit. ex quo ſequitur ꝙ in ipſo proprie eſt
ſcientia. non tamen que ſit per ratiocinationeʒ
cauſata. ſicut ſcientia noſtra ex demonſtratiōe
cauſatur. Unde .j. Reg. ij. Deus ſcientiaruʒ do
minus eſt. Similiter patet de intellectu. Nam
ſi immaterialis cognitio aliquarum reꝝ abſqʒ
diſcurſu intellectus eſt. vt ꝙ omne totuʒ eſt ma
ius ſua parte ⁊ huiuſmodi. Deus autem de oī-
bus huiuſmodi cognitionem habet: quia ſcili
cet ſine diſcurſu ſequitur ꝙ in eo ſit intellectus
Unde Job. xij. Ipſe habet conſiliuʒ ⁊ intelligē
tiam. He etiam virtutes in deo ſunt extra res
exēplares noſtrarum ſicut pfectum imperfecti
De felicitate vero actiua non vite vnius hoīs
aut vnius domus aut vniꝰ ciuitatis aut regni:
ſed totius vniuerſi gubernationem hʒ. ¶ Sci-
endum etiam q virtutes in deo ſunt que perti
nent ad vitam actiuam. non tamen proprie lo-
quendo que ſunt circa paſſiones: ſed que ſunt
circa actiones. Ita tamen ꝙ virtutes non ſunt
in eo habitus ſicut in nobis: ſed ſunt ipſa eſſen
tia eius. Et ꝙ ſint virtutes in eo ex hoc ꝓbatur

ꝙ etiaʒ virtuteſ q̄ ad vitaʒ actiuā pertinēt ſunt in deo ⁊ quomō

Sicut enim eſſe eius eſt vniuerſaliter perfectū
omnium entium perfectiones in ſe quodāmo-
do comprehendens. ita ⁊ bonitas eius oportet
ꝙ omnium bonitatem in ſe quodammodo cō
prehendat. virtus autem eſt quedam bonitas
virtuoſi. Nam ſm eam dicitur quis bonus: et
opus eius bonum. Oportet ergo bonitatē di-
uinam omnes virtutes ſuo modo cōtinere vn
de nulla earum ſm habitum in deo dicitur ſi-
cut in nobis. Deo enim non conuenit bonum
eſſe per aliquod aliud ſuperadditum ei. ſed per
eſſentiam ſuam cum ſit omnino ſimplex. Nec
etiam per aliquid eſſentie ſue additum agit cū
actio ſua ſit ſuum eſſe. Non igitur virtus in eo
eſt aliquis habitus ſed eſſentia eius. Preterea
habitus eſt de genere accidentis. In deo auteʒ
nullum eſt accidens. igitur virtus in eo nō eſt
habitus. Uirtutum autem que circa vitam ac-
tiuam ſunt quedam ſunt circa paſſiones. que-
dam circa actiones. Circa paſſiones ſunt forti
tudo ⁊ temperantia. Et quia paſſiones que ha-
bent moderari per eas ſunt in parte ſenſitiua
ideo autem non eſt pars ſenſitiua: ſed ſolum in
tellectiua. ideo tales virtutes non ſunt in deo
ſm proprias rationes. Et quia quedam harūʒ
ſunt ſm inclinationem appetitus in aliqđ cor-
porale bonum delectabile ſm ſenſum. vt cibis
potus: venerea: contra quorum concupiſcenti-
as ſunt ſobrietas: caſtitas: temperantia ⁊ huiuſ
modi. Ideo cuʒ corporales delectatiōes a deo
ſint remote predicte virtutes nec proprie nec
metaphorice de deo dicunt in ſcripturis. Alie
vero que ſunt paſſiones ſm inclinationem ap-
petitus in aliquod bonum ſpirituale. ſicut eſt
honor dominium: victoria: vindicta ⁊ huiuſ-
modi. que ſunt circa timores ⁊ audacias ⁊ hu-
iuſmodi vt fortitudo: magnanimitas: manſue
tudo: patientia ⁊ huiuſmodi q̄uis in deo pro-
prie non ſint. eo q ſunt circa paſſiones que in
deo non ſunt. tamen methaphorice in ſcriptu-
ris dicuntur de deo per ſimilitudinem effectꝰ.
vt .j. Reg. ij. Nō eſt fortis ſicut deus noſter. Et
Nu. Querite manſuetuʒ. ¶ Sed ille virtutes
que ſunt circa actiones. vt magnificentia: veri-
tas: iuſtitia: liberalitas: prudentia: ⁊ intellectꝰ
⁊ huiuſmodi. He diuine perfectioni non repu
gnant. Huiuſmodi enim virtutes ſunt quedaʒ
perfectiones voluntatis ⁊ intellectus que ſunt
principia operationū abſqʒ paſſione. In deo āt
eſt volūtas ⁊ intellectus nulla carens pfectiōe.
igitur he deo deeſſe non poſſunt. ¶ Et q̄ntum
ad prudentiam cū cognitio ordinans volunta
tem ad agenduʒ prudentia ſit. q: ſm pħm. vj.
ethi. Prudentia eſt recta rō agibiliuʒ. Diuina
autem voluntas determinatur ad vnuʒ in his
que ſunt alia ab ipſo per cognitionē ſuaʒ. ergo
in ipſo eſt prudentia. Unde dicitur Job. xxvj.

q' ī deo eſt prudentia.

Apud ipſum eſt prudētia ⁊ fortitudo. ¶ Quā-
tum ad iuſtitiā ſic probat. Ex hoc ꝙ deus aliqđ
vult. ⁊ illa que requiruntur ad ipſum. Qđ aūt
ad perfectionē alicuius requiritur eſt debitum
vnicuiqʒ. Ad iuſtitiā aūt pertinet vnicuiqʒ qđ
eſt ſuum diſtribuere. igitur in deo eſt iuſtitia.
Unde in Pſal. x. Iuſtꝰ dominus ⁊ iuſtitias di-
lexit.

Iuſtitia quō.

¶ Quantum ad liberalitatem ſic patet.
Deus non vult cōmunicare alicui ſuam boni-
tatem. vt aliquid inde ſibi accreſcat. Sed quia
ipſum cōmunicare eſt ſibi conueniens vt fon-
ti bonitatis. Dare autem non propter aliquod
commodum ex datione expectatum. ſed pro-
pter ipſam bonitatem ⁊ conuenientiam datio-
nis eſt actus liberalitatis. vt patet per philoſo-
phum. iiij. ethi. Deus igitur maxime eſt libe-
ralis. Uñ Aui. dicit. Ipſe deꝰ proprie liberalis
dici pōt. ¶ Nā oē aliud agēs pter ipm ex ipſa
ſua actiōe aliqđ bonū acqrit. qđ eſt finis inten
tus. Eius liberalitatem oſtendit Pſal. di-
cens. Aperis tu manum tuam ⁊c̄. ¶ Quan-
tum ad veritatem oſtenditur ſic. Oīa q̄ a deo

Liberalitas q̄modo

veritas

eſſe accipiunt: neceſſe eſt vt ipſius ſimilitudinē gerant. inquãtum ſunt ⁊ inquãtum bona ſunt. ⁊ ꝓprias rationes in diuino intellectu habēt. Hoc autem ad veritatem pertinet ſm phm̄. iiij. ethic. vt. ſ. in factis ⁊ in dictis aliquis talem ſe exhibeat qualis eſt. Eſt igitur in deo veritas. Ro. iij. Eſt autem deus verax. ¶ Quantum ad virtutem artis patet. Omnium enim eorum que a deo prodeunt ineſſe ratio propria in intellectu diuino eſt. Ratio autem rei fiende in mente facientis ars eſt. Dicit autem phs. vj. ethico. ꝙ ars eſt recta ratio rerum a nobis factibiliũ. Eſt igitur proprie ars in deo. Unde dicit Sap. vij. Omnium artifex docuit me ſapientiam. Que tamen ars in mente diuina non eſt accidens vt in mente artificis hominis. ſed ipſa eſſentia ſua. Sunt etiã in deo pfectiſſime amor ⁊ gaudium ſeu delectatio. non prout ſunt paſſiones appetitus ſenſitiui. Nulle eni tales paſſiones proprie ſunt in deo cum ſenſitiua non ſit in eo: quia affixa organo corporeo. deus autẽ corpus non habet. Et ſi in ſcriptura de deo aliquando dicatur. vt ꝙ ſit iratus penitens ⁊ huiuſmodi. per ſimilitudinem effectus dicuntur. Sed ſunt amor ⁊ gaudium prout ſunt ſm actũ voluntatis. Hiere. xxxj. In charitate perpetua dilexi te. Phs dicit ꝙ deus ſemper gaudet vnica ⁊ ſimplici delectatione. ¶ Quidam etiã phi poſuerunt rerum principium dei amorẽ. cui conſonat verbum dionyſij dicentis. Diuinus amor non permiſit eũ ſine germine eſſe. Falſa autem felicitas terrena nõ habet niſi quãdam vmbrã illius perfectiſſime felicitatis. vt dicit idem. eo. c. Conſiſtit enim in quinqꝫ ſm Boetiũ de phica conſolatione. ſ. in diuitijs: in voluptate: in poteſtate fama ⁊ dignitate. Habꝫ autem deus excellentiſſimam delectationẽ de ſe ⁊ vniuerſale gaudium ⁊ de omnibus bonis abſqꝫ alicuius contrarij admixtiõe. Pro diuitijs habet omnimodã ſufficientiam in ſeipſo omnium bonorum. Pro poteſtate habet infinitam virtutem. Pro dignitate habet oim entiũ primatum ⁊ regimen. Pro fama habet admirõnẽ ois intellectꝰ. ipm̄ vtcũqꝫ cognoſcentis.

ꝙ i deo eſt ars ꝓprie ⁊ quomõ

ꝙ i deo eſt delectatio excellentiſſima ⁊ gaudium vle.

¶ Audiuimus etiã. §. ij.

ex ſacra ſcriptura ex q̃ fides. q: fides ex auditu ꝑ verbũ xpi ad Ro. x. In ciuitate dñi ṽtutũ. i. eccleſia militanti. que eadem eſt cum ciuitate dei noſtri. i. cum triumphanti differentes ſm ꝑfectam ⁊ imperfectam viſionem ⁊ poſſeſſionẽ dei. ꝙ qlibet ibi exiſtens eſt pfecte btũs. ſꝫ illõ pſ. lxxxiij. Beati qui habitant in domo tua domine. Beatus autẽ eſt qui habet quicqd vult: ſcilicet boni. Hoc autem ibi poſſidetur. Nam tunc impletur omne deſideriũ hominis. ſm illud pſ. cij. Qui replet in bonis deſiderium tuum. Et omne humanum ſtudium ibi cõſũmationem ſuam accipit. Quod quidem patet diſcurrẽti per ſingula ſm beatum Tho. in. iij. cõtra gẽtiles. c. lxiij. ¶ Siquidem ſeptẽ deſideria in homine reperiunt. que hic nunqꝫ impleri poſſunt. ſed tñ ibi. Primum eſt deſiderium cognitionis. Secũdum deſiderium virtutis. Tertium deſiderium honorationis. Quartũ deſiderium fame ſeu noiationis. Quintũ deſiderium diuitiarum poſſeſſionis. Sextum deſiderium delectationis. Septimum deſideriũ vite ꝯſeruationis. ¶ Quãtum ad primũ. oẽs homines natura ſcire deſiderãt: vt ait philoſophus. quod quilibet in ſe experitur. Et q2 quãdoqꝫ ſcire querit que nõ ſibi cõueniũt. vel indebito modo vitium incurrit curioſitatis. Propter quod dicitur Eccli. iij. In pluribus operibus eius. ſ. dei nõ fueris curioſus. Eſt igit naturale deſiderium hominis inquãtũ eſt intellectualis nature de cognitione veritatis. quod habebis hic vtrũqꝫ per ſtudium vite ꝯtemplatiue: ſed imperfecte. Unde dicitur Sap. ix. Difficile eſtimamus que in terra ſunt: ⁊ que in proſpectu ſunt: cum labore inuenimus. que autẽ in celis ſunt quis inueſtigabit. ſcꝫ vt inueniat. Et Mercurius trimegiſtus dicit ꝙ ea que ſcimus ſunt minima pars eorũ que ignoramus. Nunqꝫ ergo hic ſatiatur illud deſiderium: ſed ſemper cupimus magis ac magis ſcire. Sꝫ in ciuitate dei noſtri triumphãti in viſione beatifica dei oia que natura intellectus ſcire deſiderat ei innoteſcẽt. In ea enim vt in ſpeculo relucẽt rationes ⁊ virtutes oium creaturarum. Unde Hierem. xxxj. dicitur. In die illa nõ docebit vnuſquiſqꝫ proximũ ſuũ. di. Cognoſce dñm. Omnes enim ſciẽt me a maiori vſqꝫ ad minorem. ¶ Eſt ⁊ ſcdm deſiderium hois ſm quod habet rationẽ qua inferiora poteſt diſponere. Quod quidem proſequũtur hoies per ſtudiũ vite actiue ⁊ ciuilis. quod deſideriũ principaliter eſt ad hoc: vt tota vita hois ſm rationem diſponatur. qđ eſt viuere ſm virtutem. Cuiuſlibet enim virtuoſi finis in operãdo eſt proprie virtutis bonũ: ſicut fortis vt fortiter agat: prudẽtis vt prudẽter agat. ⁊ ſic de alijs. Sed clarũ eſt ꝙ nullius hic impletur deſiderium tale vt ſemper virtuoſe operetur ſine aliquo defectu. Sed vt dicitur. iij. Reg. viij. Nõ eſt homo ſup terram qui faciat bonũ ⁊ nõ peccet. Et in Prouerbi. xxiiij. Septies in die cadit iuſtus. Sed impletur hoc deſiderium in patria oino. q2 ratio in ſũmo vigore erit diuino lumine illuſtrata: ne a rectitudine deficere poſſit. Apoca. xiiij. Sine macula ſunt ante thronum dei. i. ſine aliquo defectu vitij. Cõſequuntur autem ciuilem

Septẽ deſideria que nũqꝫ h̃ impleri pñt ſꝫ in pria.

vitam quedaꝫ bona quibus homo indiget ad
ciuiles opatiões vt honoris ſublimitas. ¶ Eſt
igitur tertium deſideriũ hominis de honore.
Multum enim appetitur. Unde Tullius. Ho/
nos alit artes: quiqꝫ ad ſtudia accendũtur glo/
ria. Hic ſublimitatem honoris hoies inordi/
nate appetẽtes ambitioſi ⁊ ſuperbi fiũt: ⁊ mul/
ta mala faciũt ꝯtra deum ⁊ ꝯtra proximum. vt
patet de Hieroboaꝫ qui timẽs amittere regnũ
ſi populus iſrael accederet ad tẽplum in hieru
ſalem iuxta mãdatum dei fecit vitulos aureos
quos populus adoraret. iij. Reg. xij. Et Abſa/
lon fecit ꝯiurationem ꝯtra patrem. ij. Reg. xv.
Sed nec illud deſiderium impletur hic. Unde
Alexãder magnus cum audiſſet ab aliquibus
phis ꝙ erãt plures mũdi: cepit ſuſpirare. eo ꝙ
vix adhuc vnum in dñio ſuo haberet: quaſi de
ſiderans ⁊ alijs dñari. Sed in ciuitate dñi per
dei viſionem ad ſũmum honoris ⁊ potẽtie ſub
limãtur inquãtum deo quodãmodo vniũtur.
Et propter hoc cum deus ſit rex ſeculorũ ⁊ ipſi
deo ꝯiuncti reges dicũtur. Apocal. xx. Regna/
bũt cum chriſto ⁊c. ¶ Cõſequitur etiam ciui/
lem vitam ⁊ aliud appetibile. Quartuꝫ. ſ. fame
celebritas per cuius inordinatum appetitũ ho
mines efficiunt vane glorie cupidi. Et vt dicit
Señ. Nulla eſt tam excelſa virtus que dulcedi
ne glorie nõ tãgatur. Sed vt dicit Boe. de phi
loſophica ꝯſo. O gloria gloria. Quid aliud es
ꝙ̃ in milibus hoium inflatio quedam auriuꝫ.
Beati autem in ciuitate ſuperna per illaꝫ viſio
nem reddũtur celebres ⁊ famoſi. nõ ſm̃ eſtima
tionem vel laudem hominuꝫ: que aliquãdo eſt
falſa: q: vt dicitur Prouerb. ij. gloriãtur cũ ma
le fecerint: ſed vera in dei ⁊ ſanctoꝝ alioꝝ iudi
cio. Et ideo in ſcriptura ſepe beatitudo illa glo
ria nominaẽ. vt in ps. Exultabũt ſancti in glo/
ria. ¶ Eſt ⁊ aliud quintum genus bonorũ qḋ
appetitur in ciuili vita. ſ. diuitie per quaruꝫ in/
ordinatum appetitum hoies efficiũtur auari:
illiberales: iniuſti: multipliciter. Sed vt dicit
Amb. ſuper Lucam. Mens auari vinculis cu/
piditatis aſtricta ſemper aurum videt. ſ. mente
ſemper argẽtum cogitat: gratius aurum ꝙ̃ ſo
lem intuetur. Ipſa enim oĩno a deo petit aurũ.
Sed nec ſatietas vnꝙ̃ nec finis aderit cupidi/
tati. diſt. xlvij. Sicut hi. ⁊ Poeta. Nunꝙ̃ pecu
nia triſtis ſatiatur auarus. potiꝰ hydropicus
ariditate ſocus. In illa autem beatitudine eſt
oium bonoruꝫ ſufficiẽtia inquãtum beati per/
fruũtur illo qui comprehẽdit oium bonorum
perfectionem. Propter qḋ dicitur Sapiẽ. vij.
Uenerũt mihi oĩa bona pariter cum illa. Et in
ps. cxj. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. ¶ Sex/
tum deſideriuꝫ hois eſt quod eſt ſibi ⁊ alijs aia
libus cõmune vt delectationibus perfruantur

qḋ hoies cõſequũtur per vitam voluptuoſam:
⁊ per eam efficiũtur intẽperati ⁊ incõtinentes:
⁊ inde mortẽ ſibi accelerãt. infirmitates incur/
runt famaꝫ perdũt: plures occidit voluptas ꝙ̃
gladius ait Señ. Sed nec tñ his ſatiãtur imo
beſtiales fiũt. In illa aũt ciuitate eſt delectatio
pfectiſſima: tãtoqꝫ perfectior ea que per ſenſuꝫ
eſt quãto illud bonuꝫ in quo delectabimur ma
ius eſt omni ſenſibili bono ⁊ magis intimuꝫ ⁊
magis ꝯtinue delectãs. quanto etiam illa dele
ctatio eſt magis ab omni pmixtione ꝯtriſtãtis
libera ps. xv. Delectationes in dextera tua. ſ. in
gloria vſqꝫ in finem. i. que fiunt ⁊ quietãt appe
titum. vt nil reſtet deſiderãdum. Unde illa frui
tio figuraẽ in ſcriptura per nuptias ⁊ magna
cõuiuia in quibus hoies ꝯſueuerunt delectari
⁊ gaudere vt per ꝯuiuiuꝫ regis Aſſueri qui in
terpretatur beatitudo. Heſter. j. ca. Per cenam
euãgelicam. Luc. xiiij. ⁊ hmõi. b. Bern. Illud
eſt verũ gaudium qḋ nõ de creatura ſed de crea
tore ꝯcipitur. qḋ cum acceperis nemo tollet a te.
Cuius cõparatione omne dulce amaruꝫ: omne
pulchruꝫ fedum: omne qḋ põt delectare, mole/
ſtum. ¶ Septimũ deſiderium qḋ eſt oibus re/
bus cõe naturaliter eſt ꝙ deſiderant ꝯſeruatio
nem ſui eſſe quãtuꝫ poſſibile eſt. per cuius deſi
derij immoderãtiam hoies efficiũtur nimis ti
midi. ⁊ nimis a laboribus ſibi parcentes ne vi
tam amittãt. ⁊ ppter hoc efficiũtur periuri: ſor/
tilegi: multa bona neceſſaria ad ſalutem omit/
tẽtes. Sed vt dicit be. Aug. xj. q. iij. Timendo
mortem carnis tue: dabis mortem aie tue. Si/
cut Petrus qui ex timore chriſtum negauit. ⁊
ꝙ̃uis quilibet hoc nãliter deſideret. tñ vt dicit
Eccs. ix. Nemo eſt qui ſemꝑ viuat. aut qui hu/
ius rei habeat fiduciã. Sed ſicut piſces capiũ/
tur hamo: ⁊ aues laqueo. ita ⁊ hoies tp̃e malo
ſ. mortis ex inſperato. Impletur autẽ hoc deſi/
deriũ in ciuitate dei vbi erũt ab omni nocumẽ
to ſecuri. Apoc. xxj. Nõ eſurient neqꝫ ſitient am
plius: nec cadet ſuper illos ſol. aut vllus eſtus.
qm̃ priora tranſierũt. Et Eſaie. xxv. Faciet dñs
in mõte hoc ꝯuiuium grãde. ꝯuiuium pingui
um ⁊ medullatoꝝ. ꝯuiuium vindemie defeca/
te. ⁊ precipitabit mortem in ſempiternum. Si
cut ergo audiuimus. ita ⁊ vidimus. dicũt ſan/
cti. q: per beatam viſionem cõſequuntur intel/
lectuales ſubſtãtie veram felicitatẽ in qua om/
nino deſiderium quietatur que ſm̃ Ariſt. ad fe
licitatem requiritur. quia ibi eſt ſtatus omniuꝫ
bonorum aggregatione perfectus.

¶ Audiuimus ta/ §. iij.
lem ſtatuꝫ beatoꝝ eſſe verũ ſtatum. q: ſemꝑ ſtat
in ppetuum. Unde dicit deus fundauit eaꝫ in
eternũ. illam. ſ. ciuitateꝫ feliciſſimã beatoꝝ. vt

in perpetuum maneat: ⁊ nunꝗ̄ deficiat. Audi
uimus dn̄m dicentem. Eſa. xxxiij. Oculi tui vi
debunt hieruſalem ciuitatem opulētam. taber
naculum qḋ nequaꝗ̄ tranſferri poterit: nec au
ferētur claui eius in ſempiternum. ⁊ Matth.
xxv. Ibunt iuſti in vitam eternam. ⁊ Apoc. iij.
Qui vicerit faciam illuȝ colūnam in tēplo dei
mei. ⁊ foꝛis nō erit amplius. Et ps. Beati qui
habitāt in domo tua: in ſecula ſeculoꝛuȝ lauda
bunt te. Et ſicut audiuimus hic. ita ⁊ vidimus
in ciuitate dei noſtri. poſſunt ſancti dicere. Sȝ
⁊ nos dicere poſſumus hoc vidiſſe ratione na/
felicita/ turali nō ſolum fide. Nam pluribus ratōibus
tē eē p/ pꝛobat be. Tho. li. iij. contra gentiles. c. lxiij. il/
petuaȝ lam felicitatem eſſe perpetuam. Quarum pma
pbatur eſt talis. Creatura rationalis nō peruenit ad vl
rōnib⁹ timum finem. niſi quando eius deſiderium na
multis turale quietatur. Sicut auteȝ natura deſiderat
felicitatem. ita naturaliter deſiderat felicitatis
perpetuitatem. Cum enim in ſua ſubſtantia ſit
perpetua. illud quod pꝛopter ſe deſiderat ⁊ nō
pꝛopter aliud deſiderat illud vt ſemper haben
duȝ. Non ergo eſſet felicitas perfecta vltimus
finis. niſi perpetuo permaneret. Quod autem
felicitas naturaliter appetatur. quilibȝ expitur
in ſe. Et Boetius etiam ait Inſerta eſt naturali
ter mentibus hominū: veri ſummiqȝ boni cu/
piditas. quod ſi non poſſet ꝯſequi: fruſtra eſſet
in hoibus tale deſiderium. Sed ſm phm. De/
us ⁊ natura nihil fruſtra operantur. ¶ Secun
da ratio eſt talis. Omne illud quod poſſidetur
cum amoꝛe: ſi ſciatur ꝙ quādoqȝ amittatur: tri
ſtitiam generat. Uiſio autem illa que beatos fa
cit. ſ. viſio dei. cuȝ ſit maxime delectabilis ⁊ ma
xime deſiderata vtiqȝ a poſſidētibus eam ama
tur. Non ergo poſſet hoc non triſtari eos ſi ſci/
rent ſe quādoqȝ eos amiſſuros. Si autem non
eſſet perpetua talis viſio: hoc vtiqȝ ſcirent. Nā
vt dictum eſt ſupꝛa videndo diuinam ſubſtan/
tiam etiam alia cognoſcūt que naturaliter ſci/
ri poſſunt. Unde multo magis cognoſcūt qua/
lis ſit illa viſio. Utrum perpetua vel aliquādo
amittenda. Non ergo eſſet talis viſio eis ſine
mixtura triſtitie cum ſcirent eis deficiendam:
⁊ ſic non eſſet vera felicitas que ab omni malo
immunem reddere debet. ¶ Tertia ratio im/
poſſibile eſt ꝙ aliquis a bono quo fruitur velit
diſcedere niſi pꝛopter aliquod malum quod in
fruitione illius boni eſtimat foꝛe. ſaltem cum
pꝛopter hoc eſtimat impedimētuȝ maioꝛis bo
ni. Sic enim nihil deſiderat appetitus niſi ſub
ratione boni. Sed in fruitione illius boni non
poteſt eſſe aliquod malum: cum ſit optimuȝ ad
quod creatura intellectualis peruenire poteſt.
neqȝ etiā eſſe poteſt ꝙ ab eo quod viſione fruiſ
eſtimetur in ea eſſe aliquod maluȝ vel aliquid
eo melius: cum viſio illius ſumme veritatis:
oēm falſam eſtimationem excludat. impoſſibi
le eſt igitur ꝙ ſubſtātia intellectualis que deuȝ
videt: vnꝗ̄ illa viſione carere velit. ¶ Quarta
ratio eſt. q: ſtudiuȝ alicuius quo pꝛius aliquis
delectabiliter fruebaſ: faſtidiat. accidit ex hoc
ꝙ ſtudium illud vel actio aliquam immutatio
nem facit in re vel coꝛrūpendo eam vel debili/
tando virtutem eius. Et pꝛopter hoc vires ſen
ſibiles quibus accidit fatigatio in ſuis actioni
bus ꝓpter mutationem coꝛpoꝛalium oꝛganoꝝ
a ſenſibilibus. a quibus etiam ſi fuerint excel/
lentia coꝛrūpuntur. vt tactus ab igne ⁊ hmōi.
faſtidiunt poſt aliquod tēpus frui eo: quod pꝛi
us delectabat. Et pꝛopter hoc etiam intelligen
do faſtidium patimur poſt longam meditatio/
nem: q: fatigantur potentie vtentes coꝛpoꝛali/
bus oꝛganis: ſiue q: deſiderium intellectus no
ſtri compleri nō poteſt. Diuina autem ſubſtan/
tia non coꝛrūpit: ſed magis perficit intellectū.
Neqȝ ad viſionem eius cōcurrit aliquis actus
qui per oꝛgana coꝛpoꝛalia exerceatur. Impoſſi
bile eſt ergo ꝙ illam viſioneȝ aliquis faſtidiat:
qui pꝛius ea delectabiliter fruebatur. ¶ Quin
ta ratio. nihil quod cum admiratione cōſidera
tur poteſt eſſe faſtidioſum: q: ꝗ̄diu ſub admi/
ratione eſt adhuc deſideriū mouet. Diuina aūt
ſubſtantia a quolibet intellectu creato ſemper
cum admiratione videtur. cum nullus intelle/
ctus creatus eam cōpꝛehendat. Impoſſibile eſt
ergo ꝙ ſubſtantia intellectualis illam viſioneȝ
faſtidiat. ⁊ ita nō poteſt eſſe ꝙ ab illa viſione ſe
per pꝛopꝛiam voluntatem deſiſtat.

¶ Audiuimus ter/ §. iiij.
tio ſed potius pꝛimo dicēdum deum eſſe trinū
in perſona. ſed vnum in ſubſtantia. Sic enim
cōfitetur eccleſia in decretali. extra de ſum. tri.
⁊ fide ca. Quod myſterium innuit ps. dicens.
In ciuitate dn̄i virtutum. ſ. patris: cui attribui
tur omnis virtus ſeu poteſtas. In ciuitate dei
noſtri. ſ. filij qui pꝛecipue dicitur noſter ꝓpter
incarnationem. Caro enim ⁊ frater noſter eſt.
Gen̄. xxxvij. Deus fundauit eam. ſ. ſpiritusſan/
ctus. cui attribuitur amoꝛ fundans ⁊ firmans
ciuitatem ſupernam in eternum. Unitas auteȝ
eſſentie trium perſonaruȝ notatur. q: in ſingu/
lari dicitur fundauit non fundauerunt. Sicut
ergo audiuimus. ſic vidimus. ſancti in patria
dicere poſſunt. quia vt ait beatus Bern̄. My/
ſterium trinitatis in vnitate: ⁊ vnitatis in trini
tate: ſcilicet perſonaruȝ inueſtigare: ſcilȝ per ra
tionem naturalem ⁊ demōſtrationem temeri/
tas eſt. credere pietas eſt. noſſe vita eterna eſt.
Unde ⁊ ipſe chꝛiſtus non ſoluȝ viatoꝛ: ſed etiā
compꝛehēſoꝛ tunc. qḋ clariſſime videbat tri/

nitatem ipſam anima ſua nobis manifeſtauit
dicens. Joannis.xvij. Hec eſt vita eterna vt co/
gnoſcant. ⁊ hoc eſt videre te. ſcilicet patrem ad
quem loquebatur ⁊ Jeſum chriſtum: qui eſt fi/
lius eius quem miſiſti: ideſt incarnari feciſti.
quod opus fuit per ſpiritumſanctum. Sic eniȝ
fatemur. Qui conceptus eſt de ſpirituſancto.
Et has tres perſonas ſolum deum vnum. ſciȝ
in ſubſtantia. Hoc autem myſterium trinitatis
ſicut audiuimus ita ⁊ vidimus. etſi non clare
vt beati: tamen vt hic videri poſſunt myſteria
fidei. Et hoc tripli. iter.

ℭ In doctrinis.
ℭ In figuris.
ℭ In creaturis.

Myſteriū trinitatis triplr aliq̄ mō in via poſſumus videre etſi nō claſ vt btī.

ℭ Non ſolum ſcripture chriſtianorū ⁊ iudeo/
rum que ſatis copioſe de hoc myſterio loquun
tur. ſed etiam doctrine gentilium philoſopho/
rum hoc videntur exprimere. Et in nouo qui/
dem teſtamento inquit Joannes euangeliſta.
Tres ſunt qui teſtimoniuȝ dant in celo: pater:
verbum: ⁊ ſpirituſſanctus. ⁊ hi tres vnuȝ ſunt.
quid aptius dici potuit. Paulus quoqȝ apoſto
lus ad Galath. iiij. Miſit deus ſciȝ pater ſpiri
tumſanctum filij ſui. a quo ſcilicet filio ꝓcedit
ſicut ab ipſo in corda noſtra clamantem: ideſt
facientem nos clamare cum deſiderio intenſo
orare. Abba pater in ſingulari: quia tota trini/
tas. vnus pater noſter eſt creando: gubernan/
do: ⁊ ſaluando. Et dñs Joãnes chriſtus ad di/
ſcipulos. Matth. vlti. Baptizate oēs gentes.
In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. In no
mine dicit in ſingulari. ad innuendum vnita/
teȝ ſubſtãtie. i. inuocatione ⁊ virtute. ℭ In ve/
teri teſtamento doctrina non ſolum noſtra. ſed
⁊ iudeorum: ⁊ male intellecta ab eis ⁊ falſo ex/
poſita. Geñ. j. In principio creauit heloy celuȝ
⁊ terram. Heloy autem eſt plurale. cuius ſingu
lare eſt hely. Et ſicut hely iterpretatur deus: ita
heloy interpretatur dij. i. perſone diuine. Ecce
pluralitas perſonarum. vnitas autem eſſentie
ibi innuitur. Creauit in ſingulari. Que autem
ſint ipſe plures pſone in diuinis ⁊ nomina eo/
rum exprimuntur in diuerſis locis ⁊ libris ve/
teris teſtamenti. precipue in ps. Nam de patre
dicit pſal. Ipſe ſcilicet filius ait. pater inuoca/
uit me. Pater meus es tu: qḋ pluries egit in/
carnatus. vt poſt vltimam cenam in oratione.
Pater clarifica filium tuum. Joã. xvij. Et in fi/
ne vite. Pater in manus tuas cõmendo ſpiri/
tum meum. Luce. xxiij. De filio autem inquit.
ps. ij. in perſona eius. Dominus dixit ad me fi
lius meus es tu. ego hodie. ideſt eternaliter ge
nui te. De ſpirituſancto ait. ps. l. Spiritumſan
ctum tuum ne auferas a me. Et q̄ quelibet per
ſona ex his tribus ſit deus: ⁊ tamē nō tres dij.
ſed vnus eſt deus. oſtendit dicens in alio pſal.
Benedicat nos deus. ſ. pater. deus noſter. ſ. fili
us noſter factus per humanitatem aſſumptam
ſimilis nobis. Bñdicat nos deus ſpiritus ſan/
ctus. Et benedicere ſuum eſt benefacere. confe
rendo naturalia ⁊ addendo gratuita. Et vt in/
telligatur vnitas eſſentie: ſubdit in ſingulari.
metuant euȝ omnes fines terre. ſm beatū Gre/
go. in moral. Et. ij. Reg. vij. Ero illi in patrem
⁊ ipſe erit mihi in filium. Et q̄uis videatur lo
qui de Salomone. tamē apoſtolus ad Hebr. j.
arguit ex his verbis probans dei patris filia/
tionem ſm ſenſum litteralem intelligendam.
oſtendens ⁊ de ſpirituſancto. Sap. j. Spiritus/
ſanctus diſcipline effugiet fictum. ℭ Dimittē/
do alia teſtimonia ſacre ſcripture plurima. ve/
niamus ad doctrinam ethnicoꝝ. Cum dixerit
Mercurius trimegiſtus. Monas genuit mo/
nadem. ⁊ in ſeipſum flectit ardorem. Nõne vi
detur inſinuaſſe myſteriuȝ trinitatis. Monas
i. vnus genuit monadem. i. vnum. i. pater fili/
um. Ardor reflexus eſt ſpirituſſanctus. qui vt
dicit ve. Hiero. eſt amor patris in filium: ⁊ filij
in patrem: non quidem accidentalis ⁊ trãſiēs.
vt amor noſter: ſed ſubſtantialis ⁊ ſubſiſtens.

Pȝ ex doctrīa ethnicorum

Cum enim virtus effectuum reperiat in cau/
ſis eorum nobilius q̄ȝ in ipſis effectibus. Et vir/
tus generãdi vere reperiatur in creaturis. que
omnes ſunt effectus prime cauſe. ſciȝ dei. mul
to nobilius debet hec generationis virtus re/
periri in ipſo deo. non quidem materialr cum
ſpūs ſit deus ſed mētaliter. ſicut mens hoīs ge
nerat verbū ſuum. i. ꝯceptum. Intelligit enim
ſcōs ab eterno. ⁊ tãtum q̄ȝtus eſt qui immēſus
eſt: ⁊ ipſe itellectus eſt filius ſuus. Unū in ſub/
ſtãtia cum eo. q2 eius intelligere eſt ſua eēntia
ſm. b. Tho. pmo ꝯtra gētiles. Non pōt autem
optimuȝ verbū gignēdo ipſum nō amare. cuȝ
amor ſit boni. ⁊ q2 infinitū bonū infinit⁹ amor
pr̄is ad filium genitū ⁊ filij ad prem ḡnantē.
Et ipſe amor ſpūſſcūs eſt pſona ſubſiſtēs tertia
in trinitate illa ſcīſſima. Siquis aūt dicat q̄ nō
fuit itellectus Trimegiſti loq̄ de trinitate cum
ethnici phi nō cognouerint h̄ myſteriū. In cu/
ius figuraȝ legit in exodo. q̄ magi. i. ſapiētes
Pharaonis defecerūt in tertio ſigno. q2 in no/
ticiam trinitatis. vt dicit. Magiſter ſen. in. j. li.
Nam de verbo eterno ſeu filio dei multa dixit
Plato ⁊ q̄ȝ plura Sybille gentiles ⁊ ſatis cla/
re. Tamen etſi ſic nihil ꝓhibet eſtimare q̄ plu/
ra pertinentia ad myſteria fidei potuerit deus
loqui que ipſi nō intellexerunt. Sicut locutus
eſt deus per aſinam Balaam: ⁊ per Cayphan
que ipſe nō intellexit. Uidimus ꝓ ueuſqȝ in do
ctrinis myſteriuȝ trinitatis ⁊ vnitatis ſicut au
diuimus ex fide. videamus figuras.

Trinitas perſonarum in veteri teſtamento multiplici figurata.

¶Ex figuris eti/ .§.v.

am vidimus:⁊ prima eſt cũ abrae ſtanti in me
ridie in conualle mambre occurrerũt ei tres
viri.i.angeli in forma hũana.tres vidit ⁊ vnũ
adorauit ⁊c̃.Geñ.xviij.Expoſitionez ob breuita
tem omitto.vbi etiam innuitur quo cum geſtu
reuelatur myſterium trinitatis:quia exiſtenti/
bus in conualle humilitatis ⁊ in feruore chari/
tatis ⁊ in oſtio mortalitatis.¶Secunda figu/
ra habetur Dañ.v.de tribus digitis vnius ma
nus ſcribentis in pariete contra faciez Baltha
ſar regis in Babylone conuiuantis cum ſuis
Manethechel.Pharas.Tres digiti tres per/
ſone diuine:pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus.de
quibus dicitur.Qui apprehendit molez terre
tribus digitis.i.ſuſtentat mundum virtute tri
um perſonarum que ſunt vnus deus:vna ma/
nus:vna eſſentia ⁊ virtus diuina:que in men/
te humana ſcribit numerum beneficiorũz que
quis recepit.Appendit.i.ponderare facit gra/
uitatem ⁊ multitudinem peccatorũz que egit.
Diuidit.i.diſtribuere facit gratias quas perce
pit.¶Tertia figura eſt Eſa.vi.vbi ait.Vidi do
minum ſedentem ⁊c̃.ſeraphin clamãtia.San/
ctus ſanctus ſanctus dominus deus ſabaoth.
Ter ſanctus dicunt ad innuendum tres perſo/
nas.Dominus deus in ſingulari ſcribit ꝓpter
vnitatem eſſentie:quia hi tres vnum ſunt.Cla/
mant autem:quia cum admiratione ardent in
ipſius dilectione dei quem clare vident eſſe ſũ/
mum ⁊ infinitum bonũ.¶Innotuit q̃z Johes
baptiſta myſteriũz trinitatis quando in baptiſ
mo vidit filium dei in carne baptizatum.pr̃ez
audiuit in voce dicentem.Hic eſt filius meus
dilectus.Matth.iij.Vidit ſpiritumſanctũz in
forma columbe.Sed quia in proceſſu tẽporis
quedam heretici vocati arriani voluerunt vio
lare veritatem fidei de myſterio trinitatis dicẽ
tes eſſe plurium ⁊ diuerſarum eſſentiarũ.Ad
confirmationem veritatis fidei de vnitate eſ/
ſentie oſtendit deus hoc grande miraculũz in
illo tempore in oriẽte vbi cepit talis error.Naz
in quodam feſto ſacerdote miſſam decantante
viſum eſt ab omnibus tres guttas ad modum
aque ſimul deſcendere ſuper altare:⁊ vnam gẽ
mam ex eis effectam que repoſita cum magna
reuerentia fuit ⁊ reſeruata inter reliquias ad
manifeſtandum ꝙ hi tres vnum ſunt.

Manifeſtatur veſtigium trinitatis in omnibus creaturis.

¶Tertio mani/ .§.vi.

feſtatur in omnibus creaturis veſtigium ſan/
ctiſſime trinitatis.Et primo in generali.Secũ/
do in ſpeciali.Tertio in ſingulari.Et in genera
li quidem:q: vniuerſum eſt vnũz a deo totum
creatum diſtinctũ in triplex genus creaturarũ.
Nam vnum eſt ſubſtantiaꝝ ſpiritualium ideſt
angelorum.Aliud genus ſubſtantiaꝝ partim
ſpiritualium partim corporaliũ:vt hominum.
Tertium eſt ſubarum oĩno corporaliũz.Ad in
nuendũ ꝙ hi tres ſcz pater ⁊ filius ⁊ ſpũſanct⁹
vnum ſunt ſicut vnũ eſt vniuerſum ⁊ triparti/
tum in genere.Et angelus ſuba in ſe inuiſibi/
lis repreſentans patrem:⁊ a nobis non eſt vi/
ſus hõ rationalis dei filium qui hominem aſ/
ſumpſit.Creatura irrationalis ſpm̃ſcm̃ qui ap/
paruit in ſpecie rei irrõnalis vt ignis.In quo
libet autem hoꝝ reperimus veſtigiũ oſtendẽs
quia hi tres vnum ſunt.Nam natura angelica
vna eſt cõis in ſpiritualitate nature nihil hñs
materie.Sz triplex eſt hierarchia.Et quelibet
hierarchia triplex eſt in ordine.¶Nam infi/
ma eſt in ordine angeloꝝ:archangeloꝝ:⁊ pn̄/
cipatuũ.In ſcd̃a eſt ordo triplex.ſcz ptãtũ: vtu
tum:⁊ dñationum.In tertia triplex etiaz.quia
thronoꝝ:cherubin:qui interpretatur plenitu/
do ſcientie:filiũ qui eſt ſapientia patris.Sera/
phin qui interpretatur incendium:ſpm̃ ſcũm q
dicitur amor.Eſt in quolibet angelo reperire tria
ſm Dionyſium ſcz eſſentiam:virtutez ideſt po
tentiam:⁊ operationẽ.⁊ tñ hec ſunt vnus ange
lus ad innuenduz quia hi tres vnum ſunt.In
creatura rationali adhuc expreſſius habet ima
go trinitatis.Unde ⁊ ipſe deus dixit Geñ.j.Fa
ciamus hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudi/
nem noſtram.Hec imago poteſt conſiderari vt
formula naturaliter vt informata perfectiona/
naliter:vt reformata penitentialiter:vt omni/
no formata perpetualiter.Et omnia hec perfe/
ctiſſimam trinitatem ⁊ vbiq̃z eius ſimilitudo.
¶Quantũ ad imaginem formatã nãliter vbi
dicit Aug.in li.de tri.Licet mens noſtra nõ ſit
eius nature cuius eſt deus:ibi tñ querenda eſt
imago eius cuius nihil eſt melius.Aia ſiqdẽ
noſtra vna eſt tres habens potentias quarum
vna non eſt altera ſcz memoria:ĩtellectus:⁊ vo
luntas.Et vna procedit ab alia ſm actum.Nã
intellectus non intelligit niſi memorie illõ oc/
currit:⁊ voluntas non vult niſi quod mens re
colit:⁊ intellectus aliquo modo intelligit.Sic
pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus tres perſone:
vna ſubſtantia:vna eſſentia:⁊ filius quidez na
ſcitur de patre.ſanctus ſpiritus ꝓcedit ab vtro
q̃z ⁊c̃.Hec imago formatur ⁊ decoratur ꝑ vir/
tutum perfectiones in quibus etiaz relucet ve
ſtigium trinitatis.Nam virtus vna eſt conue/
nientibus omnibus in hoc vnũz quod ait phi/
loſophus in li.ethico.ꝙ virtus eſt que bonum
facit habentẽ ⁊ opus eius bonum reddit.Sed
iſta tripartita eſt ſm diuerſa ad que ordinatur.
Eſt enim virtus theologicalis:virtus moralis
⁊ virtus ĩtellectualis.Primũ gen⁹ v̄tutũ quo

anima infoꝛmatur a ſanctiſſima trinitate eſt fi/
des:ſpes:charitas:tria hec.vt dicitur.j.Coꝛ.
xiij.Hec reſpiciunt ad deum vt obiectum ſuũ.
ſed fides innititur ei vt pꝛime veritati que filio
attribuitur.Spes reſpicit deum ⁊ potenteʒ iu/
uare ad bene operandum ⁊ ipſum beatifican//
dum.Poteſtas attribuitur patri charitas vnit
aiam deo vt ſummo bono.⁊ bonitas attribuiẜ
ſpiritui ſancto.Unum ergo ſunt per reſpectuʒ
ad vnum obiectum deum.Tres ſunt habẽtes
diuerſum reſpectum ad eum.ſic hi tres vnum
ſunt.Uirtus moꝛaliter perficit hoiem in ciuili
tate humana:⁊ hoc tripliciter ſm hoīs triplicẽ
potentiam quam perficit.ſ.iuſtitia:foꝛtitudo:
⁊ tẽperantia ſm philoſophum in Ethic̃. Et iu/
ſtitia perficit volũtatem hominis in oꝛdine ad
pꝛoximum vt ipſum non ledat:ſed ius ſuũ vni
cuiqꝫ tribuat.Foꝛtitudo perficit iraſcibileʒ po/
tentiam vt aggrediatur ardua opera ⁊ firmus
ſit ⁊ cõſtans in aduerſis.Tẽperantia perficit cõ
cupiſcibilem potentiaʒ vt abſtineat ab illicitis
delectatiõibus.⁊ he tres vnum ſunt in moꝛa/
litate.Uirtus intellectualis perficit intellectũ.
⁊ eſt hec triplex diuidendo intellectum qui eſt
de principijs per ſe notis:⁊ arteʒ que eſt de me
chanicis.videlʒ ſcientia:pꝛudentia:⁊ ſapiẽtia.
Et ſcientia que eſt de cõcluſionibus cõpꝛehen//
dat quadriuiuʒ:ſed etiam triuium.ſ.grãmati
cam:logicam:⁊ rethoꝛicam. Et grãmatica qui
dem docens loqui ⁊ ſcribere.logica verũ a fal/
ſo diſcernere.rethoꝛica oꝛãtem perſuadẽ.Pru
dentia eſt recta ratio rerum a nobis agibiliuʒ.
Que quidem pꝛudentia integratur ex tribus:
vt dicit Sen.in li.de.iiij.virtutibus. videlicet
pꝛeterita cogita.⁊ dicitur memoꝛia:pꝛeſentia
oꝛdina.⁊ dicitur intelligentia:futura pꝛecaue.
⁊ dicitur pꝛouidentia.Sicut ergo tres iſte par/
tes pꝛudentie diſtincte cõueniunt in vnam cõ/
munem rationẽ pꝛudẽtie:ita hi tres pater:fili/
us:⁊ ſpũſſanctus vnum ſunt. ¶ Sapiẽtia aũt
ſeu phiſica diſtinguitur in phiſicam que eſt no
ticia de rebus nãlibus que ſunt infra celuʒ cui
deſeruit medicina:⁊ moꝛalem noticiã cui de/
ſeruit lex ciuilis ⁊ canonica. Et diuidiẜ in mo//
naſticam que hoiem dirigit in ſeipſum:⁊ econo
micam que docet regere familiam.⁊ politicaʒ
que docet ciuitatem dirigere ⁊ regnũ.Et ſic he
tres vna moꝛalis philoſophia eſt.Tertia philo
ſophia ſupꝛema que oẽs excellit ſciẽtias meta
phiſica vel potius theologica.Hec ꝯtinet tripli
cem legẽ dei.ſ.intrinſecaʒ:vt decalogum.moi
ſaycam:vt cerimonialia ⁊ iudicialia.⁊ euãgeli
cam de deo loquẽs ⁊ angelis ſup oẽs alias ſciẽ
tias:⁊ de ſanctiſſima trinitate. ¶ Refoꝛmatur
aũt imago dei que eſt in homie defoꝛmata per
peccatũ a ſanctiſſima trinitate per penitẽtiam:

nec alio modo poſt baptiſmũ refoꝛmari valet.
Hec aũt penitẽtia vna eſt ⁊ trina.Nam vt diciẜ
de peni.di.iij.Perfecta in coꝛde ꝯtritio:in oꝛe
ꝯfeſſio:in ope tota humilitas.i.ſatiſfactio.hec
eſt vera ⁊ fructuoſa penitẽtia.Et ſm.b.Tho.in
iiij.Cõtritio attribuiẜ patri:q: maxime poten/
tie eſt iuſtificatio impij.qđ fit per ꝯtritionẽ. Cõ
feſſio filio:q: fit per ṽbum qđ d: filius.Satiſfa
ctio que cõplet bonitatẽ penitentie ſpũſſancti:
cui appꝛopaẜ bonitas. Et ſatiſfactio quidẽ ſm
be.Tho.⁊ alios in.iiij.ꝯſiſtit in tribus.ſ.elemo
ſyna:oꝛone:⁊ ieiunio.De quibus di Thob.xij.
Bona eſt oꝛo cum elemoſyna ⁊ ieiunio. Et per
illud deſtruiẜ illud maledictũ ternariuʒ diabo
li.de quo.j.Jo.ij.di. Omne quod eſt in mũdo
aut eſt ꝯcupiſcẽtia carnis:aut ꝯcupiſcẽtia ocu/
loꝝ:aut ſupbia vite.Concupiſcẽtia carnis atte/
riẜ per ieiunium.Cõcupiſcẽtia oculoꝝ repꝛimi
tur per elemoſynã.i.auaritia. Supbia vite tol/
liẜ per humilẽ oꝛonem.Sed adhuc melius re/
foꝛmaẜ imago per ternariuʒ eſſentiale religio/
nis:qđ excedit oẽm ſolẽnem penitẽtiam.vt di
xxxiij.q.ij. Admonere.ſ.caſtitatẽ:pauptateʒ:⁊
obedientiã.Et hoc eſt illud triduuʒ itineris in
deſerto religionis quo deus vocat ſuos ad ſe ſi
bi ſacrificandũ.Exođ.iij.Sicut ergo tres ptes
in penitẽtia vel in religione.⁊ tñ vna peniten/
tia ⁊ vna eſt religio.ita hi tres pater ⁊ filius ⁊
ſpũſſanctus vnũ ſunt. ¶ Tertiũ genus creatu/
rarũ vbi relucet veſtigiuʒ trinitatis:eſt genus
rerũ mere coꝛpalium.Et hoc eſt in celis:in ele/
mẽtis ⁊ elemẽtatis. Et celũ quidem vnuʒ eſt.i.
incẽtum oẽs ꝯueniũt in materia incoꝛruptibi/
li.Tres aũt ſunt. Nam differentes in motu:q:
empyreuʒ vbi ſancti reſidẽt nõ moueẜ.Cryſtal/
linuʒ moueẜ ab angelo:⁊ mouet alios.Sydere
um.ſ.firmamẽtum cum celis planetaꝝ qđ non
mouet alios celos:ſed moueẜ. Et ſol in medio
ꝯſiſtens planetaꝝ tres hʒ ſub ſe.ſ.lunam:mer/
curiũ:⁊ venerem.Tres ſupꝛa ſe.ſ.martẽ:iouẽ:
⁊ ſaturnum. Elemẽta oīa in hoc vno ꝯueniũt.
quia ſunt in materia coꝛruptibili.ſed in tripli/
ci dĩa.Nam ſupꝛemuʒ.ſ.ignis eſt lucidum in
quo etiam repiẜ veſtigiũ trinitatis. Naʒ eſt in
ea ꝯſiderare eſſentiã:ſplẽdoꝛem:⁊ caloꝛẽ.⁊ eſ//
ſentia nõ pcedit a ſuo ſplendoꝛe:ſed ecõuerſo.
Et caloꝛ a ſua eẽntia ⁊ ſplẽdoꝛe.ita pater a nul/
lo pcedit:filius a patre:ſpũſſctũs ab vtroqꝫ.Et
hi tres vnum ſunt:ſicut vnus eſt ignis. Medi
um elemẽtum qđ eſt duplex.eſt.dyaphanum:
ideſt tranſparẽs.ſcilʒ aer ⁊ aqua.Et in aqua eſt
veſtigium trinitatis per puch:e.ſcilʒ in aqua
que egrediẜ e terra:vt in fonte. ⁊ tranſit eadeʒ
in ſubſtantia per aqueductum:⁊ extenditur in
riuum ſeu fluuiũ.vna eſt aqua ſeu vnus fons.
⁊ tñ fons non pcedit a ꝯductu:ſed ecõuerſo.ſic

De ima
gine re
foꝛma/
ta quõ
ſ ea fue
niẜ ve//
ſtigiuʒ
trinita/
tis.

De tri//
plici ge
nẽ crea
turaruʒ
ſ.mere
coꝛpo//
ralium

filius a patre: qui ſolus coopertus eſt carne noſtra. vnde ⁊ ipſe dicit. Ego quaſi aqueduct⁹ ⁊c̄. Eccl̄i. xxiiij. Fluuius procedit ab vtroqꝫ. ſic ſpiritusſanctus qui dicitur fluuius paradiſi ſcd̄m beatum Auguſt. Ultimum elementū eſt terra: que eſt in ſe obſcura. Et hec tripartita: quia in aſiam europam ⁊ africaꝫ. vna terra ⁊ tres eius partes. Sic hi tres vnuꝫ ſunt. ¶ In elementatis patet: q: quodlibet eſt vnum repreſentans patrem. Unde Hylarius. In patre vnitas: ⁊ aliquam ſpecieꝫ habent per formam ſuam: ⁊ ad aliquid ordinantur. Secundum repreſentat filium: ⁊ finis ſpiritumſanctum. Ad quod facit quod dicitur Sapien. Omnia in pondere numero ⁊ menſura conſtituiſti dn̄e. Omnis eniꝫ res eſt vna numero. Mēſuram habet determinate perfectionis per formam ſuam per quam in ſpecie conſtituitur. Pondus ſuum eſt finis ad quem ordinatur. Et hi tres vnum ſunt. Sicut ergo eccleſia militans hic eſt regina ſtans ante deum a dextris virtutum in veſtitu deaurato ſapientie: circūdata varietate ſtatuuꝫ. Sic ⁊ eccleſia triūphans aſſiſtit vt regina mundi a dextris dei. ſcilicet ciuitate ſuperna: in veſtitu deaurato glorie que in tribus cōſiſtit repreſentantibus ſanctiſſimam trinitatem: ſcilicet viſione: tenſione: ⁊ fruitione ſanctiſſime trinitatis: circūdata varietate premioꝝ. In qua exiſtētes dicere valēt. Sicut audiuimus ſic vidim⁹ ⁊c̄.

Titulus. xi. De dono intellectus. ¶ Donum intellectus vltra lumē nature neceſſario a deo petitur. Capl'm. j.

Manus tue fecerunt ⁊ plaſmauerunt me. Da mihi intellectum vt diſcam mandata tua. ps. cxviij. Manus dn̄i ſunt non corporales ſed ſpirituales: ſcilicet ſapientia ⁊ virtus eius. Et iſte fecerunt ⁊ faciūt quemlibet hominem ſicut ⁊ alias creaturas quoad corpus per propagationeꝫ a parentibus. Et ipſum primū hominem fecit de limo terre. Gen̄. j. Et plaſmauerunt ⁊ plaſmant quamlibet animam de nouo creando ex nihilo: ideſt non ex aliqua alia re. ⁊ infundit. Unde illa ſancta mulier dicebat filijs ſuis exhortans ad patientiaꝫ. Filij neſcio quomodo in vtero meo apparuiſtis. Neqꝫ ſpiritum ⁊ animam donaui vobis: ⁊ ſingulorum membra non ego ipſa compegi: ſed eſt mundi creator. Hinc ⁊ beatus Hiero⁹. in epiſtola contra Ruffinum. Inter illas ſecreti ventris anguſtias manus dei ſemper op̄atur. idēqꝫ creator corporis pariter ⁊ anime. Noli deſpicere bonitatem figuli qui te plaſmauit: ⁊ fecit vt voluit. Ipſe dei virtus ⁊ ſapientia. diſtinctī. lvj. naſci.

¶ Quamuis autem homini ſit datum lumen naturale ad intelligendū que agenda ſunt ſm̄ dictamen rationis in vita politica. tamen quia homo ordinatur ad quoddam bonū quod excedit naturalem cognitionem: ſcilꝫ ſupernam beatitudinem. ideo indiget quodaꝫ lumine ſupernaturali ad intelligendū que ſm̄ fidem proponuntur. Et hoc vocatur donum intellectus quod quia ex nobis nō eſt ps. poſtulat a deo ſibi dari dicens. Da mihi intellectum vt diſcam mandata tua. ps. cxviij. Mandata dei ſunt nō ſolum de agendis. ſcd̄m decalogum. ſm̄ illud Matthei. xix. ca. Si vis ad vitam ingredi: ſerua mandata. Sed etiam de credendis. iuxta illud Jo. xiiij. Creditis in deum: ⁊ in me credite. ait Chriſtus. quia non ſolum myſteria diuinitatis: ſed etiam humanitatis Chriſti nobis mandatur credere. De ſperandis datur mādatum. ps. lxj. Sperate in eo omnis congregatio populi. que figurabatur in ſpe bonorum temporalium in veteri teſtamento promiſſorum. Mandatur dilectio dei ⁊ proximi. Deuter. vj. Quod in nouo teſtamento inducitur ⁊ firmatur. Matth. xxij. ⁊ Luce. x. Diliges dn̄m deum tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua: et ex omni mente tua: ⁊ proximum tuum ſicut teipſum. Iſta mandata preſupponuntur ad decalogum. non enim ibi continentur. Et ad iſta intelligenda intime vt credēda ⁊ ſeruanda indiget homo dono intellectus. Omnis qui audit a patre meo ⁊ didicit hic venit ad me. ait Chriſtus Joan. vj. Fides autem ex auditu. auditus per verbum dei. Roma. x. Sed non ſufficit credere auditis. immo oportet addiſcere p̱ donū ſcilꝫ intellectus capere vt agēda. Et ſic venitur ad chriſtū cōſequendo eternum premium. ſm̄ illud. Intellectus bonus omnibus faciētibus eum: laudatio eius manet in ſeculum ſeculi.

¶ Sed ad tollendum equiuocationem. §. i.

Sciendū ꝙ intellectus ſumitur multipliciter. Nam aliquando intellectus dicitur ipſa anime eſſentia. denominatur enim anima ab intellectu: quaſi a ſua principaliori virtute: ſicut dicitur in prin. iij. de aīa ꝙ intellectus eſt quedā ſubſtantia. Angeli etiā dicuntur intellectus ſeu intelligentie. ¶ Secūdo dicitur intellectus quedaꝫ potentia anime diſtincta contra voluntatem. Et iſte intellectus diſtinguitur realiter in duas potētias: ſcilicet intellectum agentem: ⁊ intellectum poſſibileꝫ. Unde dicit philoſophus in tertio de anima. Quod neceſſe eſt eſſe in anima has differentias intellectum. ſcilicet poſſibilem ⁊ agentem. Intellectus autem poſſibilis diuiditur in tres ſm̄ tres ſtatus eius. Quandoqꝫ enim eſt in po

De multiplici intellectus acceptione.

tentia tm̄. ⁊ ſic dicitur intellectus poſſibilis. Quandoq3 in actu primo qui eſt ſcientia. ⁊ ſic dicit̄ intellectus in habitu. Quandoq3 in actu ſecundo qui eſt conſiderare. ⁊ ſic dicitur intellectus in actu ſeu intellectus adeptus. De predictis habes in prima parte. ❡ Tertio dicitur intellectus quedam virtus intellectualis. que dicitur habitus principiorum que per ſe ſunt nota: ſiue ſpeculabilium: vt de quolibet eſt affirmare vel negare de neutro ambo. Omne totum eſt maius ſua parte. vel practicabilium. vt malum eſt fugiendum. nulli eſt iniuria facienda ⁊ huiuſmodi. ❡ Quarto modo dicitur intellectus vna pars prudentie ſm̄ Macrobium quam Tullius vocat intelligentiam. de hoc dicit philoſophus in. vj. Ethicoꝝ. Quod eſt cognoſcitiuus extremi: id eſt alicuius primi ſingularis ⁊ contingentis operabilis propoſitionis: ſcilicet minoris quam oportet eſſe ſingularem in ſyllogiſmo prudentie. Hoc autem primum ſingulare eſt aliquis finis ſingularis. Eſt ergo iſte intellectus quedam recta eſtimatio de aliquo particulari fine. vt verbi gratia. Ratio in operando primo ſumit vniuerſalem. vt puta. Omne malum eſt fugiendum. Intellectus iſte ſumit minorem ſub illa di. Committere huic actum fornicationis qui menti occurrit eſt malum. Et prudentia cōcludit. Ergo hec fornicatio fugienda. ❡ Quinto dicitur intellectus quoddam donum ſpūſſancti qui importat quandā acutā penetrationē diuinoꝝ vel agēdoꝝ ſm̄ regulas diuinas. Et de iſto nunc agit̄.

❡ De dono intellectus. .§.ij.

Dicitur Eſaie. xj. Requieſcet ſuper eum ſpiritus dn̄i ſpiritus ſapiētie: ⁊ intellectus ⁊c̄. Et de iuſto dicitur. Repleuit eū3 dominus ſpiritu ſapientie ⁊ intellectus. ſtola glorie induit eum. ❡ Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. ſecūda ſecūde. q. viij. arti. j. ꝙ nomē intellectus importat quandam intimam cognitionem. Dicitur enim intelligere quaſi intus legere. Et hoc maxime apparet cōſiderantibus differentiam intellectus ⁊ ſenſus. Nam cognitio ſenſitiua occupatur circa qualitates ſenſibiles exteriores. Cognitio autem intellectiua penetrat vſq3 ad eſſentiam rei. Obiectum enim intellectus eſt qđ quid eſt: vt dicitur in. iij. de aīa. Sunt autem multa genera eoꝝ que interius latent ad que oportet cognitionem hoīs quaſi intrinſecus penetrare. Nam ſub accidentibus latet natura rerum ſubſtātialis. Sub verbis latent ſignificata verboꝝ. ſub ſimilitudinibus ⁊ figuris latet veritas figurata. Res enim intelligibiles ſunt quaſi interiores reſpectu rerum ſenſibilium que exterius ſentiuntur. Et in cauſis latent effectus ⁊ ecōuerſo. vnde reſpectu horum omnium poteſt dici intellectus. Sed cum cognitio hominis a ſenſu īcipiat quaſi ab exteriori: manifeſtum eſt ꝙ quanto lumen intellectus eſt fortius: tanto magis poteſt ad intima penetrare. Lumē aūt nāle nr̄i intellectus eſt finite v̄tutis. Unde vſq3 ad determinatum aliquid pringere poteſt. Indiget ergo homo ſupernaturali lumine: vt vlterius penetret ad cognoſcendum quedam que per lumen naturale cognoſcere non valet. Et illud lumē ſupernaturale homini datum vocatur donum intellectus. Et cum potētia intellectus habeat duos actus: ſcilicet percipere ⁊ diiudicare. Donum intellectus ordinatur ad percipiēdū3 diuina ⁊ agenda in ordine ad deum. Sapientie donu3 ordinatur ad actum iudicandi de eis ſm̄ rationem ſeu regulas diuinas. Sed ſcientie donum ſm̄ regulas humanas. i. rationis: ⁊ in hoc differūt. ❡ Ratio autem quare hoc donum dicitur donu3 intellectus potius ꝙ̄ rationis eſt iſta ſm̄ beatum Tho. vbi. ſ. Diſcurſus rationis ſemper incipit ab intellectu ⁊ terminatur ad intellectu3 ex aliquibus. Ratiocinamur eni3 procedēdo ex quibuſdam intellectis. ⁊ tunc rationis diſcurſus perficitur quādo ad hoc peruenimus vt intelligamus id qđ prius erat ignotum. Quod ergo ratiocinamur ex aliquo intellectu procedit. Sed donum gratie nō procedit ex lumine nature: immo ſupaddit̄ ei quaſi perficiēs ipſum. ⁊ ideo iſta ſuperadditio non dicit̄ ratio ſed magis intellectus. q2 ita ſe h3 lumen ſupadditum ad ea que nobis ſupnaturaliter innoteſcunt. ſicut ſe habet lumen naturale ad ea que primordialiter cognoſcimus. ❡ Ratio etiam quare aliqđ donum dicat̄ intellectus ⁊ nullum voluntas: cum tn̄ intellectus diſtinguat̄ contra voluntatem: vt patet in. iij. de aīa. eſt iſta ſm̄. b. Tho. vbi. ſ. q2 voluntas nominat ſimpliciter appetitum motu3 abſq3 determinatione alicuius excellentie. Sed intellectus nominat quandam excellentiam cognitionis. ſ. penetrandi ad intima. Ideo ſupernaturale donu3 magis nominatur nomine intellectus ꝙ̄ voluntatis.

❡ Quō donu3 intellectus ſimul maneat cum fide. .§.iij.

Ad qđ ſciēdū opus eſt duplici diſtinctione ſm̄ be. Tho. ij. ij. q. viij. arti. ij. Una eſt ex pte fidei: alia eſt ex pte intellectus. Ex pte fidei diſtinguēdū eſt. ꝙ que dā per ſe ⁊ directe cadunt ſub fide que naturalem rōnem excedunt. ſicut deum eſſe trinum ⁊ vnū: ⁊ filium dei eſſe incarnatu3. Quedam v̄o cadunt ſub fide quaſi ordinata ad iſta ſm̄ aliquem modū. ſicut ſunt omnia que in ſcriptura diuina cōtinentur. Ex parte v̄o intellectus di

ſtinguendum eſt.q2 dupliciter poſſumus aliq̃ intelligere.Uno modo perfecte:q̃n.ſ.pertingi mus ad cognoſcendum eſſentiã rei intellecte: ⁊ ipſam veritatem enũciabilis intellecti ſm q̃ in ſe eſt.⁊ hoc mõ ea que cadunt ſub fide directe nõ poſſumus intelligere durãte ſtatu fidei. Sed quedam alia ad fidem ordinata etiaꝫ hoc modo intelligi pñt.Alio mõ contingit aliquid intelligi imperfecte:q̃n.ſ.ipſa eſſentia,rei vl' veritas propoſitionis non cognoſcitur quid ſit: aut quomodo ſit:ſed tñ cognoſcitur q̃ ea que exterius apparẽt veritati non ꝯtrariant̃ inquã tum homo intelligit q̃ propter ea que exteri⁹ apparent non eſt recedendum ab his que ſunt fidei.Et ſm hoc nihil prohibet durante ſtatu fidei intelligere ea etiam que per ſe ſub fide cadunt.Fides aũt que connumeratur ab aplo inter duodecim fructus ſpũs ad Gal.v.non eſt fides que eſt virtus theologica:ſed eſt quedaꝫ certitudo eorum que ſunt fidei:que habetur p donum intellectus.¶ Eſt autem intellect⁹ donum non ſolum ſpeculatiuus:ſed etiaꝫ practicus.Unde in ps.cx.Intellectus bonus omnibus facientibus eum.Quod ſic declarat beatus Tho.ij.ij.q.viij.art.iij.Donum intellect⁹ non ſolum ſe habet ad ea que primo ⁊ principaliter cadunt ſub fide:ſed etiaꝫ ad omnia que ad fidem ordinantur.Operationes autem bone quendam ordinem habent ad fidem.Nam fides per dilectionem operatur:vt dicitur ad Gal.v.Et ideo donum intellectus etiaꝫ ad quedam operabilia ſe extendit.non quidẽ vt principaliter circa ea verſetur:ſed inquantum in agendis regulamur rationibus eternis.quib⁹ conſpiciendis ⁊ conſulendis inheret ſuperior rõ:vt ait Aug.que dono intellectus perficit̃. Quamuis autem rõ naturalis dirigat hominem in actibus humanis:tñ regula humanorum actuum eſt non ſolum rõ humana:ſed etiam lex eterna.Lex aũt eterne excedit rõneꝫ humanam naturalem.Et ideo cognitio humanoruꝫ actuũ ſm q̃ regulant̃ a lege eterna excedit rõnem naturalem ⁊ indiget ſupernaturali lumine doni ſpũſancti intellectus vel alterius.

¶ Eſt autem do- .§.iiij.

In qb⁹ ſit donũ intellectus ⁊ in qb⁹ nõ.

num intellectus in omnib⁹ habentibus grãm gratum facientem:⁊ extra grãm exiſtentibus abeſt.primum ſic probat Tho.ij.ij.q.viij.art.iiij.In omnibus habentibus grãm neceſſe eſt eſſe rectitudinem voluntatis:q2 per gratiam reparatur voluntas hominis ad bonum:vt dicit.b.Aug.voluntas autem hominis non põt recte ordinari in bonum niſi preexiſtente aliq̃ cognitione veritatis.quia obiectum voluntatis eſt bonum intellectum:vt dicitur in.iij.de anima.Sicut autem per donum charitatis ſpiritus ſcilicet ordinat voluntatẽ hominis vt recte moueatur in bonũ quoddam ſupernaturale:ita per donum intellectus illuſtrat mentem hominis vt cognoſcat veritatẽ quandam ſupnaturalem in quã oportet tendere voluntatem rectam.Et ideo ſicut in omnibus habentibus gratiam eſt donum charitatis:ita ⁊ donũ intellectus.Et q̃uis aliqui habentes gratiã gratuꝫ facientẽ poſſint pati hebetudinem circa aliqua que ſunt preter neceſſitatem ſalutis:tamen circa ea que ſunt de neceſſitate ſalutis ſufficiẽter inſtruũtur a ſpũſcõ.ſm illud.vnctio docet nos de oĩbus.j.Joã.ij.Quãuis enĩ non oẽs hñtes fidem plene intelligant ea que proponunt̃ credenda.intelligũt tñ ea eſſe credẽda:⁊ q̃ ab eis pro nullo eſt deuiandum . Et quod beatus Gregor.ait in.ij.moral. q̃ gratia intellectus ⁊ alioꝝ donorum aliq̃n vtiliter hñtibus grãꝫ ſubtrahitur. q̃nq3 enim dum animus ad ſublimia intelligenda ſe in elatione erigit:in rebus vilibus ⁊ imis hebetudine pigreſcit.non ſic eſt intelligendum q̃ donũ intellectus ſubtrahatur ſctis quantum ad neceſſaria ad ſalutem dum in ſanctitate manẽt.ſed circa alia interdũ ſubtrahit̃ vt non oĩa ad liquidum penetrare poſſint p intellectum.Et hoc vt ſubtrahatur eis materia ⁊ occaſio ſuperbie.¶ Scðm autem ſcꝫ q̃ donuꝫ intellectus non habeãt extra gratiam cõſtituti ſic probat.Dona ſpũſctĩ vt ſupra dictum eſt pficiunt hominem ſm q̃ eſt bene mobilis a ſpiritu ſcõ.Sic ergo itellectuale lumẽ grẽ ponitur donũ itellect⁹ inq̃ztũ itellect⁹ hoĩs ẽ bene mobilis a ſpiritu ſcõ.Huius autem motus conſideratio in hoc eſt q̃ hõ apprehendit veritatẽ circa finem.Unde niſi vſq3 ad hoc moueatur itellectus humanus a ſpũſancto.vt rectam eſtimationem de fine habeat nondũ eſt aſſecutus donum intellectus q̃ztũcunq3 ex illuſtratiõe ſpiritus alia quedã pambula cognoſcat. Rectã aũt eſtimationem de vltimo fine non hꝫ niſi ille q circa finem non errat:ſed ei firmiter inheret tã quam optimo.Et hoc eſt ſolum habentis gratiam gratum facientem.Sicut etiam in moralibus rectam eſtimationem habet homo de fine per habitum virtutis.Unde donum intellect⁹ ſine gratia gratum faciente haberi non poteſt. Et quod Augu.dicit preuolat intellectus ſequitur tardus aut nullus effectus.Uocat bea. Augu.intellectum quandã mentis illuſtrationem que tamẽ non pertingit ad perfectam rationeꝫ doni intellectus.Sed cum mens hominis deducitur vſq3 ad hoc vt habeat rectam eſtimationem circa finem tunc ſequitur effectus q̃d ſit donum intellectus.Quod etiam dicitur Dan.x.Intelligentia opus eſt in viſione ſcꝫ pphetica.Talis

Q̃ grã intellect⁹ ⁊ alioꝝ donorũ aliq̃n q̃buſdaꝫ ſubtrahit̃.q̃re ⁊ q̃uo intelligit̃.

ta. Talis intelligentia nõ eſt donũ intellectus:
ſed quedam mentis illuſtratio ad intelligẽdũ
que propheris reuelãtur. qđ poteſt eſſe cõmu/
ne bonis ⁊ malis. Sed illuſtratio mentis circa
eſtimationem rectam de vltimo fine ſolum cõ/
uenit bonis que pertinent ad donum intelle/
ctus. Et quãuis donum intellectus corrñdeat
virtuti fidei ⁊ eam preſupponat non tamẽ ſeq/
tur ꝙ ſicut fides poteſt eſſe ſine gratia gratum
faciente: vt fides informis: ita ⁊ donum intelle
ctus. Et rõ diuerſitatis eſt: q: fides ſolum ipor
tat aſſenſum ad ea que proponunt credenda: q
poteſt eſſe per aliquam illuſtrationem mentis
abſq; gratia. Sed donũ intellectus importat
quandam perceptionem ⁊ penetrationem veri
tatis circa finem vltimum que non poteſt eſſe
ſine gratia gratumfaciente. Quõ autẽ differat
intellectus a ſapiẽtia ⁊ ſciẽtia a ꝯſilio dcm̃ ẽ.ſ.

Et ſecunduz bea/ .§.v.

tum Grego. ſicut ſapientie opponitur inſipien
tia vł ſtultitia que facit peruerſe iudicare circa
cõmunem finem vite. i. vltimum finez. Sic ecõ
tra. ſapientia facit rectum iudicium circa vni/
uerſalem cauſam ⁊ finem vltimum deũ. Et ſciẽ
tie dono opponitur ignorantia: per quã homo
non habet rectum iudicium circa particulares
cauſas. i. creaturas. Et conſilio precipitatio op
ponitur per quam homo ad actionez procedit
ante deliberationem rõnis. Ita intellectui op/
ponitur hebetudo. hebetudo enim acuitati op
ponitur. Dicitur autem per ſimilitudinem in/
tellectus acutus. quãdo poteſt penetrare ad in/
tima eorum que proponuntur. Et quãuis do/
nuz intellectus circa principia prima ſit. aliter
tamen ꝙ̃ intellectus virtus intellectualis. Nã
intellectus virtus eſt habitus naturalis primo
rum principiorũ cognoſcitiuus que per ſe na
turaliter cognoſcuntur. Intellectus donum eſt
habitus primorum principiorũ cognoſcitiuus
nõ naturalis ſed gratuite. aliter tamẽ ꝙ̃ fides.
Nam ad fidem pertinet aſſentire ſoluz talibus
principijs cognitionis gratuite. ideſt articulis
fidei. Ad intellectum vero donum pertinet pe
netrare ea que debentur fidei. Et in cognitio/
ne ſiue practica ſiue ſpeculatiua eorũ que ſunt
fidei intellectus penetrat. ſed; ſapientia de eis
iudicium preſtat.

Huic dono in/ .§.vi.

Q. beatitudo vj. correſpondet dono itellectus.

tellectus correſpondet ſexta beatitudo ſm bea
tum Augu. ſ. beati mundo corde ⁊c̃. Matth.
v. Et hoc conuenienter quãtum ad meritũ: qđ
eſt mundicia cordis. ⁊ quãtum ad premiuz qđ
eſt viſio dei ſm beatuz Tho. ij. ij. q. viij. ar. vij.
Et quantum ad meritum ſciendum ꝙ duplex
eſt mundicia. Una preambula ⁊ diſpoſitiua ad
dei viſionẽ. Et hec eſt depuratio affectus ab in
ordinatis affectionibus. Et hec mundicia cor/
dis ſit per virtutes que pertinent ad vim appe
titiuam. vt tẽperantia: fortitudo: ⁊ iuſtitia. Alia
mundicia cordis eſt que eſt quaſi cõpletiua re/
ſpectu viſionis diuine. Et hec eſt mundicia mẽ
tis depurate a fantaſmatibus ⁊ erroribꝰ vt ſci/
licet ea que proponuntur de deo. non accipian
tur per modum corporalium fantaſmatũ aut
ſm hereticas peruerſitates. Et hanc mundiciã
facit donuz intellectꝰ. Silr eſt duplex viſio dei.
Una quidem perfecta: qua videtur deus per eſ
ſentiam. Alia vero imperfecta per quaz etſi nõ
videamus de deo quid ſit: videmus tamen qđ
non eſt. Et tanto deuz in hac vita perfectius co
gnoſcimus: quãto magis intellectus noſter co
gnoſcit deum excedere quicquid intellectu cõ/
prehẽditur. Utraq; dei viſio pertinet ad donũ
intellectus. Prima ꝯſummatiue ſm ꝙ habe/
tur in patria. Secunda inchoatiue ſm ꝙ ha/
betur viſio de deo in via.

De ſcripture ſacre nobilitate q̃litate ⁊ vtili/
tate. Capitulum. ij.

D Eclaratio ſermonũ

tuorum illuminat: ⁊ intellectum dat
paruulis. ps. cxviij. Sermones dei
de quibus ps. loquit ſunt verba ſacre ſcriptu/
re quibus nobis locutus eſt deus per prophe/
tas vt in veteri teſtõ. vel per ſe incarnatũ ⁊ apo
ſtolos eius vt in nouo. Sed tenebroſa aqua in
nubibus aeris. inquit ps. xvij. i. obſcura ſcien
tia in prophetis: q: omnia in figurã continge/
bant illis. In nouo quoq; dixit xps Jo. vj. Uer
ba que loquor vobis ſpũs ⁊ vita ſunt. i. ſpũali/
ter intellecta viuificabunt vos. Caro non pro/
deſt quicquã. ideſt ſuperficialiter intellecta nõ
proficiunt homini vt illud quod dixerat de ſa/
cramento corporis ſui. Niſi manducaueritis
carnez filij hominis ⁊c̃. q: aliqui ex diſcipulis
ſm litteram ſuperficialiter intellexerunt. ſcan/
dalizati ſunt. ſic ⁊ omnes heretici errauerunt.
non intelligentes ſcripturas. Ad capiendum
igitur cognitionem ⁊ veraz notitiã de eis que
ſunt in ſcriptura. ſpiritusſanctus per donuz in
tellectus menti declarat ſermones dei. Unde
⁊ de ſaluatore dicitur Luce vlti. ꝙ poſtquaz re/
ſuſcitatus apparens diſcipulis comedens cuz
eis ait. Hec ſcripta ſunt ⁊c̃. Et tũc aperuit illis
ſenſum vt intelligerent ſcripturas quas ſcili/
cet exponebat eis. De ipſa igitur ſcriptura ſa
cra que continet ſermones dei. videndum de
qua in dictis verbis ps. tria videntur notari.
Primo innuitur eximia auctoritas. ibi. De
claratio ſermonum tuorum.

De nobilitate ſacre ſcripture rõne auctoritatis ꝙ maior nõ põt eſſe.

¶ Secundo conceditur magna vtilitas. ſibi. illuminat.

¶ Tertio exigitur ad eaz plurima humilitas. ſibi intellectum dat paruulis.

¶ Auctoritas ſcri- .§.i.

pture maior eſſe non poteſt. q: ſcilicet a deo eſt reuelata. Jdeo dicit declaratio ſermonum tuorum. qui ſcilicet ſunt a te deo pferente. Ut eni ait Petrus in can̄. ij. Spirituſancto inſpirati locuti ſunt omnes ſancti dei homines. ſcilicz auctores librorum ſacre pagine. Et beatus Pau. ad Hebre. j. Multiphariе multiſqz modis oliz deus loquens patribus in pphetis. ſcilicet in veteri teſtamento. nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. Hinc etiaz beatus. Amb. in epiſtola ad Col. ait. Omnis ratio ſupne ſcientie vel terrene creature in eo eſt. qui ē caput earuz ⁊ auctor. vt qui hunc nouit nihil vltra querat. quia hic eſt perfecta virtus ⁊ ſapientia. quicquid alibi queritur. hic perfecte inuenitur. Jn Daniele ⁊ Salomone oſtēdit infidelibus ſe eē auctorem totius ſapientie quod infideles non putant. quia non legunt in euangelijs ⁊ pphetijs: aſtrologiam ⁊ alia huiuſmodi que deſpecta ſunt. quia nihil valent ad ſalutem. ſed nituntur in errorem. Et qui his ſtudent curam anime non habent. diſt. xxxvij. §. Hinc etiam filius. Et q: deus eſt verax: omnis autem homo mendax. ps. cxv. Hinc eſt ꝙ doctrine hominum reperiuntur cum admixtione alicuius erroris. Sed doctrina ſacre ſcripture plena veritate. q: a deo qui mentiri non poteſt. Joā. xvij. ait chriſtus. Sermo tuus veritas eſt. Unde Chryſo. dicit. ꝙ ſicut ſacerdos eſt debitor vt veritatem. quam audiuit a deo. ſcilicet in ſcripturis libere predicet. ita ⁊ laicus eſt debitor vt veritatem quam audiuit a ſacerdote probatam in ſcripturis defendat fiducialiter. quod ſi non fecerit. pdidit veritatem. De auctoritate ⁊ veritate eius habetur. j. Quod nulla falſitas inſit ſcripturis ſacris nec liceat dubitare de veritate eius oſtēdit beatus Augu. dicens in epiſtola ad Hiero. Si ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint vl̄ officioſa mendacia. quid in eis remanebit auctoritatis. que tandez de ſcripturis illis proferef cuius pondere contentioſe falſitatis obſeretur improbitas. diſt. ix. Jn decretis idem bea. Auguſtinus diſtinctio. ead. Quis neſciat ſacram ſcripturam canonicam. tam veteris q̄z noui teſtamenti certis terminis ſuis cōtineri. eāqz poſterioribus oīum epoꝝ litteris ita pponi. vt de illa dubitari aut diſceptari nō poſſit vtrū veꝝ vel vtrū rectū ſit quicquid in ea ꝯſtiterit.

¶ Secundum ſcilz .§.ij.

magna vtilitas ſcripture ſacre patz ex effectu. q: illuminat. Ad quod etiam facit quod idem ps. ait ps. cxviij. Lucerna pedibus meis verbum tuum ⁊ lumen ſemitis meis. Et Petrus in can̄. ſua. Habetis propheticum ſermonem. cui benefacietis attendētes quaſi lucerne lucēti in caliginoſo loco. Et licet ſcientie ſeculares etiam illuminent in multis. aliter tamen ⁊ aliter. Jlle quidem vt noctilucent in nocte. ⁊ interpolatim. Hec autem ſacra doctrina vt radius a ſole iuſtitie procedens domino deo ſemper ꝑ totum orbem. Jlluminatio ſiquidem illarum ſcientiarum defectibilis eſt. quia ſiue ſpeculatiue ſiue ſint practice vel morales tamē ordināt hominem ad felicitatem que in preſenti haberi poteſt politicam vel ſpeculatiuam. non autez futuram quam non nouerunt auctores illarū. Unde bea. Hierony. tractans illud Eccē. x. Labor ſtultorum perdet eos. quia neſcierunt pergere in ciuitatem. Nominat ibi plures phos. Platonem: ariſtotelem: permenidem: ⁊ alios. quos ſtultos appellat. quia non habuerunt rectum iudicium de vltimo fine deo. Nam etſi multum laborauerunt in ſpeculando ⁊ inquirendo veritatem in multis. tamen ex ſuo labore non reportauerunt fructum vite eterne. ſed perditionis. Et hoc quia neſcierunt pergere in vrbem ſupernam. Non enim eorum doctrine habent tale lumen. ſed ſapientia que vtiqz eſt ſacra ſcriptura perducit ad claritatem eternā. docens copioſiſſime de vltimo fine vero deo ⁊ veriſſimo ⁊ modo perueniendi ad eum conſequendum: qui eſt lux vera ⁊ indeficiēs. ¶ Ubi notandum ꝙ tria debent conſiderari. Primuz eſt ꝙ perfectio hominis conſiſtit in imitatione dei que eſt per dilectionem. Secundum eſt ꝙ dilectio preſupponit cognitionem. Tertiuz eſt ꝙ cognitio ordinata ⁊ vera de deo ⁊ diligēdis habetur per ſcripture ſacre lectionem vel auditionem non ſcientiarum ſecularium. ¶ Primo ergo ſciendum ꝙ imitatio dei ad quez pro poſſe homo debet tendere: ⁊ perfectio eius ſimpliciter eſt per dilectionez. Unde apoſtolus ad Ephe. Jmitatores dei eſtote ſicut filij chariſſimi. Et quaſi modum docens huius immediate ſubdit. Ambulate in dilectione: ſicut ⁊ chriſtus dilexit vos. Similiter cum xp̄s dixiſſet diſcipulis. Eſtote pfecti ſicut ⁊ pater veſter perfectus eſt. Matth. v. Subdit exemplum de dilectione. non ſolum amicorum: ſed ⁊ inimicorum. Exemplo dei qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos ⁊ malos materialiter ⁊ ſpiritualiter. Et apoſtolus ad Col. iij. Super omnia charitatem habete que eſt vinculum perfectiōis. ¶ Secundo conſiderādum ꝙ dilectio preſupponit cognitionem ſeu ex cognitione generat.

De vtilitate ſacre ſcripture.

Nam obiectum voluntatis cuius eſt dilectio ẽ
bonum cognitũʒ. Unde bea. Augu. Inuiſa di/
ligere poſſumus: incognita nequaquã. Eſt enĩ
in anima noſtra quoddam matrimonium ſpi/
ritale. in quo vir eſt intellectus vxoꝛ volũtas:
que ſterilis permanet. niſi intellectus in ea ſe/
men iacter conceptum ſcilʒ ſuum. Unde ⁊ chꝛi
ſtus dixit ſamaritane: vt apta fieret ad habẽdã
aquam ſuam ꝓmiſſam. que ſalire facit in vitaʒ
eternam ſcilʒ gratiam. Uoca virum tuum ⁊ ve
ni huc. Joã. iiij. ideſt repreſenta intellectũ tuũ.
vt exponit bea. Augu. vt ſcilʒ intelligas vere ⁊
ſpũaliter non carnaliter. Nam illum hominez
cũ quo in foꝛnicatione manebat. non erat ſuus
vir. i. legitimus maritus. vnde non illum dixit
vocare. Hic eſt enim erroꝛ ſeu falſus intellectus
qui ſeminat in carne. ancillam, i. in ſenſualita
te generat illegitimos filios maloꝛum operuʒ
quibus non debetur hereditas gloꝛie: cum nõ
ſit in eis aqua gratie: ſed de carne metit: et re/
poꝛtat coꝛruptionem ⁊ eternam damnationeʒ.
Poſt quinqʒ igitur viros legitimos. i. poſt ſeq̃
lam quinqʒ ſenſuum. ſm quoꝛuʒ appetitũ ope
ratur homo ante vſum rõnis ⁊ ſine peccato. ⁊
ideo vt viri legitimi debet immediate perueni
ens ad vſum rationis vti vero intellectu nõ er
roneo obũbꝛato. Et talis intellectus obijciens
voluntati verum ↄceptum gignit bonos affe/
ctus ⁊ parit filios bonoꝝ operuʒ. ¶ Qđ tertio
aduertendum ſequetur permaxime dilectio in
voluntate generata ex deo pꝛincipaliter operã/
te: ⁊ ipſa aſſentiẽte. q2 homo hominẽ generat
⁊ ſol ex ſtudio ſacre doctrine. Et pꝛopterea dici
tur verbum ſcripture. qđ eſt verbum dei igni/
tum ⁊ ignis: q2 igneʒ inducit charitatis in ani
ma. ps. cxviij. Ignitũ eloquium tuuʒ vehemẽ
ter. Et dominus per Hiere. xxxiij. c. Nunquid
verba mea non ſunt quaſi ignis. Exemplum in
duobus diſcipulis euntibus in emaus dicen/
tibus poſtea. Nõne coꝛ noſtruʒ ardens erat in
nobis: dum nobis loqueretur in via. Luce. vlt.
Et Deute. xxxiij. dicitur. In dextera eius ignea
lex. i. in chꝛiſto lex charitatis. Uidemus enĩʒ ꝑ
experientiam ꝙ diſcipulus ad magiſtruʒ ⁊ do/
ctrinam eius multuʒ afficitur: ⁊ in eius doctri
na delectatur ⁊ firmatur: ⁊ quaſi vnitur ſpiritꝰ
eius ad eum. Sic ad pꝛopoſitum. Cum ſcriptu
ra ſacra ſit de deo ſine aliquo erroꝛe. ⁊ plenuſſi/
me de eo quod poteſt ſciri de ipſo in pñti tra/
ctet de dilectione ⁊ alijs virtutibus. Alie auteʒ
ſcientie diminute ⁊ cum erroꝛibus: ⁊ doctoꝛes
⁊ auctoꝛes earum fuerunt cõmuniter vitioſi ⁊
multa etiam friuola ⁊ noxia habebantur in ta/
libus doctrinis laſciua ⁊ contra fidem. Jđ ſtu
dendo in eis afficitur mens ſtudentis ad tales
⁊ reueretur: ⁊ de veritate fidei vacillat. Sed ex

Sacra ſcriptura maxime valʒ ad dilectioneʒ dei ⁊ ꝓximi.

ſtudio ſacre ſcripture afficitur ad deũ ⁊ ad ſan/
ctos qui ediderunt libꝛos: ⁊ charitate inflam/
maſ ex illuminatione de deo ex ipſa habita. Un
de dicitur de ſapientia que vt dictum eſt ꝓma/
xime in ſcriptura ſacra infinitus theſaurus eſt
hominibus: quo qui vſi ſunt participes facti
ſunt amicicie dei. ¶ Declaratio ergo ſermonũ
illuminat intellectum etiam de altiſſimis. Si/
cut autem intellectus eſt nobiliſſima potentia/
ruʒ. ita ⁊ operatio eius ⁊ illuminatio perfectiſ/
ſimum opus hinc nobiliſſimum intellectum
non voluntatem per pꝛius non tempoꝛe: ſʒ na/
tura verbum eternum. ait Joan. dominici car/
dinalis in quodam opere ſuo: quod appella/
uit noctiluca. Intellectiuo actu pꝛocedens a pa
tre: lumen de lumine in homine naſci tutus aſ
ſumpſit id apertius ceteris tradentibus. Bea/
tus Auguſtinus ⁊ magiſtro ſententia. In hu/
ius potentie actu veritas pꝛima pꝛeſentis vite
pariter ⁊ future. vno eodemqʒ ſermone deter/
minauit vltimam conſiſtere felicitatem dicẽs.
Joan. xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te
ſolum deum ⁊ quem miſiſti Jeſum chꝛiſtum.
Hunc pꝛimuʒ vt ſummum doctoꝛem poſt io/
cundam ⁊ longam de vita beata inquiſitionẽ:
in vltimo de ciuitate dei. Beatus Auguſtinus
ſecutus inquit. Uiſio eſt tota merces. Hec etiaʒ
veritas philoſophos non latuit. Nam eoꝛum
pꝛecipuus plato beatitudinem locauit in par/
ticipatione diuini luminis. teſte beatus Augu
ſtinus in. xix. de ciuitate dei. cui ⁊ ipſe aſſentit.
Ultra enim lumen diuinum quo tantus do/
ctoꝛ pollebat: non ignoꝛabat ab ariſtotele iam
foꝛe validiſſimis rationibus demonſtratum:
voluntati anteponendum eſſe nobilitate ⁊ ope
re humanum intellectum.

¶ Sequendo igi/ .§. iij.

tur antiquoꝛum doctoꝛum gymnaſia pꝛobata
⁊ vera: fateamur opoꝛtet in parte itellectiua tã
quam in ſublimioꝛi faſtigio culmen felicitatis
viatoꝛi poſſibilis ex pꝛopꝛijs naturalibus cõſe
quende certius obſeruari. Sic lego in Gen. pn
cipio felicem Adaʒ poſitum in paradiſo vt ope
rareſ ſcilicet ſpeculando vtiqʒ non quamlibet
creaturam ſiſtentes in ea: ſed ſic ex tota mole tẽ
dens in deum vt non ſolum clamaret quod iã
per fidem inſpiratam tenebat. Unus ergo pn/
ceps ſed vltra pꝛogreſſus noſceret attributa. et
foꝛſitan notiones illud apoſtolicum pꝛobatu/
rus. Inuiſibilia dei a creatura per ea que facta
ſunt intellecta conſpiciunſ. Mirabiliter ergo
⁊ copioſiſſime ſacra ſcriptura de oĩbus illumi
nat. Unũ bea. Augu. qui pꝛius ipſius velatũ vſi
pẽdebat aſpectũ. poſtmodũ itellectꝰ ſui detecta
caligine ad Uoluſianũ ſcribens dicebat de ea.

De laude ſacre ſcripture.

Tanta eſt latinarum profunditas litteraruȝ vt
in eis quotidie proficerem ſi eas ſolas ab ine-
unte pueritia vſqȝ ad decrepitaȝ ſenectutē ma-
ximo ocio: ſummo ſtudio: meliori ingenio co
narer addiſcere. Jn quibꝰ latet altitudo ſapien
tie. vt in nouiſſimis acutiſſimis: fragrātiſſimis
cupiditate diſcendi hoc contingat quod eadeȝ
ſcriptura quodaȝ loco habet. Cum conſumma-
uerit homo: tunc incipiet. Jteȝ in ij. de do. xpia
na. Quicquid homo extra didicerit ſi noxium
eſt: hic dānatur. Si vtile eſt hic inuenitur. Et cum
ibi quiſqȝ inuenerit omnia que vtiliter alibi di-
dicit. multo abundantius inueniet in ea: que
nuſqȝ alibi inuenire potuit. Hieron. Cui prius
poſt litteras Ciceronis ſmo hmōi horrebat in
cultꝰ. verberatꝰ ab angelo ⁊ illuminatꝰ. aiebat.
Si iuxta paulū apoſtolū xps eſt dei vtꝰ ⁊ dei ſa
pientia. ignorantia ſcripturarum eſt ignorātia
xpi. diſt. xxxvij. Legimus. Et in multis caplis
per totum. Hinc ⁊ Greg. in moral. Sacra ſcri-
ptura omnes ſcientias locutionis ſue more trā
ſcendit: quia in vno eodemqȝ ſmone: dū nar-
rat geſtum prodit myſterium ⁊ ſicut ſapientes
myſterijs exercet. ſic ſuperficie ſimplices refo-
uet. Habet enim in publico vnde paruulos nu-
triat ⁊ fuet. ⁊ in ſecreto vnde mentes ſublimiū
admiratione ſuſpendat. ¶ Ueruȝ quia aliqui
huic vere aſſertioni obſiſtunt: aſſerentes volun
tatem ⁊ actus eius intellectiue potentie cū opa
tionibus eius anteferri. ↄtra quos bellat ſanctꝰ
doctor tho. in. iij. contra gentiles. cū palma. eti
am ſi hoc eſſet verum. nulla ſcriptura iam do-
cet recte amare: ⁊ voluntatem in omnibus diri
gere ſicut ſacra doctrina. vt pȝ in libris ſapien-
tialibus: precipue ſalomonis. Unde Hiero. ad
Demetriadem. Diuinas ſcripturas ſepius le-
ge: ⁊ immo nunqȝ de mātbus tuis ſacra lectio
deponatur. Scio in ſcripturis diuinis p quas
ſolas dei potes cognoſcere voluntatem. prohi-
beri quedam: precipi quedaȝ: concedi quedā:
ſuaderi nonnulla. Prohibentur mala: precipi
untur bona: conceduntur media. perſuaden-
tur perfecta. Ad idem Chryſoſtomus. ſuper
Mat. Jn ſcripturis ſacris ignorās inuenit qd
diſcat: contumax quid timeat. Laborans ꝑmia
puſillanimis mediocris iuſtitie cibos: qui ⁊ ſi
pinguem non faciunt animam. mori tamē nō
permittunt. Qui autem magni animi eſt: inue
nit ibi ſpūales eſcas que ducant eum prope ad
angelorum naturam. Qui vero eſt a diabolo
vulneratus: inuenit ſibi cibos mediciales ⁊ ſa-
lutem per penitentiam. Jtē hugo in li. de ani
ma ait. Nihil in hac vita dulciꝰ ſentitur: nihil
auidius ſumitur: nil ita menteȝ ab amore mū
di ſeparat. nil ita contra tentationes aīum ro
borat. nil ita hominē excitat ⁊ adiuuat ad om-
ne opus ⁊ ad omnem laborem. ſicut ſtudium
ſacre ſcripture. hec ergo doctrina ⁊ illuminat
itellectum: ⁊ iflāmat affectum. Unde Jſido. in
li. de ſum. bono. Lectio ſanctarum ſcripturarū
geminum confert donum: qȝ mentis itellectū
erudit: ⁊ a mundi vanitatibus abſtractū hoieȝ
ad dei amorem perducit. Quid ergo prodeſt
in mundanis proficere doctrinis: ⁊ inaneſcere
in diuinis caduca ſeq figmenta: ⁊ celeſtia faſti
dire. Hec oīa Jo. dnici vbi ſupra. Ad hoc facit
quod ait Ariſto. in lib. de vegetabilibus. Tria
ſunt vt ait empedocles in tota reruȝ varietate
precipua. ſ. nobilis affluentie contemptus: fu-
ture felicitatis appetitus: ⁊ mentis illuſtratio.
quorum ꝑmo nihil honeſtius. ſecundo nihil
felicius. tertio ad amborum adeptionem nihil
efficaciꝰ. Sȝ nulla doctrina ita illuſtrat.

¶ Exigitur au- .§. iiij.

tem ad notitiam huius ſacre doctrine humili
tas. Unde ſubdit. Jntellectum dat paruulis. ſ.
propria eſtimatione. Et hoc eſt quod ait chriſtꝰ
Mat. xj. c. Abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ pru
dentibus. ſ. ſm ſeculū ſapiētibus quoad ſcias
naturales: prudentibus quoad morales. Et re
uelaſti ea paruulis. ſ. humilibꝰ. Ut. n. dic̄ Gre-
go. Nullum maius obſtaculum veritati ſicut
ſuperbia. ⁊ Ptolomeus ait. qȝ iter ſapientes il
le ſapientior q ⁊ humilior. ⁊ in prouerb. xvj. c.
Ubi humilitas ibi ⁊ ſapiētia. ⁊ qȝ auctores ſci-
entiarum ſecularium fuerunt ſuperbi: vt patet
ad Ro. j. Dicentes ſe ſapientes ſtulti facti ſunt
in multis errantes. Et hic eſt qȝ ſcia iflat ab in
flatis tradita. Sed charitas qua icaluerunt au
ctores ſacrorum librorum cum expoſitionibꝰ
eorum ſanctis doctoribus edificat. fundamen
tum iaciens in humilitate ad omnē veritateȝ.
Et ſic deus emittit fontes virtutum in conual-
libus humilitatis. Hic ⁊ Pe. damianus. Pla-
tonem latentis neceſſe ſecreta rimantē reſpuo.
planetarum circulis metas: aſtrorumqȝ meati
bus calculos affigentem cuncta ēt ſpherici or
bis climata radio diſtinguentem pythagoraȝ
paruipendo. Nichomachuȝ quoqȝ tritū ephe
meridibus digitos abdico. Euclidem perple-
xis geometricalium figurarum ſtudijs icuruū
qȝ declino. Cunctos ſane rhetores cum ſuis co
loribus ⁊ entimematibꝰ diſtincte pretereo. om
nes dyalecticos cum ſuis ſillogiſmis ⁊ ſophi-
ſticis cauillatōibus idignos hac qōne decer-
no. Tremant cynici ſuam iugiter amare ſapie
nuditatem. Querant peripatetici latentem in
profundo putei veritatem. Ego a te ſummam
veritatem quero. illā vȝ q̄ de terra orta ē nō iā
in puteo ignobilr latitātem: ſȝ de oī mūdi po-
teſtate regnātē. Quid mihi iſaniētiū fabuloſa

Ad noticiam ſacre ſcripture requirit humilitas

commenta. Quid mihi tumentiū tragediaꝝ contortuata vel conturbata diſcrimina. Deſinant comicorum turbe: venena libidinum crepantibus buccis effluere. Ceſſet ſatyrorum vulgus ſuos exclamatorie denunciationis amaris dapibus onerare. Non mihi tulliani oratoris accurati lepide vrbanitatis trutinent verba. Nō demoſthenici rhetores captioſe ſuadere argumenta verſuta componant. Cedant in ſuas tenebras omnes terrene ſapientie fecibus delibuti. Nihil mihi conferant ſulphureo caliginoſe doctrine ſplēdore togati. xp̄i me ſimplicitas doceat. verba ſapientum ruſticitas ambiguitatis mee vinculum ſoluat: q: iuxta pauli vocem placuit deo per ſtultitiā predicatiōis ſaluos facere credētes. Littera que occidit abſcedat. ſpiritꝰ viuificator aſſiſtat. Hec ille. Hic ⁊ Aug. ad Dioſcorum. Humilitati ſaluberrime quaꝫ dn̄s noſter ieſus xp̄s: vt doceret humiliatus eſſet: maxime aduerſatur quedam vt ita dixerim imperitiſſima ſcia dum nos ſcire gaudemus. quid anaximenes. qd anaxagoras. quid democritꝰ ſenſerit ⁊ ceteri: vt docti ⁊ eruditi videamur

Quod neceſſa- .§.v.

De neceſſitate ſacre ſcripture.

rium fuit ad humanam ſalutem eſſe quandam doctrinam ſm diuinā reuelationē: que dicitur ſcriptura ſacra. ſ. veteris ⁊ noui teſti preter phiſicas diſciplinas que ratiōe hūana inueſtigantur. pbat. b. tho. in. j. par. ſum. q. j. ar. j. Et h̄ triplr. Primo q: homo ordinatur a deo ad quendam finem qui excedit comprehenſionē humane rationis. ſꝫ illud Eſa. lxiiij. Oculus non vidit deus abſꝗ te que prepaſti diligentibus te. Finem autem oꝫ eſſe precognitum hominibꝰ: qui ſuas ⁊ intentiones ⁊ actiones debent ordinare in finem. Unde neceſſarium fuit hoī ad ſalutem. ꝙ nota fierent ei quedam p reuelationem diuinam: que rōnem humanam excedūt. ⁋ Secundo q: ad ea que etiam rōne humana de deo inueſtigari poſſunt. fuit neceſſariū hominem inſtrui reuelatione diuina ex eo ꝙ veritas de deo p rationeꝫ inueſtigata a paucis ⁊ p longum tp̄s haberi poteſt. Nā pauci ſunt q vacent ſtudio litterarum ſiue propter paupertatem ſiue propter occupationes in alijs: ſiue propter hebetudinem ingenij. Qui etiam vacant in his oportet p longum tp̄s ſtudio intendere. Nam metaphiſica que de deo docet ⁊ probat rōnibus eſt vltima phiſicarum doctrinarum: ⁊ preſupponit alias ſcias prius per tpa acquiſitas. vt ergo citius ⁊ cōmunius habeatur noticia de deo ⁊ alijs neceſſarijs ad ſalutem. neceſſarium fuit dari doctrinam ſacre ſcripture. cuius omnes ſunt capaces ⁊ cito. ⁊ de his que ſcire opꝫ de deo ⁊ agendis. Unde xp̄s dixit aplis. Euntes in mundum vniuerſum predicate euāgelium omni creature Mar. vlti. q: omne genus hominum eſt capax talis doctrine ⁊ cito. ⁋ Tertio quia alie doctrine per rationem habētur. ⁊ ſi multas veritates de deo ⁊ creaturis contineant. omnes habent admixtos errores iuxta illud. Omnis homo mendax. ex eo ꝙ ratione naturali innitūtur. que deficit ſepe ⁊ pcipue circa diuina. Unde ⁊ omnes phi inueniūtur erraſſe circa ea que ſunt neceſſaria ad ſciendum ſeu credenduꝫ. Et ideo oportuit tradi doctrinaꝫ in qua eſſet omnimoda veritas ſine admixtiōe alicuius erroris. ex cuius veritatis cognitione dependet tota ſalus hominis que eſt in deo. Hec eſt autem ſcriptura ſacra que eſt a deo reuelata. que mentiri non poteſt nec falli. Unde ſecure ⁊ ſine aliquo dubio falſitatis ei inhereat. ⁊ ſm veritatem eius ſe dirigit circa diuina ⁊ humana. Et ſic patet ꝙ preter ſcientias phicas fuit neceſſariū ⁊ vtile haberi doctrinas ſacre ſcripture. vt citius communius ⁊ certius habeatur noticia de deo. ⁊ alijs neceſſarijs ad ſalutem. Unde. ij. ad Timo. iij. dicit apoſtolus. Omnis doctrina diuinitus reuelata vtilis eſt ad docendum: ad arguendum: ad corripiendum: ad erudiendum ad iuſtitiam. Et quāuis ea que traduntur in ſcriptura ſacra. ſint ſupra hominis rationem. non tamen ea querēdo fit contra illud Ecc̄i. iij. Altiora te ne queſieris. q: non queruntur ratione demonſtratiua. vt in metaphiſica iueſtigādo. ſꝫ fide humilr ſuſcipiēdo

Quod ſacra do- .§.vi.

Duplex eſt genus ſcientiarum.

ctrina eſt ſcientia ⁊ vna ⁊ ſpeculatiua ⁊ practica. Primum ſic declarat bea. Thom. in prima parte. q. j. Duplex eſt genus ſcientiarum. Quedam enim ſunt que procedūt ex principijs notis lumine naturalis intellectꝰ ſicut ſunt arithmetica ⁊ geometria ⁊ huiuſmodi. Quedam ſunt que procedūt ex principijs notis lumine ſuperioris ſcientie. ſicut muſica procedit ex principijs notificatis per arithmeticam. Et hoc ſecundo modo doctrina ſacra eſt ſcientia procedens ex principijs notificatis per arithmeticā lumine ſuperioris ſciētie que eſt dei ⁊ beatoꝝ. Unde ſicut muſica credit non probans principia ſibi tradita ab arithmetica ⁊ ex illis procedit ad argumentandum: ita ſacra doctrina credit principia a deo reuelata. vt ſunt articuli fidei. ex quibus argumentatur ⁊ probat pertinētia ad chriſtianam religionem. Et cum ſcientie non ſint ſingularium ſed vniuerſaliū in ſacra doctrina multa ſingularia ponuntur. vt de geſtis Abraam: yſaac ⁊ aliorum. non quia de eis principaliter tractetur. ſed introducūtur in exemplum vite. ſicut in ſcientijs moralibus. ac ēt

ad oſtendendam auctoritatem virorum per
quos reuelatio a deo a nos proceſſit. Hec ē illa
ſcientia de qua dicitur in li. ſapiẽtie. viij. c. Ua
ni ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt
ſcientia dei. ¶ Eſt autem vna ſcientia hec do
ctrina ſcḋm vnam formalem rationē obiecti. q̃
quecunq̃ ↄſiderat in ea tradita. conſiderat ſub
hac vna ratione. inquãtum ſunt diuinitus re
uelata. Quãuis enī hec doctrina tractet de deo
⁊ creaturis. nō tamen exquo. ſed principaliter
de deo. de creaturis autem ſcḋm ꝙ referũtur in
deum vt ad principium vel finem. Uñ Sapiẽ
tie. x. dicitur ſingulariter. Dedit illi ſciẽtiã ſan
ctorum. ¶ Licet autem in alijs ſciẽtijs alia ſit
ſpeculatiua. alia practica ſcientia. tamen ſacra
doctrina comprehendit ſub ſe vtrunq̃ ſicut ⁊
deus. cuius ſciẽtia eſt eadem ſcientia qua ſe co
gnoſcit ⁊ ea que facit. Magis tamen eſt ſpecu
latiua q̃ practica. q̃ principalius agit de reb⁹
diuinis: q̃ de actibus humanis. de qbus agit
ſcḋm ꝙ homo ordinatur per eos ad perfectã dei
cognitionem. in qua beatitudo eterna ↄſiſtit.

Q̃ ſacra ſcriptura ē ſcientia vna.

¶ Quod huius ſci .§. ij.

entie ſubiectum ſit deus. ſic declarat be. Tho.
vbi ſupra. articu. vij. Sic ſe habet ſubiectū ad
ſcientiam. ſicut obiectum ad potentiam vel ha
bitum. Proprie autem aſſignatur obiectū ali
cuius potentie vel habitus: illud ſub cuius rõ
ne omnia referuntur ad illam potentiã vel ha
bitum. ſicut homo ⁊ lapis referũtur ad poten
tiam viſus inquãtum ſunt colorata. Unde co
loratum eſt obiectum viſus. Omnia autẽ que
tractantur in ſacra ſcriptura tractantur ſub ra
tione dei. vel q̃ ſunt ipſe deus. vel q̃ habẽt or
dinem ad deum vt principium ⁊ finem. Unde
ſequitur ꝙ vere deus ſit ſubiectum in hac ſciẽ
tia. Et hoc etiam patet ex principijs huius ſciẽ
tie. que ſunt articuli fidei que eſt de deo. Idem
autem eſt ſubiectum principiorum ⁊ totius ſci
entie. cum tota ſcientia virtute contineatur in
principijs. Patet etiā hoc ex nomine. Dicitur
enim iſta ſcientia theologia. a theos qḋ eſt de
us. ⁊ logos quod eſt ſermo. quaſi ſermo de deo.
Et quãuis in qualibet ſcientia ſupponatur de
ſubiecto quid eſt. In ſacra autem doctrina hoc
non ſupponitur. quia non poteſt ſcḋm Da. de deo
ſcire quid eſt in preſenti. tamen vtimur in hac
doctrina eius. vel nature vel gratie loco diffi
nitionis ad ea que de deo in hac doctrina con
ſiderantur. ſicut in aliquibus ſciẽtijs phiſicis
demonſtratur aliquid de cã per effectum: acci
piendo effectum loco diffinitionis cauſe.

Sacre ſcripture ſubiectũ qḋ ſit.

Theologia vñ dicit.

¶ Hec doctrina .§. iij.

nobilior eſt ceteris ſcientijs ⁊ ſapientia perma
xime dicitur. Quod ſit nobilior alijs ſcientijs
ſic probat bea. Tho. vbi ſupra. arti. v. Cum iſta
ſcientia ſit ſpeculatiua ⁊ practica quantum ad
aliquid tranſcendit omnes alias ſcientias tam
ſpeculatiuas q̃ practicas. Scientiarum enim
ſpeculatiuarum vna eſt altera dignior: tum ꝓ
pter certitudinem. tum propter dignitatē ma
terie. Et quantum ad vtrunq̃ hec ſcia omnes
ſpeculatiuas ſcientias excedit. Et ſcḋm certitudi
nem quidem. q̃ alie ſcientie habent certitudi
nē ex lumine naturalis rationis humane que
poteſt errare. Hec autem ex lumine diuine ſciẽ
tie que decipi non poteſt. Secundũ autem di
gnitatem materie. q̃ iſta ſcientia eſt de his pn
cipaliter que ſua altitudine rõnē tranſcendũt.
Alie vere ſcientie conſiderant tñ ea que ratio
ni humane ſubduntur. Quãtum autē ad pra
cticas ſcientias. illa eſt dignior que ad vtiliorẽ
finem ordinatur ſicut ciuilis militari. Nā bo
num exercitus ad bonum ciuitatis ordinatur.
Finis autem huius doctrine inquãtum eſt pra
ctica eſt beatitudo eterna ad quam ſicut ad vl
timum finem ordinantur omnes fines aliarū
ſcientiarum practicarũ. Et ſic ſcḋm omnem mo
dum eſt omnibus dignior. vnde alie ſciẽtie di
cuntur ancille eius. hec autẽ domina. Iuxta il
lud prouer. ix. Sapia edificauit ſibi domũ ⁊c.
miſit ancillas ſuas vocare ad menia ciuitatis.
¶ Et quãuis de principijs aliarũ ſcientiarū du
bitari non poſſit. ſed de principijs huius ſcien
tie que ſunt articuli fidei ab aliquibus dubite
tur. nō propter hoc eſt minus digna alijs. Nā
nihil prohibet quod eſt certius ſcḋm naturā eē
minus certum quoad nos: qḋ contingit ꝓpter
debilitatem intellectus noſtri qui ſe habet ad
manifeſtiſſima rerum: ſicut oculus noctue ad
lumẽ ſolis. vt dicitur in. ij. metaphiſice. Uñ du
bitatio que accidit aliquibus circa articulos fi
dei. non eſt propter incertitudinem rei de qua
eſt. ſed propter debilitatem intellectus noſtri. ⁊
tamen minimū quod poteſt haberi de cogni
tione rerum altiſſimarū. eſt deſiderabilius q̃
certiſſima cognitio que habetur de infimis re
bus. vt dicitur in. xj. de animalibus. ¶ Quod
etiam hec ſciẽtia accipiat aliqua a philoſophi
cis diſciplinis. vt patet in libris ſanctorum do
ctorũ. beati Auguſtini Hiero. ⁊ aliorū qui mul
ta inducunt teſtimonia ⁊ declarationes de phi
loſophis ethnicis. hoc non eſt quaſi neceſſario
eis indigeant. ſed ad maiorem manifeſtatiōē
eorum que in hac ſcientia traduntur. Nō enī
accipit ſua principia ab alijs ſcientijs ſed im
mediate a deo per reuelationem. Et ideo nō ac
cipit ab alijs ſcientijs tanquam a ſuperiori
bus: ſed vtitur eis tanq̃ inferioribus ⁊ ancil
lis. ſicut architectores vtuntur ſubminiſtratio

De nobilitate ſacre ſcripture.

Omnes alie ſciẽtie ſunt ãcille ſacre ſcripture.

Sacre ſcriptura vtit alijs ſcientijs phicis.

nibus.⁊ ciuilis militari. Et hoc ipſuʒ ꝙ ſic vti
tur eis non eſt propter defectum vel inſufficiē/
tiam eius. ſed propter defectum intellectus no
ſtri. qui ex eis que per naturalem rationem ex
qua procedunt alie ſcientie cognoſcuntur. faci
lius manuducitur in ea que ſunt ſupra ratio//
nem que traduntur in ſcriptura ſacra.

⸿Doctrina ſacre .§.ix.

Qꝺ ſa/ cra ſcri ptura ē maxia ſapia.

ſcripture permaxime dicit̄ ſapientia. Uñ Deu
te.iiij. in principio legis dicitur. Hec eſt veſtra
ſapientia ⁊ intellectus coram pplis. Et vt dicit
beatus Tho. in prima parte. q.j. arti.vj. Inter
omnes ſapientias humanas non ſolum in ali/
quo genere tm̄: ſed ſimplr̄ eſt maxima ſapien/
tia. Huius ratio eſt. Cum ſapientis ſit ordinare
⁊ iudicare. Judicium autē per altiorē cauſam
de inferioribus habeat̄. Ille ſapiens dicitur in
vnoquoqʒ genere qui altiſſimam cauſam indi
cat illius generis. Sicut in genere edificij arti
fex qui diſponit formaʒ edificij domus dicitur
ſapiens architector reſpectu inferioꝝ artificuʒ
qui dolant lapides ⁊ parant cementum. Unde
dicitur .j. Corin.iij. Ut ſapiens architector fun
damentuʒ poſui. Et in genere totius humane
vite prudens dicitur ſapiens: inquātum ordi/
nat humanos actus ad debitum finē. Unde di
citur Prouer.x. Sapientia eſt viro prudentia.
Ille igitur qui conſiderat ſimpliciter altiſſimā
cām totius vniuerſi que eſt deus: maxime ſa/
piens dicitur. Unde ⁊ ſapientia dicitur eſſe di/
gnior cognitio que habeat̄ ſm bea. Augu.xij.
de trini. Sacra autem doctrina ꝓpriiſſime de/
terminat de deo ſm ꝙ eſt altiſſima cauſa: quia
non ſolum quantum ad id quod eſt per crea//
turas cognoſcibile. quod philoſophi cognoue
runt ſm illud ad Romanos primo. Quod no
tuʒ eſt dei manifeſtum eſt in illis. ideſt quod co
gnoſci poteſt de deo per naturalem rationem
fuit illis notum. Sed etiaʒ quantum ad id qꝺ
eſt notum ſibi ſoli de ſeipſo ⁊ alijs per reuela/
tionem cōmunicatum. ſm illud .j. Corinth.xj.
Quod oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec
in cor hominis aſcendit que preparauit deus
diligentibus ſe. nobis reuelauit deus per ſpiri
tum ſuum. Unde hec doctrina ſacra nō ſuppo
nit ſua principia ab aliqua ſcientia humana. vt
dictum eſt ſupra. ſed a ſcientia diuina a qua ſi/
cut a ſumma ſapientia omnis noſtra cognitio
ordinatur. nec ad eam pertinet ꝓbare pͥcipia
aliarum ſcientiarum: ſed ſolū iudicare de eis.
Quicquid in alijs ſcientijs inuenitur contrari
um huic doctrine: totum condemnatur vt fal/
ſum. ſm illud .ij. Corin.x. Arma noſtra ſcʒ ſcri/
pture ſacre non ſunt carnalia: ſed ſpūalia deo:
conſilia deſtruentia: ⁊ omnem altitudinem ex
tollentem ſe aduerſus ſcientiaʒ dei. Et vt agno
ſcatur differentia huius ſapientie. i. doctrine a
ſapientia que eſt donum ſpūſſancti. Scienduʒ
eſt. ꝙ cum iudicium ad ſapientem pertineat ſʒ
duplicem moduʒ iudicandi. Sic dupliciter di
citur ſapientia. Uno enim modo contingit ali/
quem iudicare per moduʒ inclinationis. ſicut
qui habet habitū virtutis recte iudicat de his
que agenda ſunt ſm illam virtutem: inquātuʒ
ad illa inclinatur. Alio modo contingit aliquē
iudicare per moduʒ cognitionis. ſicut aliquis
bene inſtructus in ſcientia morali: bene iudica
re poteſt de actibus virtutum etiam ſi non ha/
beat habitum earuʒ. ⸿Primus ergo modus
iudicandi de diuinis pertinet ad ſapientiam q̄
eſt donuʒ. ſm illud .j. Corin.ij. Spiritualis oia
iudicat. Sed ſecundus modus iudicādi de di
uinis pertinet ad hanc doctrinam que ſapiētia
dicitur. ſm ꝙ per ſtudium habetur licet eius
principia per reuelationem ſint.

⸿Doctrina ſacre .§.x.

ſcripture eſt argumētatiua. Unde dicit apoſto
lus ad Titum .j. Amplectentem eum qui ſʒ do
ctrinam eſt fidelem ſermonem vt potens ſit ex
hortari in ſana doctrina: ⁊ eos qui cōtradicūt
arguere. ⸿Pro cuius declaratione ſciendu
ſm beatuʒ Tho. in prima parte. q.j. articu.viij.
Sicut alie ſcientie non argumentantur ad ſua
principia probanda: ſed ex ipſis principijs ar/
gumentantur ad aliqua alia oſtendenda in ip/
ſis ſcientijs. Ita hec doctrina non argumenta/
tur ad ſua principia probanda que ſunt articu
li fidei. ſed ex eis ꝓcedit ad aliquid aliud oſten
denduʒ. Sicut apoſtolus .j. ad Corin.xv. Ex re/
ſurrectione chriſti argumētatur ad reſurrectio
nem cōmunem probandam. Sed tamen conſi
derandum ꝙ in ſcientijs philoſophicis infe//
riores ſciētie nec probant ſua principia. nec cō
tra negantem ſua principia diſputant: immo
hoc relinquunt ſuperiori ſcientie. Suprema
vero inter eas que eſt metaphiſica diſputat cō/
tra negantem ſua principia: ſi aduerſarius ali
quid concedat. Si autem nihil concedit non
poteſt cum eo diſputare. poteſt tamen ſoluere
rationes ipſius. Unde cum ſacra doctrina non
habeat ſuperiorem ſcientiam. diſputat cum ne
gante ſua principia: arguendo quidem ſi ad/
uerſarius aliquid concedat eorum que per di/
uinam reuelationem habentur. ſicut per au//
ctoritates ſacre ſcripture diſputamus contra
hereticos. Et per vnum articulum diſputa//
mus contra negantem alium. Si vero aduer/
ſarius nihil concedat eorum que ſunt diuini/
tus reuelata ſcilicet in ſacra ſcriptura vt pa/
gani. non remanet amplius via ad proban/

Qꝺ ſa/ cra ſcri ptura ſ argum̄ tat̄ ad ſua pn/ cipia ꝓ bāda.

dum articulos fidei per rationem: ſed abſol/
uendum rationes ſi quas inducit contra fi//
dem. Cum enim fides infallibili veritati innl/
tatur. Impoſſibile autem ſit vero demonſtrari
contrarium manifeſtum eſt ꝓbationes que con
tra fidem inducuntur non eſſe demõſtratiuas
ſed argumenta ſolubilia. ¶ Nõ ergo ex argu
mentis humane rõnis proceditur ad proban//
dum que ſunt fidei: ſed ex articulis fidei argu
mentatur ꝑ hanc doctrinam ad alia probanda
Et ſic non eſt ↄtra quod ait beatus Amb. Tolle
argumenta vbi fides queritur: qꝛ loquit̃ de ar/
gumentis rõnis humane ad probandum fidẽ.
¶ Et notandum diligenter ſm. b. tho. vbi. s. q̄ argumentari ex auctoritate eſt maxime ꝓpri
um huic doctrine eo q̄ principia huius doctri
ne ex reuelatione hñtur. ⁊ ſic oportet q̄ creda
tur auctoritati eorum quibꝰ reuelatio facta eſt.
Nec hoc derogat dignitati huius doctrie. Nã
licet locus ab auctoritate qui fundat̃ ſup reuela
tione hũana ſit infirmiſſimus. vt de hoc loquit̃
Boetius dum dicit. locum ab auctoritate debi
liſſimuꝫ. Locꝰ tñ ab auctoritate que fundat̃ ſup
reuelatione diuina. cuiuſmõi eſt auctoritas ſa/
cre ſcripture eſt efficaciſſimus. Utit̃ tñ doctri//
na ſacra rõne humana non quidem ad proban
dum fidem: qꝛ per hoc tolleretur meritũ fidei:
ſed ad manifeſtanduꝫ ea que traduntur in hac
doctrina. Cum enim gratia non tollat naturaꝫ
ſed perficiat. opꝫ q̄ naturalis ratio ſubſeruiat
fidei. ſicut ⁊ naturalis inclinatio volũtatis cha/
ritati obſequit̃. Unde aplſ. ij. ad. Cor. x. In ca//
ptiuitatem redigentes oẽm intellectum in ob/
ſequium xp̄i. Et inde eſt q̄ etiam auctoritatibꝰ
phoꝝ ſacra doctrina vtitur qui ꝑ rationem na/
turalem veritatem cognoſcere potuerunt. Sic
Paulus Act. xvij. Inducit verbuꝫ arati dicẽs.
Sicut ⁊ quidam poetarum veſtroꝝ dixerunt.
genus dei ſumus. Sed tñ ſacra doctrina his
argumentis vtitur quaſi extraneis argumen//
tis ⁊ probabilibus. Auctoritatibus auteꝫ ſcõꝝ
doctorum vtit̃ quaſi arguẽdo ex ꝓprijs ſed pro
babiliter. Innititur enim fides nr̃a reuelationi
apoſtolis ⁊ prophetis facte: que canonicos li//
bros ſcripſerunt. non aũt reuelationi ſi qua fu/
it alijs doctoribꝰ facta. Unde dicit btũs Aug.
in epl̃a ad hiero. Ego ſolis eis ſcriptoribus q
iam canonici appellantur. didici hunc timorẽ
honoremq; referre: vt nullum eorum ſcriben/
do erraſſe audeaꝫ credere. Aut ſi in eis aliquid
offendero q̃d videatur contrarium veritati. ni
hil aliud q̃ꝫ vel mendoſum eſſe codiceꝫ: vel nõ
eſſe aſſecutum interpretem. quod dictum eſt.
vl̃ me minime itellexiſſe non ãbigã. Alios aũt ita
lego vt quãtalibet ſanctitate quãta ve doctrina
polleãt. nõ idẽo veꝝ putẽ: qꝛ ita ipſi ſenſerit: ſꝫ qꝛ

Ex ar/
gute ex
auctori
tate ē p
priũ ſa/
cre ſcri
pture.

mihi per alios auctores vel canonicas vel pro
babiles rationes q̄ a vero non abhorreant per
ſuadere potuerunt. Hec ille. Et habetur diſt. ix.
Ego. Ideꝫ in. iij. de trini. in prologo. Noli me
in litteris quaſi canonicis ſcripturis inſeruire
ſed in illis quodcunq; credebas: cum inuene/
ris incunctanter crede. In illis auteꝫ quod cer
tum habebas niſi certum intellexeris noli fir//
me tenere di. eadem.

¶ Doctrina ſa/ .§. xi.

cra vtitur metaphoris. Unde dominus dicit.
Oſee. xij. Ego viſionem multiplicaui eis: ⁊ in
manibus prophetarum aſſimilatus ſum. Tra/
dere autem aliquid ſub ſimilitudine pertinet
ad metaphoram. Quod autem ſit conueniens
ſacre ſcripture tradere diuina ⁊ ſpiritualia ſub
corporalium metaphoris. ſic probat. b. Tho.
in prima parte. q. j. ar. ix. Deus omnibus pro/
uidet ſm q̄ competit eorum nature. Eſt autem
naturale homini. vt per ſenſibilia ad intelligi
bilia deueniat: qꝛ omnis noſtra cognitio a ſen
ſu habet initium. vnde conuenienter nobis in
ſacrꝰ ſcriptura ſub metaphoris traduntur di//
uina ⁊ ſpiritualia. Et hoc ẽ quod dicit Diony.
in lib. celeſtis hierarchie. Impoſſibile ẽ nobis
aliter lucere radium diuinum niſi veritate ſa/
crorum velaminum circũuelatum. Conuenit
hoc etiam ſacre ſcripture: quia communiter ip
ſa proponitur tam rudibus q̃ꝫ doctis ſm illud
Ro. j. Sapientibus ⁊ inſipiẽtibus debitor ſuꝫ.
Ut ergo ſaltem vel ſic rudes capiant diuina ⁊
ſpiritualia: qui ad intelligibilia ſꝫ ſe capienda
non ſunt idonei. conuenienter ſub ſimilitudi//
nibus rerum corporalium: ſpiritualia in ſcri//
ptura ſacra traduntur. Et q̃uis poetica que
eſt infinita ſcientiarum vtatur metaphoris: nõ
tamen eadem ratione qua ⁊ ſacra doctrina q̃ ẽ
maxime digna ſuper alias. ¶ Triplici autẽ eſt
cauſa vtitur quis metaphorica locutione: vide
licet propter repreſentationem propter neceſſi
tatem: ⁊ propter vtilitatem. ¶ Propter p̄maꝫ
cauſam vtitur poetica metaphoris: ſcꝫ propter
repreſentationem vt delectet. Repreſentatio
enim eſt homini delectabilis. vnde ⁊ metricu/
le dicuntur precipue poetica: qꝛ demulcent au
res ⁊ delectant legentes. ¶ Propter ſecundaꝫ
autem cauſam ⁊ tertiam ſacra doctrina vtitur
metaphoris principaliter. etſi hoc etiam de//
lectat propter neceſſitatem videlicet: quia vt di
etum eſt aliter non poſſent homines precipue
rudes capere ſpiritualia niſi per ſimilitudines
rerum materialium. Nec ex hoc radius diui//
ne reuelationis deſtruitur propter figuras ſen
ſibiles quibus circũuelatur vt dicit Diony. ſꝫ
remanet in ſua veritate vt mentes quibus re/

Tripli
ci de cã
vtit̃ ge
meta//
phori/
ca locu
tione

uelatio ſit nō permittat in ſimilitudinibus re/
manere: ſed euellet eas ad cognitionē intelli//
gibiliū. Et per eos quibꝰ reuelatio facta eſt. alij
ēt circa hoc iſtruanꝰ. vñ ea que in vno loco tra
dunꝰ ſub metaphoris in alio loco expreſſiꝰ ex
ponunꝰ. Propter vtilitatē ēt que eſt tertia cau
ſa metaphorarꝫ. ſacra doctrina vtiꝰ metapho//
ris: vt quia ipſa occultatio veritatis ſub figu//
ris eſt vtilis ad exercitiū ſtudioſorꝫ: vt manibꝰ
fricantes ſpicas laborando ad latentia grana
perueniant more diſcipulorū vnde reficiatur.
ꝛ de obſtruſis fauorꝫ cellulis mel educētes ſpi/
ritū ſuper mel dulcē deguſtent fideles. qui for
te de apertis elocutionibus faſtidirent. Tū etiā
qꝛ per hoc occultaꝰ veritas infidelibus ne ea
que ſunt fidei irrideant. vñ ꝛ xp̄s ait Matth.
vij. Nolite ſanctū dare canibus: neqꝫ mittatis
margaritas veſtras ante porcos. qꝛ ſic ſecreta
fidei infidelibus nō ſunt pandenda: vt expo//
nit Origenes diſt. xliij. in mandatis. ¶ Notā
dum ēt ſicut docet Diony. in. ij. c. celeſtis hie//
rarchie. ꝙ magis eſt conueniens ꝙ diuina no
bis tradanꝰ ſub ſimilitudinibus viliū corporū
ꝙ̄ nobiliorꝫ triplici ex cauſa. Prima qꝛ per hoc
magis liberatur aīus noſter ab errore: manife
ſtū. n. apparet qꝛ hec ſm̄ proprietatē nō dicunꝰ
de diuinis. qḋ poſſet eē dubiū ſi ſub figuris no
biliorꝫ corporꝫ diuina traderenꝰ. maxime apḋ
illos qui nihil aliud a corporibus nobilibꝰ ex/
cogitare nouerunt. Secundo qꝛ hic modus ē
conuenientior cogitationi quā de deo habemꝰ
in hac vita. Magis. n. manifeſtatur nobis in
vita iſta quid nō eſt: ꝙ̄ quid eſt. Et ideo ſimili/
tudines eorꝫ que magis elongantur a deo ve/
riorem in nobis faciūt eſtimationem de deo ꝙ
ſit ſupra id qḋ de eo dicimus vel cogitamus.
Tertio p̄ hmōi vilia magis occultāꝰ idignis.

¶ De quadrupli/ .§. xij.

De quadruplici mō vl ſēſu ſacre ſcripture

ci ſenſu ſeu modo exponendi ſacre ſcripture:
ſcilicet litterali: allegorico: tropologico: ꝛ ana/
gogico. Unde verſus. Littera geſta docet qḋ
credas allegoria. Moralis quid agas: quo tē/
das anagogia. Sicut verbi gratia. Hieruſalē
ſm̄ litteralem ſenſum cum de ea agitur in ſcri
ptura. ſignificat ciuitatem quandam que de//
ſtructa fuit a romanis principibus. ſm̄ allego
ricum ſenſum ſignificat eccleſiam ſm̄ tropolo
gicum ſignificat animam. ſm̄ anagogicum in
ſinuat ſupernam patriam. Unde Greg. dicit in
xv. moralium ꝙ ſacra ſcriptura omnes ſcienti

Auctor ſacre ſcripture ē deꝰ

as ipſo locutionis ſue more tranſcendit: quia
vno eodemqꝫ ſermone dum narrat geſtum p/
dit myſterium: ideſt innuit ſpiritualem intelle
ctum qui diuiditur in triplicē vt diceꝰ. ¶ Pro
cuius declaratione dicit. b. Tho. in prima par/
te. q. j. ar. x. ꝙ auctor ſacre ſcripture deus eſt in
cuius poteſtate eſt vt non ſolum voces accom
modet ad ſignificādū qḋ ēt hō facere pōt: ſꝫ ēt
res ipſas. Et ideo cū in omnibus ſcientijs vo//
ces ſignificent hoc habet ꝓpriū iſta ſcientia ꝙ
ēt res ſignificate per voces ēt aliquid ſignifi//
cant. Illa ergo ſignificatio prima qua voces ſi
gnificāt res pertinet ad primum ſenſum qui ē
ſenſus hyſtoricus ſeu litteralis. Illa vero ſigni
ficatio qua res ſignificate per voces ſignifi//
cant alias res. Dicitur ſenſus ſpiritualis qui
fundatur ſuper litteralem ꝛ eum ſupponit.
Hic autem ſenſus ſpiritualis tripharium di/
uiditur. Sicut enim dicit apoſtolus. Lex ve//
tus figura eſt noue legis. Et ipſa noua lex eſt fi
gura future glorie: vt dicit ipſe Diony. In no/
ua etiam lege ea que in capite ſunt geſta: ſunt
ſigna eorum que nos agere debemus. Secun
dum ergo ea que ſunt veteris legis ſignificāt
ea que ſunt noue legis: ꝛ eſt ſenſus allegoricꝰ
Secundum vero ea que facta ſunt in chriſto:
vel ſignificant chriſtum ſunt ſigna eorum que
nos agere debemus. Et eſt ſenſus moralis. P/
ut vero ſignificant que in futura gloria ſunt ē
ſenſus anagogicus. Quia vero ſenſus littera/
lis eſt ille quem auctor intendit: auctor autē ſa
cre ſcripture deus eſt qui omnia ſimul ſuo itel
lectu comprehendit. non eſt inconueniens: vt
b. Aug. dicit in. xij. confeſ. ſi etiam ſm̄ ſenſum
litteralem in vna littera ſacre ſcripture plures
ſenſus reperiuntur. Sicut verbi gratia. Illud
quod a deo dicitur. ij. Reg. vij. de filio Dauid
ſalomone. Ego ero illi in patrem: ipſe erit mi/
hi in filium ꝛc̄. Dupliciter exponitur ſm̄ litte/
ram. Uno modo de chriſto: ideſt dei filio incar
nato. Et ad iſtuꝫ intellectuꝫ inducit apoſtolus
ad Heb. j. auctoritatem ad probanduꝫ chriſtū
dei filium procedendo ſm̄ ſenſum litteralem
dicte auctoritatis. Nam allegoricus nō eſt ar/
gumentatiuus. Et quod ſequitur in textu. Si
quando deliquerit arguam eum in virga viro
rum. ſi referatur ad chriſtum intelligiꝰ de cor
pore eius myſtico. vel refertur ſolum ad ſalo//
monem. Alio modo ad litteram exponitur de
ſalomone qui fuit filius dei per adoptioneꝫ dū
bonus fuit. Et ex verbis ſequentibus arguunt
aliqui ſalomonem etſi a deo auerſum propter
amorem mulierum tandem ad eum reuerſuꝫ
per penitentiam ꝛ punitum in virga virorum
inſurgentium contra eum. Unde ſubdiꝰ. Mi
ſericordiam autem non auferam ab eo. Notā/
dum etiam ꝙ cum. b. Aug. dicat ꝙ illud quod
vetus teſtamentum continet traditur quadri/
phariam: ſcilicet ſm̄ hiſtoriam. ſm̄ etymologi
am. ſm̄ anagogiam. ꝛ ſm̄ allegoriam. vt dicit
b. Tho. Prima tria pertinent ad ſenſum lr̄alē.

Quid ſit hiſtoria
Etymologia
Anagogia
Allegoria

Nam hiſtoria eſt (vt dicit. b. Aug.) cum ſimpliciter aliquid proponitur. Etymologia cum cã dicti aſſignatur. ſicut cum dominus aſſignauit cauſam quare moyſes permiſit dari libellũ repudij: ſcilicet propter duriciam cordis eoꝝ Mat. xix. Anagogia vero eſt cum veritas vnius ſcripture oſtenditur veritati alterius nõ repugnare. Allegoria autem quam quarto loco ponit comprehendit alios tres ſenſus ſcripture: ſcilicet moralem: anagogicum: ⁊ allegoriam.

Sẽſus parabolic⁹ ſub q̃ ſenſu ↄtineatur

¶ Item ſenſus parabolicus ſub litterali ſenſu continetur. Nam per voces ſignificatur aliud proprie: aliud figurate nec eſt litteralis ſenſus ipſa figura: ſed ſignificatum per figurã Non enim cum ſcriptura nominat brachium dei eſt ſenſus litteralis de membro corporali eius. ſed de virtute operatiua ſua. Et ſimiliter quod chriſtus in parabolis ait de vinea culta ⁊ agro ſato: ⁊ nuptijs: ⁊ huiuſmodi: ad ſenſuꝫ litteralem pertinet id quod chriſtus intendebat per illas parabolas. vt de eccleſia vł verbo predicato: ⁊ huiuſmodi. Siquis autem exponeret parabolam de vinea de anima in particulari: id ille eſſet ſenſus tropologicus ſeu moralis. Nec oportet omnem auctoritatem ſcripture aut etiam hyſtoriam exponere ſm iſtum quadruplicem ſenſum: ſed modo ſm vnũ: modo ſm alium: vt dicit Origenes tractans illð de arca noe: ꝙ erat bicamerata ⁊ tricamerata. ⁊ quod dicit. b. Greg. in moralꝰ. vel alij doctores ꝙ aliquando ſcriptura non poteſt intelligi ſm litteram: intelligitur ſm ſuperficiẽ ſeu corticem littere. non quia ſcriptura in omni parte ſua habeat intellectum verum litteralem qui non occidit ſed viuificat. Sicut verbi gratia cum ait pſ. lxxviij. Comederunt Jacob ⁊c. ſm litteram: ideſt corticem littere nuſq̃ꝫ inuenitur Jacob comeſtus. ⁊ ideo nõ poteſt intelligi hoc ſm litteram: ideſt corticem littere. Sed ſenſus litteralis eſt ꝙ populus ille iudeorum dict⁹ Jacob (qm̃ ab eo deſcendit) fuit pluries ꝑpter peccata ſua quaſi ad nihilum deductus diuerſis flagellis. ſicut id quod comeditur ad nihilum deducitur. Item ex multiplicitate horum ſenſuum non ſequitur aliqua cõfuſio in ſacra ſcriptura: cum omnes ſenſus fundentur ſup vnũ ſcilicet litteralem. Ex quo ſolo poteſt trahi argumentum. Non autem ex his que ſm alium triplicem ſenſum dicuntur. b. Aug. ad Uincentium donatiſtam. Nec tamen ex hoc deperit aliquid ſacre ſcripture: quia nihil ſub ſpirituali ſenſu ↄtinetur fidei neceſſarium quod ſcriptura alibi per litteralem ſenſum non tradat. Sicut verbi gratia: ad oſtendendum ꝙ chriſtus voluntarius acceſſit ad paſſionem eſt figura: quia yſaac permiſit ſe ſponte ligari ab abraā: ad victimandum. ſed iſtud expreſſe habetur. Eſaie. liij. vbi dicitur. Oblatus eſt: quia ipſe voluit ⁊c. Et quod Hierony. ait ad Paulinum ꝙ vitioſiſſimũ genus dicendi eſt deprauare ſcripturas ⁊ ad ſenſum ſuum ſcripturam trahere etiam repugnantem: videtur intelligendum quoad expoſitionem ſcripture litteralem. Nã quoad ſenſum ſpiritualeꝫ omnis expoſitio ſcripture fundata in veritate fidei ⁊ congruenter aptata bona eſt: ⁊ omnes doctores talibus vtũtur. Quandoqꝫ etiam id quod male geſtum eſt ſm litteram ſeu hiſtoriam ſignificat ſpiritualiter aliquid bene factum. vt dicit. b. Gregorꝰ. in moralꝰ. Quid enim ſceleſtius dauid in adulterio ⁊ occiſione vrie? Et quid fidelius vria? ⁊ tamen (vt ipſe exponit) dauid ſignat deum: ⁊ vrias pplm iudeorum reprobatum.

¶ De ſeptem re- .§. xiij.

Septẽ regule ad itelligẽdũ ſacram ſcripturam

gulis que ab aliquibus dicuntur claues: quia per eas aperitur intellectus in multis ad intelligendum ſcripturas ſacras: quas ponit Jſið. in lib. de ſum. bo. ⁊. b. Aug. in lib. de doctrina chriſtiana. Et dicit eas fuiſſe tyconij. vt refert Nico. de ly. in prologo ſuper penthatheucon. Qui etiam dicit ꝙ volenti proficere in ſtudio ſacre ſcripture: neceſſarium eſt incipere a ſenſu litterali: quia ille eſt fundamentum. ⁊ ex ſolo illo argumentari poteſt circa dubia fidei et morum: non ex ſenſibus ſpiritualibus.

Prima

¶ Eſt ergo prima regula ſeu clauis ſapientie de dñō noſtro ieſu chriſto ⁊ eius corpore myſtico qð ẽ eccleſia: quia per connexionem capitis ad corpus ſacra ſcriptura ſub vno contextu quaſi ſub eadem perſona aliquando loquitur de vtroqꝫ. de vno tranſiens ad aliud. Uerbi gratia Eſa. lxj. Induit me veſtimentis ſalutis: ⁊ indumento iuſtitie circundedit me quaſi ſponſum decoratum corona: ⁊ quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Quod enim dicit quaſi ſponſum loquitur de chriſto. Et qð ſequitur: quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis: intelligitur de eccleſia. Similiter quod dicitur Cantꝰ. j. Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera eius vino. Quod dicit. Oſculetur me oſculo oris ſui: verbum eſt ſponſe frui ſponſo deſiderantis. Quod auteꝫ ſubdit: qꝛ meliora ſunt vbera eius vino: verbum eſt ſponſi eccleſiam commendantis. ſiue de duobus preceptis dilectionis. ex quibus elicitur lac refectionis pure ſuperantis vinum mundane delectationis. ſiue intelligatur de duobus teſtamentis ſcripture. Unde exprimitur lac doctrine excedentis ſecularem omnem ſcientiam.

Scðā

¶ Secunda regula eſt de corpore domini myſtico vero ⁊ ſimulato. Eccleſia enim eſt ſagena nondum tracta

ad litus:continens piſces bonos ⁊ malos per/
mixtos:ſed ſeparandos ab inuicē in fine mū/
di:vt dicitur parabolice Mat.xiij. Et ideo in
ſacra ſcriptura mali commendantur cum bo/
nis quibus ſunt permixti.ſicut Oſee.xi. Iſra
el ⁊ dilexi eum. Et econuerſo.aliquando boni
vituperantur cuz malis. Sicut Eſaie.j.Cogno
uit bos poſſeſſorem ſuum.⁊ aſinus preſepe do
mini ſui. Iſrael autem non cognouit me. Ali/
quando in eodem contextu exprimitur qd ad
bonos pertineat:quid ad malos. Sicut Cant.
j. Nigra ſum ſed formoſa ſicut tabernacula ce
dar:ſicut pelles ſalomonis. Verba ſunt ſponſe
eccleſie:que ratione malorum dicitur nigra:⁊
ratione bonorum formoſa. Et quod ſubditur
pro exemplo. Sicut tabernacula cedar. Hoc re
fertur ad malos. Ex cedar enim deſcenderunt
ſaraceni:nigri vitijs. Quod additur.ſicut pel/
les ſalomonis. applicatur ad bonos. Salomō
non ſignificat hic deum. Pelles tabernaculi
quod poſtea tranſiuit in templū quibus coope
riebatur hyacintine ⁊ rubricate ſunt virtutes
ſapientie ⁊ charitatis:que operit multitudinē
peccatorum. ⁋ Tertia regula eſt de ſpiritu et
Tertia littera. ſm ꝙ accipitur ſub eadem littera ſen/
ſus hyſtoricus ⁊ myſticus. quia veritas hiſto/
rie eſt tenenda ⁊ ad ſpiritualem ſenſum referē
da. Sicut apoſtolus loquens ad Gal.iiij. dicit
Is qui ſm carnem natus eſt:ideſt iſmael:per/
ſequebatur eum qui ſm ſpiritum natus eſt.i.
yſaac trahendo eum ſeu alliciendo ad malum
⁊ figurat ſpiritualiter malos in eccleſia perſeq
bonos.ſaltem moribus prauis. Poteſt etiam
aliter exponi dicta regula vt referatur vtrūq
ad ſenſum litteralem tantum qui quandoqz ē
duplex. Sicut illud quod dñs dicit.j. Paral.
xvij. Ego ero illi in patrem:⁊ ipſe erit mihi in
filium. hoc intelligitur ſm litteram de ſalomo
ne ⁊ de chriſto:vt dictum eſt ſupra. Sed prout
intelligitur de chriſto poteſt eſſe ſenſus ſpiritu
alis ſm quid inquantum ſcilicet chriſtus fuit
figuratus in ſalomone. ⁋ Quarta regula eſt
Quar/ta de ſpecie ⁊ genere ſeu de parte ⁊ toto: cum de
vno tranſitur ad aliud. Sicut Eſa.xiij. Primo
loquitur contra babylonem ſpecialiter cuz di/
cit. Onus babylonis:ideſt flagellum ⁊ maluz
inducendum ſuper talem ciuitatem:⁊ tranſit
ad intelligendū verbū de toto mundo genera
liter per hoc quod ſubditur. A ſummitate celi
dominus ⁊ vaſa furoris eius vt diſperdat om
nem terram. Poſtea reuertitur ad loquenduz
de ciuitate illa babylonie ſpecialiter cum dic.
Ego ſuſcitabo ſuper vos medos qui argentuz
non querant:quia ſcilicet darius medus cum
nepote ſuo cyro cepit babylonem:⁊ interfecit
Quīta balthaſar regem eius Dan.v. ⁋ Quinta regu
la eſt de temporalibus:que contingit quadru/
pliciter. Uno modo per ſynecdochen: qñ po/
nitur pars tēporis pro toto.ſicut in euāgelio:
cū chriſtus dr̄ fuiſſe in ſepulchro tribus dieb⁹.
⁊ tamē prima dies ⁊ vltima nō fuerūt comple
ti. Secūdo mō ꝓpter minutias tꝑis que aliqñ
computātur:aliquādo omittunt̄.⁊ ſm ſcriptu
ram loquēs de aliquo numero annoꝝ in pluri
bus locis.aliqñ ponit plures annos pdictas
minutias ponēs. Alio loco pauciores pdictas
minutias omittēdo. Tertio mō ꝯtingit eo ꝙ
computatio annoꝝ incipit in vno loco ſcriptu
re a priori tꝑe in alio loco a poſteriori.ſicut Gen.
xv.dictū fuit abrae. Semen tuū futuꝝ eſt pere
grinū quadringentis annis.⁊ Exod.xij. dici/
tur ꝙ māſio filioꝝ iſrael in egypto fuit q̄drin/
gentis triginta annis.qꝛ cōputatio hmōi ma/
ioris numeri incipit a tꝑe quo dictū fuit abrae
Gen.xij. Egredere de terra tua. Computatio
vero minoris tꝑis incipit a natiuitate yſaac:q̄
fuit triginta annis poſt egreſſum abrae de arā
Quarto mō ꝯtingit eo ꝙ ſcriptura loquit̄ de
futuro ꝑ modū ꝑteriti. vt illō Eſa.ix.paruulus
natus eſt nobis. Et hoc eſt ad denotādū certitu
dinē ꝓphie cuius euētus de futuro eſt ita cer/
tus ſicut ſi iā ꝑteriſſet. Et hoc eſt ꝓpter certitu/
dinē diuine ꝑſcientie ex qua fit reuelatio ꝓphe
tis. ⁋ Aduertēdū tñ ꝙ pdictus modus locu/
tionis hꝫ locū in ꝓphia pdeſtinationis ſeu pre
ſcientie:nō in ꝓphetia cōminationis que frequē
ter mutat̄:vt pꝫ in exēplo Ezechie cui dictū fu/
it. Diſpone domui tue qꝛ morieris tu ⁊ nō vi/
ues Eſa.xxxviij. Et in minutis. ⁋ Sexta regu Sexta
la ē de recapitulatōe ⁊ anticipatōe. In ſacra.n.
ſcriptura nō ſemꝑ eodē ordine geſta ⁊ facta
ſcribunt̄ quo fiūt.⁊ idō qñ ꝑponunt̄ poſteriora
dr̄ anticipatio:qñ vō fit econuerſo.i.priora poſt/
ponunt̄ dr̄ recapitulatio.ſicut Gen.x.dicit̄. Ab
his diuiſe ſunt inſule gētiū in regionibus ſu/
is vnuſqſqꝫ ſm linguā ſuā. Et poſtea.c.xj.dici
tur. Erat aūt terra labij vnius ⁊ ſermonum eo
rūdē. Ex quo pꝫ ꝙ illud quod dr̄ in.x.c. de di
uiſione linguarum dicitur per anticipationē.
ſimiliter Gen.ij.c.poſtꝗ moyſes deſcripſerat
creationē celi ⁊ terre ⁊ ornatū eoꝝ poſtea ſub
dit. Iſte ſunt generationes celi ⁊ terre.qō eſt ꝑ
recapitulationē. ⁋ Septima regula eſt de de/ Septi/
mone ⁊ eius corpore. vt dicit.b.Greg. i omel. ma
Certe omnium malorum hominum caput dia
bolus eſt:⁊ omnes iniqui ſunt mēbra eius. Et
ideo ꝓpter cōnexionem capitis ad mēbra ſcri/
ptura loquēs de vno ī eodē ꝯtextu trāſit ad lo
quēdū de altero.ſicut Eſa.xiiij.loquēs de rege
babylonis.ſ.nabuchodonoſor: qui erat diabo
li mēbꝝ tranſit ad loquēdū de principe demo/
num;cum ſubdit. Quō cecidiſti lucifer q ma/

ne oriebaris? Et Ezechiel loquens de principe tyri quodam tyranno malo tranſit ad loquenduꝫ de diabolo cum ſubdit. Tu ſignaculū ſimilitudis plenus ſapientia ⁊ perfectus decore.

¶ De multiplici vtilitate ſacre doctrine.
Capitulum. iij.

ET erit tanquam lignum quod plantatuꝫ eſt ſecus decurſus aquarum : quod fructum ſuuꝫ dabit in tēpore ſuo. Loquēs propheta ſiue Dauid ſiue Eſdras ſm̄ Nico. de ly. in hoc ps. primo prologo pſalmorum de viro iuſto ⁊ ſpe beato. proprietates eius d̄ſcribit aſſimilans eū arbori iuxta aquas velociter currentes exiſtenti tempore congruo fructificanti: vt humilitas eius inſinuetur: quia in terra radicata. Studioſitas iudicetur. q2 iuxta aq̄s ſituata. Operoſitas ſancta manifeſtetur in fructificatione declarata. Neqꝫ enim tumidi penetrare valent profunda ſcripturarum ſanctarū. Sed vbi fuerit humilitas ibi ⁊ ſapientia teſte ſapiētiſſimo Salomone. que humilitas ab humo deriuata ſe recognoſcere facit puluerem et limum. ibi figens radices cogitationum. Quāuis enim allophili demonum obſtruere niterētur quos fodiebat puteos iuſtus yſaac per ſeruos ſuos. ſ. cogitationes ſuggerendo: errores vel elationes. non tamē preualuerunt quin pſeuerans perueniret ad aquam viuam quaꝫ vocauit abundantiam. ſ. virtutuꝫ que maxime in ſacris ſcripturis reperitur. Et iō iuxta has aq̄s plantantur mens eius vt aſſidue has hauriat in gaudio de fontibus ſaluatoris. O quis vnquā narrare poterit profunditatem: vtilitateꝫ: multiplicitatem: ſuauitatem haruꝫ aquarum. Si quidem atteſtāte Caſſiodoro ſuper ps. Omis ſplēdor rethorice eloquētie: omnes modi poetice locutionis quelibet varietas decore pronunciationis. a diuinis ſcriptoribus ſumpſit exordium. Vn̄ ⁊ mox ppl̄i illius doctor ⁊ rector: cui in figura omnia cōtingebant. eductus de aqs egyptiorum doctrinarum quibus fuerat imbutus: ebullientibus ranas garrulas dyalecticorum ſm̄ Orige. conuerſis etiā in ſanguinē incentiuorum libidinum ⁊ errorum in deſerto eccl̄ie. populum ſitientē ad aquas ſalutares adduxit que etſi amare prius fuerant ⁊ impotabiles in ſuperficie littere occidentis ſuaues facte ſunt miſſo in eis ligno crucis: ita vt omnis ppl̄s ſapientum biberet ⁊ iumēta ſimpliciuꝫ. Ad has ſuauiſſimas inuitabat. Eſai. dicit. Omnes ſitiētes venite ad aquas. Quod chriſtus ardētius agens clamabat in templo dei. Siquis ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Joan. vij. Nam qui biberit ex aqua quā ego dabo ei doctrinas. ſ. euāgelica gratiam cōtinente: non ſitiet in eternuꝫ ait idē ſamaritane Jo. iiij. Pre ſuauitate eius mundanorum ſiti extincta. Multiplicitas ſenſuū eius ſignificatur in fluuio paradiſi voluptatis irrigandi lingua eius qui ad nos deſcēdens diuiditur in capita. Ipſa enim ſapientia diuinoruꝫ que beatos ꝯtinue irrigat nob̄ reuelata in ſcripturis in quatuor ſenſus diſtinguit litteraleꝫ: allegoricum: moralē. ⁊ anagogicum. quib9 inherentes ſitim noſtrā tēperemus. Et ſic ſpirit9 domini ferebatur ſuper aquas. Gen̄. j. ad variādum intellectuꝫ earū. In his aquis Jacob mittebat virgas populeas ⁊ amigdalinas ꝑtiꝫ decorticatas. vt in aſpectu earum oues potantes conciperent ⁊ parerent fruct9 varij velleris reſperſos q2 doctores eccleſie ſententias in ſcripturis poſitas. partim ſm̄ litterā partim remoto cortice ſenſus myſticos populis ſibi ſubditis debent propinare. vt fructus bonorum operum varios dent tp̄e ſuo. Per hanc aquaꝫ ſapientie ductus in ſpū Ezechiel propheta ad inſinuandum in ea ſucceſſiuos profectus. Primo ipſa operte ſunt plante eius. ſecundo genua vltra procedenti. exinde renes. Demum tanta inuenta eſt profunditas vt trāſuadari nō poſſet.

¶ Vtilitateꝫ earum .§. i.

⁊ quot fructus ex ipſis ꝓpinatis ⁊ hauſtis nullus poterit ſufficienter enarrare. Juxta aquarū
De vtilitate ſacre ſcripture.
fontes nōne patriarcharū: yſaac: Jacob Moyſi. ſponſalia cum rebecca. Rachel ⁊ ſephora habuerunt initia. vt intelligimus ſm̄ Orige. illō impleri Oſee. Deſpōſabo te mihi in fide iuxta aquas ſcripturarum ſacrarum. Fides enim ex auditu. Auditus autem per verbuꝫ dei. qō in oēm terraꝫ exiuit. Ro. x. c. In aquis maris ſubmerſo pharaone cum exercitu ſuo. tranſit populus dei liberatus ab eo. domino decantans. Exo. xv. Omnia quidem flumina doctrinaruꝫ in mare ſcripture intonat. ⁊ ipſum mare nō redūdat vt d2 Eccē. j. in aliqd ſuperfluitatis. Et in aqs hui9 maris ꝯfregit de9 capita dracōis infernal. teſte Dauid. In cui9 figurā ipſe cū lapidib9 ſumptis de torrēte aq̄r funda iactatis imaneꝫ goliath ad ſolū ꝓſtrauit. j. Re. xvij. c. Qd̄ ipletū eſt qn̄. xp̄s fortis robore ⁊ d̄corus aſpectu ſathanā tētatiōib9 pugnātē auc̄tib9 ſacre pagine duxit ad plenū. Mat. iiij. In iordanicis aqs hui9 ſacre ſophie mūdat9 ē a lepra errorum ⁊ vitiorum Naamā ppl̄i gētilis nō in fluuijs damaſcenis abana ⁊ pharphar ethnicorum doctrinis vt arbitrabat. iiij. Re. v. Jā vos mūdi eſtis pp ſmonē quem locutus ſum vobis. inqt veritatis magiſter. Jo. xiiij. ¶ Hec eſt piſcina in pomerio mūdiali ad quam deſcendēs Suſanna pulchra nimis. ſacroſancta videlꝫ eccleſia: nō hn̄s macu-

lam neqꝫ rugā ſe refrigerat contra eſtus laboꝝ
⁊ tentationum. Sed duo falſi ſenex pleni mu//
tua cogitatione. ſcribe ⁊ phariſei. quia noluit
miſceri cum eis. perfidie eorum aſſentiendo.
eam de adulterio accuſant ſpirituali. quia chri
ſto adheſit quem comprehendere nondum va
luerunt: ⁊ morte eterna iudicant condemnan/
dā. Daniel autem puer qui natus eſt nobis de/
mum conuincet in fine de teſtimonij falſitate.
gehenne applicandos Dañ. xiij. In hanc piſci/
nam hieroſolymitanam poſt deſcenſionem in
ea. a magni ꝯſilij angelo myſteria eius ꝑ incar
nationem implendo. quicunqꝫ deſcēdit in vni
tate fidei ⁊ dilectionis. ſanatur a quacunqꝫ de/
tineatur anime infirmitate Jo. v. Et non ſoluꝫ
cōtractus. ſed ⁊ cecus natus ad natatoria ſiloe
illuminatus eſt Jo. ix. Inuenit onam aquas ca
lidas in deſerto aſinos paſcens Geñ. xxxvj. qꝛ
dum ſimplices ⁊ humiles cogitationes nō ela
tas fouet in ſolitudine exteriori ⁊ interiori. ſe/
cum meditans doctrinam ipſam experitur di
lectione feruentem. Ad huius humorem imit/
tit deus radicem fidei in homine quod patuit
in eunucho candacis regine ethiopuꝫ. In cur/
ru enim ſuo per deſertum tranſiens ⁊ legens
Eſaiam prophetam. demum ad aquam veni//
ens credens baptizatus eſt: ⁊ ibat per viam ſu
am gaudens ⁊c. Act. viij. Nonne ⁊ aque mul/
tiplicate in expoſitionibus eleuauerunt arcam
eccleſie: ſeu anime in ſublimi contemplationis
⁊ ſpei Geñ. vij. vt ſitiat ad deum viuum: ſicut
deſiderat ceruus ad fontes aquarum. Et ſicut
audiuit ita vt videat in ciuitate domini virtu/
tum. Deniqꝫ aqua ſapientie ſalutaris potauit
dominus electos ſuos que docet ſobrietatem:
prudentiam: iuſtitiam. ⁊ virtutem quibus nil
melius in vita hominibus Sap. ix. Puteꝰ eſt
aquarum viuentium iſte liber vite. que fluūt
impetu de libano ſuperne ſcientie. quia recrea
tus helyas ſubcinerio pane viriliter ambula/
uit vſqꝫ ad montem dei. iij. Reg. xix. Bibe er/
go aquam de ciſterna tua. vt proteſtatur ⁊ hor
tatur ſapientiſſimus ſalomon Prouerb. v. qui
de celo deſcendit. Nam fons ſapientie verbuꝫ
domini in excelſis Eccli. j. Et fluenta putei tui
que ſunt glorioſe ſanctorum doctorum doctri
ne. deriuētur fontes tui foris: quia hec eſt que
ſparſa colligitur erogata reuertitur: ⁊ publica/
ta ſuſcipit incremētū. Et in plateis quo vniuer
ſi concurrunt aquas tuas diuide quas arta lo/
ca non capiunt. habeto eas ſolus ne ſit tecuꝫ ſo
crates. Plato. Ariſtoteles. Homerus. Virgili/
us vel Naſo. Tullius. Varro: vel Anneus. Hi
enim ſunt alieni qui non debēt eſſe participes
tui. Ita exponit Joānes dominici cardinal. vł
habeto eas ſolus ruminando ⁊ operando. nec
communicet alienus lucra vel honorem: ⁊ glo
riam ſeculi inde expectando.

¶ Quot fructus ar/ .§. ij.
bor rationalis plantata iuxta aquas ſcriptura/
rum ſanctaꝝ faciat pulcherrime oſtendit Hie/ De fru
ro. in prologo pſalmorum dicens. Hic habꝫ in ctu ſa/
fans quid lactet. Puer quid laudet. Adoleſcēs cre ſcri
quid corrigat. Juuenis quid ſequatur. Senior ptur
quid precetur. Hic diſcunt femine pudicitiaꝫ.
Populi inueniunt pietatem. Vidue iudicem.
Pauperes protectorem. Aduene cuſtodem,
Hinc inueniant reges quid audiant. Judices
quid timeant. Hec triſtem conſolatur. Letum
temperet. Iratum mitigat. Pauperem recreat
Diuitem vt ſe cognoſcat increpat. Omnibus
ſe ſuſcipientibus apta medicamenta tribuit.
Necqꝫ peccatorem deſpicit. Sed per penitentiā
remedium ei ingerit. Poſt hec deus oſtendit.
Simulacra irridentur. Fides aſſeritur. Perfi/
dia repudiatur. Juſtitia ingreditur. Prohibe/
tur iniquitas. Miſericordia laudatur. Crude/
litas abdicatur. Veritas requiritur. Menda//
cium damnatur. Dolus accuſatur. Predicatur
penitentia. Pax ſequenda promittitur. Spes
certa nutritur. Sed quod his omnibus eſt ex//
cellentius: chriſti ſacramenta laudantur. Hec
Hiero. In ea reperiuntur dei perfectiones ex
ibi narratis vt omnipotentiam in geneſi. In
mundi creatione. Dei clementiam in Exodo:
ex liberatione. In exitu iſrael de egypto. Reue
rentiam ⁊ maieſtatem i Leuitico. Ex ſacrificijs
⁊ cerimonijs. Eius patientiam in li. Numeri.
Fortitudinem in bellis ioſue. Longanimitatē
⁊ miſericordiam in volumine. Judicum. Pro
uidentiam in libris Regum ⁊ huiuſmodi. Et
ſic de alijs ⁊c. Immo etiam quecunqꝫ ibi ſcri/
pta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt:
vt per exempla ⁊ dicta illorum qui ibi laudan
tur. curramus per viam virtutum ad brauiuꝫ
ſuperne vocatōis. Reſpice ibi ⁊ inuenies abel
deuotionem. Enoch contemplationem. Noe
credulitatem. Abrae fidelitatem. Iſaac patien/
tiam. Jacob prudentiam. Joſeph caſtitatem.
Moyſi charitatem. Phinees ſanctam emula/
tionem. Aaron deuotam oblationem. Jude au
daciam. Joſue confidentiam. Othonis recti/
tudinem. Sanſonis fortitudinem. Booz equa
nimitatem. Samuelis integritatem. Job re//
dargutiones. Tobie correctiones ſeu monitio
nes. Dauid miſericordiam. Salomonis peni/
tentiam in Eccleſiaſten. Helye zelum pietatis
Heliſei zelum equitatis. Eſaie ſtabilitateꝫ. Hie
remie magnanimitatem. Ezechielis rigoreꝫ.
Danielis feruorem. Mathathie ſingultus. Ju//
deqꝫ machabei cultus. Eleazari amorē patrie.

Razie virorem latrie. In nouo teſtamento chri
ſti domini obedientiam. Matris eius innocē
tiam. Petri longaniniitatem. Angelorum ex/
ultationem. Pauli ſublimitatem. Baptiſte cō
feſſionem. Andree magiſterium in cruce. Ja/
cobi deſiderium in luce. Joannis ſapientiam.
Thome ſcientiam. Alpheidis iuſticiam. Phi/
lippi reſulgentiam. Bartholomei nobilitatē.
Matthei veram ſanctitatem. Simonis cōſtan
tiam. Thadei reuerentiam. Matthie humili/
tatem. Marci ſinceritatem. Luce vigilantiaꝫ.
Barnabe eminentiam. Cum innumeris virtu
tibus legendis ꝗ tāgēdis in ſola philoſophia
quam deus pro ſalute noſtra dignatus eſt mū/
do miſericorditer reuelare. Hec Joannes do/
minici cardinalis in noctiluca. Sed conqueri
tur dominus per hieremiam dicens. Duo ma
la ſecit populus meus. Me dereliquerunt ſon
tem aque viue: cum ſcilicet ſacram doctrinam
diuinam maieſtatem gratiam virtutum glori/
am beatorum docentem ꝗ inducentem. ꝗ ſode
runt ſibi ciſternas diſſipatas pro aquis doctri
narum infidelium que continere non valent
aquas. In terra ſcilicet mentis ſue curioſitateꝫ
conſtruentes: in qua colligant aquas errorum
a poteſtatibus aeris deſcendentium: que con/
tinere non valent eas: quia inſatiabilis eſt cu/
rioſitas humana: noua querens ꝗ nunquā di/
cens ſufficit. Semper enim tales ſunt addiſcē
tes: ꝗ nunquam ad ſcientiam veritatis perue/
nientes: vt ait apoſtolus. Et ſicut ſiliquis por/
corum ſatiari nequibat prodigus adoleſcens
qui ſubſtantiam ſuam diſſipauerat: ſcilicet do/
ctrinis ethnicorum que inflant nō nutriūt: vt
exponit Hiero. Et hꝫ di. xxxvij. Ita nec ſitim ex
tingunt ſeu extinguere pñt his turbidis aqs.

¶ Doctrine gentilium philoſophorum vel
poetarum non ꝓſunt ad ſalutem. Cap. iiij.

VErũtamen in dilu
uio aquarum multarum ad deuꝫ
non approximabunt ps. xxxj. Ut
ſcribitur Gen. j. diuiſit deꝰ aquas
que ſunt ſub firmamento ab his que ſunt ſuꝑ
firmamentum. Et ſuper firmamentum aque q̄
ſuper celos conſtituunt: diuina ſcilicet oracula
veteris ꝗ noui teſtamenti diuiſe ſunt ab aquis
doctrinarum mundialium que in terra obſcu
ra miſcentur. Nam aque ille ſuperiores pagi/
ne ſacre limpidiſſime ſunt: quia preceptum do
mini lucidum illuminans oculos. Solidiſſi/
me ſunt ꝗ vnite: quia verba mea non trāſibūt
ait dominus Luc. xxj. Aque que ſuꝑ celos ſunt
celum cryſtallinum nuncupate dominum lau
dant eius magnitudinem inſinuantes. Scru/
tamini ſcripturas ꝗ he ſunt que perhibent te/
ſtimonium de me Joan. v. dixit deus humana
tus in terris. Aque vero inferiores doctrine. ſ.
gentilium perfidorum: iudeorum aut hereti/
corum obſcure ſunt ꝗ turbide erroribus īmix
te ps. cxv. Omnis homo mendax. Non ſtabi/
les ſed confutate. Juxta illud Mat. xv. Om/
nis plantatio ſcilicet doctrine quam non plan/
tauit pater meus celeſtis eradicabitur: ꝗ nō ſo
lum ab vnitate vere fidei recedunt: ſed etiaꝫ a
ſe inuicem diuiſe ſibi contrariantur. Non lau/
dant dominum huiuſmodi aque verum: ſed
falſos deos ꝗ eorum ſcelera: querentibus eoꝝ
auctoritatibus non ad gloriam dei: ſed propri
am. Hec ergo quia aque multe non vnite de ve
ritate tractantes: ſed multe in erroribus dilu/
uium generant: diſſipans terraꝫ. quod omnes
extinxit viuentes niſi in arca eccleſiaſtice do/
ctrine ſaluatos. Non ergo homines appropin
quabunt ad deum vere intelligendum aut di/
ligendum: aut poſſidendum in diluuio aqua/
rum multarum. vnde. b. Aug. in omel. ſuꝑ Jo
an. ait. Fuerunt quidam philoſophi de virtuti
bus ꝗ vitijs ſubtilia multa tractantes: diuidē/
tes: diffinientes: rationes acutiſſimas conclu/
dentes: libros implentes: ſapientiam ſuā buc
cis crepantibus ventilantes: qui etiam aude/
rent dicere hominibus. nos ſequimini: ſectā
noſtram tenete ſi vultis bene viuere. Sed quia
non intrabant per oſtiū perdere volebant: ma/
ctare ꝗ occidere. Dicant ergo pagani. Bene vi/
uimus. Si per oſtium non intrant. quid eis ꝓ/
deſt: vnde gloriant̄. Ad hoc. n. debet vnicuiqꝫ
ꝓdeſſe bene viuere: vt ei det ſemꝑ viuere. Nec
bene viuere dicē̄di ſunt qui finē bene viuendi
vel cecitate neſciūt vel inflatione ꝯtēnunt. Non
eſt aūt cuiqꝫ ſpes vera ꝗ certa ſemꝑ viuēdi niſi
agnoſcat vitā que eſt xp̄s: ꝗ per ianuā. i. fidem
xp̄i intret in ouile ſcꝫ eccleſie. Querūt. n. plerūqꝫ
tales ꝑſuadere hoībus vt bene viuāt ꝗ chriſtia
ni nō ſint: ꝑ aliā partē volūt aſcē̄dere ꝗ macta/
re ꝑdere: nō vt paſtor ꝯſeruare. hec. b. Aug. qō
aūt in ꝓuerbijs. Aque furtiue dulciores ſunt
doctrine ſcꝫ ethnicoꝝ vel hereticoꝝ qui mol/
les ſunt nō ſolide vt que ſuꝑ celos ſunt: q: mol
lem faciunt aīum: ꝗ ad delitias ꝗ laſciuiā idu/
centes: que furtiue dicunt̄: q: ꝓcioſam viri ani
mā rapiūt his potatā. Uel q: ſi qua vera illi di
xerūt furati ſūt ab alijs ſibi gloriā nō deo aſcri
bē̄tes. vel q: legi vetite coiter ſunt diſt. xxxvij.
Ep̄s. Jō dulciores vident̄ ꝓpter ornatū earum
delectantē: tū q: nitimur in vetitū ſemꝑ cupi/
muſqꝫ negata. Sꝫ nouiſſima eius amara quaſi
abſinthiū ad ꝑditionē ducē̄do. Propter h̄ enī
gygantes qui fuerunt magni mundana ſapia
gemūt ſub aqs. vt ſcribit Job. Gemitu ſempi/
terno. Et ſi igit̄ ois ſanctus chriſti ſanguine tin

Q̄t po/ ſitis ꝗ hmōi doctri/ ne nō ꝓſunt ad ſalu tem

ctus oret in tpe oportuno ſcꝫ huius ſeculi pro
hac remiſſione peccatoꝝ obtinēda de qua pre
dixerat. veꝝ in diluuio aquaꝝ hmōi doctrina
rum fallaciā nō appropinquabunt eī obtinen
do: qꝛ per ea nō exorāt deū penitentiā ignorā/
tes. De phis ethnicis loquēs aplꝰ ad Ro. j. di/
cit obſcuratū fuiſſe coꝛ eoꝝ ⁊ traditos in repro
bum ſenſum. Repletos cū ſectatoribus ſuaruꝫ
doctrinarū omni iniquitate. ſubdēs ex illa ge
neralitate. xxj. ſpēs eius ꝯcludēs ꝓpter hoc di/
gnos morte. ſ. eterna. ⁊ Poli. lib. vij. c. ix. Cum
dixiſſet poetas: hyſtoricos: oratores: mathema
ticos eē legendos: nocumētū exinde ſequens
exprimit dicens. Cū hi in ius ſuū vendicant
aīum ſi polliceanť noticiā reꝝ: virtutis tamen
deducent ⁊ ſubmouent cultum. vnde ⁊ Cicero
cū de poetis ageret vt diligentius audiať ex//
clamat. Clamor ⁊ approbatio populi quaſi ma
gni ⁊ cuiuſdā ſapiētis magiſtri: ⁊ qui ad cōme
dationē ſufficiat plauſu ſuo quos vult facit au
tenticos. Et illi qui tantis efferuntur quantas
obducunt tenebras quos metus inuehunt q̄s
inflammant cupiditates. Hi ſtupra adulteria/
qꝫ conciliant varias doli reparant artes: furta
rapinas: incendia docent. Que ſunt vel fiunt
aut fingi pnt mala exempla ꝓponūt oculis mul
titudinis impite. Que incendia celi ſuccenſi:
aut maris inundatio aut terre hiatus tantas fe
cit populorum ſtrages: quantas iſti faciūt mē/
tiones ⁊c̄. Iſido. ēt in lib. de ſum. bo. ait. Ideo
prohibetur chriſtianis figmenta legere poeta/
rum: qꝛ nimirum mētē excitant ad incētiua li
bidinum. Et nō ſolum thura offerendo demo/
nibus immolantur: ſed coꝝ dicta libētius ca/
piendo diſt. xxxvij. Narrauerunt mihi iniqui
fabulationes. inquit pſal. ſed non vt lex tua. vi
dete ne decipiamini per philoſophiam ait apo
ſtolus ⁊ inanem fallaciam.

Nota ſecūdū Io/ .§. i.

hannem dominici cardinalis vbi ſupra ꝙ ve//
ra philoſophia in tribus conſiſtit: ſcilicet in re
ligione: moribus ⁊ doctrina. Si enim philo//
ſophia eſt diuinarum humanarūqꝫ reꝝ cogni
tio ſeu creaturaꝝ creatoriſqꝫ vtilis inquiſitio.
conſtat quia iuxta platonis ſniaꝫ in tres partes
diuiditur: ſcꝫ diuinalem: moralem: ⁊ rationa//
lem. Primā dixerunt theologicā. Secundam
ethicā. Tertiā rationalē logicā. Prima ſpiritū
accendit. Secunda dirigit vitā. Tertia perficit
naturaliter intellectū. Primā tradunt in meta
phiſica. Secundā in ethica. Tertiā in phiſica
peripateticorū doctiores. Prime partis noui/
mus cultorē platonem vel potius hermetem.
Secunda magnum ſocratem veneratur patro
num. Tertiam ſumme ampliauit Ariſtoteles

Plotinus vero philoſophus ſingulis partibꝰ
inſudauit. Et idem eſt ꝙ apud Platonem phi
loſophiam diuidi. In moraleꝫ que in actione
verſatur. In naturalem que cōtemplationi de
putatur. Unde ſub ea theologica comprehen/
ditur prout ex natura ⁊ ꝓprietate creature co/
gnoſcitur. Et rationalis qua verum a falſo di//
ſcernitur. Ut teſtatur. b. Aug. xviij. de ciui. dei
Et ſub rationali comprehenditur triuiū ⁊ qua
driuium: ideſt artes liberales. Sub morali: ſci
entia iuris comprehenditur. Nam medicina
ſub naturali. Alij tamen diſtinguūt naturaleꝫ
que eſt de natiuis rerum. que ſpectat ad phiſi/
cam: theologia que agit de deo angelis: demo
nibus ⁊ hmōi. que tāgere videť metaphiſica.

Quod philoſo/ .§. ij.

phia moralis gentilium non ſit vera philoſo// Qꝛ phi
phia. ⁊ ipſius philoſophie auctores non fue// loſo//
runt veri philoſophi. Probat Ioannes domi phia gē
nici in nocliluca ſic. Ethica eſt virtus moralis tiliū nō
aut eius peritia: ⁊ ethicus moraliter virtuoſus ſit vera
exiſtit. A virtute vero ⁊ peritia eius omnis er/ phia
ror excluditur vitium nāqꝫ naſcitur de errore
hinc puto dictum in ethica mundi. Omnis
malus ignorans. Ad ethicum autem pertinet
non ſolum finem propter quem omnia eſtimā
tur fienda inquirere. ſed etiam inuenire ⁊ cir/
ca inuentum non errare. Nullibi enim pericu
loſius erratur q̄ꝫ cum de vltimo tractatur. par
uus enim error in principio maximus eſt in fi
ne. Ethice enim principium eſt vltimi finis ri/
matio: finis vero virtutum inductio. Omnes
autem illos ethicos philoſophos ⁊ poetas et
rhetores. circa diuinitatem multipliciter erraſ
ſe non eſt dubium q̄zuis vltimum finem deſcri
pſerint. Simili modo dici poteſt omnes illius
ethice ſcriptores philoſophos dici non poſſe.
quia a noticia veri dei fuerūt extranei aut plu/
rimum errauerunt. Preterea moralem phm
omnes dixerunt: cuius vita doctrine concor//
dat: ⁊ eā morti neceſſario diſcrimini parat. vn̄
apud Macrobiū de ſomno Scipionis. Py//
thagoras ⁊ Plato dixerūt phiam meditationē
eē mortis quotidie de carcere corporis intēdā
aīe educere libertatē. Tota phia Cicerone reſe
rēte (ait Cato) fuit phoꝝ vita cōmēdatio mor//
tis eſt. Nā qd aliū agimꝰ. cū a voluptatibꝰ cor
poris ait Tulliꝰ: ⁊ a re familiari que eſt mini//
ſtra corporis ⁊ a republica aīum ſeuocamus:
maxieqꝫ a corpe abducimꝰ: ſeceſſqꝫ eē cogimꝰ
aīum a corpe ſecernere. nil eſt aliud q̄ꝫ mori di
ſcere. Currat huc moralis Seneca dicēs. Face
re docet phia nō diceť. Et hec exigit vt ad legē
ſuā quiſqꝫ viuat ne oroni vita diſſentiat. Huic
iungatur beatus Grego. phs nazanze. grecus

In apologetico dicẽs. Prima ſapia vita lauda/
bilis eſt. Ille mihi ſapiens videtur. qui pauca
de virtute animi ꝓloquitur plura autez in ſu
is opibus oſtendit. Et tullius in primo de offi/
cijs ait. Uirtutis omnis laus in actione ↄ̃ſiſtit.
Adijciatur ad hoc ꝙ virtutes oẽs ſunt conne/
xe. vt q̄ vna caret omnibus ſit vacuus. ſm ma/
giſtrum ſniarum in. iij. Diſcꝫ virtꝰ vni alicui
vitio cõtrarietur. Cũcꝫ contraria ſimul ineſſe
non valeant. q̄ in vno offendit multa perdit. vt
dicitur Ecc̃s. quia virtutem illã vitio ↄ̃trariaꝫ.
⁊ per ↄ̃ñs alias propter connexionẽ. Addatur
⁊ illud q̄ ſm be. Aug. vbi deeſt cognitio eter/
ne ⁊ incõmutabilis veritatis. ſ. per fidem falſa
eſt virtus in optimis moribꝰ. xxiij. q. j. Sꝫ om/
nes gentiles phi ethici caruerunt fide: ſpe: ⁊
charitate. Et ſi virtutes morales ⁊ pulchre de/
pinxerunt. multa tñ eis contraria peregerunt:
vt eas vere non haberent. Nam ⁊ ſuperbie: ia/
ctantie: inani glorie: cupiditati laſciuie. mẽda/
cijs: detractionibus: adulationibus: idolatrie:
nigromãtie repiunf ↄ̃diti vitia ipſa libris ſuis
deteſtabantur. ſed operibꝰ eorum inſiſtebant.
Nam Ariſtoteles ſuorum anteceſſorum glie ⁊
laudis cupidus: libros aliorum ante ſe ſcriben
tium excerptis floribus dicitur comburi feciſ/
ſe opera ſui diſcipuli magni alexandri vt ſoluꝫ
nomen ſuuꝫ vocaretur in terris. De demoſthe
ne maximo oratore. dicit Tullius. Leuiculus
ſane noſter. Demoſthenes. qui illa ſuſurro de/
lectari ſe dicebat confitẽtis mulıercule vt mos
eſt in grecia. Hic eſt ille demoſthenes. q̄d hoc
leuius. Item dicendus ne eſt phus demoſthe/
nes. qui plus dicebat ſe lucratum fuiſſe tacẽdo
q̄ꝫ alij perorando. ⁊ ita auaritie deditum: vt ꝑ
phas ⁊ nephas magnatis peret. Gorgias gre/
cis de pace ſcribens ⁊ perorans domi ſicut leo
rugiens morabatur. vt dicit Hiero. contra Jo/
uinianum. Quid de mirabili Apuleio dicetur
qui cum de demonibus vera ſentiret ꝙ eſſent
iniqui. verba ſcribere renuit ne offenderet eo/
ruꝫ cultores. Cynicos q̄ꝫ accaninos patre illo
nobili diogene nemo negabit iter ſctẽ phie no
mine venerandos: quos gentiles phos vocãt
in hoc precipue diſtinctos a ceteris: quo omni
pudore depoſito. cuꝫ quodam Abſolone patri/
cida ⁊ quibuſdam modernis hypocritis. pa/
lam ⁊ vxores cognoſcendas dicebant. Iſti ve/
ro concubinas ſiue deuotas pretulere verbis:
homines illi modeſtiam continentiam patien/
tiãcꝫ ſmonibꝰ multis atcꝫ politis. que ſi factis
ſpugnãt phi nõ fuerũt. Uereor: hic Ariſtotelẽ i
aſellũ mutatũ ſubdẽ ſemie ⁊ ſarcinã talẽ porta
re. Multarum turbarum video mihi immine
re certamen. ſi dixero intemperatum virgiliuꝫ
quem iuuenalis de vitio inordinando ſugilla
uit. Quid ſi falſus fuero ciceronem in multis
culpandum. ⁊ depꝛauatuꝫ. Saluſtium audite
de eo dicentem. homo leuis: ſupplex inimicis
amicis contumelioſus: nemini fidus. Senator
leuiſſimus: patronus mercẽnarius: cuius nul
la pars corporis a turpitudine vacat. Lingua
vana: manus rapaciſſime: gula imenſa: pedes
fugaces: ⁊ que honeſte nominari non poſſunt
inhoneſtiſſima. Audite ⁊ vos ſaluſtiani Tulliũ
ei reſpondentem. Non qui ita viuit vt tu inq̄t
aliter q̄ꝫ tu loqui põt. Nec qui ita illo te ſermo/
ne vtitur. vita honeſtior eſt. Sepius vidi gra/
uius offendere aios auditorum eoruꝫ eos qui
aliena aperte dixerunt. q̄ꝫ eos qui vitia cõmiſe
runt. Si qui autem volentes eos excuſare a ta/
libus vitijs dixerunt. eos fuiſſe emulos. ⁊ ideo
in alterutrum inuexiſſe ⁊ fuiſſe mentitos acqe
ſcatur eorum ſententijs. Sed q̄r totius phie ro
bur. vt ait plato patientia eſt. Unde quidam re
ſpondendo maledictis quibus non paruꝫ fue/
rat mutus ſe non eſſe phm apud torquatũ pro
dit. Hos ego phos nego qui infamationibꝰ vł
diffamationibus ſine rationabili cauſa proxi/
mos lacerarunt. Mentiuntur hiſtorici miſeri/
cordiam vitium fore propter paſſionem triſti/
tie aſſiſtentem: ⁊ ſe licite occidere poſſe. vt eua/
dant corporis penas. Errant achademici incer
ta cuncta ponẽtes. ⁊ non multo minus peripa/
tetici omnem noſtram ſcientiam a ſenſibus or
tum habere dicentes. Ita Uirgilius platoneꝫ
aliqualiter ſequens mentitus eſt omne vitium
a corpore originaliter pullulare: originale pec
catum non credens. vbi ait. Igneus eſt ille vi/
gor: ⁊ celeſtis origo. Seminibus quãtum non
noxia corpora tornant. Terra inique hebetant
artus moribundacꝫ membra. ℭ Sepe falſa
ſcribũt iſti hiſtorici vel morales: fauore: odio:
vel amore. Hinc beatus Hierony. fatetur phos
expreſſe mentitos. vbi ſcripſerunt ſocratẽ ſem/
per eundem vultum habuiſſe. ventũ eſt ad tan
tum errorem. vt xp̄ianus palaꝫ ⁊ impune: inio
cõmendatione ſtipatus: ſequatur ariolos ⁊ ma
gos demonũcꝫ cultores. quos omniuꝫ parẽs
iuſſit a terra extirpandos. Nicromãticus eq/
dem pythagoras fuit. ſi credimus Augu. So/
crates vero cũctis determinationibus ſuis de/
monis preferebat reſponſa. Jure autem cano/
nico quiſquis familiaris demoni infidelis cen
ſetur. xxvj. q. vij. Non obſeruetis. Merito er/
go ſancta phia abijcit meretriculas ab egroto
torquato: ſola ſanatiua eiuſdem. Nam proban
te beato Augu. in lib. xviij. de ciui. dei. Littere
ſeculares ad bene viuendum non conferunt. ſꝫ
ſole diuine. quas etſi omnes morales dico. pre
cipue tamen demonibus recollectos tractatus
in libris ſapientialibꝰ editos. quos vticꝫ omni
exceptione

exceptione ſemota veritate.ſententijs:facilita/
te:vtilitate:prefero ſingulis libris ⁊ dctis a
mercurio pythagora:ſocrate ariſtotele:plotino
varrone:tullio:ſeneca.⁊ alijs ethnicis.Ɐñ con
cluditur ꝙ hoīes in diluuio aquaꝝ multaruȝ do
ctrinarum harū.niſi notitiam ⁊ fidem habeāt
ſacre phie vtriuſqȝ teſtamēti.ad deum non ap/
propinquabunt.Quia regimen applōꝝ rectuȝ
in ſpirituali ⁊ tempali ad moralem pertinere
videtur phiam.quod refert torquatus dixiſſe
platonem.Reſpublicas fore beatas.ſi eas ſapiē
tes regerent.vel qui ſapie vacarent hoc veruȝ
eſſe fatendū eſt de vera ſophia.que in diuinis
habetur.nō in gentilium libris.Diligite(īquit
ſalomon.Sap.j.)iuſtitiam qui iudicatis terrā:
ſentite de dño in bonitate:⁊ in ſimplicitate cor/
dis querite illum.i.ſine plica erroris ⁊ vitij q
bus ethnici ſapiētes qui reſpublicas guberna/
runt abundabāt.Meum eſt conſilium inqt ſa
piētia ipſa in ꝓuerbijs.Mea eſt equitas.Mea
eſt prudētia.Mea eſt fortitudo.Per me reges
regnant ⁊ legum conditores iuſta decernunt.
Ipſe ſalomon qui ſapientiā petijt a dño ad iu/
dicandū populum ⁊ accepit.duȝ hec viguit rē
publicam dilatauit:ſpacio virtutibꝰ decorauit:
ſtabiliuit equitate:diuitijs ampliauit:firma/
uit pace cultu extulit celeberrimo.ſicut Regū
hiſtorie in libro.iij.tradūt.At vbi philoſophie
gentium animum dedit inquirēdo.ſ.doctrias
eorum cultus.parta longo tpe cuncta in breui
cōſumpſit quēadmodum in lib.Eccſs.nō am/
bigimus recitari.Si qui ergo priſcis tpibꝰ vi/
dentur ex ethnicis principibꝰ feliciter reſpubli
cas gubernaſſe:⁊ augmētaſſe:q phie opaȝ ōde
rūt:⁊ copioſe apphēderūt.vt alexāder magnꝰ.
africanꝰ:octauiāus.Julius ceſar ꝓnius.Tybe
rius claudiꝰ.Nero:⁊ ꝗplures alij.Sciendum
primo q: nō vere phi ideſt ſapiētes fuerunt ni/
ſi qꝛ ſcientijs mundi referti.Nam quō ſapien/
li ſeu fratres de opinione dicentium chriſtum
nil habuiſſe cum apoſtolus proprium: nec in
particulari: nec in cōmuni etiam rerum mobi/
lium. ſed ſolum nudum vſum facti eorum qui
bus vtebatur ſibi conceſſis per elemoſynā vel
alium modum. cum tn̄ Joan. iiij. dicatur ꝙ di/
ſcipuli eius iuerant in ciuitatem ad emendum
cibos. Et Joan. xiij. ꝙ Judas habebat loculos De erro
que tn̄ ipſe exponunt extorte. Hec peſtis multū re frati/
viguit in marchia anchonitonia ⁊ lōgo tempo cellorꝝ.
re nec florētia fuit ab ea libera. Adhuc pollu//
lat talis hereſis: etſi multū debilitata ſit. Mul
ti pertinaces in dicta opiniōe fuerunt cōbuſti.
Anno domini. M. cccc. xlix. Fabriani ⁊ Florē/
tie ⁊ vnus anno ſequenti. Nec oſtenderūt aliq̄
miraculum vllo tempore. niſi icineratione cor/
porum ex igne. Falſitas autem huius erroris
oſtendetur in ſe. ti. ca. de conſilio paupertatis.
¶ Fuerūt etiam tres ſecte hereticoruȝ. ſcilicet
albanenſium bagnolenſium: ⁊ cōcordētium. q Damnā
in multis erroribus eorum peſſimis conuenī/ tur ⁊ he
unt licet in paucis diſcordēt. Hi dicunt ꝙ ſunt tres ſe/
duo principia: vnum penitus bonum: aliud pe cte.
nitus malum: ⁊ ꝙ deus bonus nō creauit iſta
viſibilia. Item ꝙ deus nō creat nec īfundit no
uas animas. Item ꝙ chriſtus non habuit no//
ſtras veras penalitates. ⁊ ꝙ non eſt deus. ⁊ ꝙ
non aſſumpſit carneȝ de virgine. ſed duxit car
nem de celo. ꝙ non fuit verus homo. ꝙ non ve
re comedit: nec fuit paſſus in cruce: nec mortu
us: nec in celum aſcendit: nec reſurrexit vere.
Item ꝙ non eſt reſurrectio corporum. Item ꝙ
⁊ vetus teſtamentum non eſt a bono deo. ⁊ ꝙ
Moyſes fuit malus. ꝙ adam non fuit a deo.
Item ꝙ ante chriſti aduentum non fuerunt ali
qui boni. Item ꝙ baptiſmus nullius eſt effica/
cie. Item ꝙ obeſt ſubdito ⁊ ſacramēto vita ma
la prelatorum. Item ꝙ nullus malus poteſt eē
epiſcopus. Item ꝙ eccleſia non poteſt aliquid
poſſ. deri niſi in cōi. ⁊ ꝙ nō poteſt excōmunica
re: nec debet perſequi malos: nec poteſt facere
conſtitutiones. Item ꝙ ſacramentum altaris ⁊
extreme vnctionis nihil eſt. Et ꝙ peccatum ori
ginale nihil eſt. Et ꝙ peccatum non eſt a libero
arbitrio. ⁊ ꝙ non poteſt quis penitere poſt pec
catum. Item ꝙ infernus vel purgatorium ni//
hil eſt. Item ꝙ bonus deus viuificat ⁊ non oc/
cidit. Sed malus deus viuificat ⁊ occidit cor//
pora. Iteȝ ꝙ mundus ſemper fuit ⁊ ſemp erit.
Item

Item ꝙ matrimonium malum eſt.item ꝙ non eſt confitendum.item ꝙ vſura non eſt prohibita:⁊ ꝙ non tenetur quis reſtituere ablata. Iteꝫ ꝙ homo poteſt dare ſpiritum ſanctum. Et plura alia falſiſſima ⁊ fatua ponunt. ℭ Nota ꝙ ſi iſti albanenſes:ſunt albigenſes contra hos albigenſes miſit Innocē.iij.qui fuit anno domini.M.cc.duodecim abbates ciſtercienſis ordinis cum vno legato ad partes tholoſanas ad predicandum contra eos inquirenduꝫ ⁊ exterminandum.Cū quibus ſe reperit beatiſſimus dominicus primus fundator ordinis predicatorum.qui diu predicauit contra eos ⁊ plurimos ꝯuertit.vt habetur in legenda eius.Quadaꝫ die facta diſputatione ſolēni.inter noſtros fideles ⁊ hereticos illos poſt longam concertationem verborum in hoc conuenerunt vtraqꝫ pars fidelium ⁊ hereticorum. vt accenſo igne coram omnibus heretici iactarent libelluꝫ:ſuā doctrinam continentem in igneꝫ.⁊ beatus dominicus libellum doctrine vere fidei nr̄e quaꝫ predicabat ſimiliter in ignem proijceret.Et cum ſuus libellus inconbuſtus permaneret.illa vt vera fides acceptaretur. Mira res proijcitur libellus hereticoruꝫ in ignem.⁊ ſubito comburitur. Proijcitur ⁊ libellus ſancti dominici.Et ter libellus in flammas traditus ter exiuit illeſus penitus.O fides certiſſima:veriſſima.⁊ oī laude digniſſima:indubitatiſſima chriſtianoruꝫ que tot innumeris ⁊ quotidie declarata doctrinis.⁊ approbata miraculis.extra quaꝫ nulla eſt fides.ſed perfidia diluuio eterne damnationis extinguenda. ℭ Notanduꝫ etiaꝫ ꝙ iſte peſſimus error aſſerentium duo principia vnū bonorum.aliud malorum ⁊ viſibilium:fuit originaliter hereſis manicheorum qui repullulauit circa annos domini.M.ccl.vel circa in lōbardia.permaxime ⁊ florentiam etiam infecit in parte.Contra quos ſanctus Petrus martyr ordinis predicatorum ab Innocen.iiij. factus inquiſitor.florentiam purgauit a tali hēſi.gladium materialem exercentibus qui ſunt de familia buſſorū occidendo hereticos ⁊ reliquos ſuperſtites expellēdo.Qui beatus Petrus demum ab ipſis hereticis occiſus.ab ipſo Inno. ſanctorum cathalogo eſt aſcriptus veritatem fidei quam predicabat ⁊ ſanctitatem vite eius multis miraculis domino confirmante. ℭ Exinde circa annos domini.M.cclx.quidaꝫ magiſter pariſieñ. dictus Guilhelmus de ſancto amore librum compoſuit contra mendicantes multa mala contra talem ſtatū impingens.Cōcludens non poſſe homines ſaluari in tali ſtatu.Sed contra tales errores ſanctus Thomas de aquino libros edidit.⁊ omnes illos errores efficaciſſime euacuauit. Propter quod Alexander.iiij.Guilhelmum illum cum ſuo tractatu reprobauit ⁊ puniuit.⁊ ordines mendicantiuꝫ plurimum commendauit ⁊ priuilegijs communiuit. ℭ Demuꝫ circa annos domini.M.cccc.xx.exorta eſt hereſis huſſitarum in Boemia.cuius inuentor fuit quidam anglicus magnus ſophiſta dictus Hus.Hi multos articulos errorum tenebant.vt ꝙ chriſtus non eēt in ſacramento altaris niſi cum eleuabatur a ſacerdote.Quod etiam nil deberet poſſidere imagines ſanctorum cōburebant.⁊ multa alia. Miſſus fuit legatus ad eos reducendos a Martino.v.dominus Joan.dominici ordinis predicatorum Cardinalis Raguſinus ⁊ nil potuit pficere.Deinde eo mortuo Cardinalis Placentinus.poſt quem dominus Julianus cardinalis ſancti angeli.qui contra eos valde roboratos multitudine ⁊ dominio non potuit preualere. niſi gladio materiali fidelibus bellantibus et eos expugnantibus.vnde ad nihilum ſunt redacti. ℭ In diluuio igit̄ aquaꝝ multarū haꝝ hereſum ad deum homines non approximabunt:ſed elongabuntur a deo reprobati. quia ſuo ſenſui pertinaciter innitētes ſcripturas ſacras male intellexerunt.⁊ rationes quidem inducere ad oſtendendum fallaciam ipſarum hereſuꝫ nimis eſſet prolixū.Sed ſufficiat vna cōmunis ratio breuiſſima pro omnibus. videlꝫ. quia eoipſo ꝙ ab eccleſia ſacroſancta reprobati ſunt omnes dicti errores ⁊ hereſes iudicate reputandi ſunt errores damnabiles.⁊ nulli eorum adherendum. Maior eſt enim auctoritas eccleſie in determinationibus eorum que ſunt fidei.omni rationi ⁊ omne auctoritate doctoꝝ. Et ait beatus Auguſtinus apoſtolo non crederem.niſi eccleſia illud approbaſſet:nec licet alicui dubitare de aliqua ſupradictarum hereſuꝫ ꝙ non ſit falſa ⁊ ducens ad damnationem.Vel ꝙ quis poſſit in ea ſaluari ſicut chriſtiani veri in fide Romane eccleſie.Nam vt dicitur extra de hereticis.Dubius in fide eſt infidelis. Et be. Auguſti.dicit in li.de fide ad Petrum.Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites omnem hereticum vel ſciſmaticum cuꝫ diabolo ⁊ angelis eius eterni ignis incendio participandum niſi ante vite catholice fuerit incorporatus ⁊ reintegratus eccleſie.Et paulopoſt. Omni homini qui catholice eccleſie non tenet vnitatem:neqꝫ baptiſmo:nec elemoſyna quātumcunqꝫ copioſa: nec mors pro chriſti nomine ſuſcepta poterit proficere ad ſalutem.extra de hereticis firmiſſime. Hinc ⁊ Gregori.in libro moraliuꝫ.Quia ex ſola catholica eccleſia veritas conſpicitur apud ſe eſſe locuꝫ dominus perhibet. De quo videatur. In petra Moyſes ponitur vt dei faciem contempletur.quia niſi quiſqꝫ fidei ſoli

Reprobat etiā tractatū cuiuſ.dā guilhelmi d̄ ſancto amore contra mendicantes.

De heresi huſſitaruꝫ in boemia. et eius inuētore.

ditatem tenuerit diuinam preſentiã nõ agnoſcit. Et infra. Aqua diluuij archam quidẽ ad ſublimiora ſuſtulit: oẽs aũt quos extra archã inuenit extinxit. xxiij. q. j. q2. Et certe valde mirũ eſt ⁊ in hoc apparet veritas fidei noſtre. quia tot innumere hereſes inſurrexerunt contra veritatem eius vt dimittam de perſecutionibus tyrannorum. Omnes ⁊ hereſes ⁊ perſecutiones defecerunt. ⁊ ipſa ſemper firma pmanet. Quid autem ſit hereſis ⁊ quomodo puniantur heretici. ⁊ de triplici infidelitate. ſcilicet paganorum: iudeorum: ⁊ hereticorum habes in ſecũda parte. tituli vltimi. Et de inquiſitoribus hereticorum ⁊ modo procedendi contra eos. habes in tertia parte. tituli. xviij. de predicatoribus et inquiſitoribus.

¶ De articulis ſeu cõcluſionibus. xiiij. in quibus communiter non tenetur Magiſter ſentẽtiarũ et Gratianus in decreto. Capl̃m. viij.

PRimus articulus quod charitas qua diligimus deũ ⁊ proximum ſit ſpiritusſanctus et non aliquis habitus creatus. diſtinctiõe. xvij. primi. Nec eſt ſua intentio ꝙ motus dilectionis quo deum diligimus ſit ſpiritusſanctus: ſʒ ꝙ iſte actus ſit a ſpiritu ſancto non mediãte aliquo habitu. ſicut ſunt alij actus virtuoſi. Et hoc propter excellentiam charitatis dixit ſanctus Tho. in prefata diſtinctio. primi ſententiarũ. Et in ſecunda ſecunde. q. xxiij. articu. ij. ⁊ in queſtionibus de virtutibus. q. ij. articu. j. eſt cõtra magiſtrum ſententiarũ. Et allegat bea. Auguſti. iij. de doctrina chriſtiana dicentem. Charitatẽ dico motum animi ad fruendum deo. Sʒ motus animi inquit doc. ſanctus eſt quid creatũ. ergo charitas eſt creatura. Item ſequeretur ꝙ actus charitatis non ſit actus volũtatis. quod eſt impoſſibile eo ꝙ manifeſtam implicat contradictionem. Nam amor de ſui poſitione importat ꝙ ſit actus voluntatis. Quod autem ſequatur hmõi actuũ non eſſe voluntatis. patet qm̃ ſi ſpiritusſanctus moueat humanã mẽtem motu charitatis: ita ꝙ ſit mota. ⁊ nullo modo principiũ huiuſmodi actus eſſet quid violentum cum principium ſit extra. ergo non eẽt voluntarium. Item ſi aliquis diceret ꝙ voluntas concurreret vt inſtrumentum ad hunc actum. ſequeretur ꝙ non ſit meritorius iſte actꝰ. eo ꝙ inſtrumentũ eſt illud in quo eſt agere vel non agere. cum in eo non ſit principiũ actiuũ. Item ſequeretur ꝙ in infãtibus dormientibus nõ eſſet charitas eo ꝙ non habent motũ dilectionis. Item hoc eſſet ad detrimentum ⁊ nõ ad excellentiam charitatis. qm̃ ſequeretur ꝙ habẽs charitatem non eſſet promptus ad operandũ: ſiue cum delectatione. eo ꝙ in voluntate non eſſet forma ſeu virtus. ⁊ tamen hoc in charitatis actu deberet eſſe: quia eſt radix merendi.

¶ Secundus ꝙ termini numerales vt trinus ⁊ vnus ⁊ huiuſmodi: non dicunt poſitionem ſed priuationem tm̃. diſtinctio. xxiiij. quod intelligit ſic. Cũ dicitur. Deus eſt vnus. nihil ponit: ſed priuat multitudinem deorum. Similiter cum dicitur. perſone ſunt tres. excluditur ſingularitas atqʒ ſolitudo. Sanctus Thomas prima parte. q. xxx. ar. iij. dicit ꝙ hoc prouenit ex eo q2 cum multipliciter dicatur vnum vno modo magiſter accipit. Nam vnum poteſt accipi prout eſt principium numeri ex continui diuiſione cauſati. ⁊ ſic eſt accidẽs. ⁊ non predicatur de eo niſi metaphorice ſicut alie proprietates corporalium. Et poteſt accipi tranſcendẽter. Et ſic vere de deo predicatur ſignificans illam rem de qua predicatur addendo negationem: quia vnum ſignificat rem indiuiſam. vt cum dicitur perſona eſt vna. vnam ſignificat ꝑſonam indiuiſam. ⁊ ſimiliter de alijs dicatur.

¶ Tertius eſt equalitas ⁊ ſimilitudo nihil ponunt ſed priuant: ſicut termini numerales. di. xxxj. Quod intelligit. quia cum dicitur. pater eſt equalis filio. i. non maior nec minor. Eodeʒ modo pater eſt ſimilis filio. i. nec diuerſus nec alienus. Sanctus Tho. prima parte. q. xlij. ar. j. dicit. ꝙ filius equalis eſt patri in magnitudine perfectionis. non autem mobilis ita ꝙ poſitiue predicatur. Similitudo etiãʒ poſitiue predicatur. Nam vnum in quãtitate cauſat equale: ⁊ vnum in qualitate cauſat ſimile. ſicut vnũ in ſubſtantia cauſat idem. vnde ſicut in deo eſt quãtitas perfectionis. ita eſt ibi equalitas. Et idem de ſimilitudine dicatur: qm̃ ibi nõ eſt qualitas que eſt accidens ſed perfectio dei ſiue diuina ſcḋm quam diuine perſone dicuntur ſimiles. ¶ Quartus articulus ꝙ premium in angelis preceſſit merita. diſtin. v. in. ij. ſenten. Sanctus Tho. ibideʒ. ⁊. j. parte. q. lxij. articulo. iiij. dicit ꝙ ſoli deo beatitudo perfecta eſt naturalis. cuilibet autem creature non eſt naturalis ſʒ vltimus finis. Quelibet autem res per ſuã operationem ad vltimum finẽ pertingit que quidem operatio in finem ducens. vel eſt factiua finis quando finis non excedit virtutem eius quod operatur propter finem ſicut medicatio eſt factiua ſanitatis vel eſt meritoria finis: quãdo finis excedit virtutem operantis ſicut ẽ beatitudo. Unde angeli poſt primum actum charitatis quo beatitudinẽ meruerunt ſtatim beati fuerunt. ¶ Quintus ꝙ nihil de cibis trãſit in veritatem humane nature. diſtin. xxx. in co. ij. ſen. Sanctus Tho. prima parte. q. vlti. ar. penul. dicit ꝙ eiuſdem rationis eſt ꝙ aliqua for-

ma poſſit fieri in aliqua materia ⁊ poſſit ꝓpriā
materiā deſerere: quia omnia generabilia ſūt
corruptibilia ⁊ econuerſo. Manifeſtum eſt au-
tem ꝙ anima humana poteſt deſerere propriā
materiam.ergo poteſt fieri in alia materia. Itē
multiplicatio materie vel eſt ſm quantitatē tm̄
vel in rarefactione.vel ſm ſubiectuʒ materie.
⁊ hoc vel per creationem.vel per conuerſionē.
Non per creationem q: ſm bea. Grego.omia
ſunt ſimul creata ſm materiam.ergo per con-
uerſionem alimenti in veritatem humani cor-
poris. Unde phs dicit ꝙ alimentum nutrit in-
quātum eſt potentia caro. ¶ Sextus ꝙ ſemen
eſt de ſubſtantia patris. di.c.ſ.xxx.in codeʒ.ij.
ſen. Sanctus Tho.prima parte.q.vi.arti. vlti.
dicit.ꝙ cōmune habet ſe ad determinatum vt
imperfectum ad perfectum. Alimentum autē
primo accipit quandam virtutem cōmuneʒ re
ſpectu omnium partium corporis.⁊ in fine de
terminatur ad hanc vel illam. Unde ſi retine-
ret naturam eius a quo reſoluitur:tunc iaʒ eēt
recedens a natura generantis.q: in via corru-
ptionis exiſtens.⁊ ſic non haberet virtuteʒ cō-
uertendi aliud in ſimilem naturā.ſi vero reti-
neret virtutem eius a quo reſoluitur.tunc cuʒ
eſſet ꝯtractum ad determinatam partem agen-
tis:non eſſet mouens ad naturam totius gene
randi:ſed partis.⁊ ſic non generaret comple-
tum in natura ſed imperfectuʒ. ¶ Septimus
articulus ꝙ anima humana ſeparata a corpo-
re ſit perſona diſtin.v.iij.ſentē. Sanctus Tho.
ibideʒ dicit ꝙ hoc conſonat opinioni platonis
qui poſuit ꝙ homo non eſt aliquid conſtitutuʒ
ex anima ⁊ corpore:ſʒ eſt anima corpore indu-
ta. Sed hec opinio ſtare nō poteſt.q: ſic anima
corpori accidentaliter adueniret.⁊ ex eis nō fie
ret vnum per ſe. Unde hoc nomē hō de cuius
intellectu eſt anima ⁊ corpus:non ſignificaret
vnum per ſe ſed per accidens. Et ſic non eēt in
genere ſubſtātie. ¶ Octauus articulus ꝙ xp̄s
in triduo quo anima a corpe fuit ſeparata fuit
hō.di.xxij.eiuſdē tertij. Sanctus Tho.iij.pte.
q.vlti.ar.iiij.dicit ꝙ mors ꝓuenit ex ſepatione
aie a corpore. Cū igit̄ aia xp̄i a corpore fuerit ſe
parata.igit̄ xp̄s mortuus fuit.ergo nō fuit hō
ſed hō mortuus. Magiſter ſniaꝝ aūt credidit
ꝙ ſiue ſint coniuncta aīa ⁊ corpus ſiue nō.aliđ
eſt homo qđ eſt falſuʒ.q: vt dicit bea. Tho.j.p.
q.lxxv.ar.iiij. Illud eſt hō qđ operationes ho-
minis operat̄. Cū igitur ſentire ſit operatio ho
minis:⁊ in triduo nō fuit ſentire.igit̄ non fuit
hō in illo triduo. ¶ Nonus articulus ꝙ ſacra
veteris legis nullo mō iuſtificabant: etiam ex
charitate facta.di.j.iiij.ſen. Sanctus Tho.ibi-
dem dicit. Abſurdum eſt ꝙ labores ſanctoꝝ in
hmōi ſacris deo accepti nō fuerint.⁊ ꝙ opus

virtutis poſſit eſſe non meritoriū.⁊ iō tenetur
coiter ꝙ vſus eorum meritorius eſſe potuerit ſi
ex charitate factum fuiſſet. Aliqui tn̄ excuſant
magr̄m dicētes ꝙ intellexerit de opere opato:
lʒ operatio ex charitate facta meritoria eſſet.
¶ Decimus articul⁹ ꝙ baptizati baptiſmo Jo
annis non ponētes ibi ſpē nō rebaptizabātur.
di.ij.eiuſdem. Sanctus Tho.ibidē dicit ꝙ opi
nio magr̄i videtur fuiſſe ꝙ qui referebāt Joā-
nis baptiſmū ad xp̄ʒ ex gr̄a xp̄i ⁊ baptiſmo Jo
annis fiebat q̄ſi vnuʒ qđ.⁊ ideo nō indigebāt
niſi manuuʒ impoſitione ad ſuſceptioneʒ ſpūſ
ſancti. Sʒ q: ſacramēta noue legis ex ope ope-
rato efficaciaʒ habent. Jō videt̄ ꝙ ſpes ⁊ fides
illius qui baptiſmum ſuſcipit: nihil faciat ad
ſacr̄m:quāuis poſſit facere ad rem ſacramenti
impediēdam vel ꝓmouendam. Unde neceſſe
erat baptiſmo xp̄i baptizari.maxime q: in Joā
nis baptiſmo forma debita baptiſmi non erat.
vnde oportebat iterari:q: hoc eſt generale in
omnibus ſacramētis:cuʒ deficit aliquid qđ eſt
de ſubſtātia ſacr̄i. Et ꝯfirmatur dicto beati Au
gu.ſup Joānez.omel.v.dicentis. Qui baptiza
ti ſunt baptiſmo Joānis nō eis ſufficit. ¶ Un-
decimus articulus ꝙ deus potuit cōferre potē
tiam creandi creature.diſtin.v.eiuſdē. Sanct⁹
Tho.ibidē dicit ꝙ potētia creandi creature cō
municari non pōt.q: ipſam traheret vltra ſuaʒ
ſpeciem. Nam cuʒ creatio ſit opus infinite po-
tentie:creature cōmunicari non pōt cuʒ ipſa ſit
finita. Item creatori debetur latria:ſed hoc nō
poteſt creature communicari.ergo nec creare.
¶ Duodecimus articulus ꝙ heretici preſciti ⁊
ſciſmatici ſuſpenſi et degradati: cōſecrare non
poſſunt.diſtin.xiij. Sanctus Tho.ibidē. ⁊.iij.
parte.q.lxxxij.arti.vij.dicit.ꝙ omne illđ quod
per ꝯſecrationem datur:eſt perpetuum. Ideo
ſicut baptiſmus qui per ꝯſecrationem dat̄ nun
quam amittit̄ quantūcunqʒ aliquis in hereſim
labatur vel in ſciſma excōmunicationē.ita nec
ſacerdotalis ordo aliquo modo amitti poteſt.
vt beatus Auguſti.dicit ad permenianum. et
q: ptās ꝯſecrādi ordinē ſacerdotaleʒ ꝯſequit̄.
Jō heretici ⁊ ceteri q in articulo ponunt̄ conſe
crant.q̄uis ad ſuā ꝑniciē dūmō ſeruet̄ debita
forma ⁊ materia. ¶ Tredecimus articulus ꝙ
marit⁹ alicuius ſpōſe ꝑ ꝯſenſuʒ de p̄ńti:quā tn̄
nō cognouiſſet:bigamus vocat̄:⁊ ad ſacros or
dines ꝓmoueri nō pōt.di.xxvij. Sanct⁹ Tho.
ibidē dicit ꝙ bigamia cauſat irregularitatē in
quātū tollit pfectam ſignificationē mr̄imonij:
que ꝯſiſtit in ꝯiunctione ⁊ aioꝝ q̄ ſit per ꝯſen-
ſum ⁊ in ꝯiunctione corpoꝝ.⁊ iō rōne vtriuſqʒ
opʒ eſſe bigamiam que irregularitatem facit.
vnde per decretalem Innocētij abrogat̄ ei qđ
dicit magiſter in lr̄a.videlʒ ꝙ ſolus conſenſus

per verba de preſenti ſufficiat ad irregularitatem inducendã. ¶ Decimuſquart' articulus ꝙ cognoſcens ſpõſe legitime ſororẽ poſtremo nõ põt vxori debitũ reddẽ. diſt. xxxiiij. Sctũs Tho. ibidẽ dicit ꝙ vxor nõ dꝫ puniri pctõ viri. ergo vir tenet reddere debitũ vxori petẽti. Sꝫ magis ſaluatur qꝛ intendit reddere debitum. i. carnalem copulã qua priuat' eſt quantũ eſt ex pte ſui: ꝗuis vxori ius ſuũ remaneat ꝛc.

¶ In decretis que- .§. i.

dam ponit Gratianus auctor libri que nõ tenẽtur. quedem alia a cõcilijs vel ſummis pontificib' edita que ſunt reuocata ſeu imutata p̱ conſuetudinem gñalem ꝯriam ꝛ abrogata. Naꝫ ꝙ aliqua ſint abrogata p̱ ꝯriam conſuetudinem. patꝫ exemplum de ieiunio quadrageſime qđ a clericis deberet inchoari immediate poſt ſexageſimã vt fuit ſtatutũ a p̄ſib': vt habetur diſt. iiij. ſtatuim'. cum duobus. c. ſequentib'. Et tñ ꝯrium ſeruatur: quia cõiter clerici ſeculares inchoant quadrageſimam qñ ꝛ laici. nec in hoc dicuntur peccare: vt aſſeritur diſt. ea. §. vlti. Dies rogationum añ aſcenſionem erant in precepto quoad ceſſationem ab opibus. vt pꝫ de conſe. diſt. iij. pnunciandum. Et quoad ieiunium: vt hꝫ diſt. e. c. rogationes. Licet glo. dicat ibi eſſe exhortationem cõſilij non preceptum. Sed conſuetudo eſt in ꝯrium quoad ceſſationeꝫ ab opibus ꝛ ieiunium. Nec per hoc dicunt doctores hoĩes peccare. Idem de hebdomada ſctã ꝛ hebdomada paſche que erãt in p̄cepto quoad ceſſationem ab operib'. vt patet de conſe. diſt. iij. pnunciandum. Sꝫ conſuetudo eſt in cõtrarium: nec inducunt homines eſſe tranſgreſſores. Idem diſt. lxxiij. agitur de lris dimiſſorijs que dabant ab epĩs clericis ſuis qui ad aliam dyoceſim tranſire volebant ad officiandum. ꝛ hoc ſub certa forma cuꝫ litteris grecis que ibi ponit. Sꝫ dicit glo. ꝙ hoc abijt in diſſuetudinẽ ꝛ ideo illa diſtinctio legitur raro in ſcholis. Tñ ꝗuis forma illa nõ ſeruetur: ſeruandũ tamẽ eſt illud quod traditur diſt. lxxij. ſ. ꝙ clericus alterius dyoceſis non recipiatur ad officianduꝫ in alia dyoceſi ſine litteris dimiſſorijs ſui epĩ: que teſtimoniũ reddunt de eius ordinatiõe ꝛ conuerſatiõe ꝛ licentia ꝛ qꝛ iſtud male obſeruatur ꝛ non ſine pctõ: ideo multa incõuenientia ſequuntur vt indiſtincte ſcelerati fugientes iudiceꝫ ſuum admittant ad officia. qꝛ nõ cognoſcunt. ¶ Item. xxij. q. v. honeſtum habet ꝙ iuramentũ in iudicio fiat a ieiunis. Et in. c. decreuit. dicitur ꝙ in q̃drageſima: in aduẽtu: i diebus diuinis nõ exigant vel exhibeantur iuramenta. ſ. ſolẽnia. vt i iudicio ꝛ hmõi Et vtrũqꝫ eſt abrogatũ p̱ ꝯtrariã conſuetudinẽ: vt etiã dicit glo. ibi.

¶ Multa etiaꝫ edi- .§. ij.

ta antiquo iure ibi notata ſunt immutata. Nã vt dicitur di. lxij. §. penul. Sicut electio ſummi pontificis non a cardinalibus tantum ſed etiam ab alijs religioſis clericis eſt faciẽda auctoritate Nicolai pape. quod habetur di. xxiij. in nomine. Ita epiſcoporum electio non a canonicis tantum ſcilicet maioris eccleſie: ſed ẽt ab alijs religioſis clericis eſt facienda ſm ordinationem Innocentij factam in concilio rome que habetur di. lxij. c. obeuntibus. Sꝫ electio pape hodie ſolum fit per cardinales: vt patet de electio. per totum ꝛ. c. vbi periculum. Electio epiſcoporum ſm iura communia fiebat a canonicis cathedralium eccleſiarum: ꝛ confirmabatur a metropolitanis. Sed hodie ſummi pontifices reſeruant ſibi prouiſionem ꝛ collationem omnium dignitatum: ſcꝫ patriarchalium: metropolitanorum: epiſcoporum: abbatum: prepoſiturarum ꝛ plebanatuum ſeu prioratuum eccleſiarum collegiatarum. Et capitula in his non habent ſe intromittere. Item di. lxxvij. ꝛ di. lxxviij. per totum habetur de etate ordinandorum: ſcꝫ ꝙ ad ſubdiaconatum non debeat quis ordinari ante. xx. annum, ad diaconatum in. xxv. ꝛ non ante. ad preſbyteratuꝫ in. xxx. Ibi etiam habetur de certis interſtitijs ſeruandis inter ordinem ꝛ ordinem. Sed per cle. de eta. ꝛ quali. ordi. immutatum hoc eſt et determinatum ꝙ ſubdiaconus in. xviij. anno etatis ſue. diaconus in. xx. ſacerdos in. xxv. anno inchoato. ſ. anno. etſi non completo valeant ordinari: ꝛ non ante ſine diſpenſatione pape. Nec interſtitia illa oportet ſeruari: ſed ſi legitima etas exiſtit ad omnes ordines infra annum poterit promoueri: immo infra vnã quadrageſimam. vt ſcꝫ in prima dominica eius recipiat omnes ordines minores. in ſequẽti ſabbato ſubdiaconatum in ſabbato ante dominicã de paſſione diaconatum. in ſabbato ſancto ſacerdotium dummodo. aĩs ſit idoneus. Iteꝫ in cauſa. xxxv. que ponunt in. q. ij. iij. iiij. ꝛ. v. quoad gradus conſanguinitatis ꝛ affinitatis prohibitos ad contrahendum matrimonium ſcꝫ ſex gradus correcta ſunt: ꝛ immutata per decre. Greg. ix. que habetur extra de conſangui. ꝛ affi. i. non debet: vt dicit glo. vbi diminuũtur duo gradus ex illis ſex: quia difficile erat ꝛ menti retinere tot gradus. vñ multi ex ignorantia contrahebant in gradibus prohibitis. Et prohibitio ibi determinatur ꝛ declaratur vſqꝫ ad quartum gradum conſanguinitatis ꝛ affinitatis incluſiue in quibus non poteſt contrahi abſqꝫ ſedis apoſtolice diſpenſatione. Et in tertio ꝛ quarto frequenter ex cauſa rõnabili

diſpenſatur. In vlterioribus gradibus vltra
quartum poteſt de iure cõmuni cõtrahi nunc.
¶ Item.ij.q.iiij.c.ſepe contingit. vbi dicit ꝙ
cum furtum reperitur factum in monaſterio &
ignoratur auctor: dʒ fieri talis purgatio: vt ab/
bate vel alio ex monachis celebrãte miſſaʒ: om
nibus detur communio ſub hac obteſtatione.
Corpus dñi ſit tibi ad probationem hodie. Di
cit glo. & bene: ꝙ iſtud ſtatutum eſt abrogatuʒ:
qʒ indebite fieret. Cuʒ qua cõcordat bea. Tho.
in.iiij. ¶ Item quod dicitur de cõſe. diſt.j. Sa
cramenta.ſ.altaris nõ debent niſi a ieiunis ce/
lebrari.ideſt confici.excepto die cene domini.
Dicit glo. & bene: ꝙ illi exceptioni eſt deroga//
tum per conſuetudinem cõtrariam. Et per.c.li
quido.de cõſecra. diſt.ij. vbi indiſtincte & ſine
exceptione diei illius dicitur ꝙ debet ſumi a ie
iunis & confici. Infirmus tamẽ grauiter etiam
nõ ieiunus ſumere poteſt in periculo. Itẽ que
habẽtur de ſacramẽto eucharistie: de cõſecra.
diſt.ij. que videntur eſſe ex modo loquẽdi ſub
precepto.ſcilʒ ꝙ in cena domini omnes debẽt
cõmunioneʒ accipere: vt in.c.in cena. & ꝙ oẽs
debẽt ter in anno cõmunicare.ſ.natiuitate: re/
ſurrectione: & penthecoſte. vt in.c.ſeculares. et
in alijs tribus.c. Intelligenda ſunt nũc eſſe in
cõſilio.excepto feſto dominice reſurrectionis.
quia hoc ſolum nũc eſt in precepto ex decretali
omnis vtriuſqʒ ſexus. extra de pe. & re. quod ẽt
in.c.triforme dicitur.ſ.de vna parte ex tribus
hoſtie conſecrate ꝙ reſeruatur in fine miſſe ho
die nõ ſeruatur: ſed ſimul & due ſicce ſumunt.
Et quod in.c.tribus gradibus dicitur de ieiu/
nio ſeruando per alias horas.ſ.poſt ſumptum
ſacramẽtum etiam nõ ſeruatur: ſed paulopoſt
poteſt comedi ſm bea. Thom. in.iiij. ¶ Quod
in.c.omnis dicitur.ſ.ꝙ accedens ad cõmunio
nem per prius debet abſtinere ab actu coniu/
gali per tres quatuor vel qnqʒ dies. Dicit glo.
hoc eſſe de cõſilio: & ſic eſt debitum honeſtatis
non neceſſitatis precepti.

¶ Gratianus quo/ .§.iij.

qʒ monachus auctor ſeu cõpilator libri ipſius
aliqua ponit in.§.in quibus ipſe ex ſuo ſenſu lo
quitur: que tñ non tenẽtur. videlicet in diſtin.
xiij.§.j. dicit ꝙ cum quis vrget inter duo ma/
la licitum eſt minus eligere. vñ videtur ꝙ ali/
quis põt eſſe perplexus inter duo peccata: ita
ꝙ neceſſe ſit alterũ cõmittere. Sʒ hoc eſt falſuʒ
vt probat ibi glo. ſumma. & bene & diffuſe. Cui
concordat beatus Tho. vt enim ait Hiero. Ne/
qʒ ad virtutes neqʒ ad vitia neceſſitate trahi//
mur. de peni. diſt.ij. Si enim inquit & bea. Au/
gu. nemo peccat in eo quod vitare non poteſt.
Secundum ergo rei veritatem nullus põt eſſe
perplexus inter duo peccata: ſed bene ſm erro
neam cõſcientiam ſuam quam deponere dʒ et
poteſt. ſed ipſa permanẽte datur doctrina ꝙ eli
gat quod minus ſibi videt e duobus. Et ſic in/
telligenda ſunt capitula duo. & ca. nerui. ¶ In
diſt. xcv. §. ſed illud. poſt.c. preſbyteros: dic ꝙ
forte neceſſitate vrgente in abſentia epõrũ vbi
eſt cõſuetudo preſbyteri poſſunt chriſmare in
fronte. Sed hoc nõ eſt verum quãtacũqʒ neceſ
ſitate & cõſuetudo in hoc que potius eſt corru/
ptela nil facit. vt de cõſue. quanto. Sic tʒ bea.
Tho. in. iiij. & alij theologi. quod etiam firmat
glo. Nec epiſcopus poteſt in hoc diſpenſare.
Quidam etiam dixerunt ꝙ nec papa: vt ponit
in dicta glo. Sed ſm beatũ Tho. & alios theo/
logos poteſt vtiqʒ quod probatur ex facto Gre
gorij: qui aliquãdo in hoc diſpenſauit. vt patet
di. ca. peruenit. Et hoc ſentit pma opinio glo.
¶ In ſecunda cauſa. q.j.§. in manifeſtis. dicit
ꝙ in notorijs que ibi manifeſta vocat: non re/
quiritur ordo iudiciarius. quod nõ eſt ſimpli/
citer veruʒ. & diminute loquit. vnde & glo. ſup
c. manifeſta. notanter ponit triplex notorium.
ſcilʒ facti: iuris: & preſumptionis. & que & qua/
lis in eis requiratur probatio. Naʒ in notorio Triplex
facti non ſolum interpolati & actu tranſeuntis: notori/
ſed etiã permanẽtis. qȝ eſt permaxime notoriũ um.
facti. qȝ ſcilʒ nouit maior pars ppli ſeu vicinie
vbi moratur. vt cum tenet ɔcubinam publice.
vt dicit glo. ſuper.§. qñ. q.e. Si reus negat eẽ
notorium crimen ſuum requirit aliquis ordo
iudiciarius. vt ſcilʒ ꝓbetur ſaltem per duos te/
ſtes illud eſſe notorium: & opʒ vt citetur: & ſnia
tanquã cõtra notorium detur. Quod etiam di
cit Gratianus in dicto.§. quãdo. ꝙ talis noto/
rius peccator probatus poſt ſecũdam & tertiaʒ
correctinoem.i. admonitionem ſi incorrigibi/
lis inuenitur eſt damnãdus per ſniam. non te/
netur. quia in huiuſmodi notorijs non requi/
ritur admonitio precedens. ¶ Item in. xj. cã.
q.iij.§. euidenter. itaqʒ poſt.c. ad menſam. di/
cit ꝙ inijciens manus violentas in perſonam
eccleſiaſticam incurrit anathema. ſm illõ. xvij.
q.iiij. ſiquis ſuadente. exponens anathema.i.
ſeparationem a ſacramẽtis & ingreſſu eccleſie:
non autem a cõmunione fidelium. ſed vt dicit
ibi glo. & bene: hoc non tenet eccleſia. Nam cõ
tra eum eſt extra de appella. peruenit. Eſt eniʒ
ſeparatus etiam a communione fidelium. Jo.
ſa. volens eum corrigere dicit talem eſſe excõ/
municatum. ſed non vitandum antequam de
nuncietur. quod eſt falſum: & contra eum eſt ex
preſſe de ſenten. excõmu. cum non ab homie.
¶ Item in eadem cauſa & queſtione in.§. cum
ergo ſententia. poſt.c. non ſolus reus. exponit
illud Grego. Sententia paſtoris ſiue iuſta ſiue

iniuſta timenda eſt: appellans ſniam iuſtaȝ cuȝ
eſt in hoie vere illud crimen pro quo excōmu/
nicatur. Iniuſtam cum non eſt crimen illud: ſȝ
aliud. puta excōmunicatur pro furto quis: qui
tn̄ furtum non cōmiſit: ſed adulterium. Et hic
etſi iniuſtam dicit timendam ⁊ ſeruandam. ſȝ
ſi nō eſt in eo aliqđ criminale videtur velle di/
cere q tunc non hȝ timere vel ſeruare. Sed vt
dicit glo. male intellexit verba Grego. decept⁹
ex eo q ſubintulit Grego. Ne cum iniuſte for
ſitan ligatur ipſam obligationis ſue ſniam ex
alia culpa mereatur. Sed vocat Grego. aliam
culpam ipſum ɔtēptuȝ ſnie cum ſciȝ non ſer/
uat eam: q: iniuſte ligatus eſt: cum nō cōmiſe/
rit illum exceſſum propter queȝ excōmunicat.
Quantūcūqȝ igitur ſit iniuſta niſi ſit lata poſt
appellationem vel contineat intolerabilē erro
rem. lata a ſuo iudice ligat ⁊ ſeruāda eſt. ¶ In
cā. xy. q. j. vbi queritur vtrum liceat clericis ha
bere propria bona arguens pro ⁊ cōtra: multa
inducit. Demuȝ ſoluit in. §. cū ergo. poſt. c. pre
cipimus. per diſtinctionē videlȝ q clericis ori
entalibus quibus licet vti matrimonio: ⁊ occi/
dentalibus qui ante ordinationem ſuam legi/
time habuerunt vxorē ⁊ filios licet habere pro
prium: ad ſui ⁊ familie ſue ſuſtentationē. Alijs
aūt qui a pueritia fuerunt in clericatu non licȝ.
Sed vt dicit glo. iſtud non eſt verum. Naȝ cle
ricis omnibus licet habere propriū: niſi renū/
ciauerint proprijs. vt religioſi: vel voto ſe ad h
aſtrinxerint. vel tēpore pmitiue eccleſie. Et de
his intelligenda ſunt illa cap. que de hoc vidē
tur dicere. Hec in glo. ſummaria in pncipio q/
ſtionis. cui cōcordat. be. Tho. ¶ Item in. iij.
q. j. querens vtrum clericis liceat in iudicio re/
petere ſua. Rn̄. poſt argumēta dupliciter. vide
licet q clericis etiam perfectis licet in iudicio
contendere. non pro lucro captādo: ſed pro dā
no euitando. Item qđ etſi non pro ſuis rebus:
tn̄ pro cōmunibus eccleſiarum ſuarum licet ſta
re in iudicio pro eis defendendis. Sed imper
fecta eſt iſta ſolutio: ⁊ glo. ſummaria melius et
perfectius rn̄det. Dicit enim q oēs clerici qui
habent propriū vel habere poſſunt: poſſunt li/
cite ſua repetere in iudicio. Si non habēt pro/
prium vt religioſi: poſſunt petere bona eccleſia
rum ſuaruȝ ſeu monaſteriorū ſi ſunt prelati de
mandato ſuorum ſuperiorū poſſunt repetere.
vt. xvj. q. j. monachi. Omnes etiam clerici poſ
ſunt agere in iudicio per miſerabilib⁹ pſonis
de mandato ſuperioris. xvj. q. j. peruenit. Nec
hoc derogat perfectioni ſtatus religioſorū quā
uis magis deceat per alios litigare. ſcilicet lai/
De pre- cos. ¶ In cauſa. xvj. q. iij. §. poſt etiam aliter.
ſcriptio- poſt. c. dilectio. dicit q ſufficit ad preſcribendū
ne. q ab initio habuerit bonam fideȝ cū cepit poſ/
ſidere rem alienam. etſi medio tempore habue
rit conſcientiā rei aliene: tamē preſcribit. ſed li
cet hoc ſit ſȝ iura ciuilia: tamē vt dicit ibi glo.
hoc non tenet ſm ius canonicū: cui in hoc eſt
ſtandum. Oportet enim q non ſolum ab ini
tio: ſȝ per omne tempus quo currit preſcriptio
habeat bonam fidem. i. credat ſe iuſte poſſide/
re. vt de reg. iur. poſſeſſor. lib. vj. ¶ In cā. xxij. De iu-
q. iiij. §. viri. dicit q habens votum caſtitatis ſi ramēto
iurat aliquam ducere in vxorem iuramentum illicito
hoc illicitum eſt ⁊ pernicioſum: q: contra vo/ an ſit ſer-
tum. ⁊ hoc eſt verum. Et ſubdit q ſeruare hoc uandū
iuramentum non phibetur: ſed penitētia ſibi vel nō.
de violatione voti eſt iniungenda. quod dicit
magiſter eſt verum cōſummato matrimonio:
quia illam dimittere non poteſt. ⁊ hoc non ob/
ligatione iuramenti: ſed maiori vinculo ſacra/
menti. Sed ſi non conſummauerit matrimoni
um prohibetur ſeruare illud iuramentum: alr̄
peccat mortaliter. Maius enim ⁊ prius vnde
⁊ obligatus eſt vinculum voti qȝ illius iuramē
ti. ⁊ ideo ad primuȝ tenetur. Ibi etiā ſubdit q
ſi quis iurat ſe non facturum clericum vel reli/
gioſum: q non prohibetur illud iuramentum
ſeruare: q: non adimitur per hoc ſalus anime
nec corporis. Nam ⁊ laici in ſuo ſtatu poſſunt
ſaluari. Sed ſm bea. Tho. hoc iurando graui/
ter peccat: q: ponit obicem ſpiritui ſancto. Nā
etſi in ſeculo poſſit ſaluari melius tamen ⁊ per
fectius in clero vel religione. Dicitur autem iu
ramentum illicitum non ſolum cuȝ adimitur
ſalus anime vel corporis: ſed etiam cum dimi/
nuitur ſalus alterius eorum vel profectus ani/
me impeditur per obſeruationem iuramēti ta
lis. ſicut ſi quis iurauit non dare alicui panem
neceſſarium ad ſuſtentationem: vt illicitū pro/
hiberetur illud obſeruare: ſed etiam ſi iuraret
ei companaticum quo melius ſuſtentaretur vt
illicitum eſſet prohibenduȝ obſeruare. Et mul De eo
to magis eſt illicitum cum iurat illud non facu q cogit
rum: quod magis ſaluti anime proficit. ¶ In aliqueȝ
cauſa eadem. q. v. §. j. dicit q qui cogit aliqueȝ ad iurā
ad iurandum falſum. i. exigit ab eo iuramētū: duȝ fal-
peccat mortaliter ſicut periurans. quod ⁊ glo. ſum.
affirmat. Sed hoc intelligendum eſt quādo il/
le ſcit ſeu veriſimiliter credit q iurabit falſuȝ:
vt declarat beatus Aug. in. c. ille q. q. e. Nā alr̄
ſi quis exigit ab aliquo iuramentum vel per ſe
vel per iudicem in iudicio pro veritate inueni
enda neſciens ſi ille falſum iurabit: non vide/
tur arguendus de mortali. Et multo magis iu Quid
dex exigens iuramentum ſm formam iuris ſit lapſo
vel ad requiſitionem partis: cum debet nō pec in vete
cat: etſi ſciat illum falſum iurare ſm bea. Tho. rem he
¶ In. xxiiij. q. j. §. ſi autem. poſt capitu. audiui reſim.
mus. videtur dicere q lapſus in veterem here

ſm excommunicatus eſt.vnde ⁊ ſuſpenſus ab
executione ordinis ⁊ iuriſdictiõis.⁊ alios excõ/
municare non valet.Sed nouam hereſim con
fingens ex corde ſuo non eſt excommunicatꝰ.
Et cum tolleretur ab eccleſia:poteſt excommu
nicare ⁊ alias agere:cum ſcilicet eſt occultus.
Sed glo.dicit indiſtincte ꝙ ſiue veterez ſequa
tur ſiue nouam confingat eſt excommunicatꝰ:
⁊ alios excommunicare non valet.extra de he/
reticis ad abolendam. Ualent tamen alia que
facit dum toleratur ab eccleſia:quia ſcilicet oc/
cultus.Si tamen omnino eſſet occultus: quia
cum nemine exprimit errorem ſuum ſm Pe.
in.iiij.non videtur excommunicatus:quia ec/
cleſia non iudicat nec punit mere occulta.ſʒ cũ
ſe in aliquo manifeſtat ſuam hereſim etſi occul
tum ſit ita ꝙ probari in iudicio non poſſit:ta/
men excommunicatus eſt.Et ideʒ dicit glo.de
ſciſmaticis:niſi forte in ſummo pontifice:cum
duo crearentur ⁊ quilibet crederet ſe papam.
Hec glo.ſummaria.Ultima tamen eius pars
videtur intelligenda cum haberent iuſtã cau/
ſam credendi illud:⁊ rationes eſſent vehemẽ/
tes pro vtraqꝫ parte.vt accidit tempore ſciſma
tis inter Urbanum ⁊ Clementem. In dicto.§.
querẽs Gratianus vtrum lapſi poſt baptiſmuʒ
in crimen ⁊ penitentes valeant promoueri ad
ordines vel dignitates vel curam animarum.
Et iam promoti valeant poſt lapſum permane
re in ordinibus dignitatibus iam ſuſceptis et
ad alia promoueri.Arguit ad partes negati/
uam ⁊ affirmatiuam multum diffuſe.demum
dat duas ſolutiones per diſtinctionem.Haruʒ
prima eſt.ꝙ ſi vere penitent non ficte: poſſunt
promoueri et in ſuis dignitatibus permanere
⁊ ordines exequi ⁊ ad ſuperiores aſcendere.
Si ficte penitent:ita ſcilicet ꝙ non odium cri/
minis ſʒ timor vtilitatis ⁊ amiſſio proprij gra/
dus ⁊ ambitio excelſioris ad penitentiaʒ indu
cit.Et tales non debent promoueri vel manere
in ſuſceptis.Hec dicit in.§.quomodo igitur.
ante capitu.vt conſtitueretur.Aliam ſolutionẽ
ponit in.§.poſſunt.⁊ aliter.ante capitu.ſacer/
dotes.ſcilicet peccata commiſſa aut ſunt occul
ta.⁊ propter talia non prohibentur promoue/
ri ⁊ permanere in ſuſceptis facta ſecreta peni/
tentia.Aut ſunt manifeſta ⁊ propter talia quia
ſcandalizant non poſſunt nec debent promoue
ri vel exequi in ſuſceptis.Sed vtraqꝫ ſolutio
eſt imperfecta ⁊ ſatis confuſa.nec ſimpliciter
vera.ſed cum additione poteſt ſaluari. Nam
quoad primam ſolutionem diſtinguendum:
quia aut crimina ſunt talia que inducunt irre/
gularitatem:⁊ talibus irretiti non poſſunt quã
tumcunqꝫ peniteant abſqꝫ diſpenſatione ordi/
nari vel beneficiari.vel vti ſuſceptis. Exemplũ

De lapſis pꝰ baptiſmum ⁊ penitẽtibꝰ an pmouẽdi ⁊c̃.

in enormibus vel in homicidio:vel mutilatiõ
ne:hereſi:ſciſmate:ſymonia in ordine ſuſce/
pto.dignitate ⁊ beneficio curato etiam occul/
tis.in quibus ſolus papa diſpenſat. Et in me/
diocribus criminibus cum ſunt notoria.vt in
adulterio:ſacrilegio:inceſtu.⁊ huiuſmodi in
quibus etiam aliquando epiſcopi diſpenſant.
Si autem crimina non inducant irregularita
tem poſſunt qui illa perpetrarunt ⁊ promoue/
ri ⁊ vti ſuſceptis ſine aliqua diſpenſatione.per
acta tamen penitentia interiori:ſi non ad per
niciem ſui.ſed ad ſalutem volunt ſacramentũ
ordinis accipere vel vti ſuſceptis.Sed cum vl
terius queritur.ſi per prelatos debet cum hu/
iuſmodi criminoſis qui indigent diſpenſatio/
ne diſpenſari.Tunc habere poteſt locum pri/
ma ſolutio Gratiani.ſcilicet ꝙ non debet:cum
apparet non vere ſed ficte penitere. quamuis
poſſit.Sed ſi vere tunc poteſt ⁊ congruit cum
eis miſericorditer diſpenſari ſm capi. ponde/
ret.⁊.c.domino ſancto.In homicidio ex mali/
cia non conſueuit diſpenſari.etſi poſſit. Quo/
ad aliam ſolutionem ſupplenduʒ eſt.quia ſi oc
culta talia ſint enormia.que vt dictum eſt indu
cunt irregularitatem.indigent huiuſmodi illa
queati diſpenſatione. Si nõ ſunt enormia per
penitentiam ſecretam purgata non impediũt.
Manifeſta vero ſeu notoria ſi ſint enormia vl'
etiam mediocria vt adulterium: ſacrilegium:
ſodomiticum.⁊ huiuſmodi.indigent qui ea
perpetrarunt diſpenſatione. Si non ſunt no/
toria.ſcilicet per confeſſionem in iudicio vel
conuictionem:vel euidentiam facti que nulla
poſſit tergiuerſatione celari. quamuis a mul/
tis ſciantur non indigent talia diſpenſatione:
ſed penitẽtia priuata purgantur. Predicta ſa/
tis elici poſſunt ex gloſa ſummaria.diſtictio.l.
capitu.j.Ubi ponuntur multe circa materiam
opiniones varie.¶ In diſtinctio.j.de peniten
tia querens vtrum peccata commiſſa ſola cor/
dis contritione ⁊ ſecreta ſatiſfactione abſqꝫ ſa/
cramentali confeſſione:cuʒ adeſt facultas poſ/
ſint peccata deleri:vel ſit neceſſaria ipſa confeſ
ſio.Arguit ⁊ pro ⁊ contra valde diffuſe.Demũ
in vltimo.§.non determinat:ſed relinquit iu/
dicio lectoris:quam ſequatur opinionem.Di/
cit tamen glo.ſummaria ꝙ Gratianus quam/
uis non determinet videtur tamen declinare
ad hoc ꝙ ſit neceſſaria confeſſio ad remiſſio/
nem peccatorum ſi adeſt facultas ad quod fa/
cit capitul'.vltimum.Eandem queſtioneʒ mo/
uet Magiſter ſententiarum in quarto.Et ſi/
mili modo indeterminatam relinquit. Sed
Beatus Thomas in.iiij.ibi in expone littere
dicit ꝙ tunc temporis potuit vtraqꝫ opinio
ſine preiudicio eterne ſalutis teneri.ſcilicet

De ↄtritiõe an ſola cõtritione pctã abſqꝫ ↄfeſſiõe ⁊c̃.

ꝙ confeſſio eſſet neceſſaria vel nõ. Sed poſtq̃
ꝑ innocentiũ tertium eccleſia determinauit. ⁊
precepit omnibus peruenientibus ad vſuʒ rõ
nis. vt ſaltem ſemel in anno debeant ꝓprio ſa/
cerdoti confiteri: tenere pertinaciter ꝙ non ſit
neceſſaria confeſſio vocalis que ſit ſacerdoti: eſ
ſet hereticum ⁊ contra claues eccleſie. Uerũ eſt.
ꝙ ꝑ ſolam contritionem que ſine propoſito cõ/
feſſionis ⁊ ſatiſfactionis nulla eſſet. que contri
tio cauſatur ex gr̃a dei peccata remittunt. Sed
habita etiam remiſſione quod tamẽ nullus po
teſt ſcire per ſe adhuc tenetur ad confeſſionem
tempore cõgruo. Quod ſi non faceret tempore
debito habita opportunitate q̃uis peccata di/
miſſa non redirent. tamen incurreret mortale
peccatum ex illa omiſſione. vnde ⁊ dãnationẽ.
ſcʒ ſcʒ btm̃. Tho. in. iiij. ⁊ alias Cui cõcordat glo.
ſũma. i fine pꝰ plres opiniões recitatas nõ vas

¶ Notandũ eti/ .§. iiij.

am ꝙ glo. decretorum ſunt ſatis autẽtice ⁊ bo:
ne precipue exponentes textuʒ qui aliquando
eſt multum obſcurus. vt ſine ipſis male poſſet
intelligi: ⁊ de facili qui alia non vidiſſet in erro
rem induceret. vnde ⁊ heretici aliqui auctorita
tes eius inducunt male exponentes. Glo. etiaʒ
ſummarie. que ſi ponuntur in principio diſtin
ctionum vel queſtionum ſunt communiter bone
⁊ vere. Et cum ibi ponũtur plures opi. vltima
eſt melior ⁊ magis tenetur. ¶ Sunt ibi tamen
in diuerſis. c. alique que non ſunt vere. ¶ Nã
glo. que habetur. xiij. q. ij. ſuper. c. tp̃s. videtur
tenere ꝙ his qui ſunt in inferno mediocriter
mali valent ſuffragia facta pro eis ad diminu/
tionem pene licet nunq̃ liberentur. quod non
eſt verum. ſm̃ be. Tho. in. iiij. quia nec ad libe/
rationem nec ad diminutioneʒ pene valẽt nec
confortationem ſubiecti. ¶ Et male intellexit
glo. dictuʒ ibi. b. Aug. q: aug. vocat mediocri
ter malos eſſe que deſcẽdunt morientes ad pur/
gatorium quibus dicit valere ſuffragia vt tole/
rabilior ſit ipſa damnatio. i. condemnatio ad il
lam penam. vt. ſ. alleuietur. glo. autem intelli/
git mediocriter malos qui ꝓpter mortalia de/
ſcendunt in infernuʒ. ¶ Iteʒ de cõſe. di. ij. ſuꝑ
c. tribus gradibus. ponit glo. plures opiniões
de ſpeciebus eucharíſtie cum ſumuntur. Aliq
enim dicebant ꝙ ille ſpecies nec alijs cibis ad
miſcentur: nec in ſtomachum deſcẽdũt. Alij ꝙ
deſcendũt ſed per ſudorem vel occultos meatꝰ
exeunt: ſeu reſoluuntur. Alij ꝙ q̃ cito ſpecies
ille dentibus atteritur corpus xp̃i ibi eſſe deſi/
nit: ſed omnes iſte opiniones ſunt falſe. Naʒ ſcʒ
btm̃ Tho. in. iiij. ⁊ alios theologos q̃diu ſpeci
es ibi remanent ſacramẽti: tãdiu eſt ibi corpus
xp̃i. ſiue deſcendant in ſtomachum que vtiq̃
deſcendunt: ſiue emitterentur per vomitum: ſi
ue per ſeceſſum ex tali infirmitate integra vt
ſumpta emittente. Et idem iudicium eſt de il/
lis ſpeciebus ſicut de alijs cibis quoad digeſti
onem ⁊ conuerſionem in nutrimentuʒ. ¶ Itẽ
glo. que eſt ſuper. c. timorem de conſe. diſt. ij. q
videtur dicere ꝙ ante chriſti reſurrectionẽ poſt
inſtitutionem ſacramenti non poterat confici
niſi per chriſtũ. Et ꝙ ſi in triduo mortis ſi quis
apoſtolorum conſecraſſet nõ fuiſſet ibi corpus
ſine anima. Et quedam alia ponit que commu
niter non tenentur. ¶ Item quod dicitur. d. c.
ſuper. c. qui bene. in glo. ꝙ cum mus ſumit eu
chariſtiam deſinit ibi ſtatim eſſe corpus chriſti
nõ eſt verum. Sed quãdiu ibi remanẽt ſpeci/
es traiecte in ſtomachum tãdiu eſt ibi ſacramẽ
tum. ¶ Item quod dicitur di. iiij. in glo. ſuper
c. Si papa. ꝙ nõ ſolum pro hereſi: ſed etiam ꝑ
quolibet notorio crimine vt ſymonia: adulte/
rio ⁊ huiuſmodi. ſi poſt admonitionem eẽt in/
corrigibilis ex quo ſcãdalizaretur eccleſia poſ/
ſet iudicari ⁊ deponi papa. Allegat pro ratione
hoc. quia cõtumacia ⁊ inobediẽtia expreſſa di
citur hereſis ⁊ infidelitas. vt di. lxxxj. Si q ſũt
preſbyteri. Sed pro hereſi papa iudicatur. vt
in dicto. c. ſi papa: ſed hoc communiter nõ te/
netur. ⁊ Pe. de palu. in. iiij. reprobat illaʒ glo.
⁊ bene. quia cum dicitur papam propter here
ſim ⁊ infidelitatem poſſe iudicari. itelligit de
hereſi proprie ⁊ ſtricte ſumpta. prout ſcʒ habʒ
firmum errorem circa ea que ſunt fidei in mẽte:
ſed cum cõtumacia ⁊ inobediẽtia dicitur here/
ſis vel infidelitas. ibi ſumitur hereſis large et
improprie. Et de tali nõ loquitur. c. illud ſi pa/
pa. ¶ Item. xiiij. q. ij. ſuper. c. ne quis arbitretur
dicit glo. ꝙ mẽdacium officioſum vt pro ſalu/
te alicuius procurãda quod tamẽ nulli noceat
eſt peccatum mortale in viris perfectis. venia/
le in imperfectis: ⁊ appellat perfectos qui abre
nũciãt pfecte omnibus temporalibus. ſʒ glo.
illa eſt falſa. nam. b. Tho. ſe. ſe. in. q. de mẽda/
cio dicit ꝙ nulllum peccatum ꝙ eſt laicis vel i/
perfectis veniale eſt de ſe mortale pfectis vel
religioſis: quia perfectio perſonalis ſeu ſtatus
perfectionis nõ facit veniale in ſe mortale i eis
eſſe niſi ratione ſcãdali ide ſequẽtis: quia poſ/
ſet ide tãtum ſcãdalum ſequi ꝙ eſſet nõ rõne
mẽdacij ſed ſcãdali mortale. Solẽt autem ma
gis ſcãdalizari hoĩes de mẽdacio perfectoruʒ
q̃ imperfectorum. Nec tamen quodcunq̃ ſcã/
dalum ex hoc ortum eſſet mortale. ſed rarum
quod determinare difficile eſt. Et tũc nõ ratiõe
mẽdacij erit ibi mortale ſeu in mendacio ipſo
ſed in ſcandalo. ¶ Item. ij. q. j. ſuper. c. ſi pecca
uerit in te. glo. mouet tres queſtiones circa ma
teriam fraterne correctionis: ⁊ reſponſiones.

ſm varias opiniones. Sed.b. Tho. perfectius
⁊ clarius ſe.ſe. Cuius ſententias firmat et alle/
gat Arch. in roſario ſuper dicto.c. Et prima q̄/
ſtio eſt. Utrum fraterna correctio intelligatur:
de occultis vel manifeſtis. Et reſpondet q̄ ſm
aliquos itelligitur de occultis ſm alios de ma
nifeſtis. Sed Jo. intelligit de occultis que ta//
men ſciuntur a pauciſſimis. b. Tho. dicit ſim/
pliciter de occultis mortalibus tamen. Secun
da queſtio eſt. Utrum ad fraternam correctionem
teneantur omnes ex precepto. Ad quod reſpō/
dent aliqui ⁊ dicūt q̄ tenentur ex precepto ad
hoc ſolum ſuperiores eccleſiaſtici vel laici: alij
vero vt ſubditi ex conſilio. ⁊ hoc quoad pecca
tum commiſſum ſecus quoad perpetrandum.
quia ad hoc omnes tenentur ad admonendū
ſcilicet. xxiiij. q. iij. Tam ſacerdos. Alij vt hugo
dicunt ſimpliciter ad hoc omnes teneri beat⁹
Tho. tenet ſimpliciter omnes teneri. Sz quia
preceptum eſt affirmatiuum obligat ſemper: ſz
non ad ſemper: imo pro loco ⁊ tempore. ⁊ alijs
circunſtantijs debitis. Et hoc cum ſperat per
hoc ſequi emendatio peccātis: cum ille ſit finis
huius precepti. Ipſe etiam ordo datus ſeu pro
ceſſus in ea ſm euangelium eſt in precepto. cū
ſcilicet per illum modum ſperatur correctio.
Qui autem ſunt in magiſtratu reſpectu ſubdi
torum diligentius ſe habere debēt ratione cu
re. Et vltra fraternam correctionem tenent ad
aliam que eſt actus iuſtitie. correctionem ſcili/
cet paternam ſeu iudiciariam in puniendo ſci
licet crimina commiſſa ſm formam iuris. ⁊ q̄
huius finis eſt principaliter bonum reipubli/
ce quod conſeruatur ⁊ promouetur ex punitio
ne criminum. Ideo etiam ſi ex huiuſmodi cor
rectione que fit multipliciter ſm exceſſus va//
rietatem verbis duris ⁊ factis: vt pena pecuni
aria vel perſonali vel exilio ⁊ huiuſmodi. non
ſperetur emendatio eius ſed ſcandalum ⁊ de/
ſperatio: non tamen propter hoc debet preter/
mitti. vt. xxiij. q. iiij. quo. ⁊ di. lxxxvi. inferiorū
⁊ di. xlv. ſed illud. ⁊. xxiij. q. iiij. eſt iniuſta. De
hac non habent ſe intromittere niſi preſidētes
⁊ erga ſibi ſubditos. Unde. b. Aug. dicit. Et q̄
emendat verbere in quem poteſtas datur ⁊ co/
ercet aliqua diſciplina miſericordiam preſtat.
Multa enim bona etiā inuitis preſtanda ſunt
di. xlv. Si ergo non datur poteſtas ſuper delin
quentem nō debet punire. Tertia queſtio vtrū
admittatur omnes vt criminoſi ⁊ infames ad
denunciationem. Et reſpondetur q̄ ſic ſi bono
zelo denuncient. Sed criminoſi qui ſcilicet p/
ſeuerant in malis eo ipſo q̄ tales non vidētur
bono zelo moueri cum ſe non corrigant. Ad
euangelicam denunciationem omnes poſſunt
admitti: cum non intendatur niſi emendatio
fratris non punitio niſi preſumatur q̄ hoc nō
intenditur: ſed diffamatio aut vindicatio. Ad
denunciationem iudicialem: vbi etiam inten/
ditur punitio ſeruandum eſt quod habetur ex
tra de accu. qualiter ⁊ qñ ⁊. c. inquiſitiōis.

Titulus. xij. De dono

conſilij. Conſilium bonum exigit rectitudi
nem ſui: celſitudinem principij: ⁊ aptitudinē
auxilij. Capitulum primum.

Circa donum con/
ſilij tria poſſumus conſiderare. ſci
licet rectitudinem conſilij: celſitu/
dinem principij: aptitudinem au
xilij. Et quantum ad primum ſciendum q̄ tūc
recte conſiliatur quis. cum facit tria que tāgit
philoſophus. iij. ethi. Primo ſi debitum finē
ſibi preſtituat. Secundo ſi media accommoda
ad finem inueniat. Tertio ſi pars conueniens
conſilio aſſumat. Primo igitur ad hoc q̄
aliquis recta conſilietur oportet q̄ ſibi finem
debitum preſtituat. De principio enim non eſt
conſilium: quia conſilium eſt inquiſitio ratio//
nis de aliquo operabili a nobis. Sed princi/
pia in omni ſcientia oportet ſupponere tāquā
certa. In omni igitur inquiſitione principium
ſub queſtione vel ſub inquiſitione rationis nō
cadit ſimiliter conſilium non eſt de fine. Cui⁹
ratio eſt: quia illud de quo eſt conſilium eſt du
bium vel incertum: qualia ſunt futura contin/
gentia. quod patet quia in talibus ratio pfert
iudicium an eligenda ſint vel vitanda abſque
inquiſitione rationis. Sed finis ⁊ id quod ha/
betur vt finis eſt iam determinatum ⁊ certum
vt in qualibet ſcientia principium illius ſcien/
tie. Secundo quis recte conſiliatur ſi me//
dia accommoda vel conuenientia ad finem in
ueniat. Quod enim de aliquibus non fit conſi
lium: procedit ex eo: vel quia ſunt determina//
ta: vel quia ſunt minima. Sed que ſunt deter/
minata: id eſt que habent determinatas vias p
cedendi ad determinatos fines: non oportet
ibi conſiliari ſicut ſcriptor: non conſiliatur quo
modo debeat litteras trahere: quia hoc eſt iā
determinatum per artem ⁊ non dubium. Si
autem ſunt minima vel inutilia que paruū ad
iuuant vel impediunt ad conſequendum finē
quia nō multum refert vtrum ſic vel ſic fiat. qḋ
autem parum eſt ratio accipit vt nihil. Unde
de huiuſmodi nō eſt cōſilium: ſed de eo quod
eſt cōuenientius vtilius ⁊ facilius ad cōſequē//
dum finem quale cōſilium eſt quod datur de
paupertate Math. xix. Si vis perfectus eſſe
vade ⁊ vēde oīa que habes ⁊ da pauperibus.
quod vtile cōſilium eſt nō preceptum. ⁊ de vir/

Tria facit q̄ recte cōſiliatur

ginitate vel viduitate.j.Cor.vij. De virginib⁹
autem preceptum domini non habeo.conſiliū
autem do:quod eſt de meliori. Et merito quia
vt dicitur Eccli.xxvj.Non eſt digna pondera/
tio anime continentis.b.Amb.Uirginitas ſua
deri poteſt imperari non poteſt.Res eſt magis
voti ꝙ̄ precepti.xxxij.q.j.Integritas.De obe/
dientia ait Stephanus papa cuidam vxorici//
de.Placeat tibi conſilium noſtrum quod tibi
melius ⁊ vtilius videri poteſt. Relinque hoc
malignum ſeculum.Ingredere monaſterium
humiliare ſub manu abbatis cūcta facito ſim/
plici animo que tibi fuerint imperata.xxxiij.
queſtio.ij. Admonere. ¶ Tertio ad hoc ꝙ
aliquis recte conſilietur oportet ꝙ aſſumat te/
pus cōueniens ne ſit nimis moroſus ⁊ tardus
vt tranſeat debitum tempus. nec etiam nimis
velox.Unde calixtus papa.Nos enim tempo/
re indigemus vt aliquid maturius agamus.
Non precipitemus conſilia ⁊ opa noſtra neqꝫ
ordinem eorum corrumpamus di.l.ponderet
Ad hec tria que faciunt conſilium rectum ope/
ratur quedam virtus moralis pars pruden//
tie que dicitur eubolya:que eſt recte conſiliati/
ua.vt dicit philoſophus.vj.ethicorum.vbi au
tem deficit aliquod horuꝫ. vt ꝙ preſtituat ſibi
malum.puta intendens ſuam exequi volupta
tem vel vtilitatem:non honorem dei ſalutē ſui
vel proximi:vel etſi bonum finem eligat.tamē
vias quibus ad illud conſequendum perueni
at:⁊ media indebita accipiat:puta vt vincat in
ſtam cauſam mendacio vtitur:vt vincat inimi
cum proditionem facit vel aliud indecens vel
tempus debitum non aſſumit.vel modum:q̄r
non firmus permanet non eſt bonum ⁊ rectuꝫ
conſilium.Propter hoc ſequitur ꝙ peccator
ſcilicet in mortali permanens:non eſt bene cō
ſiliatiuus:quia non obſeruat debitas circūſtan
tias vel debitum finem non attendit cum pec/
cat.Et per oppoſitum virtuoſus quilibet ⁊ be
ne cōſiliatiuus etſi ſit idiota in his ſcilicet que
pertinent ad bonum virtutis:licet in alijs: vt
in negociationibus vel rebus bellicis vel hu//
iuſmodi non ſit bene conſiliatiuus.Hec ſm̄.b.
Thom̄.in.iij.diſt.xxxv.articu.iiij.exceptis au/
ctoritatibus decretorum.

¶ Quātū ad ſecun/ .§.i.

dum ſcilicet de certitudine vel celſitudine iudi
Donuꝫ consilij neceſſariū q̄re — cij que.habetur per donum conſilij. Sciēduꝫ
ꝙ proprium eſt creature rationali vt per inqui
ſitionem rationis moueatur ad aliquid agen/
dum.Que quidem inquiſitio rationis conſili
um dicitur.Sed quia ratio humana non pōt
comprehendere ſingularia ⁊ contingētia que
poſſunt occurrere:⁊ etiam deficere ne ad fineꝫ
intentum perducat ea de quibus conſiliatur.
Ideo certitudinem conſilij attingere non ē hu
manum ſed diuinum.cuius eſt per certitudi//
nem contingentium euentus preuidere.Et id̄
oportet ꝙ ad hanc certitudinem habendam:
mens humana inſtinctu ſpiritusſancti eleuetur
ſupra humanum modum ad quam certitudi//
nem non poteſt ratione dictaminis eleuari.Et
ideo indiget homo in inquiſitione conſilij di/
rigi ⁊ eleuari a deo qui omnia comprehendit.
Et hoc fit per donum conſilij.Quod ſic diffini Donuꝫ
tur ſm̄.b.Tho.in.iij.di.xxxiiij.ar.ij.Donū cō conſilij
ſilij eſt quo homo accipit hoc quod agendum q̄d ſit
eſt:quaſi per certitudinem a ſpiritusſancto edo
ctus ſupra humanum modum.Uel aliter do//
num conſilij eſt quo homo dirigitur in agen//
dis ⁊ cauendis:non per inquiſitionem rōnis
ſed quaſi conſilio accepto a ſpiritusſancto.Naꝫ
ſcire pro certo omnia agibilia ⁊ cauere omnia
impedientia a conſecutione vite eterne: nō eſt
ex dictamine rationis:ſed ex virtute ſpiritusſā
cti quo filij dei aguntur Roma.viij.Uel aliter
conſilium quod eſt donum eſt quo ſpiritusſan/
ctus dirigit nos in omnibus que ordinantur
in finem vite eterne ſiue ſint de neceſſitate ſalu
tis ſiue non.Hec.b.Tho.ſe.ſe.q.lij.ar.iij.Q̄d
autem mens humana per donum conſilij inſtru
atur dirigatur ⁊ perficiatur in agendis oſten//
ditur tripliciter.Primo ex interpretatione.Se
cundo ex ſimilitudine.Tertio ex ratiōe. ¶ Ex Cōſiliū
interpretatione patet.Nam conſilium dicitur vn̄ dr̄
quaſi conſidium eo ꝙ multi conſident ad con/
ferendum ſimul.quos oportet conſiderare plu
res conditiones ſeu circunſtantias:quas dum
vnus in conſiderando deficit:alius melius per
cipit:vt dic̄.b.Tho.j.ij.q.xiiij.ar.ij. Sic a ſimi
li:quia humana ratio non poteſt habere aliquā
certitudinem de euentibus contingentium ad
preuidendum de eis per donum conſilij ſpiri/
tusſancti rationem humanam inſtruit de agen
dis ſupra humanum modum.Unde vrbanus
papa.Cum ſpiritusſanctus infunditur.cor fide
le per prudentiam ⁊ conſtantiam dilatatur de
conſe.di.iiij.Omnes.Ad prudentiam autem
pertinet conſilium. ¶ Secundo hoc probatur
ſimilitudine.videmus enim in rebus huma//
nis ꝙ illi qui non ſufficiunt ſibiipſis in inquiſi
tione conſilij.a ſapientibus conſilia exquirunt
ſm̄ documentum illud Tob.iiij.Conſiliū ſem
per a ſapiente inquire ⁊ di.xxij.de quibus di//
citur.Facilius inuenitur quod a pluribus ſe//
nioribus queritur.Sic ad propoſitum. q̄r ra//
tio humana non poteſt comprehendere ſingu/
laria ⁊ contingentia que poſſunt occurrere : id̄
magis indiget homo inquiſitione conſilij:qua
ſi conſilio accepto a deo:qui omnia comprehē

dit ſm. b. Tho. ſe. ſe. q. lij. ar. ij. ¶ Tertio h̄ de-
clarat ex ratione. Nam ratio humana perficit
per hoc ꝙ mouetur a ſuperiori principio mo-
tiuo. ſicut corpus quod mouetur a ſpiritu. ma-
nifeſtum eſt autem ꝙ rectitudo rationis hu-
mane comparatur ad rationem diuinam. Si-
cut principium motiuum inferius ad ſuperiꝰ.
Ratio enim eterna eſt ſuprema regula omnis
humane rectitudinis. ⁊ ideo regula humana
maxime perficitur ⁊ adiuuatur. ſm ꝙ mouet
⁊ regulatur a ſpiritu ſancto per donum conſilij
circa ea que ſunt agenda propter finem. b. tho.
ſe. ſe. q. lij. ar. ij. ⁊ philoſophus dicit in li. de bo-
na fortuna. ꝙ his qui mouentur per inſtinctũ
diuinum non expedit conſiliari. ſm rationem
humanam: ſed ſequantur inſtinctum diuinuȝ
quia mouentur a meliori principio. Ad quod
optime facit. quod habetur. xix. q. ij. Due ſunt
leges: publica ſcilicet humana ſcripta ⁊ priua-
ta: ſcilicet ſpiritus ſancti. ⁊ qui hac ſecunda du-
cuntur. non ſubijciuntur perſone. ibi. vide bñ.

¶ Quãtũ ad ter- .§. ij.

Dono conſilij adaptat quinta beatitudo quare

tium. ſ. aptitudinẽ cõſilij nota ꝙ quinta beati-
tudo que ẽ. Beati miſericordes. adaptat huic
dono ſicut dirigẽti. Quãuis. n. p ꝯſiliũ in om-
nibus vtutũ actibus dirigamur: ſpãlr tamen
in opibus miſericordie. Nã cũ ꝯſiliũ ſit de his
que ſunt ad finẽ vtilia. ſequit ꝙ de his q̃ ſunt
maxime vtilia ad finẽ. maxime ꝯſiliũ erit vtile
⁊ neceſſariũ. Sȝ miſericordia maxime eſt vti-
lis ad finẽ ſm illud. j. ad Ti. iiij. Pietas ad oia
vtilis eſt que exhibet p ſeptẽ opa miſericordie
corporalis: ⁊ multomagis per opa miſericor-
die ſpũalis: vt docere: pdicare: regere: ⁊ huiuſ-
modi. b. Tho. ſe. ſe. q. lij. ar. iiij. Idem oſtendit
Aug. in ſermone dñi in monte dicẽs. Cõſiliuȝ
ꝯuenit miſericordibus. qꝛ vnicũ remediũ eſt
de tãtis malis erui ⁊ liberari dimittere alijs ⁊
dare. Ad idẽ glo. ſup illud. Beati miſericor-
des. Miſericordia ait eget ſpũ ꝯſilij: ſine quo
nemo circũſcripte miſeret. Initiũ enim ſui mi-
ſereri. finis eſt pro alio mori. Dañ. iiij. Place-
at tibi rex ꝯſiliũ meũ. pctã tua elemoſynis redi-
me de pe. di. j. Quãobrẽ. Quãdo aũt elemoſy-
na cadat ſub pcepto ⁊ qñ ſub ꝯſilio. habes ple-
ne declaratũ ſ. ij. pte ti. j. c. xxiiij. de ſhũanitate.
¶ De conſilijs euangelicis. ⁊ primo de conſi-
lio obedientie. Capitulum. ij.

Quia optimum ho-
minis eſt vt mẽte deo adhereat ⁊ re-
bus diuinis. Impoſſibile eſt aũt ꝙ
hõ intẽſe circa diuerſa occupet. ad
hoc ꝙ liberius mẽs hois feratur in deũ. ſquit
b. Tho. in. iii. cõtra gẽtiles: dãtur in diuina le-
ge ꝯſilia: quibus hoies ab occupatiõibus vite
preſentis retrahant: qꝫtũ poſſibile eſt vitã agẽ-
ti terrenã. Nõ eſt aũt hoc ita homini neceſſari-
um ad iuſtitiã: vt ſine eo iuſtitia eẽ nõ poſſe in
ipſo. Nõ. n. virtus ⁊ iuſtitia tollit ſi hõ ſm or-
dinẽ rõnis corporalibus ⁊ terrenis rebus vta-
tur. Et ideo huius diuine legis admonitiones
dicũtur ꝯſilia nõ precepta inquãtũ ſuadet ho-
mini vt propter meliora minus bona preter-
mittat. Occupat. n. humana ſollicitudo ſȝ cõ-
munẽ modũ humane vite erga tria.

¶ Primo quidem circa propriam perſonam
quid agat aut vbi cõuerſetur.
¶ Secundo circa perſonas ſibi coniunctas p-
cipue vxorem ⁊ filios.

Sollicitudo hois circa tria

¶ Tertio circa res exteriores procurandas. q-
bus homo indiget ad ſuſtentationem vite.
¶ Ad amputandam igitur ſollicitudineȝ cir-
ca res exteriores datur in lege diuina conſiliũ
paupertatis. vt ſcilicet res huius mũdi abijci-
at quibus animus eius per ſollicitudinem ali-
quã implicari poſſet. Hinc eſt ꝙ dominus di-
cit Matth. xix. Si vis perfectus eſſe vade et
vẽde oia que habes ⁊ da pauperibus ⁊ ſeque-
re me. Ad amputãdã aũt ſollicitudinẽ vxoris
⁊ filioꝝ: datur homini ꝯſiliũ de virginitate vel
caſtitate ſeruãda. Hinc eſt ꝙ dicitur. j. Cor. vij.
De virginibus aũt preceptũ dñi nõ habeo: ꝯſi-
liũ aũt do. Et huius ꝯſilij rationẽ aſſignãs ſub-
dit. Qui ſine vxore eſt ſollicitus eſt que ſũt dñi
quomodo placeat deo. Qui aũt cũ vxore ẽ ſol-
licitus eſt que ſũt mũdi quomodo placeat vxo-
ri ⁊ diuiſus eſt. Ad amputandam autem ſolli-
citudinem hominis circa ſeipſum. datur conſi-
lium obedientie. per quam homo diſpoſitionẽ
ſuorum actuum ſuperiori committit. propter
quod dicitur Heb. viii. Obedite prepoſitis ve-
ſtris ⁊ ſubiacete eis. ipſi enim peruigilant:
quaſi rationem reddituri pro animabꝰ veſtris
Quod ſumma hominis perfectio in hoc conſi-
ſtat. ꝙ mens hominis deo vacet. Ad hanc au-
tem mentis vacationem predicta tria maxime
videntur diſponere. conuenienter ad perfectio-
nis ſtatum ipſa pertinere videntur. non quia
ipſe ſunt perfectiones: ſed quia ſunt diſpoſi-
tiones quedam ad perfectionem. que in hoc
conſiſtit: qꝛ mens hominis deo vacet. Et hoc
expreſſe oſtendunt verba domini paupertateȝ
ſuadentis. Si vis perfectus eſſe ⁊c̃. ſubdens.
Sequere me. quaſi in ſua ſequela perfectionis
conſtituens vitam. Poſſunt etiaȝ predicta tria
dici perfectionis ſigna ⁊ effectus. Cum enim
mens amore ⁊ deſiderio alicuius rei vehemẽ-
ter afficitur. conſequens eſt vt alia poſtponat.
Ex hoc ergo ꝙ mens hominis feruenter amo-
re ⁊ deſiderio in diuina fert. in quo pfectionẽ

Hois pfectio i q̃ cõſiſtit ⁊ p q̃ diſponit ad hanc

conſtare manifeſtuȝ eſt. ſequitur ꝙ omnia que pñt ipſaȝ retardare quo minus feraſ in deũ ab ycíat non ſolum charam vxoꝛem. ⁊ prolis aſfectum: ac rerum exterioꝛum. ſed etiam ſuiipſius. Et hoc ſignificant verba ſcripture. Dicitur enim Canti. viij. Si dederit homo omneȝ ſubſtantiaȝ pro dilectione quaſi nihil deſpicit eã. ⁊ Matthi. xiij. ca. Sile eſt regnum celoꝛuȝ homini negociatoꝛi querenti bonas margaritas: inuẽta autem ⁊c̃. ⁊ Phil. iij. Que mihi aliquando fuerunt lucra. arbitratus ſum vt ſtercoꝛa. vt xp̃m lucrifaciam. Adde qꝛ ſignuȝ maxime ⁊ pfecte amicicie vnius ad alterum eſt: cũ ſe ⁊ ſua amico dat. Sic cum per paupꝛtatem offerat quis bona exterioꝛa deo: p caſtitatem coꝛpus qꝛ maximas delectatiões eius. ſ. venereas ſibi auſert ⁊ voluntatem pꝛopꝛiam quo nil maius dat pꝛelato cuius voluntati ſe ſubycit loco dei. ⁊ ideo per iſta ſignificatur pfecta amicicia eius ad deum. Quia igitur predicta tria. diſpoſitiones efſectus. ⁊ ſigna ſunt ad perfectionem cõuenienter: qui predicta deuouent deo dñr eſſe in ſtatu perfectionis. pfectio autem ad quam predicta diſponunt: in vacatione mentis ad deum conſiſtit. Unde predictoꝛum profeſſoꝛes religioſi dicuntur. quaſi ſe ⁊ ſua per modum ſacrificij deo dedicantes. Religio enim in cultu diuino conſiſtit. vt in oblationibꝰ ⁊ ſacrificijs ⁊ hmõi: Hec be. Tho. in. iij. contra gentiles. c. cxxv. Et xiiij. q. j. d.ᵉ Ubi cõſiliũ datur offerẽtis eſt arbitriũ. vbi vero pceptũ neceſſitas ſeruientis.

De obedientie .§. i.

voto ⁊ alijs votis. Sciendum ꝙ ſtultum viſuȝ eſt aliquibus obligare ſe voto ad obediendum alicui. aut quodcũqȝ ſeruandum inducentibꝰ hanc rationem. Unumquodqȝ bonum q̃to liberius agitur tanto virtuoſius eſſe videtur. Quanto enim ex maioꝛi neceſſitate quis ad ali-
Arguiſ quid obſeruandum aſtringitur: tanto minus li-
cõtra. bere id agere vt dicitur. Uidetur igitur derogari laudabilitati virtuoſoꝛum actuum p hoc ꝙ ex neceſſitate obediẽtie vl' voti fit. ¶ Sed hoc
Solu// repꝛobat btũs. Tho. iij. contra gentiles. ca. cxx
tio ar// iij. tripliciter. Pꝛimo dicit ꝙ qui hoc dicũt vi-
gumẽti dentur ignoꝛare diuerſitatem neceſſitatuȝ. Eſt enim triplex neceſſ tas. Quedam ex coactione. quedam ex interioꝛi inclinatione. quedam ex fi-
qꝛ triplx ne. ¶ Et pꝛima quidam neceſſitas laudem vir-
eſt necẽ tuoſoꝛum actuuȝ diminuit. qꝛ contrariatur vo-
tas. luntario Coactum eſt enim quod eſt voluntati contrarium. Secũda neceſſitas que. ſ. eſt ex interioꝛi inclinatione pꝛocedens: laudem virtuoſi actus non minuit. ſed auget. facit enim volũtatẽ magis intendere in actuȝ virtutis. Patet enim ꝙ habitus virtutis q̃to fuerit perfectioꝛ tanto vehementius voluntatem tendere facit in actum virtutis bonum: ⁊ minus ab eo deficere. ꝙ ſi ad fineȝ perfectionis peruenerit. quãdam neceſſitatem infert ad intenſe agendum ⁊ minus deficiendum: ſicut eſt in beatis q peccare non poſſunt nec tamen propter hoc aut libertati voluntatis aliquid deperit aut actꝰ bonitati. ¶ Tertia neceſſitas eſt ex fine. ſicut dicitur alicui eſſe neceſſariam nauẽ vt tranſeat mare. Patet autem ꝙ huiuſmodi neceſſitas libertatem voluntatis non minuit nec actuum bonitatem. quin potius quoad aliquid auget q̃ſ neceſſarium ad finem ex hoc ipſo laudabile ẽ. ⁊ tanto laudabilius quãto finis fuerit melioꝛ. Neceſſitas autem obſeruando que quis vouit aut obediendi ei cui ſe ſuppoſuit: non eſt neceſſitas coactionis. nec etiam ex interioꝛi inclinatione pꝛouenieus: ſed ex oꝛdine ad finem. Eſt enim neceſſarium vouenti hoc vel illud agere ſi debet votum impleri: aut obediẽtia ſeruari. Cuȝ igitur hi fines laudabiles ſint: vtpote quibus homo deo ſe ſubycit: neceſſitas predicta nihil diminuit de laude virtutis. ¶ Secũdo ꝙ talis obligatio quam quis ſibi ſumit non diminuit de laude virtutis: pꝛobatur ſic. Conſiderandum eſt enim ꝙ dum implentur aliqua que quis vouit vel que ſibi pꝛecipiuntur ab eo cui ſe quis ſubdidit propter deum. maioꝛi laude ⁊ remuneratione ſint digna. Sicut enim cõtingit vnum actum eſſe duoꝛum vitioꝛum dũ actus vnius vitij ad finem alterius vitij oꝛdinatur. vt cum quis furatur vt foꝛnicetur. Actꝰ quidem ſm ſpeciem eſt auaritie: ſm intentionem eſt luxurie. Sic codeȝ modo contingit in actibus virtutum. Actus enim vnius virtutis ad actum alterius virtutis poteſt oꝛdinari. Sicut cum quis dat ſua vt cum eo habeat amiciciam charitatis. Actus quidem talis ex ſpecie ſua eſt actus liberalitatis. Ex fine eſt actus charitatis. Huius autem actus maioꝛem laudem habet virtutis ex charitate q̃ȝ ex liberalitate. Unde etſi remittatur ex eo ꝙ liberalitatis eſt: ex eo ꝙ ad charitatem oꝛdinatur maioꝛi laude ⁊ mercede dignus eſt q̃ȝ ſi liberalius ageretur non in oꝛdine ad charitatem. Ponamus ergo aliquem aliquod opus virtutis agenteȝ: puta ieiunantem: vel ſe a venereis continentẽ. Equidem ſi hoc agat abſqȝ voto: erit actus abſtinentie vel caſtitatis. Si ex voto: refertur vlterius ad aliam virtutem: cuius eſt deo vouere aliquid. ſcilicet ad religionem que potioꝛ eſt caſtitate vel abſtinentia. vtpote faciens nos recte habere ad deum. Erit ğ actus abſtinẽtie vel cõtinẽtie laudabilioꝛ in eo qui ex voto fac̃. etſi nõ ita dlectet in abſtinẽtia ex eo ꝙ delectaſ i potioꝛi v̇tute q̃ ẽ religio. ¶ Tertio ſic. volũtas

ꝑ recedens actum manet virtute in tota execu/
tione actus: ⁊ ipſum laudabilem reddit. etiam
quando de propoſito voluntatis propter quē
actum incipit: in executione operis non cogi/
tabat. Non enim oportet vt qui propter deum
aliquod iter arripit: in qualibet parte itineris
actu cogitet de deo. Patet autem ꝙ ille qui vo
uet ſe aliquid facturum intenſius illud vult ꝙ̃
ſi ſimpliciter illud facere diſpoſuit. quia nō ſo
lum illud facere voluit: ſed voluit ſe firmare vt
nō deficeret ab eo faciendo. Ex hac voluntatis
intentione redditur executio voti cum inten//
tione quadam laudabilis etiam quando volū
tas vel non ex actu fertur in opus vel fertur re
miſſe. Sic ergo laudabilius fit quod ex voto
fit: ꝙ̃ qđ fit ſine voto: ceteris tamen paribus.

¶ Cōtinētia ſeu ca/ .§.ij.

Triplex gradus caſtita//tis

ſtitas ponitur inter conſilia quantum videlicet
ad virginitatem ſeruandam vel viduitatem.
Cum enim ſit triplex gradus caſtitatis: ſcilicet
virginalis vidualis ⁊ coniugalis. Ad continē/
tiam quidem coniugalem tenetur quilibet ex
precepto. non quidem ꝙ aliquis teneatur ad
contrahendum coniugium: ſed ſi contraxerit:
oportet ꝙ abſtineat ab omni actu venereo ex/
tra ſuam vxorem. Iuxta illud Exod. xx. Nō me
chaberis. ⁊ Tob. iiij. Attende tibi ab omni for
nicatione ⁊ preter vxorem tuam non patiaris
crimen ſcire. Quod ſi extra coniugium ſit poſi
tus vir vł mulier: de neceſſitate tenetur abſtine
re ab omni actu carnali extra coniugium: ſicut
clericus ⁊ religioſus. Sed in hoc eſt differētia
quia laicus vir vel mulier qui ſe voto nō aſtrin
xit ad caſtitatem vidualem vel virginalem: po
teſt contrahere matrimonium ſi vult. Sed or/
dinatus in ſacris vel religioſus non poteſt: qꝛ
ex voto facto tacito: vł expreſſo ſe obligauit ad
caſtitatem vidualem ſi virginitatem iam ami/
ſit licite vel illicite: vel etiam ad virginalem ſi
virginitatem ſeruauit. Et ad horum alterum
tenetur de neceſſitate ſalutis. Erat ſiquidez pri
mo ante votum caſtitatis virginalis vel vidua
lis in conſilio quod datur de meliori bono. me
lior enim ſtatus eſt vidualis caſtitas ꝙ̃ coniu/
galis. ⁊ melior virginalis vtroqꝫ tamen facto
voto conſilium tranſit in preceptuz. vnde glo.
ſuper illud. Uouete ⁊ reddite domino deo ve
ſtro dicit. Uouere eſt voluntatis ⁊ in conſilij li
bertate reddere neceſſitatis. ¶ Circa hanc igi

De multiplici errore circa caſtitatez

tur caſtitatem extitit multiplex error. Primus
eorum qui dixerunt malum eſſe ⁊ illicituz ſer/
uare caſtitatem virginalez vel vidualē. ¶ Se
cundus eſt eorum qui dixerunt actum venere
um ſoluti cum ſoluta licitum vt naturalē actū
¶ Tertius eſt eorum qui dixerunt actum con
iugalem de ſe illicituz: nec in tali ſtatu poſſe ſal
uari. ¶ Quartus eſt eoꝝ qui dixerunt ſtatum
coniugalē nō ſolū licitū: ſed equalis meriti eē
cū ſtatu virginali vel viduali. ¶ Qui ſequun/
tur primū errorē. tribus rationibus hoc ꝓbāt.
Primo ſic. Diuinius eſt bonū ſpēi ꝙ̃ bonū in/
diuidui. Uiri aūt ⁊ mulieris coniūctio ordina
tur ad bonū ſpēi. Sumptio cibi ⁊ potus ad ho
nū indiuidui: ſcꝫ conſeruandū ipm. Sed pec//
caret qui omnino abſtineret a cibo ⁊ potu: er/
go multo magis abſtinens ab actu generatio/
nis. Secundo ſic. Ex diuina ordinatione danť
homini mēbra ad generationē apta: ⁊ ētvis cō
cupiſcibilis ad hoc incitans ⁊ alia hmōi ad ħ
ordinata: videť ergo contra diuinam ordina//
tionem agere qui omnino ab actu generatōis
abſtinet. Tertio ſic. Nō eſt poſſibile quin con//
cupiſcentie venereorū oriant cū naturales ſint
reſiſtere autem concupiſcentijs ⁊ quaſi conti//
nuā pugnā habere: maiorē inquietudinē ani//
mo tribuit ꝙ̃ ſi aliquis vtatur moderate cōcu
piſcentijs. cū igiť inquietudo animi maxime
perfectioni virtutis repugnet: videtur perfe//
ctioni virtutis aduerſari. ꝙ aliquis perpetuaz
continentiam ſeruet. Ad que etiam facit quod
dominꝰ ait Gen. j. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊c.
Sed dicit. b. Tho. in. iij. cōtra gentiles. c. cxxxj.
ꝙ non eſt difficile dicta argumēta ſoluere. Cō/
ſiderandū eſt igiť pro eoꝝ declaratione ꝙ alia
ratio eſt habenda in his que ad neceſſitatē vni
uſcuiuſqꝫ hoīs pertinent: alia in his que per/
tinent ad multitudinis neceſſitatē. In his enī
que pertinent ad neceſſitatē vniuſcuiuſqꝫ opꝫ
ꝙ vnicuiqꝫ prouideatur ſingulariter. hmōi au
tem ſunt cibi ⁊ potus ⁊ alia. que ad ſuſtentatio
nem indiuidui pertinent: vnde neceſſarium ē
ꝙ quilibet cibo ⁊ potu vtatur. In his autē que
ſunt neceſſaria multitudini: non oportet ꝙ cuī
libet de multitudine illud attribuatur. Neqꝫ ēt
eſt poſſibile. Patet igitur multa eſſe neceſſaria
multitudini hominum: vt cibi: potus: prepara
tio indumenta: domus ⁊ alia huiuſmodi. que
impoſſibile eſt ꝙ per vnum procurentur. Et idō ſ. titu.
oportet diuerſorum diuerſa eſſe officia. Sicut iiij. ca.
etiam in corpore diuerſa membra ad diuerſos vij. §. j.
actus ordinantur. Quia igitur generatio non
eſt de neceſſitate indiuidui: ſed de neceſſitate
totius ſpeciei non eſt neceſſariuz ꝙ omnes ho
mines actibus generationis vacent. Sed qui
dam ab his abſtinentes actibus alijs officijs
mancipentur: puta militie ⁊ contemplationi.
Ex quo patet ſolutio ad ſecundum. Ex diuina
enim prouidentia dantur homini que ſunt ne
ceſſaria toti ſpeciei: nec tamen oportet ꝙ quilī
bet homo quolibet eorum vtatur. Data eſt enī
homini induſtria edificandi: virtus ad pugnā

dum: intellectus ad ſcientias acquirendum.
nec tamē oportet ꝙ omnes ſint domificatores
milites: doctores: ⁊ huiuſmodi. Similiter quā
uis ſit homini data virtus generatiua cū alijs
que ordinantur ad actum eius: non tamē opꝫ
ꝙ quilibet actui generationis intendat. ab his
enim que ſunt neceſſaria multitudini: quāuis
quantum ad ſingulos melius ſit ꝙ qs abſtine/
at melioribus exercitijs deditus: non tamē bo
num eſſet ꝙ omnes abſtinerent. ſicut etiam pa
tet in ordine vniuerſi: quāuis melior ſit ſubſtā
tia ſpiritualis. non tamen eſſet melius vniuer/
ſum in quo eſſent ſolum ſubſtantie ſpirituales
ſed imperfectius. ſicut etiaꝫ oculus eſt perfecti
us membrum pede. non tamen eſſet perfectuꝫ
animal ſi oculum haberet non pedē. ſic ⁊ mul/
titudo humani generis perfectior exiſtit. ꝙ ali
qui in ea vacent generationi alique contempla
tioni. Ad tertium rñ. ꝙ ſollicitudo ⁊ occupatio
inquietudinis quam habent illi qui coniugio
vtuntur de vxoribus filijs ⁊ neceſſarijs vite ac
quirendis eſt continua. Inquietatio autēꝫ quā
homo patitur ex pugna concupiſcentiaruꝫ eſt
ad aliquam horam: que etiam minoratur per
hoc ꝙ aliquis ei non conſentit. Nam quanto
magis quis delectabilibus vtitur tanto magis
creſcit in eo delectabilis appetitus. Debilitan/
tur etiam in eo concupiſcentie per abſtinētias
⁊ alia exercitia corporalia que conueniunt his
qui propoſitum continentie habent. Uſus eti/
am corporalium delectationum magis abdu/
cit mentem a ſua altitudine ⁊ impedit a cōtem
platione ſpiritualium ꝙ̄ inquietudo que pro
uenit ex reſiſtendo concupiſcentijs horum de/
lectabilium: quia per vſum delectabiliuꝫ ⁊ ma
xime venereorum mens maxime carnalib9 in/
heret cum delectatio quieſcere faciat appetitū
in re delectabili. Et ideo his qui ad contempla
tionem diuinorum ⁊ cuiuſcunqꝫ veritatis in/
tendunt: maxime nociuum eſt venereis dedi/
tos eſſe. ⁊ maxime vtile ab eis abſtinere. nihil
autem prohibet quāuis vniuerſaliter dicatur
vni homini melius eſſe continentiam ſeruare
ꝙ̄ matrimonio vti. quin alicui id melius ſit.
Unde ⁊ dominus facta de continentia mentio
ne. cum ſcilicet dixit. Alij ſeipſos caſtrauerunt
propter regnum celorum: ideſt propoſituꝫ con
tinentie ſumpſerunt. Subdidit. Non omnes
capiunt verbum iſtud. ſed qui poteſt capere ca
piat. Quod autem dictum eſt de precepto do/
mini Geñ. j. Creſcite ⁊ multiplicamini: habuit
obligationem ⁊ vim artandi illo tempore pro
pter paucitatem hominum in principio mun
di. vel poſt diluuium vt multiplicaretur gen9
humanum. Siue propter multiplicationem fi
delis populi. quando oportebat ipſum per car
nalem generationeꝫ multiplicari: vt fuit in ve
teri teſtamento. Et ideo conſilium de perpetua
continentia ſeruanda reſeruatum fuit tempo/
ribus noui teſtamenti. quando ſpiritualis po/
pulus p ſpūalē generationem multiplicatur.

¶ Secundus er/ .§. iij.

ror fuit eorum qui dixerunt ſimplicem forni/
cationem non eſſe peccatum. ſed naturalē. Ad
quod poteſt induci talis ratio. Quicquid ē de
iure naturali eſt licitum: quia hoc eſt a deo in/
ſtitutum. Sed coniunctio maris ⁊ femine ē de
iure naturali: ſm Iſido. vt patet di. j. Ius natu
rale. Talis autem coniunctio reperitur in ſim/
plici fornicatione. ergo ⁊c̄. Sed reſpōdetur ꝙ
dupliciter dicitur ius naturale. Uno modo qđ
eſt ſm inſtinctum ſenſualeꝫ. qui eſt communis
nobis ⁊ brutis. Et iſto modo non eſt verum ꝙ
ſit licitum quicquid eſt de iure naturali. Nam
in homine oportet ꝙ talis inſtinctus reguleť
ratione in executione eius. ad hoc vt opus ide
ſequens ſit licitum. quia ſic deus inſtituit. For
nicaria autem coniunctio etſi ſit ſm inſtinctuꝫ
ſenſualem: non tamen regulatur ſm rationem
⁊ ideo non licita. Alio modo dicitur ius natu/
rale illud quod ratio naturalis dictat. Et ſic nō
quecunqꝫ coniunctio maris ⁊ femine eſt de iu
re naturali. ſed illa que ſit ſm legem matrimo/
nij. ¶ Quod autem fornicatio ſimplex ſit illi/ ſ. ⁊ lati
cita. ⁊ omnis coitus preter vxorem. ⁊ omnis no. ij.
emiſſio ſeminis procurata ex qua proles ſequi pte tit.
non poteſt. Patet Deut. xxiij. Non erit mere/ v. ca. ij.
trix de filiab9 iſrael neqꝫ ſcortator de filijs iſra
el. ⁊ Leuitici. xviij. Cum maſculo non commi/
ſceberis coitu femineo ⁊ cum omni pecore nō
coibis. Et ponitur pena mortis in lege contra
huiuſmodi. Et. j. Cor. vj. Neqꝫ molles neqꝫ ma
ſculorum concubitores regnum dei poſſide/
bunt. Et dicuntur molles qui in ſeipſis nō cuꝫ
alijs ſeminis effuſionem procurant. Quod iſta
peccata ſint mortalia patet ex hoc. Nullus enī
excluditur a regno celorum niſi propter mor/
tale. Sed per quodlibet horum excludiť quis
a regno. vt notatur in auctoritate inducta. ibi
neqꝫ molles ⁊c̄. De ſimplici fornicatione dicit
apoſtolus ad Ephe. v. Omnis fornicator aut
immundus ⁊c̄. non habet hereditatem in re/
gno chriſti ⁊ dei. ⁊. xxxij. q. j. Predicandum. di/
citur ꝙ pro fornicatione ſicut pro periurio et
homicidio eſt imponenda ſeptēnis penitentia
quod non fiebat niſi pro mortalibus. ⁊ ſic pꝫ
error eorꝫ qui dicūt in emiſſione ſeminis qua
cunqꝫ non eſſe maius peccatum ꝙ̄ in emiſſio/
ne aliarum ſuperfluitatum vt vrine fecuꝫ ⁊ hu
iuſmodi. Nam alie ſuperfluitates non ſunt ne
ceſſarie ad aliquid. vnde ad bonum hominis

pertinet ſolum emittantur. Non autem hoc ſolum queritur in ſemine ſed emittatur a generationis vtilitatem ad quam ordinatur. Naz etſi ſemen ſit ſuperfluum quoad indiuidui cōſeruationem eſt tamen neceſſarium quoad propagationem ⁊ conſeruationem ſpeciei humane. Probat etiam ſatis diffuſe.b.Tho.lib.iij.contra gentiles.c.cxxij.quomodo coniunctio maris ⁊ ſemine: extra matrimonium ſit contra legem naturalem.

Tertius error. .§.iiij.

ror fuit eorum qui dixerunt actum coniugalē
S.ti.ix. eſſe illicitum: nec poſſe hominem in ſtatu con
ca.vij. iugij ſaluari. Sed cum matrimoniuz ſit a deo
§.v. inſtitutum in paradiſo dicente Adā a deo edocto. Relinquet homo patrem ⁊ matrem et adherebit vxori ſue ⁊c̄. Geñ.ij. Renouatum poſt diluuium: dicente domino noe ⁊ filijs eiꝰ. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram. Et confirmatum ab ipſo incarnato cum ait Matth. xix. Relinquet homo patrem ⁊ matrez ⁊c̄. ſubdens. Quos deus coniunxit: ſcilicet vinculo matrimonij: homo non ſeparet. Significatum etiam fuit ab eo cuz nuptijs factis in chana galilee interfuit cum matre eius ⁊ diſcipulis ⁊ et miraculo primo conuertendo aquam in vinū eas nobilitauit. vt habetur Joan.ij. Eccleſia quoqꝫ determinando declarat ſtatum coniugij de ſe licitum ⁊ ſaluanduz. Dicitur enim extra de ſum.trinita.⁊ fi.ca.c.j. Non ſolum virgines ⁊ vidue: ſed ⁊ coniugati cum fide ⁊ bonis operibus ad regnum celorum perueniunt ⁊.xxx.diſtin.c.hec ſcripſimꝰ dicitur. Nuptiarum vinculum quod ſm caſtitatem durat honoramus. ⁊.xxxiij.q.iij.quidam. Inter hereticos connumerantur qui aſſerunt viduas ſi nupſerint peccare. Sz ⁊ habere ſimul plures vxores contra legem diuinam eſt pernicioſum. qđ obſeruant ſaraceni ex lege ſua peſſima alchorani. in hoc tamen fuit in veteri teſtamnento. cum patribus a deo diſpenſato: vt dicitur extra de diuor. gaudemus. Nunquam autem legitur diſpenſatum cum mulieribus vt haberent ſimul plures viros. Heretici etiam nuncupantur nicolaite: aſſerentes vxores debere eſſe communes ſicut ⁊ res tēporales: vt pz.xxiij. q.iij.quidam. quem errorem prius poſuerat plato ſm.b.Tho.in.iij.ꝫ gentiles.c.cxx.

Quartus error. .§.v.

ror fuit dicentium ꝙ ſtatus matrimonij erat
S.ti.xj. meriti ⁊ virtutis equalis cum ſtatu perpetue
ca.vlt. continentium. Hec fuit hereſis iouiniani quaz multipliciter improbat beatus Hieronymus in lib.contra iouinianum. Et erroris falſitas patet ex eo ꝙ ſaluator parabolice loquens de ſemine iactato in terram bonam. aliud ſec̄ fructum triceſimum: aliud ſexageſimum: aliud centeſimum. Matth.xiij. quod communiter exponitur de triplici ſtatu bonorum fidelium qui ſignificantur per terram bonam ſatam ſemine virtutum: ſcilicet coniugatorum: viduarum ⁊ virginum. Sicut ergo numerus ſexageſimus excedit in duplo triceſimum: ⁊ numerus centenarius vtrunqꝫ: ita ſtatus vidualis coniugalem. ⁊ multomagis virginalis excedit in perfectione. Et.j.Cor.in.vij. Qui virginem ſuam matrimonio iungit bene facit. Et qui non iungit melius facit. Patet etiam hoc per rationem. Nam per continentiam homo redditur habilior ad mentis eleuationem in ſpiritualia ⁊ diuina. ⁊ quodammodo ponitur in quadam ſimilitudine angelorum ſupra ſtatum hominis. Unde Hieronymus ait. Angelis ſemper cognata eſt virginitas: ⁊ virginem eſſe angelicum eſt non humanum. Non obſtat huic ſententie ꝙ aliqui perfectiſſime virtutis viri matrimonio vſi ſint. vt Abraam: yſaac: ⁊ Jacob. Quia quanto virtus eſt fortior: tanto minus poteſt per quecunqꝫ a ſua altitudine deijci. Nec tamen quia ipſi matrimonio vſi ſunt: minus contemplationem veritatis ⁊ diuinorum amauerunt. Sed ſm ꝙ conditio tēporis requirebat matrimonio vtebantur ad multiplicationem populi fidelis. Nec tamen perfectio alicuius perſone fidelis eſt ſufficiens argumentum ad perfectionem ſtatus: cuz aliquis perfectiori mente poſſit vti minori bono ꝙ̄ alius maiori. Non ergo per hoc ꝙ Abraam vel Moyſes perfectior fuit multis qui ſeruāt continentiam propter hoc ſequitur ꝙ ſtatus matrimonij ſit perfectior ſtatu continentium vel etiam equalis. Et ad hoc facit quod ait beatus Hieronymus contra iouinianum. Quis ignoret ſub alia dei diſpenſatione omnes retro ſanctos eiuſdem fuiſſe meriti cuius nunc ſunt chriſtiani. Quomodo Abraam tunc deo placuit in coniugio: ita nunc virgines in perpetua continentia. Seruiuit ille legi ⁊ tempori ſuo. Seruiamus ⁊ nos legi ⁊ tempori noſtro in quos fines ſeculorum deuenerunt de peniten.diſtinctio.ij.Si enim inquit.

De conſilio paupertatis. capitulū.iij.

Circa paupertatez que etiam inter cōſilia domini ponitur: erratū ē a qbuſdā. n.ā aliq ita cōmēdauerūt vt aſſererēt: nulli eē laico licitū eſſe hꝰ̄e aliquid ꝓpriū: ſz dāpnabile

ſore. Qui heretici declarantur vocati apl'ici: vt habetur. xxiij. q. iij. quidam. Un̄ ⁊ b. Hiero. dicit laicis licitū eſſe poſſidere tpalia: ſed non niſi ad vſum. i. ita ꝙ nō abutanť eis. xij. q. j. duo. Quinimo etiaȝ ⁊ clericis ſecularibus licet hře ꝓprium: vt ponitur. xij. q. j. per totum. Nec obſtat quod dn̄s ait Luc. xiiij. Niſi quis renunciauerit oībus que poſſidet: non pōt eſſe meus di-

Duplex diſcipulatus chriſti. ſcipulus. Nam diſcipulatus xp̄i poteſt intelligi dupl'r. Uno modo large: prout. ſ. importat obſeruantiam mandatoꝝ xp̄i. ſicut fuit nicodemus: Joſeph. ⁊ hmōi. ⁊ his opoꝛtet omnibus renunciare temporalib⁹ mēte. ita. ſ. ꝙ nil deo ⁊ mandatoꝝ eius obſeruationi preponāt. Scdo modo proprie ⁊ ſtricte, put importat ſtatum perfectionis ⁊ obſeruantiam conſilioꝝ. qualem ſtatum tenuerunt apl'i cum xp̄o conuerſantes. ⁊ iſtos opȝ omnibus renunciare affectu ⁊ effectu vt nil habeant ꝓprium in particulari. ſicut eſt ſtatus religioſoꝝ. vt. xij. q. j. nō dicatis. ⁊ in aliis. c. Et de his proprie loquebatur xp̄us. Quidam enim ita cōmendant paupertatem vt dicant in ea conſiſtere perfectionē creature rōnalis. Sed beatus Tho. ij. ij. reprobat oſtendens poſt Jo. caſ. in col. prima moyſi. non in ea conſiſtere perfectionem: ſed eſſe inſtrumentum ⁊ inductiuum ad perfectum. Et apl'us ad Col. iij. ait. Super omnia charitatem habere. quod eſt vinculum perfectionis. non dixit paupertatem: ſed charitatem eſſe vinculum pfectionis. Xp̄us etiam poſtꝙ dixit. ſi vis pfectus eſſe vende oīa que habes ⁊ da pauperibus. ſubdidit. Et ſequere me. vt innueret non in paupertate tm̄: ſed magis in ſequela xp̄i que eſt maxime p charitatem conſiſtere pfectionem. ¶ Alij vero econtra ita deteſtati ſunt pauptatē: vt oēm gradum pauptatis ⁊ expropriationis tpalium reprobarent ⁊ illicitū dicerent. Sed ⁊ hos reprobat. b. Tho. in. iij. ꝯ gentiles. c. cxxxj. ⁊. cxxxviij. dicit enim. Quid ſentiendum ſit de pauptate

Diuitie exteriores ad qd ordinantur. et diuitijs conſiderem⁹. Exteriores quidem diuitie neceſſarie ſunt ad bonū virtutis: cum per eas ſuſtentemus corpus: ⁊ alijs ſubueniam⁹. Opoꝛtet autem ꝙ ea que ſunt ad finem: ex fine bonitatem accipiant. Neceſſe ergo eſt vt exteriores diuitie ſint aliquod bonum hoīs. non tamen principale: ſed quaſi ſecundariuȝ. Nam finis principaliter bonum eſt. Alia vero ſm̄ ꝙ ordinantur in finem. Ppter hoc quibuſdam viſum eſt vt virtutes ſint maxima bona hoīs. Diuitie aūt ꝗdaȝ minima bōa. Opoꝛtet aūt ꝙ ea que ſunt ad finem modū accipiant ſȝ exigentiam finis. intantum ergo diuitie ſunt bone inquantum ꝓficiunt ad vſuȝ virtutis. Si vero iſte modus excedatur: vt p eas impediať vſus virtutis non iam inter bona cōputanda ſunt ſed inter mala. Unde quibuſdam accidit bonum eſſe habere diuitias. ſ. qui eis vtuntur ad virtutes. Quibuſdam malum eſt eas habere: quia per eas a virtute retrahūtur vel nimia ſollicitudine: vel nimia affectiōe ad eas: vl' mentis elatione ex eis contingente. Sed cum ſint

Utreqȝ vite. ſ. actiue ⁊ contēplatiue indigēt diuitijs virtutes actiue vite ⁊ cōtemplatiue aliter ⁊ aliter: vtreqȝ diuitijs indigent. Nam virtutes contemplatiue indigent eis ad ſolam ſuſtentationem nature: virtutes actiue indigent eis. ⁊ ad hoc ⁊ ad ſubueniendum alijs cum quibus conueniendum eſt. Unde ⁊ contemplatiua vita ēt in hoc perfectioꝛ eſt ꝙ paucioꝛibus indiget. Ad quam quidem vitam pertinere videtur ꝙ totaliter homo diuinis rebus vacet. Quaȝ quidem perfectionem ſectantibus minimum de exterioꝛibus diuitijs ſufficit. ſcilicet quantum eſt neceſſarium ad ſuſtentationem nature. Unde apoſtolus. j. Timoth. vj. ait. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur: his cōtenti ſumus. Paupertas igitur laudabilis eſt inquātum hominem liberat ab illis vitijs quibus per diuitias aliqui implicantur. Inquantum autē ſollicitudinem tollit que ex diuitijs conſurgit: eſt vtilis quibuſdam. qui ſcilicet ſunt ita diſpoſiti vt circa melioꝛa occupentur. quibuſdam vero nociua qui ab hac ſollicitudine liberati in peiores occupationes cadunt. Unde bea. Grego. in. vj. moral. ait. Sepe qui occupati vnde humanis vſibus viuerent: gladio ſue quietis extincti ſunt. Inquantum vero paupertas bonū qđ ex diuitijs prouenit ſcilicet ſuſtentationem propriam ⁊ ſubuentionem alioꝛum impedit. malum eſt ſimpliciter. Malum enim eſt inquantum ſubuentio qua in temporalibus proximis ſubuenitur per maius bonum poteſt recompēſari ſcilicet per hoc ꝙ homo diuitijs carens liberius poteſt diuinis ⁊ ſpiritualibus vacare. Bonum autē ſuſtentationis proprie adeo neceſſarium eſt: ꝙ nullo alio recompēſari poteſt. Nullius enim boni obtentu debet homo ſuſtētationem vite ſibi ſubtrahere. Paupertas igiť talis laudabilis eſt cum homo a ſollicitudinibus terrenis liberatus: liberius diuinis ⁊ ſpiritualibus vacat ita tamen ꝙ cuȝ ea remaneat facultas homini per licitum modum ſuſtentandi ſeipſum: ad quod non multa requiruntur. Et quanto modus viuēdi in paupertate minorem ſollicitudinem exigit: tanto paupertas eſt laudabilioꝛ. non autem quanto paupertas fuerit maioꝛ. Non enim paupertas in ſe bona eſt: ſed inquantum liberat ab illis: quibus impeditur homo quo minus ſpiritualib⁹ bonis intendat. Unde ſm̄ modum quo homo liberať ab impedimentis predictis eſt menſura bonitatis eius. Et hoc eſt commune omnibus exterioꝛibus

rioribus bonis que intantū ſunt bona inquātum ꝓficiunt ad virtutē. nō aūt ſcḋm ſeipſa.

¶ Eſt autem quadruplex modus ſectandi voluntariam paupertatem. ſcḋm btm̄ Tho. vbi ſupra. c. cxxx. ¶ Et primus modus eſt: vt de precio poſſeſſionum venditarum: aliqui in vno collegio ſeu ꝯgregatione exiſtentes cōmuniter viuant. Et iſte ſufficiens eſt: ſed non ad longum tēpus. Et ideo apoſtoli hunc modum viuendi fidelibus in hieruſalem conſtituerunt. qr preuidebant per ſpm̄ ſanctum ꝙ non diu in hieruſalē cōmorari haberent. tum propter perſecutiones ⁊ iniurias illatas a iudeis. tum ꝓpter inſtātem deſtructionem ciuitatis ⁊ gentis. vnde non fuit neceſſarium niſi ad modicum tempus prouideri. Et propter hoc tranſeuntes ad gentes in quibus firmanda ⁊ perduranda erat eccleſia. hunc modum viuendi non leguntur inſtituiſſe. Et ſi dicatur ꝙ per hunc modum viuendi pōt cōmitti fraus ⁊ furtum per diſpenſatores: vnde non videtur ꝯueniens modus. Reſpondet ꝙ hoc eſt cōmune in omni modo viuendi: quibꝰ aliqui ad inuicem ꝯuiuunt. In hoc aūt tanto minus quanto difficilius ꝯtingere videtur: ꝙ ꝑfectionem vite ſectantes fraudem cōmittant. Adhibetur etiam contra hoc remedium ꝑ prouidam diſpenſationem fideliū. Unde ab apoſtolis electi ſunt ſtephanus ⁊ alij qui ad hoc officium idonei reputabantur. ¶ Eſt ſecundus modus viuendi in paupertate voluntaria. vt ſcilꝫ habentes poſſeſſiones in cōmuni de eis viuāt. ⁊ ſingulis prouideat prout cuiqꝫ opus fuerit: ſicut obſeruatur in plurimis monaſterijs ⁊ quaſi in omnibus monachoꝝ. Et hic eſt ēt conueniens modus ⁊ laudabilis. Nec per hoc aliquid deperit perfectioni ad quam tendunt paupertatem voluntariam aſſumentes. Pōt enim fieri per vnius fere vel paucorum ſollicitudinem vt poſſeſſiones debito modo procurentur: ⁊ ſic alij abſqꝫ aliqua temporalium ſollicitudine remanentes libere poſſunt ſpiritualibus vacare quod eſt fructus voluntarie paupertatis. nec etiam illis aliquid deperit de perfectione vite qui hanc ſollicitudinem pro alijs aſſumunt. Quod enim amittere videnť in defectu quietis recuperant in obſequio charitatis: in quo etiam perfectio vite conſiſtit. Nec etiam per hunc modum viuendi cōcordia tollitur occaſione poſſeſſionum cōmunium. Tales enim debent voluntariam paupertatem aſſumere: qui temporalia contemnant. Et tales pro temporalibus cōmunibus diſcordare nō poſſunt: preſertim cum ex temporalibus nihil preter neceſſaria vite habeant expectare. Et cū diſpenſatores oportea t eſſe fideles: nec ꝓpter hoc ꝙ aliqui hoc modo viuendi abutitur. hic modus viuendi poteſt improbari: cū ⁊ bonis male vtātur mali. vt patet in euchariſtia ⁊ malis bene vtantur boni. ¶ Tertius modus viuendi voluntariam paupertatem ſectantibus eſt: vt de laboribus manuum ſuarum viuant. Quem quidem viuendi modū Paulus apoſtolus ſequebatur: ⁊ alijs obſeruandū ſuo exemplo ⁊ inſtitutione dimiſit. Dicitur enim. ij. ad Theſſal. iij. Non gratis panem manducauimus ab aliquo: ſed in labore ⁊ fatigatiōe nocte ⁊ die operantes ne quem veſtrum grauaremus. Et infra. Cum eſſemus apud vos hoc ipſum denunciabamus vobis: quoniam ſi quis non vult operari non manducet. Iſte igitur modus eſt etiam conueniens ⁊ bonus. Nec eſt hoc vanum vt quidam obyciunt. ſcꝫ terrena dimittere. vt iterum acquirantur per labores manuum. qr diuitiarum poſſeſſio. ⁊ ſollicitudinē requirebat in procurando vel ſaltem cuſtodiēdo. ⁊ affectum hominis ad ſe trahit: quod non accidit dum obſequijs per laborem manuum quotidianum victum acquirere ſtudet. Sed et ad acquirendum per laborem manuum victū quantū ſufficit ad nature ſuſtentationem: modicum tēpus ſufficit ⁊ modica ſollicitudo neceſſaria eſt. Sed ad diuitias congregandas vel ſuperfluum victum querendum per laborē manuum: ſicut ſeculares artifices faciunt: oportet multum temporis ponere ⁊ multam ſollicitudinem adhibere. Nec eſt contra quod dominꝰ ait. Nolite ſolliciti eſſe. Matthei. vj. Non enim prohibuit laborem manuum. ſed anxiam ſollicitudinem mentis pro neceſſarijs vite laborando ⁊ alia faciendo quod in ſe eſt. quaſi cum his etiam dubitet homo ne habeat vnde viuat. Si enim ex diuina prouidentia ſuſtentantur aues que non poſſunt laborare in illis laboribus quibus homines ſibi neceſſaria acquiruntur. ⁊ ſūt aues ipſe inferioris conditionis. multo magis prouidebit hominibus. ¶ Nec enim pōt iſte modus reprobari ex eo ꝙ alicui hoc non ſufficiat. vt quia infirmus ⁊ debilis eſt. non valens laborare quantum ſufficit ad victum ſibi neceſſarium. Non enim propter defectum qui ī paucioribus accidit. aliqua ordinatio repudianda eſt. Hoc enim ⁊ in naturalibus. ⁊ in voluntarijs ordinationibus accidit. Nec eſt aliquis modus viuendi. per quem ita prouideatur homini quin poſſit aliquando deficere. Nam ⁊ diuitibus etiam poſſunt aliquando diuitie furto ⁊ rapina auferri. Remanet tamen remedium aliquod circa dictum modum viuendi vt ſcilicet cui proprius labor non ſufficit ad victū proprium. ſubueniatur per alium eiuſdem ſocieta

quadruplex modus ſectandi pauper tatem.

tis qui plus poſſit laborare q̄ꝫ ſibi ſit neceſſariū
vel per alios qui diuitias poſſidēt ſm legē cha
ritatis ⁊ amicicie naturalis. qua vnus ſubue//
nit alteri. Sꝫ nec obſtat ſi dicatur ꝙ oportebit
tales multum temporis ponere in laborando.
⁊ per conſequens parum vacare poterunt ſpi//
ritualibus. Nam ad victum neceſſarium pau/
ca ſufficiunt: ⁊ paucis tales ſint contenti. Unde
non multum impediuntur ab operibus ſpiri/
tualibus cū non habeant exponere multum tē
pus in operando manibus: cū etiam operādo
pñt cogitare de deo: ⁊ deum laudare ⁊ alia hu/
iuſmodi facere. Poſſunt etiam ab alijs benefi/
cijs ſubleuari. Et licet operatio manuum vale/
at ad ocium vitandum ⁊ carnē edomandā. nō
tamen ꝓpter hoc aſſumitur voluntaria paup//
tas. q: ⁊ alijs modis poteſt edomari caro ⁊ oci
um vitari. ¶ Eſt ⁊ quartus modus pauperta//
tis. ſcꝫ vt paupertatem volūtariā ſectantes: om
nia ſua dimittentes viuant de his que dantur
eis ab alijs elemoſynaliter. nō habentibus ta//
les poſſeſſiones vel redditus in cōi vnde vale/
ant ſibi prouideri. Et hunc modum viuēdi vi/
detur dñs cum ſuis diſcipulis obſeruaſſe. Dici
tur enim Luc. viij. ꝙ mulieres quedam ſeque/
bantur eum miniſtrantes ei de facultatibus ſu
is. Et iſte eſt optimus. Nec enim eſt inconueni
ens vt quidam obijciunt. vt qui ſua dimiſit ꝓ/
pter aliquod quod in vtilitatem aliorꝫ cedit:
de his que ab alijs dantur ſuſtentetur. Niſi eni
hoc eſſet ſocietas humana permanere non poſ
ſet. Si enim quilibet circa ſua propria ſollici//
tudinem tantum gereret non eſſet qui vtilitati
cōmuni deſeruiret. Optimum eſt igitur homi
num ſocietati. ꝙ illi qui pretermiſſa propriorū
cura. vtilitati cōmuni deſeruiunt ab his quoꝝ
vtilitati deſeruiunt ſuſtententur. Propter hoc
enim ⁊ milites de ſtipendijs aliorum viuunt. ⁊
rectoribus reipublice de cōmuni prouidetur.
Qui autem voluntariā paupertatem aſſumunt
vt chriſtum ſequantur ad hec vtiqꝫ oīa dimit//
tunt. vt cōmuni vtilitati deſeruiant. Sapiētia
⁊ eruditione exemplo populum illuſtrantes: ⁊
orationibus ⁊ interceſſionibus ſuſtentandos.
Ex quo etiam patet ꝙ non turpiter viuunt de
his que ab alijs dātur ex quo ipſi maiora repē/
dunt ad ſuſtentationem temporalia accipiētes
⁊ in ſpiritualibus alijs proficientes. dum etiaꝫ
exemplis ſuis alios prouocant ad virtutes: ſit
vt hi quibus proficiunt minus diligant tēpo//
ralia exemplo eorum: ⁊ ſic magis prouocātur
ad dandum eis. Nec etiam per hoc libertatem
admonendi ⁊ reprehendendi populos tales a/
mittunt: quia ⁊ pauca ſunt que recipiunt ⁊ cuꝫ
contempſerint terrena: nō ita afficiunt vt omit
tant propter elemoſynas receptas ſalutem pro

ximorum. Nec etiam eſt incōueniens ꝙ neceſ/
ſitates ſuas exponant petendo pro ſe vel ꝓ ali/
is. Nam ⁊ apoſtoli leguntur hoc feciſſe ꝓ pau/
peribus qui erant in hieruſalem. Nec etiā iſta
mendicitas reddit ipſos homines contemptu/
biles ſi hoc ipſum moderate fiat ad neceſſitateꝫ
non autem ad ſuperfluitatem ⁊ ſine importu//
nitate conſiderata conditione perſonarum a q
bus petitur ⁊ loci ⁊ temporis: quod neceſſe eſt
obſeruari ab his qui perfectionem vite ſectan/
tur. Ex quo ſequitur ꝙ talis mendicitas nō ha
bet aliquam ſpeciem turpitudinis quam habe
ret ſi cum importunitate ⁊ indiſcrete fieret ad
voluptatem vel ſuperfluitateꝫ. Et quāuis mē
dicare fiat cum quadam abiectione: cum ne//
ceſſarium eſt ad ſectandam perfectionem vite
pauperis mendicare ferre talem abiectionem
humilitatis eſt. Aſſumere etiam abiecta virtu/
tis eſt: etſi noſtrum officium hoc non requirat:
vt alios noſtro exemplo prouocemus quibus
incumbit vt illud facilius ferant: ⁊ quandoqꝫ a
biectis vtimur propter virtutem: ſicut medici/
na quadam: puta cum animus alicuius ad im
moderatam excellentiam ſit pronus vtiliter de
bita moderatione ſeruata: abiectis vtitur ſpon
te vel ab alijs ſibi impoſitis ad electionem ani/
mi comprimendam.

¶ De errore fraticellorum circa paupertatem
chriſti ⁊ apoſtolorum. Cap. iiij.

Quia circa materiaꝫ
de paupertate chriſti ⁊ apoſtolorum
tempore Joannis vigeſimiſecundi.
anno ſcꝫ dñi. M. ccc. xxiiij. apd̄ quoſ
dam orta eſt noua opi. falſa fraticellorum: quā
ipſe ioannes papa quia contraria ſcripture euā
gelice reprobauit ⁊ determinauit hereticaꝫ ſo
re: ⁊ illam pertinaciter tenentes vt hereticos ꝓ
ſequendos. Quidam ex illis obſtinato animo
ſuam opinionem retinentes ad hanc temerita
tem ⁊ maximam preſumptionem deuenerunt:
vt ⁊ ipſum papam Joannem hereticum dixe//
rint. propter talem determinationem quaꝫ di/
xerunt falſaꝫ ⁊ hereticā. vnde ſeparantes ſe ab
vnitate eccl̄ie ſynagogā ſathane ſibi fecerūt: S. tit. xj.
nō eccleſiā profitētes. dum caput draconis ſeu c. vij.
antichriſtum antipapam Petrum de coruaria
aſſerentes: non ſolum Joannem vigeſimumſe
cundum: ſed ⁊ omnes ſuos ſucceſſores vſqꝫ in
preſens ⁊ futuꝝ hereticos eſſe. eo ꝙ non repro
bauerint determinationem ipſius Joan. quam
hereticam aſſerunt ⁊ cōfirmauerunt: omneſqꝫ
ſequentes illam determinationeꝫ hereticos te
nent: cardinales epiſcopos: ceteroſqꝫ populos
Et quia nondum ex toto extincta eſt hereſis di/
cta fraticellorum: ſed adhuc in aliquibus parti

bus italie viget. Nam etſi eorum primus antipapa: meritis ſuis dignam receperit vltionem piſis: quia captus ductus auinionem ad pñtiam pape Joannis. poſt abiuratam hereſiȝ ſuam incarceratus ibi deceſſit. Tamen non deſiſtunt homines reprobi illius hereſis ſectatores facere Papam ⁊ epiſcopos de ſuis: qui icedũt in habitu tranſformato: conuenticula ſecrete facientes. Et ideo diffuſius de ea re agetur ſm declarationem cuiuſdam doctiſſimi magiſtri ordinis predicatorum in quodam ſuo tractatu exponẽtis extrauagantem ipſius Joannis. vigeſimiſecundi in qua condemnat illos vt hereticos. Hec ſic incipit.

¶ Ad perpetuã rei .§.i.

memoriam. Quia quorundam mentes ſic pater mendacij dicitur excecaſſe ꝙ noſtris conſtitutionibus quarum vna incipit. Ad conditorẽ canonum. Altera vero. Cum inter nonnullos. non abſq; multa temeritate niſi ſint detrahere ⁊ nituntur ⁊c̃. Caſus igitur ſeu ſententia huius conſtitutionis eſt. Dominus Joannes anteꝗ̃ iſtam tertiam conſtitutionem feciſſet: quia quõdam duas alias prius promulgauerat de conſilio cardinalium ⁊ aliorum prelatorum ⁊ magiſtrorum. Et in prima que incipit. ad conditorem. declarauit ꝙ reſeruatio facta per Nicolaum quartum papam de bonis mobilibus ⁊ immobilibus fratrum minorum preſentibus ⁊ futuris quantum ad proprietatem ⁊ dominium ſibi ⁊ Romane eccleſie ſimplici vſu facti duntaxat fratribus reſeruato: predictis fratribus et multis alijs nõ profuit. ſed obfuit prout magiſtra ipſa rerum: experientia declarauit. quod probat valde clare. ¶ Secundo declarauit in eadem. ꝙ in rebus vſu conſumptibilibus nõ poteſt vſus a proprietate rei dominio ſeparari. et ideo in talibus non poſſunt dici ſimplices vſuarij dicti fratres. Nec tale dominium videtur dictus dominus Nicolaus papa romane eccleſie reſeruaſſe. ⁊ hoc probat euidenter. ¶ Tertio declarauit ꝙ vſus alicuius rei denudatus iure vtendi. in creatura rationali non eſt iuſtus nec per conſequens conuenit perfectionis ſtatui nec perfectioni adijcit. ſed repugnat. quare concludit ꝙ talem vſum denudatum a iure dictus Nicolaus papa dictis fratribus nõ reſeruauit. quod etiam per rationes inconuincibiles liquide manifeſtat. ¶ Quarto declarauit ꝙ tam dicti domini Nicolai conſtitutio ꝙ̃ etiaȝ quoddam priuilegium dictis fratribus a domino Martino quarto predeceſſore ſuo cõceſſum quantum ad procuratores nomine Rom. eccle. eis conceſſos qui cauſa dicte romane eccleſie eos agitabant plurimum honori Roma. eccle. detraxerint cũ ſic plerũq; cõtingat dicta Ro. eccle. occaſione taliũ corã pedaneis iudicibus litigare: intantũ ꝙ prelatis ⁊ eccleſiarũ rectoribus fuerit moleſtum ⁊ graue. ¶ Graue enim tale quid põt ⁊ debet exiſtere ꝙ ſe Rom. ec. in iudicio opponerent. que ipſoꝝ eſt magiſtra ⁊ caput. ¶ Quinto pronũciat ꝙ in bonis que offeruntur vel ꝯferuntur vel alſ quõlibet obuenire poterũt fratribꝰ vel ordini predictis exceptis eccleſijs: vel oratorijs officinis habitationibus ac viſis libris ⁊ veſtimẽtis diuinis officijs dedicatis vel dedicandis. nullum ius ſeu dominiũ aliquod occaſiõe dicte ꝯſtitu. dñi Nico. vel cuiuſcunq; alterius pape ſancte Ro. ec. acquiratur. Sed quoad hoc habeant dicte ꝯſtitu. pro non factis. ¶ Sexto pronũciat ⁊ diffinit: ne deinceps pro recipiendis: petẽdis: exigendis: defendendis: ſeu adminiſtrandis bonis que in poſterum dictis fratribus vel ordini conferri offerri. vel alſ quomodolibet obuenire contigerit quiſquam a quoquam nominetur ſeu conſtituatur amodo nomine ſancte ro. ec. procurator. ¶ Nec occaſione cuiuſlibet priuilegij apoſtolici. quicunq; talium bonorũ adminiſtrationem in iudicio vel extra agendo defendendo: ſupplicando. vel alſ quõlibet aſſumere dicte eccleſie nomine audeat niſi de ſedis apoſtolice licentia ſpeciali: decernit irritũ ⁊ inane ſi ſecus a quoq; contigerit attentari.

¶ In ſecunda ve- .§.ij.

ro ꝯſtitutiõe que incipit. Cũ inter nõnullos: declarat primo ꝙ aſſertio ptinax. ꝙ xp̃s ⁊ apl̃i nihil habuerũt in proprio. nec in cõi. cuȝ ſcripture ſacre ꝯtradicat expreſſe. deinceps erronea ⁊ heretica eſt cenſenda. ¶ Scd̃o ꝙ etiã aſſertio pertinax. ꝙ redemptori noſtro. eiuſq; apl̃is in his que ipſos habuiſſe ſacra ſcriptura teſtatur nequaꝗ̃ ius eis vtendi cõpetierit. nec ipſa vendendi ſeu donãdi. ius ipſi habuerit ſeu ex illis alia acquirẽdi cũ talis aſſertio vſum ⁊ geſta eorum ꝯcludat in premiſſis nõ iuſta deinceps erronea ⁊ heretica eſt cenſenda. ¶ Contra iſtas igitur duas ꝯſtitutiones aliq oblatrantes dixerunt dominum noſtruȝ non potuiſſe ea que dicta ſunt declaraſſe. Et ad ſui mendacij colorationem adducebant talem rationeȝ. Illud quod per clauem ſcientie in fide ⁊ moribus diffinierunt ſemel Romani pontifices adeo immobile perſeuerat. ꝙ illud ſucceſſoribus ſuis reuocari non licet in dubium. nec contrarium affirmare: licet ſecus ſit in his que per clauem potẽtie ſunt ſuper eos ordinata. Sȝ vt dicũt Rom. pontifi. ⁊ multa ꝯcilia generalia determinauerunt ⁊ diffinierunt per clauem ſciẽtie. Primo ꝙ regula fratruȝ minoꝝ eſt regula euangelica

xpi ⁊ apoſtolorũ imitatrix qui nihil in hoc mũdo habent proprium vel commune. Sed in rebus quibus vtuntur habent ſimplicem vſum facti. Secundo ꝙ xpi ⁊ apoſtolorũ paupertas conſiſtit in expropriatione cuiuſlibet temporalis dominij ciuilis ⁊ mundani. ⁊ ꝙ eorum ſuſtentatio fuit in ſolo ⁊ nudo vſu facti. ergo quibuſcũꝙ ſucceſſoribus non licuit oppoſitum declarare. Sed oppoſitum in dictis duabus cõſtitutionibus eſt declaratum. vt viſum eſt. Ergo hoc non licuit facere domino Johan.

¶ Sed ad has ra- .§.iij.

tiones iſtoꝝ euacuãdas ipſe Johãnes edidit. ⁊ promulgauit tertiam conſtitutionem que incipit. Quia quorundam. cuius principium poſitũ eſt ſupra: in qua iohẽs valde ſubtiliter ⁊ artificioſe: ⁊ efficaciter reſpondet inſiſtendo circa maiorem ⁊ minorem. Circa maiorem quidem, primo oſtendẽdo ꝙ ſcientia vel non eſt clauis ſpũalis. vel ſi eſt ad ipſam non pertinet aliquid diffinire: ſed ſolum ad clauem ptãtis. Circa minorem vero oſtendendo primo ꝙ eſt falſum. ꝙ romani pontifi. diffinierunt. ꝙ frẽs in rebus quibus vtuntur habeant ſimplicem vſuꝫ facti: ⁊ probat per eos ꝙ habeant vſum iuris oſtendendo ꝙ di. dominus nico. in quo ſe fundauit principaliter. nunꝙ dicit ſuſtentationem xpi ⁊ apoſtoloꝝ extitiſſe ĩ ſolo ⁊ nudo ⁊ ſimplici vſu facti. immo ꝙ oppoſitum ſenſit probat. Tertio oſtendendo ꝙ habere aliqua in cõi: non derogat altiſſime paupertati. Quarto oñdendo ꝙ in rebus vſu conſumptibilibus nõ poteſt vſus a dñio vel proprietate rei ſeparari. Quinto probando ꝙ vſus denudatus omni iure non eſt vſus iuſtus. quare perfectis nõ competit talis vſus: nec eis talem vſum conditor canonis reſeruauit. Sexto ex eorum dicto eos confutando oñdit. ꝙ ſi licuit dicto domino nico. contra declarationes ſuorum predeceſſorum aliqua declarare in materia ſuprapoſita ꝙ eadem rõne ſibi licuit contra determinata per nico. predictum: vel ſi ſibi nõ licet nec alteri licuit. Septimo oſtendit ꝙ p ea que in dicta conſtõne domini nico. cõtinentur. ꝙ ad romanos põti. ⁊ per cõſequens ad ipſum dominum Johẽm pertinet ſi quid dubietatis circa ſuaꝫ determinationem emergeret declarare. Octauo oſtẽdendo quomodo licet romanis ponti. ordines confirmare ⁊ confirmatos caſſare: quare cum nõ habeant maius priuilegium fratres minores ꝙ alij vt videtur. licet cõtra eorum regulam facere talia ⁊ oppoſita declarare. Nono oſtẽdendo falſum eſſe ꝙ per multa concilia gñalia fuerit talia declarata. cum concilia gñalia illi pontifices non celebrauerint vel ſi celebrata ſint. nullam fecerint de talibus mẽtioneꝫ. Decimo oſtẽdit ꝙ nec ad fidem nec ad mores pertinet cħriſtum ⁊ apoſtolos in his que vſi ſunt nõ habuiſſe niſi nudum vſum facti ⁊ ſimplicem. immo magis oppoſitum pertinet cum nec in ſcriptura ſacra nec in ſymbolis habeat ꝙ fratres minores nõ habent in rebus niſi ſimpliceꝫ vſum facti. nec ꝙ liceat roma. põtifi. dñium quodꝙ reſeruatum ſibi in rebus que fratribus obueniunt abijcere. Nec ꝙ procuratores per ſummos põtifices conſtitutos ſucceſſori non liceat reuocare. Quare concludit neceſſario ꝙ ratio illorũ eſt nulla. ⁊ ꝙ ipſe talia ſuperius premiſſa potuit declarare: ⁊ ipſa etiam ordinare. Ultimo cõcludendo diffinit primo. ꝙ tales qui niſi ſunt publice defenſare ⁊ etiam approbare hereſim damnatam in iſta cõſtitutione. Cum inter nõnullos. aſſerẽdo ꝙ Chriſtus ⁊ apoſtoli in his que habuerũt: habuerũt tm̃ vſum facti ſimplicem iure denudatum ꝙ omnes tales ⁊ ſinguli qui verbo ⁊ ſcripto per ſe vel per aliuꝫ ſeu alios talia publice pſumpſerunt. illiꝗ qui eos inſtruxerunt in talibus ⁊ vt premiſſa facerent docuerunt in damnatam hereſim inciderũt et vt heretici ſunt vitandi. Secundo diffinit ꝙ ſi aliquis deinceps damnatas per cõſtitutionem predictam. Cuꝫ inter nõnullos hereſes: vel ipſarum alteram ſcienter verbo vel ſcripto defendere vel approbare preſumpſerit: vt hereticus ab omnibus euitetur. Tertio inhibet ne quis cõtra ordinata diffinita ſeu facta in dicta cõſtitutione que incipit. Ad conditorem. verbo vel ſcripto ſciẽter approbet aliquid vel defendat ⁊ ſiquis cõtrarium preſumpſerit: tanꝙ cõtumax ⁊ rebellis romane eccleſie habeatur. Iſte eſt caſus ⁊ ſentẽtia totius huius decretalis extrauagantis. Quia quorundam.

¶ Ad pleniorem .§.iiij.

autem declarationeꝫ ipſius magiſter prefatus format octo dubia ⁊ ea declarat ⁊ ſoluit contraria. Horum primum eſt. in quibus pertinet ad papam canones condere. Ad quod breuiſſime reſpondetur. ex eo ꝙ iſta materia plene diluci datur tertia parte. in titu. de ſummis pontificibus. Sciẽdum primo ꝙ papa non poteſt cõdere canones cõtra determinata in ſacra ſcriptura. vt patet. xxv. q. prima. ſunt quidam. ⁊ beatus Auguſti. dicit. iiij. de trinita. Contra rationem nemo ſobrius. Contra ſcripturam nemo chriſtianus. Contra eccleſiam nemo pacificus. Ratio huius eſt. quia inferior non poteſt mutare decreta ſui ſuperioris vel determinare cõtra ea. Sꝫ ſacra ſcriptura eſt a ſpiritu ſancto digeſta. vt patet. ij. Pet. j. Ubi ait non voluntate humana eſt allata prophetia. ſed ſpũ ſancto cẽ. papa ꝗ põt ⁊ ꝗ non.

Qđ ſi arguaſ: q: ſcriptura ſancta videtur hēre
auctoꝛitatem ab eccleſia cum be. Aug. di. Ego
non crederem euāgelio niſi eccleſie auctoꝛitas
ad hoc me cōmoueret. rńdetur ꝙ eccleſiam da
re auctoꝛitatem ſacre ſcripture poteſt intelligi
duobus modis. Uno modo q: ſcriptura habe
at ab eccleſia auctoꝛitatez inſpiratiue. Et ſic nō
eſt verum ꝙ habeat auctoꝛitatez ab eccleſia eo
ꝙ nō eſt ab eccleſia iſpirata ⁊ dictata: ſed a deo
imediate. Alio modo declaratiue. q: ſ. eccleſia
declarat fidelibus hanc eſſe ſacrā ſcripturaz a
deo reuelatam. ⁊ ſic dat ſibi auctoꝛitatem diffi/
niēdi libꝛos pertinētes ad ſacrā ſcripturaz. ſ.
euāgelia Matthei: Marci: Luce: ⁊ Johānis:
nō euāgelia Nicodemi vel nazareoꝝ vel Bar
tholomei ⁊ hmōi ⁊ ſic intelligitur dictū Aug.
q: ſ. ignotuz ſibi eſſet vtrum euangeliū Mat/
thei vel alioꝝ que tenemus ptineret ad ſacraz
ſcripturam vel non: niſi eccleſia inſtinctu ſpiri
tuſſancti iſtud declaraſſet. ℂ Secundo notan/
dum ꝙ papa non pōt cōdere canones ꝯtra de
creta quatuoꝛ pꝛimoꝝ ꝯciliorꝝ: vt patet diſ. xv.
Canones. ⁊. c. ſicut. Sed ſi arguatur contra. q:
ꝯcilium non dat auctoꝛitatem pape. ſed papa
concilio. vt patet di. xvij. per totum. ⁊ extra de
electi. Significaſti. Ergo illa cōcilia habuerūt
auctoꝛitatem a papa. Tantam aūt habet auto/
ritatem vnus qnātam alius: ⁊ tantam ſucceſſo
res quātam pꝛedeceſſoꝛes. Ergo videſ ꝙ poſ//
ſit papa determinata in illis reuocare vel con/
tra ea determinare. Ad qđ reſpondetur. ꝙ con
cilia illa non poſſe reuocari per papam. poteſt
dupliciter itelligi. Uno modo ex eo ꝙ vniuer/
ſaliter ꝯcilia ſunt ⁊ ſic nō eſt verum. q: qđ cō/
petit vni inquantum tale competit omni tali
vniuerſaliter. Que ergo ſtatuta ſunt vel decre
ta in vno ꝯcilio poteſt aliud mutare. vt factum
eſt plurics. Alio modo pōt intelligi ſpecialiter
inquātuz. ſ. de tali materia articuloꝝ fidei que
ibi fuerunt declarata quoad veritatem tenen/
dum. ⁊ ſic nota ibi glo. diſt. xv. ſicut. Non pōt
enim papa vel minuere vel augere vel mutare
articulos vel ſacramēta eccleſie. dicunt etiam
aliqui: ꝙ quoad alia poſitiua. etſi papa poſſit
tollere vel mutare ſingula: q: iſtud vł illud nō
tñ omnia ſimul: q: hoc eſſet deſtruere ſtatuz ec
cleſie. ℂ Tertio aduertēdum ꝙ papa pōt con/
dere canones ꝯtra determinata per quoſcūqꝫ
doctoꝛes ſanctiſſimos. Et hoc pꝛobatur aucto/
ritate. di. xx. Decretales epiſtole ⁊. c. ſequenti.
Et ratio eſt q: inferioꝛ non pōt legem impone
re ſuperioꝛi: ſed econtra ſuperioꝛ inferioꝛi. eſt
aūt papa ſuperioꝛ quocūqꝫ doctoꝛe: quia eniz
ad diffiniendum aliquid non ſufficit ſine pote
ſtate. Hinc eſt vt dicit Gꝛatianus di. xx. ⁊ Joā.
papa in iſta decretali. ꝗuis aliqui doctoꝛes ha
buerunt maioꝛem ſciam ꝗꝫ aliqui ſummi pon
ti. tñ q: pt. item non habuerunt tantam quātaz
ſummi pontifices: ideo in cauſaruz vel dubio/
rum diffinitione pꝛeferunſ ſummi ponti. om/
nibus doctoꝛibus. ℂ Item papa pōt condere
canones cōtra determinata per pdeceſſoꝛes ſu
os: vel per determinata per ſeipſum. quod pꝛo/
batur auctoꝛitate ratione ⁊ exemplo. Et aucto/
ritate quidem. extra de conſan. ⁊ affini. non de
bet. vbi dicitur. Non debet repꝛehenſibile iudi
cari. ſi ſm varietatem tempoꝛum ſtatuta varie/
tur humana. Et extra de ſenten. excōmuni. lib.
vj. dicitur. Alma mater eccleſia nonnulla ple//
runqꝫ oꝛdinat ⁊ conſulte. que poſtmodum con
ſultius ⁊ rationabilius reuocat in melius ve
cōmutat. Et ipſe dominus Joannes in conſti//
tutione ſua pulchꝛe ſic ait. Quia nonnunqꝫ qđ
coniectura pꝛofuturum credidit ſubſequēs ex
perientia nociuum oſtendit. non debet repꝛe//
henſibile iudicari ſi canonum conditoꝛ cano//
nes a ſe vel ſuis pꝛedeceſſoꝛibus editos. vel ali
qua in eis contenta canonibus reuocare: modi
ficare: vel ſuſpendere ſtatuat. ſi ea obeſſe potiꝰ
viderit ꝗꝫ pꝛodeſſe. Pꝛobatur idem diſti. lxiij.
§. verum. Confirmatur iſtud exemplo ſcriptu/
re. Nam mandauit dominus ſerpentem eneū
exaltari in deſerto ad cuius aſpectum ſanabā/
tur homines a moꝛſibus ſerpentum. vt patet
Numeri. xxj. Poſtmodum inſtincti ipſius dei
rationabilius fuit reuocatum eo ablato p Eze/
chiam. vt patet. iiij. Regum. xx. quia populus
idola trahat ad eum. Ratione hoc conſtat quia
par in parem non habet imperium. ℂ Ex qui/
bus omnibus patent due cōcluſiones. Pꝛima
ꝙ dominus Jo. potuit rationabiliter ⁊ ſalubꝛi
ter que in dictis duabus conſtitutionibus con
tinentur ad conditoꝛem ⁊ alia. Cum inter nō/
nullos oꝛdinauit. cum in eis nihil ſit contra fi/
dem ⁊ bonos moꝛes: nec contra quatuoꝛ conci
lia. quia ſicut ipſe deducit. circa finez huius cō
ſtitutionis de contentis in ipſa cōſtitutione in
ſymbolo fidei: vel in ſacra ſcriptura mētio non
habeſ. vel ſi habetur i ſacra ſcriptura vt de pau
pertate xpi ⁊ apl'oꝝ magis ex ipſa ſcriptura ha
betur ꝙ ipſe dńs Joan. determinat ꝗꝫ eius op/
poſitum. Scđa ꝯcluſio eſt ꝙ cū violatoꝛes ⁊ de
trahētes ſacris canonibus: vt blaſphemi ⁊ ſpi
rituiſancto reſiſtentes cenſeantur. vt. xxv. q. j.
violatoꝛes. ⁊ multipliciter punianſ. vt in. d. q.
c. gñali. ⁊. c. oīa. ⁊. c. hac ꝯſona. pꝫ ꝙ hi qui ꝯſti
tutionibus domini noſtri in pꝛedictis detrahe
re niſi ſunt. in penas huius inciderunt: ⁊ qua/
ſi in hereſes iam damnatas ꝯſtitutione pdicta.
Cum inter nonnullos pertinaciter affirmarūt
ꝙ merito heretici ſūt cēſendi: ſicut dńs Jo. deter
minat in pdicta ꝯſti. Et ſic patet pmus arti.

¶ Secundus ar- .§.v.
ticulus eſt. Quot ſunt claues eccl'ie: ⁊ que: q: in
dicta ꝯſtitutione de eis agitur. reprobando opi
nione illoꝝ qui male ſentiũt de eis. Sed q: de
illa materia diffuſe tractat. b. Tho. in. iiij. diſt.
xviij. ⁊ in prima parte. ⁊ plenius in. iij. pte. tit.
ȝ.iij. p. de ſummis põti. Ideo ⁊ hic articulus breuiſſi-
tu.xxij. me expedief. Quis diuerſi diuerſa dicãt cõior
opinio eſt. bea. Tho. ⁊ Pet. in. iiij. ꝙ clauis ec-
cleſiaſtica (que methaphorice dicitur ad clauis
materialis ſimilitudinẽ qua claudit ⁊ aperit
oſtium materiale) eſt quedam poteſtas ſpiritua
lis que datur in ſacerdotij collatiõe ad quaſdã
ſpirituales actiones ordinata. que poteſtas eſt
vna quoad eſſentiam: ſed duplex quantum ad
actꝰ ⁊ officia ſubordinata: imo plus dicit ꝙ ea
dem eſt poteſtas per eſſentiam qua poteſt ſacer
dos corpus chriſti ꝯficere: ⁊ qua poteſt abſolue
re vel ligare. Et ipſa poteſtas eſt ipſe character
impreſſus in collatiõe ordinis ſacerdotalis. qđ
ſic probat. Ad duo quorum vnum eſt cauſa al-
terius vna poteſtas ordinatur ſicut in ſole vna
eſt poteſtas qua ſol calefacit ⁊ rarefacit. ⁊ ideo
calor eſt principiũ actus vtriuſqꝫ: licet quodã
ordine. Sed gratia ⁊ omnis remiſſio in corpo-
re chriſti myſtico: quod reſpicit ptãs clauiũ de
riuatur ex eius capite quod reſpicit eius pote-
ſtas conficiendi. ergo reſpectu vtriuſqꝫ iſtorũ
eſt vna poteſtas. Et eodẽ modo de poteſtate cla
uium inter ſe dicendum: q: ad plures actꝰ ſub
ordinatos ſufficit vna virtus ⁊ poteſtas. Sꝫ ac-
tus clauium licet ſint plures q: vnus eſt iudicã
di ſeu diſcernẽdi quis ſit dignus vel indignꝰ.
alius eſt diffiniendi ⁊ ſententiãdi qs ſit dignꝰ
vel indignus abſoluendo vel ligando. Sũt ta-
men ſubordinati ita ꝙ vnus preſupponit aliũ
ſcꝫ ſecundus primum. Sufficit tñ vna poteſtas
ad vtrunqꝫ ſicut ſol per eandem virtutem illu
minat aerem ⁊ calefacit: ſcꝫ per lumen. Dat eti-
am exemplũ in poteſtatibus ſecularibus. Nã
eadem auctoritate cõpetit iudici iura partium
cognoſcere: ⁊ exinde ſententiare contra vnam
partium ⁊ aliam abſoluere. Sed q: potẽtie co-
gnoſcuntur per actus. ideo etſi ſit vna ptãs eſ-
ſentialiter. dicuntur tñ due quia duplex eſt actꝰ
talis poteſtatis. Et ratione primi actus quo iu
dex eccleſiaſticus iudicat ⁊ cognoſcit de digni
tate vel indignitate alicuius dicitur clauis ſciẽ
tie ratione ſecundi actus quo dignum abſoluit
indignum non abſoluit dicitur clauis potẽtie.
Unde dictum fuit in plurali Math. xvj. Tibi
dabo claues regni celorum. Et iſta videtur itẽ-
tio glo. diſtinctiõe. xx. capitulo primo. ¶ Ubi
ſciendum ꝙ aliqui male ſenſerunt de claue ſci-
entie dicentes ꝙ ſcientia ſm ꝙ eſt habitus ac-
quiſitus vel infuſus ſit clauis non quidem de
per ſe: ſed in ordine ad clauem potentie. Unde
in eo qui habebat ſcientiam ſed non ordine ſa
cerdotalem dicebant talẽ ſcientiam in eo non
eſſe clauem: ſed adueniente claue potentie ſcꝫ
per ſuſceptionem ſacerdotij efficiebatur clauis
illa ſcientia. Cuius opinionis videtur eſſe glo.
di. xx. c. j. Ad quam etiã videtur declinare ma
giſter ſen. in. iiij. diſt. xviij. Dicebat etiam ꝙ ſa
cerdotes idiote etſi non habent clauem ſciẽtie
cum ſint ignorantes: habent tamen quandam
induſtriam materialem diſcernendi quam vo-
cabant clauiolã. Sed iſtam opinionem repro-
bat bea. Tho. in. iiij. di. xviij. Nam ⁊ ſunt aliq
ſacerdotes qui nec ſcientiam acquiſitam habẽt
nec infuſam nec induſtriam naturalem: cũ ſint
indiſcreti ⁊ quaſi fatui. Eſt ergo clauis ſcientie
ſm beatũ Thomã. auctoritas iudicandi vel di
ſcernendi de dignitate vel idignitate alicuius
in foro ꝯſcientie. ⁊ iſtam põt habere ignorãtiſ-
ſimus: ſi hꝫ ſi eſt ſacerdos. ⁊ non hꝫ eam peritiſ
ſimus ſi non eſt ſacerdos. Sicut ⁊ aliqs iudex
ſecularis hꝫ auctoritatem iudicandi qui tamẽ
non hꝫ ſcientiam iuris ⁊ econuerſo. Uerum eſt
ꝙ actus iudicandi nõ poteſt recte exerceri ſine
vtroqꝫ ſcꝫ auctoritate iudicandi ⁊ ſine ſcientia.
⁊ ideo non eſt ſine peccato qui ſe ponit ad iudi
candum in foro conſcientie non habẽs compe
tentem peritiã. ¶ Ex predictis eliciuntur duo
correlaria. quoꝝ primũ eſt. ꝙ ſicut ipſe dñs Jo-
annes in iſta ſua ꝯſtitutione valde bene argu-
it. Illi oblatrantes ⁊ detrahẽtes ſuis cõſtitutis
maledicebãt aſſerentes ꝙ illud quod fuerat ꝑ
romanũ pontificẽ per clauem ſcientie diffinitũ
in fide ⁊ moribus nõ poterat per ſucceſſorẽ re
uocari. Arguitur enĩ ſic ꝯtra illos. Aut clauis
ſcientie accipit pro habitu acquiſito vel infuſo
aut pro auctoritate diſcernendi in foro ꝯſcien-
tie. Si pro habitu: ſic ſcientia non eſt clauis vt
viſum eſt. ſ. ⁊ ipſe dñs Joannes valde clare ꝓ-
bat. Ergo qđ diffinitur in fide ⁊ moribus: illđ
non diffinitur per clauem ſciẽtie. cum habitus
talis nõ ſit clauis. Si aũt accipiatur pro aucto-
ritate diſcernendi in foro ꝯſcientie arguitur ſic
ꝯtra. Primo qui hꝫ auctoritatem diſcernendi
in foro conſcientie ex hoc nõ habet cõdere vel
ſtatuere iura in foro exteriori obligantia. Se-
cundo q: tunc omnes ſacerdotes habentes au-
ctoritatem diſcernendi in foro conſcientie: ha
berent poteſtatem cõdendi iura ⁊ ſtatuta. Ter-
tio q: talis auctoritas diſcernendi reſpicit ſolũ
diſcretionẽ inter lepram ⁊ lepram: inter pecca-
tum ⁊ peccatum: ⁊ non alium actum aliqđ ſta-
tuendi. Ergo per talem clauem circa fidẽ ⁊ bo
nos mores nihil ordinat ſummus pontifex. qđ
non poſſit ſucceſſor reuocare. vñ ſequit ꝙ ma-

le ⁊ falſe aſſumebant.Scd̄a cõcluſio eſt ꝙ ipſe
dn̄s noſter negat id quod illi ſibi male ⁊ falſe i
ponunt.ſcꝫ ꝙ ſcientia non ſit clauis.non enim
hoc negat:vel ſi negat:aut implicite hoc nega
re videtur:accipit ſcientiã pro habitu acquiſi-
to vel infuſo:que vtiqꝫ non eſt clauis vt quidã
dicebant.Sed accipiendo pro auctoritate di-
ſcernendi non negat eiſe clauem.Uerum eſt ta
men ꝙ ad iſtam clauem communiter ſumptaꝫ
non ſpectat condere canones vel mutare: quia
tunc omnis ſacerdos poſſet hoc facere. quod
nullus concedit.

¶ Tertius articu- .§.vi.

lus eſt vtrum vſus licitus poſſit ſeparari a iure
vtendi.Pro cuius declaratiõe primo declarat
deſcribendo aliquos terminos circa materiaꝫ.
Scd̄o agit de diuerſis modis habendi aliquã
rem.Tertio reſpondet ad queſitũ.Quarto ðcla
rat quõ fratres minores poſſunt habere nudũ
vſum facti.Denum ſoluit duodecim argumẽ
ta facta contra veritatem ſue ꝯcluſionis:Quã-
tum ad primũ dicit ꝙ circa aliquã rem pn̄t iſta
ꝯſiderari ad pn̄s.ſ.vſufruct⁹: vſus: poſſeſſio:
Uſufructus qd ſit. proprietatis:dn̄ium:⁊ ius.Quodlibet horum
ſic deſcribitur.Uſufructus ſm iuriſtas eſt ius
vtendi ⁊ fruendi rebus alienis ſalua earꝫ ſub-
ſtantia.ff. de vſufru.l.j.Rebus alienis dicitur
q: in rebus ꝓprijs non dicitur vſufructus. vn̄
ſi habeo vſufructum viridarij:⁊ poſt ad me per
ueniat proprietas:expirat tũc vſufructus. Sal
ua rerum ſubſtantia dicitur:q: in rebus q̃ vſu
conſumuntur non proprie eſt vſufructus.vt pa
ne:vino:⁊ hmõi.Ius vtendi dicitur ad differẽ
tiam vtilis dominij:quod quandoqꝫ in rebus
alienis habetur.ſicut emphitcota ⁊ feudatari⁹
habent vtile dominium:cuius dn̄ium directũ
pertinet ad dn̄ꝫ ſuperiorem:a quo res tenetur
in emphiteoſim vel in feudũ.Item ponit fruẽ
di:ad dr̄iam nudi vſus:q: minus eſt in vſu ꝙ̃
in vſufructu.Datur exẽplũ de grege. Si vſus
alicuius gregis ſit tibi relictus in aliquo teſta-
mento:tu poteris vti grege ad ſtercorizanduꝫ
in agro tuo tm̄.Sed ſi fuerit relictus vſufruct⁹
eius:poteris grege vti nõ ſolum ad ſtercorizã-
dum:ſed ad lanam.lac ⁊ fetus recipiendum ⁊
diſtrahendũ tales fructus vt volueris.fetus.n.
in iumentis vt in pecudibus computantur in
fructu.⁊ de quolibet animali irrationali.ſecus
autem in ancillis.Nam partus ancille non pti
net ad vſufructuarium.Datur aliud exemplũ.
Si viridarium fuerit tibi legatum ad vſuꝫ po
teris roſas:holera:⁊ alios flores ⁊ fructus ſu-
mere ad vſum tuum:ſed alij non poteris vẽde
re vel dare.Sed ſi vſufructus eius fuerit reli-
ctus:poteris non ſolũ ſumere ad vſum tuũ ſed
ipſos flores ⁊ fructus vendere ⁊ donare alteri
prout volueris.Et ſic patet ꝙ quicunqꝫ habet Uſus qd ſit.
vſufructum hꝫ vſum ⁊ non ecõuerſo. ¶ Uſus
autem ſm Iuriſtas eſt ius vtẽdi rebus alienis
ſalua rerum ſubſtantia.Ideo dicitur.rebus alĩ
enis:quia ſm iuriſtas vſus non dicitur in re ꝓ
pria.Additur ſalua ſubſtantia rerum:q: ſꝫ eos
vſus nõ conſtituitur in rebus que vſu cõſumũ
tur:quia in talibus non poteſt rerum ſubſtãtia
permanere poſt vſum non ponitur fruendi vt
diſtinguatur ab vſufructu. Sed quia quantuꝫ
mihi videtur legiſſe iſto modo accipiunt vſuꝫ
nimis ſtricte.ſcilicet pro vſu pro quo competit
ſeruitus.Ideo accipiendo vſum ſm naturaꝫ ⁊
magis large.⁊ ſm iura canonica.cuꝫ ſm rei ve
ritatem aliquis vtatur re ſua ſicut aliena. ⁊ vtĩ
tur pane cum comedit ⁊ conſumit eum. Id̃ ſic
accipiendo vſum mihi videtur ꝙ nuduꝫ vſum
facti de quo loquuntur conſtitutiones Io.qua
drupliciter poteſt imaginari. Primo mõ põt
dici nudus vſus facti propter omnis iuris nu
dationem.Secundo propter proprietatis ex-
cluſionem.Tertio propter omnis vtilitatis prĩ
uationem.Quarto propter actionis in iudicio
abdicationem.Exempla omnium.Si equita-
rem equum cuius non eſſem dominus: nec ha
bere aliquod ius equitandi equum.tunc habe
rem vſum nudum equitationis equi per om-
nis iuris denudationem.ſicut habet fur ⁊ la-
tro in re furtiua:quia habet vſum denudatum
proprietate.Exemplum de ſecundo. Si equita
rem equum quem conduxi ad vecturã ab alio:
poſſet dici habere nudum vſuꝫ equi propter ꝓ
prietatis excluſionẽ:q: non habeo proprietatẽ
eius. Sic econuerſo equitando equum meum
non habeo vſum nudum:quia equi habeo ꝓ-
prietatem.Exemplum de tertio quando qs ha
bet aliquem vſum alicuius rei vel circa aliquã
rem ⁊ tamen caret omni fructu ⁊ vtilitate que
poſſet ſibi inde prouenire.ſicut ſeruus qui vti-
tur aliquibus inſtrumentis ad vtilitatem do-
mini ſui.talis vſus poſſet dici nudus quantũ
ad fructum vel vtilitatem ſerui.qui ex tali vſu
nullus fructus vel commoditas acquiritur ſi-
bi ſed domino ſuo.Similiter de famulo cam-
pſoris: qui quotidie vtit̃ pecunia domini ſui
alijs numerando.tamen vtilitas vſus non eſt
ſua:ſed domini ſui.Exemplum de quarto.Cuꝫ
aliquis haberet aliquam rem: ⁊ cum ſibi auſer
retur non poſſet agere in iudicio contra illuꝫ.
vel ex voto vel alia quacunqꝫ cauſa.tunc poſ-
ſet dici habere nudum vſum per actionis in iu
dicio abdicationem. Et hoc quoad vſum. Poſſeſ-
¶ Tertius terminus eſt poſſeſſio que ſic de- ſio qd
ſcribitur.Poſſeſſio eſt corporalis rei retentio ſit.
corporis ⁊ animi iuris adminiculo interue-

niēte. Sic diffinit Hoſtien. in ſumma corpora-
lis rei dicitur. qa ſꝫ iuriſtas icorporalia nō poſ
ſidentur. Detentio dicitur quia poſſeſſio ſm iu
ra dicitur quaſi pedum poſitio. Aliter non acq
ritur poſſeſſio niſi corpore ⁊ animo interueniē
te. Unde ſi alterum deficit non eſt poſſeſſio. Ju
ris adminiculo additur: quia q̄uis aliqui ali-
cui rei corpore ⁊ animo inſiſtat. tamen niſi ha-
beat iuris adminiculum non proprie dicit poſ
ſidere. Quod ſi obyciatur quia fur ⁊ raptor rē
furatam poſſident: ⁊ tamen nō habēt iuris ad-
miniculum. Rn̄. ꝙ fur ⁊ raptor nō dicitur pro
prie poſſidere: ſed ſolū iniuſte detinere. Quod
autem furta ſint reſtituenda. vt extra de reſti.
S. pte. ſpo. c. Jn litteris. hoc introductū fuit ſm rigo
ij. ti. j. c. rem iuris in odium rapientiuꝫ res ſuas homi-
xiiij. ⁊ nibus: q2 nullus debet eſſe iudex in cauſa ſua.
xv. Et ideo rem furtiuam non debeo accipere a fu
re niſi auctoritate iudicis. Dicit tamen Jnnoc̄.
ꝙ ſi conſtaret tunc per propriam confeſſionem
ipſum eſſe predonem. vel conſtaret de proprie
tate rei. ꝑdoni eſſet reſtitutio deneḡda: quia
nunq̄ȝ vere poſſidet: nec naturaliter nec ciuili-
Quid ter. ¶ Quartus terminus eſt proprietas: que ſic
ſit ꝓpe- diffinitur ab Hoſtien̄. Proprietas eſt dominiū
tas. rei iuſtis modis queſitum. Acquiritur autem
dominiuꝫ iure gentiuꝫ ⁊ iure ciuili. Et iure q
dem gentium per occupationem. ſicut in his
que non ſunt in bonis alicuius hominis: que
occupanti conceduntur: ſicut fere beſtie: aues
⁊ piſces. que in terra mari ⁊ aere capiūtur. ⁊ in
his que communia ſunt vt in mari ⁊ in littore
maris: vt lapillis ⁊ gemmis que ibi ſunt: vt pꝫ
inſti. de rerum diui. per totuꝫ. Tamē circa hoc
ſunt multe conſuetudines in diuerſis regioni-
bus contra iura. Jtem in his que ab hoſtibus
capiuntur. quod intelligendum eſt in bello iu
ſto ⁊ ꝓuato iure militari. de quo di. j. Jus mili-
tare. Jure autem ciuili acquiritur dominium
multipliciter. ſ. preſcriptiōe: vſucaptione: arro
gatione: monachatione: teſtamento: ſucceſſio-
ne: ⁊ alijs multis modis iure ciuili inductis.
Dn̄ium ¶ Quintum quod requiritur circa rem conſi
⁊ ius derandum eſt dominium. Circa quod aliq do-
an ſit ctores dicunt idem eſſe dominium ⁊ ius quia
idem. tantum habet quis de dominio in re. q̄ȝtum de
iure. Aliquibus autem doctoribus videtur op
poſitum. Et tota ratio eſt. quia ſm Simpliciuꝫ
⁊ Ariſto. in ꝑdicamētis. relatio dominij eſt re-
latio ſuppoſitionis. Et ideo nullus debet ha
bere dominiuꝫ in aliquo niſi ſit ei ſuppoſitus.
Sed aliquis poteſt habē ius in aliquo cui non
eſt ſuprapoſitus. imo econtra. Sicut filius hꝫ
ius in patre ſeruus in dn̄o. quia tenentur eis
dare alimentum. Similiter monachus in mo-
naſterio. ſubditus in prelato. quia tenētur eis

ad ſacramētorū adminiſtrationem. Ergo ſm
iſtos ius ⁊ dn̄ium nō ſunt ideꝫ. ſed ius in plus
ſe habet q̄ȝ dominiuꝫ: quia omne dominiuꝫ eſt
ius: ſed nō omne ius eſt dominiuꝫ. videt enim
addere dominiū ad ius quandam ſuperiorita-
tem ⁊ autoritateꝫ. Unde ſm hoc ſic diffinitur.
Dominiuꝫ eſt ius vtendi ⁊ poſſidēdi ⁊ haben- quid ſit
di aliqua re ſimpliciter pro libito volūtatis. vel dn̄ium
ſm aliquem determinatum modum cum qua-
dam ſuperioritate. Dicitur in deſcriptione iſta
ius. quia ſi aliquis detineret vel vteret aliqua
re ſine iure. ſicut fur ⁊ predo. talis non haberet
dominiuꝫ. dicitur ius poſſidēdi quod debet in
telligi iure proprio nō alieno. quia procurator
yconomus ⁊ diſpenſator vtitur licite rebus do
mini ſui. ſed hoc nō facit iure proprio ſed alie-
no. Dicitur autem ſimpliciter pro libito volūta
tis. Simpliciter quātum ad dominiū propriū
⁊ perfectuꝫ. per quod quis habet ius in re quā
tum ad proprietatem ſimpliciter. ⁊ quātum ad
omnē vſum qui eſt natus eſſe circa ipſam rem.
quia poſt eam donare ⁊ vēdere ⁊ diſtrahere ſi-
cut placet. Dicitur autem ſm aliquem determi
natum modum propter duo. Primo ꝓpter do
minia cōditionata. puta cuꝫ quis eſt dominus
rei quoad proprietateꝫ ⁊ vſum ſimul. ſed tamē
nō poteſt vēdere niſi certis perſonis. puta pro-
pinquiori de genere ſuo. vt determinato mo-
do ſeruādo legitimaꝫ liberis ſm leges. vel ſm
ſpeciales patrie ꝯſuetudines. Secūdo propter
dominiuꝫ imperfectum. Uſufructuarius enim
⁊ vſurarius licet nō habeant perfectuꝫ nec ple-
num pro eo ꝙ nō habēt ius in proprietate rei.
tamē habent dominiū verum: ſed imperfectū.
pro eo ꝙ verum ius habēt in vſu vel in vſufru
ctu rei. ſꝫ nō in proprietate ipſius rei. Alioquin
nō poſſent iure ſuo vēdere vel aliena re vſum
vel vſufructum. Additur in deſcriptione. Cuꝫ
quadam ſuperioritate. quia vt dictuꝫ eſt domi
nium videtur addere ſupra ius quādam ſupe-
rioritatem ⁊ autoritatem cum ſit relatio ſuper-
poſitionis. Eſt auteꝫ ſciēdum ꝙ cum dominiū
vt dictum eſt ſit quoddā ius habēdi ⁊c. ¶ Si-
cut tripliciter diuidit ius ita ⁊ dominiū. Nam
ius ꝑma ſui diuiſione diuiditur a philoſopho triplex
in. v. Ethic̄. in naturale ⁊ poſitiuuꝫ. Et ſm hoc dn̄iū. ſ.
eſt duplex dominiuꝫ. ſ. naturale ⁊ politicum ſi-
ue ciuile. Jus naturale eſt quod cōpetit alicui
a natura habēdi. ſ. ⁊ vtendi aliqua re cum qua
dam ſuperioritate ⁊ autoritate ſuper eam ſicut
⁊ ius patris ſupra prolem. ius viri ſupra vxo-
rem ⁊ domini ſuper ſeruum. Jus politicum ſi-
ue ciuile dicitur ius cum quadam ſuperiorita-
te. quod non competit alicui a natura. ſed me-
re per adinuentionem ⁊ collationem humanā
vel diuinam ſpiritualem ⁊ ſupernaturalem. ſi-

cut dominiuȝ domini pape ſuper totam eccleſiam. vel ſicut dominiuȝ vnius vel plurium ſuper vna ciuitate vel regno. Secũda diuiſio dominij ciuilis eſt. quia quoddam eſt verũ ⁊ perfectum: aliud eſt verum ſed imperfectum. Uerum ⁊ perfectum dominiũ eſt. quãdo quis habet dominium in proprietate rei ⁊ in vſu eius. ita ꝙ poteſt eam vendere ⁊ conſumere ad vſuȝ eius prout ſibi placet. Sed dominium verum ſed imperfectum eſt. quando habet ius ſolum in vſu vel in vſufructu rei. ſed non in proprietate. Unde talis non poteſt dici dominꝰ rei ſimpliciter. ſed dominus vſus vel vſufructus. Tercia diuiſio dominij eſt. quia dominiuȝ merum habet multos modos diſtinctos. quia quoddã eſt ſuperius ⁊ immediatum quoddam altum: quoddam baſſum: quoddam vtile: quoddam directum. ⁊ ſic de alijs. Et ideo ſciendum ꝙ licet eiuſdeȝ rei non poſſint eſſe ſimul plures domini ſimul quilibet inſolidum ſꝫm eũdem modum ⁊ eandem rationem dominij. vt in predicto. c. licet. ⁊. l. predicta poſſideri. tamen ſꝫm diuerſos modos dominij ⁊ diuerſa iura vnius ⁊ eiuſdeȝ rei poſſunt eſſe plures domini ⁊ diſtincti. Sicut eiuſdem campi ruſticus habet dominium vtile. burgenſis habet ibi dominium directum: miles dominiũ baſſum: rex dominiuȝ altum.

quid ſit ius. ¶ Sextus ⁊ vltimus terminus declarãdus eſt ius. Et quia dominiuȝ addit ſolum ſupra ius ſuperioritatem: ideo poteſt ius deſcribi eadem ratione ſicut ⁊ dominiũ: dempta illa parte de ſuperioritate. Uel ſic poſſumus deſcribere ius. ꝙ eſt poteſtas exercendi aliquẽ actuȝ circa rem licite. Unde ſi licite poſſum vendere librum: habeo ius in venditione libri. ſi licite poſſuȝ legere ⁊ ſtudere in libro habeo ius in lectione libri. Et ſic generaliter concludẽdo quãtum habeo de poteſtate licita circa rem: tãtum habeo de iure ⁊ circa ipſam rem. Et ꝙ hoc ſit verum ſic declaratur. Homo circa aliquã rem nõ habet niſi duplex poſſe: ſcilꝫ poſſe facti quo ſcilicet aliquis poteſt vti aliqua re de facto licite vel illicite. ⁊ poſſe iuris quo ſcilicet põt vti aliqua re licite. Sed poſſe ſolius facti non dicitur poſſe iuris. Poſſe igitur licite hoc eſt poſſe iuris. Eſt tamẽ ſciẽdum ꝙ nomen cõmune pluribus ſꝫm rem: ſꝫm modum quo cõmuniter accipitur retinet ſibi nomen proprium ꝯtra alia. Sicut preſcientia que eſt cõmunis noticia approbationis bonorum ⁊ reprobationis malorum: vt patet ad Roma. viij. Quos preſciuit: hos ⁊ predeſtinauit. retinet tamen ſibi nomen ſꝫm cõmunem acceptionem proprium ⁊ diſtinctum cõtra predeſtinationem. vnde ⁊ mali dicuntur preſciti: nõ boni. Sic in propoſito poſſe facti lꝫ ſit cõmune licite ⁊ illicite vtenti: quilibet enim de facto vtitur ſiue licite ſiue illicite vtatur: tamen ſꝫm cõmunem acceptionem dicimus poſſe facti contra poſſe iuris. dicẽdo iſte poteſt de facto: qui ſcilꝫ poteſt exercere aliqueȝ actum illicite. Ille autem dicitur poſſe de iure qui poteſt licite exercere aliquem actum. Patet ergo ꝙ ius non dicit aliud niſi poteſtatem exercendi licite actum circa aliquã rem. Et hoc etiam dicit beatus Augu. in lib. de mendacio. ſic inquiens. Faciat homo pro temporali ſalute hominum quod poteſt. Cum autem ad hoc vẽtum fuerit vt tali ſaluti niſi peccando conſulere nõ poſſit: iam ſe exiſtimet nõ habere quod faciat. xxij. q. ij. faciat. Unde ⁊ iuriſte dicunt. Illud poſſumus: quod de iure poſſumus.

¶ Declaratis di- .§. vij.

ctis terminis: eſt modo videndum de diuerſis modis habẽdi ius in aliqua re. Et poteſt attendi hec diuerſitas ex parte triuȝ. ſcilicet ex parte rei habite: ex parte habentis: ⁊ ex parte modi habendi. Ex parte rei quidem habite: quia aliquando quis habet ius in aliqua re quãtum ad proprietatem ⁊ non quãtum ad vſum. ſicut ſi locaui tibi domum ad annum: habeo quidem ius in domo in proprietate: ſed non in vſu per illũ annum. quãdoqꝫ quis habet ius in vſu ⁊ non in proprietate. ſicut tu qui cõduxiſti illam domum habes ius in vſu ſed non in proprietate. ⁊ quia eiuſdem rei poſſunt eſſe diuerſi vſus ⁊ diuerſi modi alienandi: contingit in aliqua re haberi ius quantum ad vnum vſum ⁊ nõ quãtum ad alium ſicut placet dño rei ꝯcedere. Unde conceditur aliquando alicui ꝙ poſſit inhabitare ſolum domum aliquando ꝙ poſſit inhabitare ⁊ locare. quãdoqꝫ quis habꝫ ius vtroqꝫ modo. ſcilꝫ in proprietate ⁊ in vſu. Ille autem dicitur ſimpliciter habere ius in aliqua re qui poteſt licite vti illa re quãtum ad omnem vſuȝ qui natus eſt eſſe circa illam rem. Secũdo contingit diuerſitas ex parte habẽtium rem: quia quandoqꝫ habens ius in aliqua re eſt perſona ſingularis. ⁊ tunc dicitur habere ius in ꝓprio. quandoqꝫ vero eſt cõmunitas. ſicut monaſteriuȝ habet ius in rebus monaſterij: non aliqua perſona ſingularis niſi inquantum eſt pars cõmunitatis. Et quia duplex eſt cõmunitas. quedaȝ ordinata per ſe: quedam ordinata per accidẽs. Per accidens eſt vt cõmunitas mercatorꝝ mutuo conuenientium ad mercandum ſimul ⁊ habentium lucrum ⁊ damnum in cõmuni. Per ſe autem cõmunitas eſt vt cõmunitas eccleſie vel religionis que habet bona in cõmuni. Adhuc contingit diuerſitas ex parte iſtorũ. Nam quando eſt communitas per accidens ordinata: tunc communitas habet ius per accidẽs in

De diuerſis modis habẽdi ius ī aliqua re

talibus bonis. perſone autem communitatis per ſe. Sed quando eſt communitas ordinata per ſe: tunc ipſa communitas habet ius per ſe in bonis ſicut eccleſia vel monaſterium. Sed perſone illius cõmunitatis habent ius per accidens inquantum ſunt partes communitatis. et ideo non poſſunt agere ad diuiſionem. Tertio modo contingit diuerſitas ex parte modi habendi. Nã quãdoq3 quis habet ius in re nomine proprio et per ſe: ſicut dominus rei. quandoq3 neq3 nomine proprio neq3 per ſe: ſed nomine alterius et pro altero. ſm q eſt ordinatu3 a principali domino. ſicut diſpenſatio et adminiſtratio alicuius rei cõceſſe ſunt a domino ad hoc vt diſtribuat ipſam rem et diſpenſet. et talis non dicitur ſimpliciter habere ius in illa re ſed poteſt dici habere ius diſpenſandi vel adminiſtrandi talem rem. Alio modo dicit quis habere ius. non nomine ſuo: ſed tñ pro ſe. Sicut cum aliquis concederet alicui domum ſuam ad inhabitandu3 quamdiu ei placuerit. talis haberet ius in habitatione domus pro ſe. non tamen nomine proprio: ſed nomine domini principalis: quia ius remanet penes principalem dominum principaliter. Et ſic patet q dominium rerum viuentium in communitate per ſe ordinate reſidet apud communitate3 ipſam principaliter apud prelatu3 ſicut apud adminiſtratorem et diſpenſatorem. apud quemlibet monachum ſicut apud eum cui debet ſuſtentatio vite de dictis bonis.

¶ Quantum ad .§. vij.

tertium principale huius tertij articuli eſt aduertendum q cum res ſint ſub duplici differẽtia. quia quedam ſunt que non vſu conſumuntur ſicut domus equus et huiuſmodi. Alie que vſu conſumuntur: vt panis: vinu3 et huiuſmodi. hic non queritur de his que vſu conſumuntur: quia de his in ſequenti articulo agetur. Sed de his tñ que vſu non conſumuntur. Et querimus de vſu licito. Cum ergo queritur. vtrum vſus talium poſſit ſeparari a iure. Reſpondetur q hec queſtio poteſt habere duplicem intellectũ. Uno modo vt intelligatur vtrũ poſſit ſeparari a iure vtendi. Alio modo vt intelligatur vtrum poſſit ſeparari a iure in re. Et hoc etiam poteſt intelligi dupliciter. quia aut a iure in re ſimpliciter. aut a iure in re ſm quid ſaltem. Et tunc reſpondendo ad queſtionem ponũtur directe tres concluſiones. et probantur efficaciter. ¶ Prima eſt q vſus licitus non poteſt ſeparari a iure vtendi. Et hoc probatur auctoritate et ratione. Auctoritate quidem non ſolum huius conſtitutionis. Joãnis. xxij. Quia quorundam. Sed etiam beati Auguſtini. Dicit enim ad Macedoniu3. et habet. xliij. queſtio. quarta. Quid dicam hoc certum alienum nõ eſt: quod iure poſſidetur. Hoc autem iure quod iuſte. et hoc iuſte quod bene. De primo ergo ad vltimu3 quod bene poſſidetur: iure poſſidetur. Et Iſido. dicit diſtinctio. prima. Jus generale. q ius dicitur eo q iuſtum. Unde omnis actus iuſtus eſt iuris: quia ius dictũ eſt eo quod iuſtu3. Uſus aũt eſt quidam actus. etũ licitus eſt vſus eſt actus iuſtus. Omnis ergo vſus licitus eſt cum iure vtendi. Jſtam rationem tangit Joannes in conſtitutione. Cum inter nõnullos. Dicit enim ſic. Dicere q Chriſtus et apoſtoli in rebus quibus vſi fuerunt: nõ habuerunt niſi ſimplicem vſum facti: cõuincit actus eorum fuiſſe non iuſtos. et per conſequens iniuſtos: quia negatio in ſubiecto apto nato infert priuationem: ſicut non viſio in oculo infert cecitatem. Probatur idem et ratione per locu3 a diffinitione ſic. Jmpoſſibile eſt vſu3 eſſe licitum ſine facultate licite vtendi: ſicut impoſſibile eſt loqui grammatice ſine facultate loquendi grammatice. Sed facultas licite vtendi non poteſt eſſe ſine iure vtendi. quod probatur ex eo quod dictum eſt ſupra: ſcilicet q ius eſt facultas ſeu poteſtas licite exercendi aliquẽ actum. Sed impoſſibile eſt et contradictionem implicat diffinitionem eſſe ſine diffinito. ergo impoſſibile eſt vſum licitum ſine iure vtendi eſſe. ponit plures alias rationes cauſa breuitatis omiſſas. ¶ Secunda concluſio q vſus licitus poteſt ſeparari a iure in re ſimpliciter. Et hec concluſio breuiter ſic probatur. Jlle qui poteſt habere licitum vſum alicuius rei: dominio remanente penes alium: habet vſum licitu3 ſine iure in re ſimpliciter. Et hoc patet: quia ex quo dominium remanet penes alium ille non eſt ſimpliciter dominus rei: ſed ille penes quẽ remanet dominium. Sed aliquis poteſt habere licitum vſum multarum rerum dominio remanente penes alium. Sicut patet de illo qui conduxit domum ad habitandum: vel equu3 ad equitandum et huiuſmodi. Certu3 eſt enim q conductor talis habet licitum vſum domus vel equi: quia et dominus ei conceſſit. et tamen dominiu3 domus vel equi vel predij remanet penes locatorem. ergo vſus licitus poteſt ſeparari a iure in re ſimplr. in rebus que vſu non conſumuntur. ¶ Tertia concluſio eſt q vſus licitus nõ poteſt ſeparari a iure in re ſm quid. Et hoc probatur faciliter ſic. Habens ius in actu aliquo alicuius rei habet ius in illa re ſm qd. Et hoc patet: quia ex quo ille actus licite exercetur circa illam rem: habet ius in illa re: ſaltem quantum ad illum actum. Hoc autem eſt habere ius nõ ſimpliciter in re: ſed ſm quid. Sicu..

enim ſi habeo ius in equo ſimpliciter: vt quia eſt meus. habeo ius in equitatione equi ſimpliciter. ⁊ ſic de neceſſitate ſi habeo ius in equo ſꝫ quid. vt quia mihi eſt cõmodatus vel locatus. habeo ius in equitatiõe equi que eſt vſus eius ſm quid. Neceſſario igitur talis habet ius ſm quid in re cuius eſt vſus.

Q fres minores pñt h̃re nudum vſuʒ in reb⁹ ꝛc. quõ et quõ nõ

¶ Quantum ad .§.ix.

quartum principale huius articuli. ſ. quomodo fratres minores poſſunt habere nudũ vſuʒ facti intelligẽdo iſtum articulum circa res que non conſumuntur vſu. ponuntur quatuor concluſiones. ¶ Prima eſt ꝙ non poſſunt habere in talibus rebus facti vſum nudum licituʒ per omnis iuris nudationeʒ: que ſic probatur. Impoſſibile eſt habere vſum licitum ſine iure vtẽdi: ſine iure in re ſimpliciter: ſine iure in re ſm quid. quod patet ex precedentibus in prima ⁊ tertia ꝯcluſione. Ergo impoſſibile eſt ꝙ fratres minores habeant in talibus rebus vſum licitum ſi ſit nudatus omni iure. Et ideo dominus Johannes deducit in ſua conſtitutione talem vſum ſic omni iure denudatum fratribus. Nicolaus papa nunquam reſeruaſſe: q: ille vſus que perfectioni non adycit: immo repugnat eſt illicitus. ergo talem vſum nunquam fratribus reſeruauit. ¶ Secũda concluſio eſt: quia in talibus reb⁹ poſſunt habere nudum vſum per ꝓprietatis excluſionem. Et hoc faciliter ꝓbatur in rebus in quibus poteſt aliquis habere vſum. ſalua rei ſubſtãtia dominio remanente penes alium poteſt homo habẽ nudum vſum per proprietatis excluſionem ſeu abſqꝫ dominio in proprietate. Et ſi habeat talẽ vſum ex conceſſione domini: talis vſus erit licitus. Sed fratres minores poſſunt h̃re vſum in rebus que vſu non conſumũtur: ſicut in domibus: libris ⁊ huiuſmodi. ſalua rerum ſubſtãtia: dominio illius rei penes papam vel alium remanente ex conceſſione domini. ergo in talibus rebus poſſunt habere nudum vſum licitum. Nuduʒ dico per proprietatis excluſionẽ. Quod autem de facto habeant dictum vſum nudum. patet quia lꝫ dominus Jo. a ſe ⁊ romana eccleſia abdicet proprietatem ⁊ dominium multarum rerum que poſſunt fratribus obuenire: vel elemoſynarum quotidianarum. tamẽ adhuc retinet ſibi dominium eccleſiarum: oratoriorum: vaſorum: librorum: veſtimentoruꝫ: ſacris vſibus deputatorum vel deputandorũ. vt patet in conſtitutione. ad conditorem. Et in talibus dimittit fratribus vſum ⁊ non eſt dubium ꝙ non illicitum ſed licitum. ¶ Tertia concluſio eſt ꝙ non poſſunt in talibus rebus que vſu non conſumuntur habere nudũ vſum per omnis vtilitatis priuationem. quod ſic probatur. Vſus domus eſt ihabitatio eius: ſed inhabitatione domus fratres indigent niſi ſemper ſtarent ſub diuo. Saltem non eſt dubium ꝙ inhabitatio domus eſt vtilis ⁊ accommoda domini. Ergo fratres non poſſunt habere vſum domorum ⁊ huiuſmodi qui ſit omni vtilitate denudatus. ¶ Quarta concluſio eſt ꝙ poſſunt habere nudum vſum talium rerum per actionis in iudicio abdicationeʒ. quod ſic probatur. Cum aliquid parit vnam rem nõ neceſſario non eſt repugnantia habere vnum ſine alio. Sed ius eiꝰ pariat actionem. non tamen neceſſario: ſed volũtarie. Ergo fratres poſſunt habere ius in aliqua re detenta per aliuʒ abſqꝫ hoc ꝙ poſſint ſibi eam vendicare in iudicio. Secundo probatur ideꝫ: quia fratres poſſunt licite habere quod adycit perfectioni: vel ſaltem non eſt illicitum. Sed ſua non repetere in iudicio adycit ad perfectionem. vt oſtẽdit apoſtolus prima Corinth. quinto. vel ſaltem nõ eſt illicitum. Ergo fratres poſſunt habere vſuʒ in talibus rebus per actionis in iudicio abdicationem. Et ſic patet quomodo fratres minores poſſunt habere in rebus que vſu nõ conſumũtur nudum vſum ⁊ quomodo non.

¶ Quartus arti- .§.x.

culus declarandus eſt. Utrum in rebus vſu cõſumptibilibus poſſit ſeparari licitus vſus a proprietate ſeu dominio rei. ⁊ querimus de his que vſu conſumuntur ſtatim: vt panis ⁊ vinuʒ ⁊ huiuſmodi. Probatur primo auctoritate ipſius Joannis. xxij. in conſtitutione. Ad conditorem. Ubi etiam rationem huius aſſignat. Dicit enim ſic ꝙ non ſint dicti fratres minores nudi vſuarij in rebus que vſu conſumuntur: euidentius declaratur: in quibus dicere ꝙ vſus iuris vl' facti a dominio ſeparatus poſſit conſtitui iuri repugnat ⁊ rationi. Nec predeceſſoris noſtri intentio: ſcilicet Nicolai pape Romane eccleſie talium rerum dominium reſeruare. Quis enim ſane mentis credere poterit quod intentio fuerit tãti patris vt vnius oui ſeu caſei ſeu panis vel fruſti panis que ſepe fratribus conferuntur dominium Romane eccleſie acquiratur. Aut ſi eius fuit intentio quis defendere poterit ꝙ non realis fuerit talis intentio domini: ſed verbalis quoqꝫ nõ vera ſed ficta potius ſit cenſenda. Adhuc poſito ꝙ in talibus rebus vſus poſſet conſtitui nudus: tamẽ nullatenus poſſet dici cum vſus rei conſumptibilis vſuarij non differat ab vſu plenum dominiũ continẽtis. quod patet: q: vſus huius rei total'r rem ꝯſumit. Conſtat aũt vſuꝫ plenum dñium habẽtis minime fore nudum.

Exquo ſequit̄ ꝙ eoꝝ vſus nudus minime ſit. Dn̄ium aūt ſancte romane ecclie reſeruatū ex eo poteſt videri nudum verbale ⁊ mathematicum. ꝙ ex illo nullum hactenus obuenerit cōmodum. nec ſperatur ꝙ obuenire debeat in futurum: cum nec intentio reſeruātis fuerit nec fratrum ipſorum ꝙ in cuiuſcꝫ alterius ꝙ̄ ipſorum fratrum cōmodum vſum deueniant res predicte. Conſtat autem ꝙ tale dominium nec habentem ditiorem facit: nec pauperiorem efficit non habentem. Ex quibus liquet ꝙ impudenter propter retentionem predictā pre alijs mendicantibus ſibi vendicant altiſſimam paupertatem. Hec ibi. ¶ Sed preter p̄dicta adducuntur ad idem ⁊ alie rationes: quarū prima eſt. In rebus cuius vſus nō eſt ſine ꝓprietatis conſumptione: impoſſibile eſt eſſe ius in vſu ſine iure in proprietate. Hoc patet: quia exquo conſumitur proprietas vſus non erit licit⁹ niſi poſſim licite conſumere proprietatem. Sed nō poſſum licite conſumere proprietatem ſine poteſtate licita ſeu iure in propetate. ergo ⁊c. Sꝫ in rebus vſu conſumptibilibus non eſt vſus ſine conſumptione proprietatis. ergo in talibus rebus non poteſt vſus a proprietate ſeu dominio ſeparari. Secunda ratio eſt. Ille qui poteſt licite alienare ſimpliciter aliquam rem pro ſua propria vtilitate ſcienter habet ius in re ſimpliciter. Et dictum eſt notanter propria vtilitate: quia bene poſſet aliquis ex commiſſione alterius alienare rem licite pro vtilitate committentis abſcꝫ hoc ꝙ ſic alienans haberet ius in re ſimpliciter. ſicut ſi committerem tibi ꝙ venderes rem meam. Sed ꝙ aliquis poſſit licite pro vtilitate propria rem alienare ⁊ diſtrahere abſcꝫ hoc ꝙ habeat ius in re videtur impoſſibile. Sed vt ens re que ſtatim vtendo conſumitur. ſicut panis ⁊ vinum. alienat rem a propria natura ⁊ forma ⁊ propria vtilitate: quia propter proprium nutrimentum. ergo talis ſi licite vtitur. habet ius in re illa ſimpliciter. ¶ Tertia ratio ad idem. Ille qui licite poteſt habere omnē vſum qui natus eſt haberi circa rem: habet ius ſimpliciter in re. vt patet ex declaratis in precedenti articulo. Sed vtens re que per vſum ſtatim conſumitur: habet circa illam rem omnē vſum qui natus eſt haberi circa rem: immo nū ꝙ̄ poteſt haberi aliquis alius vſus circa rem illam. quia res alterius non manet. ergo talis habet ius ī re ſimpliciter. ¶ Quarta ratio. Ille ꝗ pro ſe licite poteſt rem diſtrahere in alium non ſolum quantum ad vſum: ſed etiā quantū ad proprietatē habet neceſſario ius in re ⁊ in vſu rei. Hoc patet quia nemo poteſt transferre pro ſe ⁊ nomine ſuo in alium quod ipſe nō habet. Sed qui vtendo ꝯſumit rem non minus transfert rem ⁊ alienat a quocū ꝙ cuius ante fuerat ꝙ̄ qui ꝑ venditionem ⁊ donationem transfert in alium: imo magis. q: vendendo vel donando adhuc manet res in ꝓpria forma. poſt talē autē ꝯſumptionem nō manet. ergo ſi talis licite vtitur pro ſe: neceſſario hꝫ ius in re. non ſolum in vſu ipſius rei. Plures alie rōnes ponūtur ob breuitatē omiſſe. ¶ Scōa ꝯcluſio principalis huius quarti articuli eſt. ꝙ fratres minores in hmōi rebus vſu ꝯſumptibilibus non poſſunt habere nudū vſum licitū per ꝓprietatis excluſionē. Et hoc ꝓbatur faciliter ſic. In rebus in ꝗbus nō pōt ſeparari vſus licitus a dominio in re: nō pōt haberi nudus vſus ꝑ ꝓprietatis excluſionē. Sed vt pꝫ ex p̄cedenti concluſione in rebus vſu ꝯſumptibilibus nō pōt licitus vſus ſeparari a dominio ſeu ꝓprietate ī re. ergo in talibus rebus nō poſſunt fratres minores nec alij ꝗcunꝙ habere nudū vſum per proprietatis excluſionē. Et ſic pꝫ dr̄ia inter res que ſtatim vſu ꝯſumunt̄: ⁊ eas que ſtatim nō conſumuntur vſu q: in rebus que non ſtatim vſu cōſumunt̄: vt domus: veſtimentū: liber ⁊ hmōi: pōt eſſe nudus vſus per ꝓprietatis excluſionē ſed nō per oīs iuris denudationē: vt dictū eſt ī precedenti articulo. Sed in rebus que vſu ſtatī ꝯſumuntur nō pōt eſſe licitus nudus vſus: nec per oīs iuris denudationē nec ꝑ proprietatis excluſionē. ¶ Quod ſi arguat̄ in ꝯtrariū ſic. Monachus non eſt capax ꝓprietatis in aliquo caſu: vt pꝫ extra de ſta. mona. cū ad monaſterium. Sed monachus neceſſario vtit̄ rebus vſu cōſumptibilibus: vt qn̄ comedit ⁊ bibit. ergo ī talibus rebus pōt licitus vſus ſeparari a dn̄io ſeu ꝓprietate. Rn̄detur ꝙ monachus non ē capax ꝓprietatis ſic ꝙ poſſit de re diſponere ꝑ libito volūtatis: imo tādiu pōt diſpēſato: vel monaſterium rem ad vſum cōceſſam monacho reuocare donec vſus ſit inchoatus. Et ideo nō dicitur ſimplicit̄ dn̄s vel habere ꝓprietatē. Sed in ipſo vſu quia non poteſt eſſe ſine conſumptione ꝓprietatis: ideo quantū conceditur monacho de vſu in tali re: tantum ſibi conceditur de proprietate. nec abdicatio talis proprietatis eſt annexa ſtatui monachali. de qua dr̄ in illa d̄cretali. cū ad monaſterium. de ſta. mo.

¶ Ex his patet .§.xi.

error decimi cap. libelli hereticalis quem ediderunt fraticelli pro ſue hereſis defenſione. Dicunt enim ꝙ in rebus vſu conſumptibilibus poteſt ſeparari vſus rei a proprietate ⁊ dominio. Inducunt aliquas auctoritates que non ꝓbant. Et q: Jo. xxij. in cōſtitutiōe ſua: q: ita declarauit ꝯtrariū ⁊ determinauit. ſ. ꝙ in hmōi vſus rei vel vſufructus nō pōt ſeparari a dn̄io

⁊ pꝛopꝛietate ipſius rei.vt in pane ⁊ vino ⁊ hu
iuſmodi.⁊ pecunia que vtendo diſtrahitur ab
vno in alium.vnde cui cōceditur vnum ⁊ reli/
quum.Et ideo Chꝛiſtus cum apoſtolis in hu/
iuſmodi habendo vſum habuit ⁊ dominiuȝ ⁊
pꝛopꝛietatem eoꝛum.in cōmuni tamē cuȝ apo
ſtolis.Et quia hoc determinauit:dicūt eum he
reticum:quia cōtra ſcripturam.cum tamē ſcri/
ptura nſi dicat ꝙ habuerit vſum tm̄ ⁊ nō domi
nium.Et cum talis vſus in huiuſmodi ſine do
minio ⁊ iure ſit illicitus:quia eſſet vſus pꝛedo
num.ideo bene declarauit ⁊ neceſſario ſequen
tem cōcluſionem:ꝙ habuit talia quoad vſum
⁊ dominiū. Sed ipſi male intelligūt terminos
iſtos declaratos:ſcilicet vſum ius ⁊ dominiuȝ
⁊ pꝛopꝛietatem ⁊ huiuſmodi. Pꝛeterea ad pa/
pam pertinet declarare dubia ſcripture quādo
occurrūt.⁊ declarationi eius eſt ſtāduȝ magis
ꝙ̄ cuicūqȝ doctoꝛi:vt patet diſt.xx.per totum.
Et ideo ipſi ſunt heretici non ſtantes tali deter
minationi iam facte.

Quintus arti/ .§.xij.

culus declarandus eſt : vtrum paupertas facit
eſſentialiter ad perfectioneȝ.⁊ omittēdo argu/
menta ſequēdo intētioneȝ pape Jo.xxij.in di
cta cōſtitutione:⁊ doctrinam beati Thom̄.qui
ponit pꝛimo quaſdam diſtinctiones facientes
ad declarationē queſtionis.Deide ponit quaſ/
dam cōcluſiones cum ſuis pꝛobationibus di/
lucidātes materiaȝ.¶ Pꝛima diſtinctio eſt de
paupertate:videlicet ꝙ accipitur dupliciter.
Duobꝰ modis accipiť paupertas. Uno modo ſm animi pꝛeparationeȝ. Alio mo
do ſm exteriorem effectuȝ. Paupertas ſm ani
mi pꝛeparationem dicitur inclinatio mētis ad
abdicationem rerum tempoꝛalium inquātum
ſunt īpeditiua charitatis:in qua charitate con
ſiſtit pꝛincipaliter humane vite perfectio.vt.J.
declarabitur. Jlle dicitur eē pauper ſm animi
inclinationem qui ſic eſt diſpoſitus ꝙ pꝛo qua
cūqȝ re tempoꝛali acquirenda vel retinēda nul
lo modo conſentiret in aliquod quod eſſet con
tra charitatem dei ⁊ pꝛoximi. Paupertas vero
ſm effectum exteriorem impoꝛtat carentiam il
loꝛum tempoꝛalium.Et quia quot modis dici/
tur vnum oppoſitorum tot ⁊ reliquum:ideo ſi
cut res coꝛpoꝛales poſſunt diuerſis modis ha/
beri:vt patuit ſupꝛa.iij.artic.quia vel ad vſum
tm̄ vel ad dominium tm̄:vel quoad vtrūqȝ ſi/
mul.ideo ⁊ paupertas poteſt dicere vel caren/
tiam temporalium quātum ad vtrūqȝ:vel quā
tum ad alterum tm̄.inquātum res temporales
poſſunt haberi vel in pꝛop̄o vel in cōmuni:vel
vtroqȝ modo.ideo paupertas poteſt dici caren
tia tempoꝛalium vel vtroqȝ modo ſimul vel al/
terq tm̄.Et quanto maioꝛ carētia tempoꝛaliuȝ:
tāto maioꝛ paupertas ſm exteriorem effectuȝ.
Et accipiēdo vtroqȝ modo poteſt queſtio habe
re locum.¶ Secunda diſtinctio eſt.ꝙ aliquid
facere ad aliud poteſt intelligi dupliciter.Uno
modo eſſentialiter:ſcilicet ſicut id quod eſt eēn
tia rei vel pars eſſentie.ſicut diffinitio vel par/
tes diffinitionis.Alio modo diſpoſitiue ſeu in
ſtrumētaliter.ſicut id quod diſponit ad hoc ꝙ
ſequatur aliquis effectus . Et hoc ſiue ex parte
agentis ſiue ex parte paſſi diciť facere ſeu ope/
rari ad illud inſtrumentaliter. Jnſtrumētuȝ au
tem eſt duplex.vnum ſcilicet neceſſitatis:ſicut
illud ſine quo non poteſt ſequi effectus.ſicut ſe
men a generante deciſum eſt inſtrumētum ne/
ceſſarium ad generationem hominis per natu
ram videlicet.Aliud eſt inſtrumentum cōmo/
ditatis:quia ſcilicet ſine illo poteſt effectus ſe/
qui:ſed non ita faciliter ⁊ pꝛompte.Et ſic ſicci/
tas in ligno eſt diſpoſitio accommodata ad re/
cipiendum actionem ignis . quia licet ſine ea
poſſet lignum accēdi:non tamē ita cōmode:et
faciliter.⁊ ſm hoc poteſt eſſe queſtio de pauper
tate:videlicet vtrum faciat ad perfectioneȝ in/
ſtrumētaliter vel eſſentialiter.Et ſi inſtrumēta/
liter:vtrum operetur vt inſtrumentum neceſſa
rium:vel vt accōmodum.⁊ vlterius operando
vt inſtrumētum:ſi hoc facit ponendo aliquam
diſpoſitionem poſitiuam ex qua ſequatur effe/
ctus ſicut ad pꝛofectum terrenaſcētium diſpo/
nit caloꝛ ⁊ humoꝛ.Uel hoc agit pꝛiuatiue:ſcili
cet remouēdo impedimēta ⁊ nociua ad effectus
conſecutionem.Et operatur diſpoſitiue ad pꝛo
fectum terrenaſcētium remouēs vrticas ⁊ ſpi/
nas a terra in qua eſt ſeminatum. Et ſic de pau
pertate queri poteſt vtrum faciat inſtrumenta/
liter ad perfectionem diſpoſitiue:ſicut pꝛecepta
videlicet cōſilia ⁊ ad bonas perſuaſiones ⁊ om
nia que poſſunt allicere ad dilectionem dei et
pꝛoximi.Uel pꝛiuatiue:ſcilicet remouendo ea
que nata ſunt impedire perfectionem.ſicut ille
qui abijcit id quod natuȝ eſt abijcere ad oppo/
ſitum charitatis.ſicut male ſocietates ⁊ abūdā
tia exceſſiua diuitiarum ⁊ huiuſmodi.¶ Ter/
tia diſtinctio eſt:ꝙ duplex eſt perfectio.quedaȝ
perſonalis : ⁊ quedam ſtatualis.⁊ vna iſtarum
nō includit aliam neceſſario . Contingit enim
aliquem eſſe perfectū perfectione ſtatuali:ideſt
eſſe in ſtatu perfectionis qui non eſt perfectus
perfectiōne perſonali ⁊ ecōuerſo.Et hoc patet.
quia cum ſtatus religionis ⁊ pꝛelationis pꝛeci
pue epiſcopalis ſm omnes ſtatus ſit perfectus
cōſtat manifeſte ꝙ ſunt multi religioſi ⁊ pꝛela/
ti etiam epiſcopi qui nō ſunt perfecti perfectio
ne perſonali:cum ſint mali deficiētes a dilecti/
one dei ⁊ pꝛoximi ⁊ ecōuerſo ſunt ⁊ faciūt mul
ti laici qui nō fuerunt religioſi vel pꝛelati:⁊ tm̄

fuerūt perfecti perfectione perſonali gratie.ſ.⁊ ꝟtutuꝫ.vt Abꝛaham ⁊ ſanctus Ludouicus rex fráncie:⁊ alij multi. Perfectio autē ꝑſonalis ꝯſiſtit in habitibus virtutum ⁊ actibus earum. Qđ pꝫ: qꝛ philoſophus dicit.ij.Ethic.ꝙ ꝟtus eſt que habētem perficit:⁊ opus eius bonū reddit. Et.vij.phiſicoꝝ dicitur.ꝙ virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. Cōſiſtit ergo perfectio perſonalis in virtutibus ⁊ actibus earuꝫ: quia virtus eſſentialiter eſt quedam perfectio ſimiliter ⁊ actus eius eſt quedam ꝑfectio actualis. Et quia inter virtutes eſt gradus.quia aliq̄ ſunt excellētioꝛes alijs.⁊ ideo in illis magis cōſiſtit perfectio que ſunt magis excellētes ꝟtutes. Et qꝛ in patria habitus luminis gloꝛie eſt ꝟtus nobiliſſima: ⁊ eius actus qui eſt viſio dei per eſſentiam eſt actus optimus ⁊ nobiliſſimus. Et etiam charitas ⁊ eius actus qui eſt dilectio.vel ſcḋm aliquos fruitio.ideo ſumma hominis ꝑfectio eſt in iſtis habitibus ⁊ eoꝝ actibus. Et qꝛ in hac vita īter omnes virtutes charitas obtinet pꝛincipatum.ſcḋm illud.j.Coꝛ.xij. Adhuc excellētioꝛem viam vobis demonſtro. glo.ſ.charitatem maius omnibus donis. Et.j. ad Coꝛinth.xiij. Maioꝛ hoꝝ eſt charitas.ideo ſumma hominis perfectio in hac vita ꝯſiſtit in charitate ⁊ eius actu qui eſt diligere deum ſuper oīa:⁊ pꝛoximum ſicut ſe. Unde apoſtolus ad Coll.iij.enumeratis virtutibus ait. Super oīa charitatem habete.que eſt vinculum perfectionis.⁊ in ipſa eſt ꝑfectio ꝑſonalis. ¶ Omitto autem de multiplici ꝑfectione que poſſet induci:vt de perfectione ſimpliciter cui nil deeſt boni qđ poteſt cogitari. Et hec eſt dei. Matth.v. Pater veſter celeſtis perfectus eſt.⁊ reſpectu eius perfectionis oīs creatura eſt imperfecta. Et eſt perfectio patrie que a nobis in via haberi nō poteſt.de qua.j.Coꝛinth.xiij. Cum venerit quod perfectuꝫ eſt.i.ſtatus gloꝛie.euacuabitur quod ex parte eſt. Et ad Phil.ait apoſtolus iij. Nō ꝙ perfectus iam ſim ⁊c̄. Perfectio vie de qua Matth.v. Eſtote vos ꝑfecti. Et iſta etiā habet gradus tres ſicut ⁊ charitas in qua cōſiſtit. Et eſt perfectio naturalis:de qua Deutero.xxxij. Dei perfecta ſunt opera. Perfectio auteꝫ ſtatus eſt certus modus viuēdi per quem quis obligat ſe ad quedam ſupererogationis opera pꝛopter perfectionem perſonalē facilius acquirēdam ⁊ melius cōſeruādam.vel in alios trāſfundēdam. Iſte autē ſtatus perfectionis eſt duplex ſcḋm beatū Thom.ij.ij. Unus eſt ſtatus perfectionis acquirēde. Alius ſtatus perfectionis exercēde. Status perfectiōis acquirēde eſt ſtatus religioſoꝝ:qui ex hoc ſe obligāt ad quedā ſupererogationis opera agēda.vt perfectiōem perſonalem.vel acquirāt facilius:vel cōſeruēt acquiſitā ſecurius ⁊ melius. Nō enim opoꝛtet ꝙ religioſus ſtatim ſit ꝑfectus: ſed ꝙ tēdat ad perfectionē ⁊ habeat ꝓpoſitum ad hoc ꝯſequēdum. Sed ſtatus perfectionis exercēde eſt ſtatus pꝛelatoꝝ.⁊ ad hoc ſe obligāt vt perfectiōeꝫ in alios trāſfundāt in eos actus hierarchicos exercētes. Habēt enim ſubditos purgare:perficere ⁊ illuminare.vt ait Dionyſi.de cele. hierar. Modo queſtio noſtra querit de perfectiōe perſonali:nō de perfectione ſtatus. ¶ Quarto notāduꝫ ꝙ ſcriptura accipit perfectionē dupliciter. Uno modo ſcḋm ꝙ cōpꝛehēdit id ſoluꝫ qđ facit eſſentialiter ad perfectionē:⁊ nō id qđ facit inſtrumētaliter ad perfectionē.vt ibi Gen.vj. Noe fuit vir iuſtus atq̇ perfectus. Et Gen.xv.dixit dn̄s Abꝛahe. Ambula coꝛaꝫ me:⁊ eſto perfectus. Et bea.Aug.dicit in lib.de libe.arb. ꝙ nullus poteſt ſaluari niſi ſit ꝑfectus. Et certū eſt ꝙ multi ſunt ſaluati ⁊ ſaluātur abſq̇ conſeruatione ꝯſilioꝝ paupertatis:ꝯtinētie:⁊ huiuſmodi.vt Abꝛaam ſanctus Ludouicus.⁊ alij. Scḋo modo accipit ꝑfectionē nō ſolum ſcḋm ꝙ includit eſſentialiter perfectionē:ſed etiaꝫ ꝙ facit inſtrumētaliter ad perfectionē.vt ibi Matthei.xix. Si vis perfectus eſſe vēde oīa que habes:da pauperibus:⁊ ſequere me.quod dictū fuit a xp̄o iuueni:qui dixerat ei ſe ſeruaſſe mandata. Unde patet ꝙ nō ſolum perfectio ibi cōpꝛehēdit pꝛecepta in quibus eſſentialiter cōſiſtit ꝑfectio ſcḋm bea.Tho.ij.ij.q.clxxxiiij.ar.iiij. ſed etiam cōpꝛehēdit ꝯſilia que ſunt inſtrumēta ad ꝑfectionem. Queſtio igit̄ iſta querit vtrū paupertas ꝑtineat ad perfectioneꝫ eſſentialem que ꝯſiſtit in virtutibus ⁊ actibus earuꝫ.vt dictum eſt:ꝑncipaliter in charitate. Iſte eſt ergo intellectus queſtionis. ¶ Quātum ergo nunc ad ſcḋm.ſ.ad q̄ōnem rn̄dēdo ponūtur ſex ꝯcluſiones:⁊ pꝛobatur. Quarum pꝛima eſt:ꝙ paupertas ſcḋm animi pꝛeparationē pertinet ad perfectioneꝫ eſſentialiter. Hoc ſic ꝓbatur. Quod eſt virtus vel actus virtutis pertinet eſſentialiter ad perſectionē:qꝛ vt oſtēſum eſt:perfectio cōſiſtit eſſentialiter in virtutibus ⁊ actibus earuꝫ. Sed paupertas ſcḋm animi pꝛeparationē eſt virtus ſi ſit habitualis vel actus ꝟtutis.ſi ſit actualis talis pꝛeparatio animi ⁊c̄. Minoꝛ ꝓbatur ſ.ꝙ talis paupertas ſit virtus. Nam diffinitur virtus a ph̄o.ij.Ethic.ꝙ virtus eſt habitus electiuus in medio ꝯſiſtēs determinato a recta ratione ꝓut ſapiēs determinabit. Sed inclinatio habitualis mētis ad tꝑalium abdicationē ꝓut ſunt īpeditiua charitatis eſt habitus electiuus vt de ſe patet. Et eſt cōſiſtens in medio ratiōis: qꝛ eſt ad abdicationem tꝑalium ꝓut ſunt impeditiua vite ſpūalis que eſt per charitatem. Et ſꝫ ꝓut ſapiēs determinat:qꝛ quilibet ſapiens de-

terminaret bona minima abijciēda ꝓpter maxima. ſicut abijciātur merces in mari vt cōſeruetur vita hoīum que eſt principalius eis mercibus. Cum ergo tēporalia ſint minima bona ⁊ vita ſpiritualis per charitatem ſit maximum bonū: ſequitur ꝙ ſapiēs determinaret tēporalia abijcienda inquātum ſunt impeditiua vite ſpūalis. cum vita anime ſit magis cōſeruanda ꝙ̄ corporis. Ergo talis inclinatio ad abijciēda tēporalia prout ſunt impeditiua charitatis eſt virtus. Sed talis inclinatio ad huiuſmodi eſt paupertas ſm̄ preparationem animi. ¶ Secūda cōcluſio eſt: ꝙ paupertas ſm̄ effectum exteriorem nō pertinet ad perfectiōem eēntialiter. Hoc probatur autoritatibus ⁊ ratione. Autoritate quidem ſic. primo cōſtitutionis ipſius Jo. xxij. ad cōditorem vbi dicit ꝙ per temporaliuꝫ abdicationem ad perfectioneꝫ via diſponitur. Quod autem ſe habet diſpoſitiue ad aliquē effectum: non pertinet eſſentialiter ad perfectionem illius rei. cum diſpoſitio non ſit de eſſentia rei ad quam diſponit. Secunda auctoritas eſt abbatis Moyſi in collatio. patrum. quam inducit beatus Tho. ſecunda ſecunde. queſtio. clxxxiiij. articu. ij. dicens. Uigilie: ieiunia. meditatio ſcripturarum: nuditas: ⁊ priuatio omnium facultatum non perfectio: ſed perfectionis inſtrumenta ſunt. Probatur eadeꝫ concluſio ratione ſic. Illud ſine quo poteſt haberi eſſentialiter perfectio non pertinet eſſentialiter ad perfectionem. quod patet. quia res non poteſt haberi ſine eo quod eſt de eſſentia eius. Sed perfectio poteſt haberi ſine tali paupertate. immo ⁊ cum multis diuitijs. vt patet in Abraam. Job. Ludouico rege Francorum et alijs qui fuerunt perfectiſſimi viri. qui tamen non habuerunt paupertatem iſtam. ſcilicet ſm̄ effectum exteriorem. Probatur idem ſic. Perfectio eſſentialis ꝯſiſtit in virtutibus vt dictuꝫ eſt. Sed omnis virtus conſiſtit ſubiectiue in intellectu vel appetitu. Sed paupertas ſm̄ exteriorem effectuꝫ in nullo horum eſt: quia nec in intellectu nec in appetitu ſubiectiue. ergo ⁊c. ¶ Quod ſi arguatur contra quia inuenitur ille cui Chriſtus dixit. Si vis perfectus eſſe ⁊c. Matth. xix. Obſeruauerat precepta vt ipſe dixit chriſto in quibus ꝯſiſtit perfectio eſſentialiter. vt dictū eſt. ⁊ tamē chriſtus ei dixit. Si vis perfectus eſſe vēde oīa ⁊ da pauꝑibus loquēs nulli dubium de pauꝑtate ſm̄ exteriorem effectum. Ex quo videt̄ ꝙ per obſeruationeꝫ preceptoꝝ nōdum acquiſiuiſſet perfectionem eſſentialem. Sed ſi vellet eam ꝯſequi oſtēdit moduꝫ ꝯſequendi eam. ſ. per paupertatem exterioreꝫ. Ergo pauꝑtas ſm̄ exteriorem effectuꝫ videtur neceſſaria ad ꝑfectioneꝫ eſſentialē. Ad qḋ etiā videnṫ facere autoritates alique ſctōꝝ. vt Hieronymi ad Demetriadem dicētis. Apl'ici faſtigij ꝑfecteq̄ꝫ virtutis eſt vendere omnia ⁊ dare pauꝑibus. Et beatus Ambroſius. Summa iuſtitia eſt vēdere oīa ⁊ dare pauꝑibus. Sed ſumma iuſtitia eſt perfecta virtus. Et beatus Aug. contra Fauſtum. Illi ſunt perfecti que omnia ſua dimittūt ⁊ ſequuntur chriſtum. ¶ Sed ad hec reſpōdet̄. Primo de iuuene illo q: aliqui doctores vt Origenes ⁊ Chryſo. dicunt illum fuiſſe mētituꝫ. Sed dimiſſa iſta riſione que nō videtur multum ꝯgrua. cum euāgeliſta dicat. Marci. x. Chriſtū eum intuitū dilexiſſe. qḋ nō videt̄ feciſſe ſi fuiſſet fictus ⁊ trāſgreſſor preceptoꝝ. Pōt aliter r̄ndeꝛi. Nam ſuppoſito etiam ꝙ verum dixerit cum ſit duplex ꝑfectio. ſ. eſſentialis que ꝯſiſtit in virtutibus vt dictum eſt. ⁊ accidētalis que eſt quoddam inſtrumētum accōmodum ad acquirēduꝫ maiorem ꝑfectionē eſſentialem. q: ⁊ ipſa habet gradus. ⁊ ad conſeruādam quamcūq̄ꝫ acquiſitam. de accidētali locutus eſt chriſtus. Si vis ꝑfectus eſſe ⁊c. quā adhuc ille nō habebat. Uel poteſt ſic dici. ꝙ in illa autoritate chriſti aliquid ibi ponitur vt via ⁊ inſtrumētum ad perfectionē acquirēdaꝫ vel ꝯſeruādam illud. ſ. vēde oīa ⁊ da pauperibus. Aliquid vt id in quo eēntialiter ꝑfectio cōſiſtit ſ. ſequela xp̄i. Uñ ⁊ Hiero⁹. ſuꝑ illud Matth. xix. qḋ ait Petrus. Ecce nos reliquimus oīa ⁊ ſecuti ſumus te. qḋ dicit. Nō ſufficit relinquere oīa. ſed adiungit quod perfectuꝫ eſt. ſ. ſequi chriſtuꝫ. ⁊ bea. Ambro. ſuꝑ illud. Sequere me ait. Jubet ſequi nō corporis greſſu ſed mentis affectu. quod ſit per charitatem. Ad autoritatē etiam r̄ndetur. q: illud be. Hiero. intelligēduꝫ eſt ꝙ relinquere oīa ſit perfecte virtutis: ideſt inſtrumētuꝫ perfecte virtutis. que eſt charitas. Ad illud beati Ambro. ꝙ relinquere omnia ſit ſumma iuſtitia. eſt ibi predicatio non formalis ſed cauſalis. Et eſt ſenſus ꝙ a perfecta iuſtitia que eſt per charitatem cauſatur hoc. ſ. relinquere oīa. Ad illud bea. Aug. q: non in dimiſſione tēporalium: ſed in ſequela chriſti quā ibi adiūgit eſt ꝑfectio eſſentialis. Relinquere aūt tēporalia eſt vt inſtrumētum accōmodum ducēs ad ſequelam chriſti ⁊ perfectioneꝫ eſſentialem. Remanet ergo ꝯcluſio vera ꝙ paupertas exterior nō facit eſſentialiter ad perfectionem. ¶ Tertia cōcluſio eſt ꝙ paupertas exterior nō facit ad perfectionem. ſicut inſtrumētū neceſſario requiſitum ad perfectionē: q: cuꝫ eius oppoſito pōt ſtare ꝑfectio. qḋ ꝓbatur ſic. Impoſſibile eſt habere aliquid ſine eo qḋ eſt neceſſariū ad ipſum habendum. Si enim poſſit haberi ſine eo. iam nō eſt neceſſarium ad ipſum habendum. ſed ſine pauꝑtate ſm̄ exteriorē effectum

poteſt haberi perfectio eſſentialis. imo cũ oppoſito eius quia cum multis diuitijs. vt patet exemplum in abraam ⁊ alijs multis in veteri ⁊ nouo teſtamento. Ergo pauptas exterioꝛ nõ requiritur vt inſtrumentum neceſſariũ ad pfectionem eſſentialem. Joſeph etiam ab arimathia fuit diſcipulus xpi. vnde ⁊ perfectus pfectiõe eſſentiali. Et tñ vt dicitur Math. xxvij. diues erat. Probaſ etiam quia ſtatus epoꝛum qui exigit pfectionẽ pſonalẽ que cõſiſtit in virtutibus: põt eſſe cũ poſſeſſione diuitiarum. Si ergo expꝛopꝛiatio tempoꝛalium requireretur vt inſtrumentũ neceſſarium ad pfectionem eſſentialem. ſequereſ ꝙ epiſcopi etiã ſeculares clerici prius non poſſent habere ppꝛia. quod eſt abſurdum vt pꝫ. xij. q. j. maniſeſta. ⁊ in multis alijs capl'is. ¶ Quarta cõcluſio eſt. ꝙ paupertas ſm effectum exterioꝛẽ ſumpta cum abdicatione oĩum tpalium ⁊ quoad dñium ⁊ quoad vſum. non facit ad pfectionem nobis in via poſſibilem. Et hoc pbatur faciliter ſic. Jllud quod tollit vitam pñtem non facit ad perfectionem nobis in via poſſibilem. Qui enim tollit ſubiectum: tollit accidens. Sed abdicare res tpales omnes quoad vſum ⁊ quoad dñium tollit vitam: quia non vtendo cibo ⁊ potu homo moritur demũ. Et ſic coꝛrupto ſubiecto pfectionis in via quod eſt aĩa in coꝛpoꝛe exiſtens. tollitur ⁊ accidens eius. ſ. pfectio in anima in vita pꝛeſenti. Et ideo non eſt aliquis qui per quodcũqꝫ votum poſſit ſe reddere nõ capacem vſus in talibus rebus neceſſarijs ad vitam. ¶ Quinta concluſio eſt. ꝙ pauptas ſumpta pꝛo abdicatione oĩum tempoꝛalium ꝗ̃tum ad ius ⁊ dominium: vſu ſolo nudo retento nõ facit ad pfectionem. Et hoc pꝛobatur faciliter ſic. Jllud quod tollit ab aliqua re conditionẽ licitam: ⁊ ponit illicitam: non facit ad perfectionem. H de ſe patet. qꝛ ex licito facere illicitum non pertinet ad perfectionem. ſed magis ad imperfectionem. Sed abdicare a ſe ius ⁊ dominium in omni re ⁊ in eius vſu facit vſum illicitum. Hoc patet quia vt oſtenſum eſt ſupꝛa. in rebus que vſu non cõſumuntur: impoſſibile eſt ſepare vſum licitum a iure vtendi. Jtem in rebꝰ que vſu cõſumunſ impoſſibile eſt eſſe vſum licitum ſine iure ⁊ dominio in re. ꝗ cum multarũ talium rerum vſus ſit homini neceſſariꝰ in vita pꝛeſenti ſequiſ ꝙ abdicare omne dominiũ ⁊ ius in rebus tempoꝛalibꝰ non facit ad perfectionem. ſꝫ magis ad oppoſitum. ¶ Sexta cõcluſio eſt ꝙ abdicare res tempoꝛales in pꝛopꝛio ſeu paupertas ſm exterioꝛem effectum facit ad perfectionem ſicut inſtrumentum valde accõmodum.

Diuitiarũ abũdantia tria facit.

¶ Ad cuius euidentiã eſt ſciendum. ꝙ abundantia diuitiarum maxime in pꝛopꝛio nata eſt reducere ad tria ſcꝫ inoꝛdinatum amoꝛem earum. Unde bea. Aug. dicit ꝙ terrena ardentiꝰ amantur adepta ꝗ̃ concupita. Scdo ingerunt ſollicitudine in conſeruando ⁊ non perdẽdo. Tertio nate ſunt mouere ad ſuperbiam: quãto autem quis magis afficitur vel ſollicitatur ad terrena: vel erigitur in ſuperbiam: tãto magis retrahitur ab effectu ⁊ contemplatione diuinorum. Sed tollere amoꝛem inoꝛdinatum rerũ ſollicitudinem ⁊ elationem facit inſtrm accommodum valde: quia remouet pꝛohibens perfectionem vel impediens pꝛofectũ perfectionis ſicut remotio herbarum nociuarũ facit ſicut inſtrumentum accõmodum ad pꝛofectum terre naſcentium. ergo ⁊c̃. Jſta diffuſe declarat bea. Tho. ij. ij. q. clxxxvj. ar. iij. Et habes etiã ſupꝛa in. ij. capi. huius titu. Et in. iij. par. titu. de religioſis. Et ideo alia omitto.

¶ Sextus articulus. §. xiij.

Sextus articulus eſt vtrum habere aliqua in cõmuni diminuat de perfectione. Et quia pfectio eſt ſub triplici genere. qꝛ eſt perfectio perſonalis: perfectio regalis: ⁊ perfectio pꝛeſidẽtialis. Jdeo ad plenioꝛem declarationem concluſiue dicif. ꝙ de nulla harum perfectionũ diminuit: nec de perſonali: nec de perfectione religioſoꝝ: nec pfectõe pꝛelatoꝝ. Et iſta omnia pꝛobanſ. ¶ Sciendum tamen prius ꝙ iſta queſtio non habet locum in rebus vſu ꝯſumptibilibus: qꝛ in illis rebus vt oſtenſum eſt ſupꝛa. eſt impoſſibile ſeparari vſum a iure ⁊ pꝛopꝛietate rei. Nec habꝫ locum de iure in rebus que vſu non cõſumuntur. quia habere ius in rebus quarum vſus eſt pꝛo ſtatu vite pꝛeſentis neceſſarius: ⁊ ſine quo vſus non poteſt eſſe licitus non diminuit de pfectione poſſibili in vita pꝛeſenti. Rerum enĩ vſus eſt vite pꝛeſenti hominum neceſſarius ita ꝙ ſine eis non poteſt vita ſaluari. ergo habere ius in talibus non diminuit de perfectione. ¶ De pꝛima ergo perfectione ſcꝫ perſonali loquendo notande ſunt tres concluſiones. Quarum pꝛima eſt ꝙ habere aliqua in pꝛopꝛio vel cõmuni non neceſſario impedit perfectionem perſonalem. Et hec cõcluſio faciliter pꝛobatur ſic. Jllud cum quo ſtat ⁊ ſtare poteſt perfectio perſonalis non neceſſario impedit perſonalem perfectionem. Et hoc patet: quia oppoſitum eius implicat contradictionem. Sed perfectio perſonalis ſtat ⁊ ſtare poteſt cum diuitijs in pꝛopꝛio et in cõmuni. vt ſupꝛa oſtenſum eſt de Abꝛaam ⁊ Ludouico rege ⁊ alijs. ergo ⁊c̃. ¶ Secũda cõcluſio eſt iſta. habere in cõmuni neceſſaria ad vitam non eſt natum diminuere de perfectiõe perſonali. Et hec pꝛobatur ſic. Quod non eſt natũ diminuere de altiſſima paupertate: imuo ſtat

cum ea

cum ea non eſt natum diminuere de perfectione perſonali. Et hoc ſtatim pz: qꝛ nō ex alio habere tpalia dicitur diminuere de perfectione: niſi qꝛ diminuit de paupertate. Sed habere in cōmuni neceſſaria non diminuit de altiſſima paupertate: ſed ſtat cum ea. prout expreſſe Joā. in iſta ſua ꝯſtitutione allegans Greg. ix. in decretali. nimis praua. extra de exceſ. pla. vbi dicit. Fratres minores ⁊ predicatores in altiſſima paupertate domino famulari. Sed conſtat fratres predicatores habere aliqua in communi quoad proprietatem ⁊ dñiuꝫ. Ergo hr̄e aliqua in cōmuni non eſt natum diminuere de perfectione perſonali. Secunda ratio ad idē. Quod non eſt natum diminuere de perfectione euangelica: non eſt natum diminuere de perfectione. hoc pz: qꝛ euangelica perfectio eſt perfectio excellentiſſima. Sed habere aliqua in cōmuni non diminuit de perfectione euāgelica. qđ patet ex iſta ꝯſtōne. Jo. in qua allegat Alexādrum iiij. qui in condēnatione libelli editi cōtra ſtatū predicatorum ⁊ minorum. dicit fratres predicatores ⁊ minores xp̄m pauperem imitari ⁊ pfectionem euangelicam amplexari. Sed cōſtat fratres predicatores habere aliqua in cōmuni mobilia ſm eorum regulam ⁊ conſtitutiones. ergo ⁊c̄. Poſſet etiam probari per hoc: qꝛ habere aliqua in cōmuni non eſt natum induci nimium amorem ad temporalia vel nimiam ſolicitudinem vel elationem. qđ totum per rationes efficaces probat: ſed cauſa breuitatis omitto. ¶ Tertia concluſio eſt ꝙ habere aliqua temporalia in ꝓprio eſt natum aliqualiter impedire de perfectione pſonali. lꝫ non ſemp actu impediat. et hoc ſic probatur. Qđ natum eſt ingerere ſollicitudinem ⁊ amorē recuruū ad tpalia ⁊ ad elationem inducere natum eſt diminuere de perfectione. Sed habere temporalia in proprio natum eſt inducere ad huiuſmodi amorē ſuperfluum ⁊ ſollicitudinem ⁊ ſuperbiam. vt oſtenſum eſt. ō. in fine pcedētis arti. ergo ⁊c̄.

¶ Quantū ad ſe- §. xiiij.

cundam perfectionē nunc eſt videndum ſcilicꝫ ꝙ habere aliqua in cōmuni non diminuit de perfectione ſtatus religioſorum. Ubi premittēdum prius ꝙ cum paupertas vt oſtenſuꝫ eſt ſolum inſtrumētaliter non eſſentialiter faciat ad perfectionem. vt omnis ſtatus religioſus dicatur perfectus. qꝛ ordinat ad perfectionem acquirendam ⁊ conſeruandam. non ex hoc debꝫ dici aliquis perfectior altero: qꝛ habet maiorē paupertatem ꝙ̄ alius. Sed debet dici habere iſtrumentum magis accōmodum ad perfectionēꝫ. Et ideo ſicut fatue ſibi vſurparet excellentiam ſuper alios artifices. artifex aliquis ex hꝫ ꝙ haberet melius inſtrumentum. puta martellū ad operandum. ita inaniter gloriaretur de maiori perfectiōe religioſus ſuper alios: ex hoc ꝙ haberet maiorem paupertatem. Sed poſſet dicere ſe habere magis accōmodum inſtrumentū ad perfectionem. Perfectior autem ille eſt ſimpliciter qui habet maiorem charitatem nō qui habet maiorē paupertatem. Sicut ille perfectior faber qui facit meliorē cultelluꝫ non qui hꝫ meliorem martellum. Charitas enim non inflatur. ait aplſ. Et iō nullus ſe debet alteri preferre. exemplo Pauli apoſtoli: qui ſe abortiuū dicit ⁊ minimū aploꝝ. Bene tamen ſtatus religioſorum ille perfectior qui includit modum viuendi importantē magis ea que promouent melius ad charitatem dei ⁊ proximi habēdaꝫ ⁊ conſeruandā. Et qꝛ vt dictuꝫ eſt ſtatus religionis eſt ordinatus propter perfectionem perſonalem. ideo fruſtra gloriatur de ſtatu qui non habet maiorem perfectionem perſonalem. Et vtinam tales gloriationes ⁊ prepoſitiones inter religioſos ceſſarent: qꝛ multorum maloruꝫ ſunt cauſa: ſicut experientia docet. ¶ Circa iſtā ergo materiam ſcilꝫ de perfectione ſtatus religioſorum ꝙ non diminuitur per hoc ꝙ habeātur tēporalia in cōmuni. ponuntur tres concluſiones. quaruꝫ prima eſt ꝙ habere tpalia in cōmuni inquātum ſunt neceſſaria fini ad queꝫ religio eſt inſtituta: non diminuit de perfectione vite debite illi religioni. Scđa eſt ꝙ habere dominium in rebus tpalibus neceſſarijs ad vitā non diminuit de ſtatu perfectionis religioſorum. Tertia eſt ꝙ habere etiam dñiuꝫ in bonis imobilibus in cōmuni non diminuit de tali pfectione. ¶ Ad euidentiam prime cōcluſionis ſcilꝫ ꝙ habere tpalia in cōmuni inquātuꝫ ſunt neceſſaria fini ad quem religio inſtituta eſt nō diminuit de perfectione debita illi religioni. Sciendū ꝙ diuerſe religiones ſunt ordinate ad diuerſos fines: quedā ad militādum cōtra inimicos fidei. qdam ad hoſpitalitatem. qdam ad opera vite actiue. qdam ad opera vite ꝯtemplatiue. Et ſm diuerſos fines religionis diuerſimode ſunt neceſſaria tpalia in religionibus. Unde religio que ordinat ad hoſpitalitatem. vt religio ſancti Antonij nō ſolum indiget tpalibus pro ſuſtentatione profeſſorum in illa. ſed etiam ad hoc vt poſſint hoſpitalitatē ſeruare: ⁊ hoſpites ſuſtentare. Et que ad militiā ordinat indiget tpalibus. non ſolū pro ſuſtentatione. ſꝫ pro equis habēdis ⁊ armis. Nec poſſent tales religiones aſſequi finē ſuuꝫ: niſi haberent tpalia ⁊ in copia. Uñ talibus religioſis hr̄e in cōi etiam multa tpalia. nō derogat pfectioni ſtat⁹: debite illi religioni. Hꝫ probat facilr̄ ſic. Habēs inſtr̄m ordinatum ad aliquem finem: quanto

religioſorum ſtat⁹ quo perfectior.

magis eſt illud accõmodum ad illum finẽ. tanto habens illud minus exorbitat ab illo fine ceteris paribus. ſicut in omnibus artibus. Nam quanto faber habet meliorem martellum tãto meliorem facit cultellũ ceteris paribus. Et rõ eſt: q: cum inſtrũm queratur ad finẽ: quãto magis eſt ipſum accõmodum ad finem. tanto melius operatur. ſicut medicina tanto melior eſt: quanto magis operatur ad ſanitatẽ. Sed iſta tẽporalia ſunt inſtrumẽta neceſſaria ad vitã preſentem ⁊ ad finẽ cuiuſlibet religionis. vt que ſunt neceſſaria fini alicuius religionis ſunt accõmoda illi fini. Et intantũ accõmoda ex quo neceſſaria ſine illis non põt finis ille hri. nõ ergo derogat perfectioni religioni hre temporalia in cõmuni. ¶ Scđa cõcluſio eſt que eſt difficilior ꝙ hre temporalia in cõmuni: inquãtũ ſunt neceſſaria ad vitam: non diminuit de perfectione religionis: ita ꝙ religio non hñs niſi vſũ in aliqbus rebus nõ eſt perfectior religione hñte in illis rebus dñium in cõmuni. Et ad hanc ↄcluſionem ꝓbandam deberet ſufficere auctoritas pape a romane eccleſie in iſta ↄſtitutione ⁊ illa. Ad ↄditorem. In hac enim ↄſtitutione. q: ita quorũdam vbi dicit. Nec hoc ſcilʒ hre in cõmuni etiam quoad ꝓprietatẽ aliqualiter derogat. iuxta dictum Grego. ix. altiſſime paupertati. Qui ſcilʒ Grego. dicit in illa ↄcre. de exceſ. prela. Fratres ꝑdicatores ⁊ minores in altiſſima paupertate famulari xp̃o pauperi. Et tamen ↄſtat fratres predicatores hre aliqua in cõmuni quoad ꝓprietatem: qđ eorum regule ⁊ ſtatui non repugnat. Hec ẽt Alexander predeceſſor noſter in ↄdemnatione libelli editi cõtra ſtatum predicatoꝝ ⁊ minorum ſenſiue videt. in qua de dictis fratribus que ſequunt ſic ait. Cum inſup idem fratres oĩa propter deum reliquerint auxilia: vite ſubſidia mẽdicãtes chriſtumqꝫ imitent pauperem: euãgelicam perfectionem amplexãdo propter qđ euidenter apparet eos non ſolum eſſe in ſtatu ſaluandorũ: ſed etiam pfectorũ: ⁊ per ſue religionis obſeruantiam que ipſius quidem euangelice perfectionis tenet formam etiam retributionis premio precellentem gloriam ꝓmereri. vbi expſſe dicit fratres predicatores xp̃m pauperẽ imitari: ⁊ euangelicam perfectionẽ amplecti: ⁊ eẽ in ſtatu perfectorum: ⁊ ꝙ eorum religionis obſeruantia euãgelice perfectionis tenet formã. Et conſtat predicatores habere poſſe aliqua in cõmuni quo etiam ad proprietatẽ ſm eorũ regulam. Hec omnia in dicta ↄſtitutione. Ex quibus patet ſm intentionem ⁊ auctoritatem triũ ſummorũ pontificum Gregorij. ix. Alexandri iiij. ⁊ Joãnis. xxij. ꝙ habere aliqua in cõmuni etiam quoad proprietatem non derogat perfectioni nec altiſſime paupertati: nec euangelice perfectioni que eſt ſumma. q̃re patet cõcluſio.

¶ Et quamuis cuilibet fideli deberent ſufficere dicte auctoritates. tamen adducuntur ad hanc concluſionem probandam ⁊ alie auctoritates. Prima eſt auctoritas Bede ſuper illud Actuũ iiij. Erant illis omnia communia. Dicit enim ſic. Qui ſic viuũt vt ſint eis omnia communia in domo cõmuni Cenobite vocantur. que vita tanto felicior quanto ſtatum futuri ſeculi perfectius imitantur. vbi communia erunt omnia: q: erit deus omnia in omnibus. Secunda eſt auctoritas Jo. Caſſiani in Colla. tractans idem verbũ ſic ait. Habebant apli triplicem vnitatẽ. quam debent habere Cenobite. Unitatem affectionis: q: multitudinis credẽtiũ erat cor vnũ ⁊ anima vna. Unitatẽ habitationis. ut pʒ Act. ij. ⁊ iiij. Unitatem poſſeſſionis q: erãt illis oĩa cõmunia: vita autem aploꝝ fuit perfectiſſima. Tertia eſt bea. Augu. in regula. Nõ dicatis aliquid ꝓprium. ſed ſint vobis omnia cõmunia. Idem in lib. de opere monachoꝝ. Si aliqui vrgeantur ex euãgelio vt nil reponãt in craſtinũ. Rñdeãt. Cur ergo dñs loculos habuit. vbi pecuniam collectam reponeret. Ex quo medio ꝓbationis bea. Augu. oſtenditur ꝙ xp̃s habuit aliqua in cõmuni nõ ſolum quoad vſum. ſʒ ẽt quoad proprietatẽ ſeu dñium. Quarta auctoritas Baſilij dicentis in. iiij. c. ſue regule. Cõmunionem vite perfectiſſime hanc ego voco. in q̃ quidẽ poſſeſſionũ pulſa eſt proprietas omnia autem cõmunia. Quinta auctoritas eſt proſperi de vita contemplatiua. ⁊ habet. xij. q. j. Expedit facultates eccleſie poſſidere. ⁊ ꝓprias perfectionis amore contẽni. Et ponit exẽplũ ſancti Paulini epi. ¶ Probatur eadẽ concluſio ⁊ rationibus pluribꝰ. Primo ſic. Iſte ſtatus nõ eſt perfectior alio qui non cõtinet modum viuendi magis promouentem ad perfectionem perſonalem acquirendã q̃ʒ alius. patet hoc ſtati. q: ex hoc dr̃ vnus ſtatus perfectior alio. vt dictum eſt ſupra. quia continet modum viuendi importantem melius ea que promouẽt ad charitatem dei ⁊ proximi: in qua cõſiſtit perfectio perſonalis. Sed ſtatus renunciantium aliquibus in cõmuni. ſ. quoad domininm. vt oratorijs: paramentis libris. ⁊ huiuſmodi. non importat modum viuendi magis ꝓmouentẽ ad perfectionem perſonalem acquirendam vel cõſeruandam q̃ʒ ſtatus habentium illa talia: etiã quoad dominium vel proprietatem. ſuppoſita in ceteris parilitate. ¶ Neqꝫ enim ingerit magis amorem recurrum ad temporalia aut ſolicitudinem aut elationem. habere talia quoad vſum ⁊ dominium q̃ʒ habere ad vſum ſolũ dominio abdicato ⁊ romane eccleſie dimiſſo.

Cum enim ſint in cōtinuo vſu talium. ſ. domo
rum: eccleſiarū: librorum: ornamentoruz eccle
ſie vaſorum ⁊ huiuſmodi. ⁊ ſunt quaſi certi ꝙ
habent moleſtari in eis. nō apparet quomodo
ex hoc minus amare talia ⁊ ſollicitari ⁊ eleua/
ri ꝗ̄ ſi haberent etiam dominium talium rex.
Nam in vſu conſumptibilibus vt dictuz eſt ſu
pra. neceſſe eſt dicere ꝙ ipſi minores habeāt nō
ſolum vſum: ſed ⁊ dominium. q: cum vnū nō
poſſit ſeparari ab alio in dictis rebus que vſu
conſumuntur. vt panis: vinum. ⁊ huiuſmodi.
Si non haberent dominium illud: ſed nudum
vſum facti: tunc haberent illicitum vſuz. qd̄ re
pugnat perfectioni. Item probatur idem alia
ratione ſic. Nunquā fuit eccleſia ſine ſtatu ha/
bente euangelicam perfectionem. ⁊ amplecten
te xpi ⁊ apoſtolorum ſequelam. h̄ patet q: pre/
ſumptio videtur ⁊ erroneum ꝙ aliquo tempo
re eccleſia deciderit a perfecta ſequela chriſti ⁊
apoſtolorum totaliter Grego. etiā hoc dicit tra
ctans illud Can. j. c. Paſce hedos tuos iuxta ta
bernacula paſtorum. i. iuxta perfectionem apo
ſtolorum vt ipſe exponit. Sed a tempore Con/
ſtantini ⁊ beati Silueſtri vſq3 ad tempus beati
Franciſci non fuit aliquis ſtatus in eccleſia qui
non haberet aliqua in cōmuni. licet renuncia/
ret omni dominio in ꝓprio. Ergo habere in cō
muni non diminuit de perfectione ſtatus reli/
gioſorum. Confirmatur hoc. q: alſ ſequeretur
ꝙ tota perfectio euangelij eſſet in ſolo ſtatu fra
trum minorum: ⁊ totum reſiduuz eccleſie ceci/
diſſet ab illa. quod non videtur bene dictum.
¶ Ad idem tertio probatur. Si habere domi
nium in talibus que vſu non conſumunt̄. face
ret ſtatum minus perfectuz: ⁊ profeſſores talis
ſtatus minus perfectos. tūc dominus papa re/
tinendo ſibi dominium talium rerū. prout fa/
cit circa ordinem minorum. faceret ⁊ redderet
ſe minus perfectum. qd̄ eſt abſurdum dicere.
cuz quilibet in ſpiritualibus debeat plus ſe di
ligere ꝗ̄ aliuz. ⁊ per conſequens nō debet vel/
le a perfectione ſe elongare propter aliorū per
fectionem agendam. Multe alie rōnes indu/
cuntur. que ob breuitatem omittūtur. ¶ Ter/
tia concluſio eſt ꝙ habere dominium in cōmu
ni in bonis imobilibus. vt poſſeſſionibus: do/
mibus: redditibus. ⁊ huiuſmodi. nō diminuit
de perfectiōe. Hoc probatur quadruplici ratio
ne. Primo ſic. Illud qd̄ eccleſia ſtatuit vtiliter
⁊ pro meliori ⁊ perfectiori: nō diminuit de per
fectione. Hoc ſtatim pz. q: nullum lucrum quā
tumcūq3 magnū potest dici vtile: per quod re
ceditur a perfectiōe dicere chriſto Matth. xvj.
Quid enim prodeſt homini ſi lucretur vniuer
ſum mundū. anime vero ſue detrimentum pa
tiatur. ⁊c̄. Detrimentum autem anime eſt cade
re ab euangelica perfectione. Sed eccleſia que
regitur a ſpūſancto in his que ſtatuit circa ſeq̄
lam chriſti ⁊ perfectione vite. pro meliori ⁊ vti
liori ordinauit ⁊ ſtatuit ꝙ haberet poſſeſſiōes
in cōmuni: non ſolum precia vt olim iudea. ſ3
⁊ predia. ſicut dicitur. xij. q. j. futuraz. ⁊. c. vide/
tes. Ergo habere bona imobilia in cōmuni nō
diminuit de perfectiōe. Ad idē. Illud pro quo
aliquis laudatur. nō diminuit de perfectione.
Sed Conſtantinus imperator laudatur ꝙ de/
dit licentiam per vniuerſum orbem fabricādi
eccleſias: ⁊ predia eis conſtituit tribuenda. er/
go ⁊c̄. Tertio probatur ſic. Quod fecerunt viri
perfectiſſimi ad cumulum perfectionis non di
minuit de perfectione. Sed viri perfectiſſimi
tam diuinarum ꝗ̄ humanarum litteraruz do/
ctiſſimi poſſeſſiones pro eccleſia acceperunt et
ampliauerunt. Quinimo aliqui de ſuo primo
nio vt bea. Greg. plures eccleſias ⁊ monaſteria
dotauerunt: in quibus pro magna perfectione
degere elegerunt. Ergo dicere ꝙ habere imo/
bilia in cōmuni diminuat de perfectiōe abſur/
dum videtur. Eſt enim hoc dicere ꝙ beat⁹ Sil
ueſter ⁊ alij ſanctiſſimi romani pōtifices. ⁊ epi/
ſcopi perfectiſſimi: ⁊ abbates: vt beatus Greg.
Ambroſius: Hieronymus: Hylarius: Benedi
ctus: Antonius: Martinus: Egidius: Bernar
dus. ⁊ ceteri innumerabiles ſancti abſq3 perfe
ctione euāgelica ⁊ ſequela chriſti vixerit. quia
ipſi omnes in cōmunitate eccleſie ſue res imo/
biles poſſederunt. xij. q. j. expedit. Quarto ſic
probatur ſm̄ regulam generalem bea. Augu.
qn̄ obſcuritas eſt in verbis euangelicis. preci/
pue circa precepta vel conſilia ex quibus dubi
um oritur: recurrendum eſt ad ſanctoꝝ obſer/
uanti. ſ. ſ. quō illa ipſi ſancti ſeruauerūt. Et h̄ te/
nendum eſt qd̄ ipſi ſuauerunt. Ergo vite perfe
ctio intelligēda eſt ⁊ tenēda. ſm̄ ꝙ ſancti viri ⁊
pfectiſſimi verbo docuerūt eam ⁊ facto tenue/
runt. Sed oēs ſancti viri ⁊ pfectiſſimi a tēpore
ſilueſtri vſq3 ad tp̄s bea. Franciſci: ſic vite pfe/
ctionem ⁊ vbo docuerunt ⁊ facto tenuerunt. ꝙ
bona imobilia ⁊ mobilia habuerunt. Ergo in
cōi habere imobilia nō minuit de pfectiōe euā
gelica. videtur enim mihi abſurdum dicere ꝙ
ſanctiſſimi qui ſua propter pfectionem haben/
dam relinquebāt in proprio. ſi vidiſſent ꝙ ha/
bere in cōi eſſet detrimentum pfectionis. ꝙ in
cōi cum alijs bona poſſediſſent. ſed ſicut abdi/
cauerunt in proprio propter pfectionez. ita ab
dicaſſent in cōmuni. qd̄ nullus fecit an̄. b. Frā.

¶ Quantū ad ter/ .§. xv.

tiuz articulū principalis huius q̄ōnis. Hec eſt
cōcluſio. ꝙ hr̄e in cōi non diminuit de pfectio/
ne ſtatus platoꝝ. imo qd̄ eſt fortius nō hr̄e de/

rogat ſtatui pꝛelatióis. ⁊ per conſequens perfe
ctioni debite illi ſtatui. Hoc aũt faciliter pꝛoba
tur ſic. Illud non diminuit de pfectione ſtatus
pꝛelatióis. qđ ipſa pꝛelatio exigit ſm ſuam rõ/
nem. Hoc pꝫ quia illud nõ repugnat alicui qđ
ei conuenit ſm ſuam rõnem. Sed apoſtolus in
duobus locis ſcripture. ſcꝫ. i. ad Timo. iij. ⁊ ad
Tit. j. deſcribens pꝛelationẽ epalem: inter cetera
dicit ꝙ opoꝛtet epm eſſe hoſpitalem. Impoſſi/
bile eſt aũt eſſe hoſpitalem: niſi habeat bona ſa
lutem in cõmuni. Ergo hꝛe in cõmuni non di/
minuit de pfectione ſtatus pꝛelationis. ¶ Se/
cundo pꝛobaẜ ſic. Illud non derogat perfectio
ni ſtatui debite ad qđ obligatur ratione ſtatus
ſui. Sed pꝛelatus obligaẜ ratione ſtatus ad pa
ſcendum gregem. non ſolũ verbo ⁊ exemplo.
ſed etiam tpali ſubſidio. quod fieri non poſſet.
ſi aliq̈ bona eccleſie non haberet. quoꝝ pꝛe/
latus diſpenſatoꝛ eſſe. Et ideo ſaluatoꝛ commit
tens gregem ſuum petro ⁊ ſucceſſoꝛibus eius
ſignãter dixit nõ ſemel: ſed ter ei. Paſce oues
meas. vel agnos meos. Joh. vlti. ad innuendũ
ꝙ pꝛelatus debet ſubditos paſcere verbo ⁊ ex
emplo ⁊ tpali ſubſidio. ¶ Tertio ſic. Habere il
la pꝛo quibꝰ defendendis pꝛelatus moꝛtem pa
tiens meretur aſcribi cathalogo ſanctoꝝ. non
diminuit de ſtatu pfectionis. hoc quaſi patꝫ de
ſe. quia non aſcribitur in numero ſanctoꝛũ ni
ſi pꝛopter opera perfectionis. hoc quaſi patet
de ſe. quia non aſcribitur in numero ſanctoꝛũ
niſi pꝛopter opera perfectióis. ſed pꝛelatꝰ moꝛ/
tem patiens pꝛo defenſione facultatũ eccleſie
meruit aſcribi cathalogo ſanctoꝛum vt patet
de ſancto Thoma cantuarienſi archiepo. Ergo
habere bona immobilia non diminuit de ſta/
tu perfectionis pꝛelatoꝝ. ¶ Soluit ex ĩde mul
ta argumenta facta in contrariũ. Sed ſolum
vnũ pono in quo aduerſarij veritatis multũ
ſe fundant. Et eſt tale ꝙ xps fecit cõdeſcẽdẽdo
infirmis diminuit de perfectione. Patet hoc.
qꝛ aliter xps non ſumpſiſſet perſonam infirmo
rum in hoc. Sed xps in habendo loculos ſeu
aliqua in cõi: geſſit pſonã infirmoꝝ. quod pa
tet in decretali nicolai. iij. Exijt qui ſeminat. Et
btũs Augꝰ. ſuper illud pꝛoducẽs fenum iumẽ
tis. Et in li. de ope monachoꝛum dicit. Dñs no
ſter ieſus xps moꝛe ſue mĩe infirmioꝛibus cõ
patiens: cum ei poſſent angeli miniſtrare locu
los hꝛe dignatus eſt. ergo ⁊c. ¶ Et confirma/
tur idem auctoꝛitate beati Hiero. dicẽtis. Nu/
dam crucem nudus ſequar. Sed qui habꝫ ali
quid non eſt nudus. Sed ad hoc reſpõdet ſub
tiliter ⁊ optime. ¶ Dicit enim notandam eſſe
triplicem infirmitatem ad ppoſitum. ſ. infirmi
tatem carnis: infirmitatem ſcie: ⁊ infirmitatẽ
affectióis. Infirmitas carnis eſt ſm quã coꝛpus

Argu/mentũ ꝯ. ſcꝫ ꝙ hꝛe in cõi aliq̈ diminuit perfectionẽ.

Triplex infirmitas.

moꝛtale indiget cibo ⁊ potu: veſtimentis ⁊ hu
iuſmodi. Et iſto modo oĩs homo in hac vita
moꝛtali eſt infirmus donec coꝛpus iſtud coꝛru/
ptibile induerit incoꝛruptionẽ: de q̈ infirmi/
tate apoſtolus ad Ti. ait. Modico vino vtere:
pꝛopter ſtomachum tuum ⁊ frequentes tuas i/
firmitates. ⁊ Mat. xxvj. Spiritus pꝛomptus
eſt. caro autem infirma. Talis infirmitas nõ eſt
perfectionis mentis: ſed ſtat cum omnimoda
mentis perfectione in pꝛeſenti poſſibili. Hanc
chꝛiſtus aſſumpſit cũ defectus coꝛpoꝛales acce
pit: ſcꝫ famẽ: ſitim: frigus ⁊ huiuſmodi. Quia
ergo chꝛiſtus erat verus deus ⁊ verus homo.
inquantũ deus habebãt ſibi angeli miniſtrare
nec loculis indigebat. ſicut nec cibo vel potu.
Sed inquantũ hõ ſm carnẽ erat infirmus in/
digens cibo ⁊ alimento ſicut alij hoĩes: ⁊ p cõ/
ſequens indiguit pecunia ⁊ loculis: quibꝰ me/
diantibus neceſſaria emerentur. Et de iſta ĩfir/
mitate carnis que ſtat cũ ſumma perfectione
mentis põt intelligi dictũ. b. Aug. ⁊ decretalis
Exijt. In hoc enim perſonã infirmoꝝ geſſit et
infirmis cõdeſcẽdit ꝙ infirmitatẽ carnis aſſũ/
pſit: ⁊ per conſequẽs neceſſarijs ad vitã eguit
⁊ loculis egere ſe oſtendit. Et certe illa videẜ eſ
ſe intentio. b. Augu. Uult enim dicere ꝙ ille q
deus erat ⁊ dominus oĩum: poterat abſq; qua
cũq; puiſione ſibi de neceſſarijs qñcũq; ⁊ quo
cũq; tẽpoꝛe pꝛouidere: cum ei angeli miniſtra
rent. tamẽ vt eandẽ infirmitatẽ carnis habenti
bus exemplum daret ꝙ nõ erat cõtra perfectio
nẽ pꝛo carnis infirmitate ſuppoꝛtanda cibis ⁊
neceſſarijs vti: ⁊ loculos habere: ideo in habẽ/
do loculos infirmis condeſcendit. quia vt di/
cit apoſtolus ad Heb. ij. Licet eẽt deus decuit
per oĩa fratribus ſimilari: ⁊ per oĩa miſericoꝛs
fieri: habendo ergo loculos geſſit perſonã in/
firmoꝝ. nõ infirmoꝝ ĩfirmitate ſtatus. i. in per
fectione vt iſti arguũt: ſꝫ infirmoꝝ infirmitate
carnis. ¶ Secũda infirmitas eſt ſcientie. de q̈
ait apoſtolus. j. ad Coꝛ. viij. Cõſciẽtia coꝝ cum
ſit infirma polluiẜ. ⁊ ad Ro. xv. infirmum in fi
de ſuſcipite. Hec infirmitas ꝯſiſtit in hoc ꝙ ali
quis ex ignoꝛãtia vel ex neſciẽtia credit aliqđ
malũ eẽ. qđ tñ nõ eſt ſicut aliqui tunc tẽpoꝛis
credebãt eẽ peccatũ comedere imolatũ idolis
qđ de ſe nõ eſt: niſi cũ fiebat in venerationem
idoli. Et hac ĩfirmitate laboꝛabãt ꝙ reſeruare
in craſtinũ eẽt ꝯtra pceptũ dñi. Et de iſta ẽt ĩfir
mitate põt intelligi dictũ beati Aug. ⁊ decreta
lis. Exijt ſcꝫ ꝙ dñs ꝯdeſcẽdẽs vel cõpatiẽs ĩfir
mis loculos hꝛe dignatus eſt. Chꝛiſtus enim q
venit curare vulnera nr̃a: pcipue mẽtis. ne ali
qui ĩ futuꝝ poſſent ſcãdalizari: credẽtes ꝙ eẽt
imperfectionis vel minoꝛis perfectionis: ſi ſer
uos dei viderent loculos habere: ⁊ de illis in

cōmuni viuere:ipſe loculos habere voluit:vt
eſſet alijs in exemplū.ꝙ abſq₃ quocūq₃ imped
mento vel diminutione pfectionis loculi cōes
haberi poterant ad vite neceſſitatem.nō ad ſup
fluitatem.Et ꝙ ꝓpter tale exemplum hoc fecerit
dominus dicit btūs Aug.⁊ habetur.xij.q.j.ſic.
Exemplum dn̄i accipite conuerſantis in terra.
Quare Quare loculos habuit cui angeli miniſtrabāt.
xp̄us lo niſi qꝛ eccleſia loculos habitura erat.Hoc etiaꝫ
culos expreſſius dicit in li.de ſmone dn̄i in monte.
voluit ¶ Tertia infirmitas eſt infirmitas affectionis
habere. ⁊ hec eſt duplex.Una qua quis ſic infirmat̄ ſm
affectum ꝙ a deo auertitur.que infirmitas eſt
ad mortem per culpā mortalem.De qua apl's
ad Ro.v.Cum infirmi eſſemus xp̄s pro nobis
mortu⁹ eſt.Quia ergo xp̄s ſciebat aliquos fu
turos in eccl'ia que obſtinata malicia dicerent.
ꝙ viris pfectionem euangelicam ſuantibus
aliquid ſuare in craſtinum erat cōtra dei pre//
ceptum.ideo xp̄s his infirmis ꝯdeſcendēs vt
eos a ſua malicia reuocaret facto ſuo ⁊ exēplo
voluit hr̄e loculos:vt iam iſti blaſphemi cōtra
eccleſiam loq̄ non poſſent cum viderent eaꝫ lo
culos habere.Scd̄a infirmitas affectionis eſt
qua aliqui non auerſi a deo per culpā mortalē.
tn̄ detenti circa amorē tpaliū impediuntur a ſe
quela xp̄i p ſeruitatem cōſiliorum.licet non exeāt
viam mādatorum.de qua pōt intelligi illud
apoſtoli Ro.xv.Debem⁹ nos q̄ firmiores ſum⁹
imbecillitatem infirmorū ſuſtinere.Et in habē
do loculos xp̄s his infirmis cōdeſcēdit in duo
bus.¶ Primo qꝛ cum xp̄s loculos haberet nō
ad ſupfluitatem:ſed ad ſui ⁊ aliorum neceſſi//
tatem egendorum vt btūs Aug.dicit.exemplū
dedit talib⁹ infirmis:ne ad temporalia afficerē
tur ad ſupfluitatem:ſed ſolum ad neceſſitatem
ea quererēt.Scd̄o quia xp̄s habuit loculos in
cōi:non in proprio vt ergo talibus infirmis cō
deſcendat.Ex his quatuor modis expoſitiōis
primus videt̄ mihi magis eſſe de intentione.
b.Aug.Quocūq₃ autem modo exponat̄ de pre
dictis.pꝫ ꝙ xp̄s non fecit opus impfectiōis in
habendo loculos.immo videt̄ mihi verbum
valde blaſphemum dicere ꝙ xp̄s in aliquo fa/
cto ſuo fecit opus impfectiōis cuius oīs actio
Quid noſtra eſt inſtructio.¶ Ad auctoritatem Hiero.
ſit nudā de ſequendo xp̄m nudum.reſpondetur per id
crucem quod ait ipſe btūs Hiero.ad Nepotianum.ſcꝫ
ſequi. ꝙ ille nudus xp̄m nudum ſequitur ⁊ crucem
nudam.qui omnia ſua aut pauperibus diſtri
buens:aut parentib⁹ relinquens:aut facultati
bus eccleſie adiungens.ad facultates eccleſie
que ſunt bona cōmunia viuit de eis ⁊ de alta//
ris oblationibus ſuſtentatur:⁊ talem nuditatē
ipſe ſuauit.quare habē in cōmuni aliqua non
diminuit de pfectiōe pſonali:nec de pfectione
ſtatus religioſorum vel prelatorum.¶ Ex pre/
dictis etiam poteſt patere error fraticellorum
que habet̄ in.vij.ca.libelli hereticalis eorum.
vbi dicunt ꝙ ligare in iudicio diminuit de
pfectiōe euangelica.Et qꝛ Jo.xxij.determina/
uit contrarium dicunt eum hereticum:quia vt
aiunt contradicit ſcripture ſacre dicente domi
no.Qui vult tecum in iudicio contendere:et
tunicam tuam tollere:dimitte ei ⁊ pallium.
Matth.v.Et ſic videtur fieri contra doctrinam
euangelicam litigare.Sed deberent iſti obſti/
natiſſimi aduertere quod ait beatus Augu.in
decre.quem librum ſepe allegant ⁊ male intel
ligunt in ca.Paratus.xxiij.q.j.Dicit enī ꝙ iſta
precepta ſunt magis intelligenda ſm prepara
tionem animi.vt ſcilicet homo patienter ferat
hoc.⁊ paratus ſit etiam ad maiora ſufferenda:
ſi oporteret pro ſalute ſua ⁊ proximorum q̄ȝ ſꝫ
opus qd̄ in aperto ſit.non ergo diminuit de p
fectione perſonali:nec de perfectione ſtatus li/
tigare in iudicio.cū modeſtia pro iure ſuo tuē
do ſiue eccleſie ſiue monaſterij.Nec obſtat qd̄
ait apoſtolus.j.Corinth.vj.Si iudicia habetis
inter vos omnino delictum eſt in vobis.quod
illi heretici inducunt.quia vt dicit glo.loquit̄
cum quis contra iuſtitiam litigat.vel non de//
bito modo:quia cum mēdacijs ⁊ iniurijs ver/
borum.vel cum apud infideles iudices.vt ibi
ſubdit.Bene ergo determinauit Joānes.xxij.
nec ꝯtradicit ſ ſcripture:ſꝫ falſe eā exponunt.

¶ Septimus arti/ .xvi.

culus declarandus eſt.Utrum chriſtus ⁊ apo/
ſtoli habuerint aliquid in communi.Et iſta eſt
principalis queſtio in materia iſta.ſed declara
tio eius dependet ex declaratione precedenti/
um dubiorum.Et ꝙ habuerint patet.quia di
citur Jo.iiij.ꝙ diſcipuli eius iuerant in ciuita
tem ad emendum cibos.Emptio autem ſit pe
cunia.ergo pecuniam habebant.non in pro/
prio.ergo in communi.Item Joan.xij.⁊.xiij.
dicitur ꝙ dominus habebat loculos quos por
tabat iudas.ideſt ſcarſellam ſeu burſam vbi in
varijs locis eius diuerſe pecunie mittebantur
puta argentee in vna ⁊ enee in alia ⁊ huiuſmo
di.Sed illud quod reſeruebatur in illis locu/
lis non videtur fuiſſe alterius q̄ȝ collegij chri/
ſti ⁊ apoſtolorum.ergo habebant aliqua in cō/
muni.¶ Pro quorum declaratione ſciendum
ꝙ certum eſt ꝙ chriſtus ⁊ apoſtoli bona que ha/
buerunt in vſum vite humane de facto habue
runt.Certum eſt enim ꝙ habuerunt indumen
ta quibus veſtiebantur:⁊ cibos quibus nutrie
bantur.domum etiam quantum ad vſum dor
miendi ⁊ quieſcendi.Nec vnquam de hoc ali/
quis dubitauit.Sed vtrum habuerit in talib⁹

rebus ſolum nudum vſuȝ facti vel ius ⁊ domi/
nium in proprio vel in communi. de hoc fuit
aliquando dubium. Sed nũc nulli phas eſt du
bitare poſtquam Joã. xxij. edidit ⁊ promulga/
uit conſtitutionem. Cum inter nullos. quia ſibi
determinat ꝙ qui pertinaciter tenet ꝙ chriſtꝰ
⁊ apoſtoli nõ habuerunt aliqua in cõmuni: he/
reticus ſit cenſendus. Hoc autem non põt intel/
ligi quantum ad ſolum nudum vſum facti: ſi/
cut aliqui expoſuerunt: immo verius corrũpe
re voluerunt. quod pȝ: quia dominus papa Jo
an. illud quod viri ſcholaſtici in dubium reuo
cabant: voluit declarare. vt patet ex ipſo princi
pio conſtitutionis vbi dicitur. Cum inter non/
nullos viros ſcholaſticos ſepe contingat in du
bium reuocari: ſed per viros ſcholaſticos nun
quam fuit in dubium reuocatũ quin xps ⁊ apo
ſtoli habuerunt vſum facti in aliquibus rebus
neceſſarijs ad vitam. Sed bene fuit in dubiuȝ
reuocatum vtrum in illis rebus habuerit ius
⁊ dominium in proprio vel in communi. Cum
ergo papa declarauerit ꝙ deinceps aſſerere ꝙ
non habuerunt: hereticum ſit cenſendum. ſeq
tur ꝙ non de vſu ſolum: ſed de iure ⁊ dominio
intellexerit. ¶ Secundo ſciendum ꝙ cum decla
ratuȝ ſit. ſ. in tertio dubio ꝙ impoſſibile eſt ha
bere vſum licitum ⁊ iuſtum alicuius rei ſine iu
re vtendi illa re. ⁊ omnes concedũt ꝙ chriſtus
⁊ apoſtoli habuerunt vſum aliquarum rerum:
ſequitur de neceſſitate ꝙ in illis rebus habue/
runt ius vtendi: niſi quis diceret ꝙ habuerũt
ſemper vſum non iuſtum: qđ blaſphemum eſt
dicere. Sequitur ergo ꝙ chriſtus ⁊ apoſtoli nõ
potuerunt habere vſum facti denudatum iure
vtendi. ¶ Tertio ſciendum ꝙ cum declaratuȝ
ſit. ſ. in quarto dubio ꝙ in rebus que vſu con/
ſumuntur non poſſit ſeparari vſus licitus a iu
re in re ⁊ non ſolum in vſu rei. ⁊ clarum ſit ꝙ
chriſtus ⁊ apoſtoli aliquas res vſu conſumpſe
runt. vt panem ⁊ vinum que comedebant ⁊ bi
bebant: ſequitur ꝙ in talibus rebus ius ⁊ do/
miniuȝ habebant non vſum facti denudatum
etiam iure in re. ¶ Quarto ſciendum ꝙ cum
viſuȝ ſit in ſexto dubio ꝙ habere in communi
in rebus neceſſarijs ad vitaȝ non diminuit de
perfectione perſonali: nec de perfectione ſtatꝰ
religioſorum vel prelatorum: ſequitur ꝙ chri/
ſtus ⁊ apoſtoli q: ſummaȝ paupertatẽ vel ſum
mam perfectionem tenuerunt. ꝙ propter hoc
non probatur ꝙ non habuerũt aliqua in com/
muni. ¶ In iſta ergo queſtione aut queritur
de chriſto ſeorſum: aut de chriſto ⁊ apoſtolis ſi/
mul: aut de apoſtolis tñ. vt poſt aſcenſionem
chriſti. Si de chriſto ſeorſum cũ in chriſto ſint
due nature: diuina pariter ⁊ humana. dubium
non eſt ꝙ de natura diuina locũ non habet que

ſtio iſta. Sic enim chriſtus ſʒ omnes habet ve/
riſimile ⁊ propriiſſime dominiuȝ omniũ crea/
turarum. ſm illud ps. xxiij. Domini eſt terra ⁊
plenitudo eius ⁊c̃. Et Heſter. xiij. Dñs omniuȝ
tu es. Intelligenda eſt ergo queſtio de chriſto
ſm humanam naturam. ¶ Secundo notãdũ
ꝙ dominium habere de aliqua re poteſt intel/
ligi dupliciter. q: aut infuſum: aut acquiſituȝ.
ſicut dicimus de ſcientia infuſa vel acqſita cir
ca aliquam concluſionem. ⁊ iterum dñium po
teſt acquiri in aliqua re dupliciter. quia vel ex
facto proprio: ſicut miles acquirit ex facto pro/
prio: ſcilȝ ſui laboris dñium in ſtipendio. vl' ex
alieno dono: ſicut acquirit pauper dñiuȝ in ele
moſyna ſibi liberalr̃ data. ¶ His p̃ſuppoſitis
pono rñdendo ad q̃õneȝ ſex ꝯcluſiones.

¶ Prima ꝙ chriſtus ab inſtanti ſue cõceptio/
nis habuit dñium omnium rerum.

¶ Secunda concluſio ꝙ chriſtus ex facto pro
prio habuit dñium acquiſitum aliquarũ rerũ.

¶ Tertia concluſio ꝙ habuit dominium aliq̃
rum rerum ex dono aliorum.

¶ Quarta concluſio ꝙ apoſtoli poſt emiſſionẽ
voti de paupertate non habuerunt in proprio
dñium aliquarum rerum.

¶ Quinta concluſio ꝙ chriſtus ⁊ apoſtoli ha/
buerunt dñium aliquarum rerum in cõi.

¶ Sexta concluſio eſt ꝙ apoſtoli poſt aſcenſio
nem habuerũt dñium aliquaꝝ rerũ in cõi.

¶ Prima cõclu/ .§. xvij.

ſio probatur ſic. ſ. ꝙ chriſtus ab initio ꝯceptio/ Qꝛ xps
nis habuit dñium omnium reruȝ. Habẽs ius habuit
habendi aliquam rem ⁊ vtendi iure proprio p dñium
libito voluntatis ⁊ alienandi eam: habet domi omniũ
nium in illa re. hoc pȝ ex declaratione tertij du reruȝ.
bij. ſ. Sed chriſtus ab initio ſue conceptionis
habuit tale ius in omnibus rebus creatis. er/
go ⁊c̃. Probatio minoris patet per id qđ ha/
betur ad Hebre. ij. ⁊ ſumitur de ps. viij. Mi/
nuiſti eum paulominus ab angelis ⁊c̃. Omnia
ſubiecisti ſub pedibus eius. In eo enĩ (ait apo
ſtolus) ꝙ ei ſubiecit oĩa nihil dimiſit nõ ſubie/
ctum. Quod exponens glo. c. iij. ait. Ecce pote
ſtas chriſti oſtenditur vt enim a dñi opere ni/
hil excipitur: ita nec a chriſti poteſtate. Attẽde
ꝙ non ſimpliciter ait ſuper omnia opera: ſʒ ad
didit manuum tuarum. ſ. ſuper digniora etiaȝ
opera. ſ. homines ⁊ angelos: que per excellen/
tiam dicuntur opera manuum dñi. Et non ſo/
lum conſtitutus ſuper opera vt dignior: ſed ẽt
omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. ſ. poteſtati
eius ⁊ dñio poſſit enim eſſe ſuperior ⁊ non do/
minari omnibus. Sed dicit. Subiecisti oĩa. ni
hil dimiſit non ſubiectum dñio eius. Ex qua
auctoritate habetur ꝙ loquitur de chriſto ſm

naturam humanam: ſm quam minoratus eſt paulominus ab angelis. Et loquitur de ſubiectione non ſolū minus digna ad digniorē: ſed de ſubiectione que eſt ſubditi ad habētē dn̄iuꝫ ſuper ipſum. Probatur idē per glo. ſuper illō habens ſcriptū in veſtimento ſuo ⁊ in femore. Rex regum ⁊ dn̄s dominātium. Apo. xix. vbi glo. interlinearis. In veſtimento. i. in humanitate. In femore vt demonſtraret ſe de vera progenie p̄rm priorū proceſſiſſe. Rex regū. i. ſanctorum. qui ſe ⁊ alios v̄tutibus regunt. ⁊ dn̄s dominātiuꝫ. i. eoꝝ qui dn̄iuꝫ exercent ſup ſubditos. ¶ Tertio p̄batur idē per illud qō habet̄ Math. vlti. q̄ dixit xp̄s reſuſcitatus apparēs diſcipulis. Data eſt mihi omnis p̄tās in celo et in terra. Ubi glo. de coeterna p̄ris diuinitate: ⁊ de aſſumpta dicit humanitate: in qua minor angelis. Et eſt glo. Rabani. Idem Remigius. Et hoc ſciendū q̄ antequā dn̄s ſurrexiſſet: nouerāt angeli ſe ſubditos homini xp̄o. Uolēs ḡ chriſtus etiā hominibus notū fieri q̄ ſibi data eſſet omnis p̄tās in celo ⁊ in terra: miſit p̄dicatores in mundū vniuerſuꝫ: qui hoc cūctis p̄dicarēt. Ad idem etiā bea. Augu. ſe. ix. Donauit deus xp̄o ſm hoiem ſm carnē reſurgenti: vt in noie Jeſu omne genu flectatur celeſtiū terreſtrium ⁊ infernoꝝ. i. imperio eius oēs fateātur ſubijci angeli hoies ⁊ demones. ⁊ ſubdit. Eo q̄ erat filius David factus eſt dn̄s David. Non obſtat q̄ xp̄s poſt reſurrectionem dixit ſibi datā poteſtatem hāc. Non eni tunc p̄mo ſibi fuit data: ſꝫ a principio ꝯceptionis: vt dictū eſt. Sed in reſurrectione fuit data manifeſtatio talis iā facte collationis p̄tātis. Unde exponūt doctores cōmuniter be. Aug. ⁊ magr̄ ſentē. in. iij. Data eſt mihi. i. manifeſtata eē iam data. Dicitur enim aliqn̄ aliquid fieri qū innoteſcit ſcīm. Secūdo idē p̄batur ſic. Illud qō fuit cōmunicatū viatori nec repugnat fini incarnationis: nec iportat impfectionē: ſed magis dignitatē ⁊ p̄fectiōeꝫ. debuit cōmunicari xp̄o ſm humanā naturaꝫ: qō nō repugnat fini icarnationis. pro tāto dr̄: q̄ lꝫ imortalitas qua potuit non mori fuerit cōmunicata ade. nec dicat impfectionē: ſed perfectioneꝫ. tn̄ q̄ xp̄o repugnaſſet rōne finis incarnationis. qm̄ ad hoc incarnatus eſt vt pro hoibus moreret̄ ⁊ moriēdo redimeret. ⁊ iō tale donuꝫ nō debuit ſibi cōmunicari. Sꝫ vbi iſta tria ꝯcurrunt. ſ. q̄ non iportet p̄fectionē. Secundo q̄ non importet dignitatē. Tertio q̄ non repugnet fini incarnationis. magis debuit cōmunicari hoi xp̄o q̄ cuicūq̄ alteri. Sed dn̄iuꝫ omnium iſtoꝝ inferioꝝ coicatum fuit ade in ſtatu innocentie. vt pꝫ per illud Gen̄. ij. Dominamini piſcibus maris volatilibus celi ⁊ beſtijs terre. Ergo leta donū cum nō dicet impfectioneꝫ ſed p̄fectionem: nec repugnat fini incarnationis: debuit xp̄o cōmunicari ſm humanā naturā. Tertio idem p̄batur ſic. xp̄o ab inſtanti ſue ꝯceptionis coicata fuit ſcientia oiuꝫ. ergo ⁊ cōmunicari ſibi debuit potentia dn̄ij oium rerū. Añcedens pꝫ ſꝫ oēs ſanctos: ſaltē de his que nouit deus ſciētia viſionis. ꝯn̄a eſt clara. quia ſimile videt̄ quantū ad xp̄m de ſciētia ⁊ potentia reſpectu horū inferioꝝ. ergo ⁊c̄. ¶ Sed cōtra p̄dictā cōcluſioneꝫ arguitur primo ſic. Qō importat imperfectionē nō debuit coicari xp̄o ſm humanam naturā. Sed hr̄e dn̄ium in proprio importat impfectioneꝫ: vt oſtenſum eſt. q̄ ad perfectionem p̄tinet renunciare rebus in p̄prio. Ergo tale dn̄ium non debuit xp̄o coicari.

Contra q̄önem arguit̄.

argui cõtra ex multis auctoritatibus canonis ⁊ ſanctorum.vt illud Mat.xix. Ecce nos reliq̃mus omnia.ergo in proprio ⁊ in cõmuni. Et illud Mat.viij. Filius hominis non habet vbi ca.ſu.re. Et pſ.xxxix.in eius perſona. Ego mendicus ſum ⁊ pauper.⁊ btũs aug. Omnia contempſit xpus terrena mũdi vt contẽnenda eſſe demõſtraret. Et euſebius ſup Mat.dicit aploſ fuiſſe extreme paupertatis. Et btũs Hiero. Si vis perfectus eſſe:nihil habeas preter xpm. Et ſuper illud Mat.xvij.quando inuentum ſtaterem in ore piſcis. Petrus ad mandatuz xpi ſoluit tributũ.cũ aliunde non habebat dicit btũs Hiero.ꝙ tante dñs fuit paupertatis ꝙ non haberet vnde ſolueret tributum. Et ſi obiiciatur. ait ipſe de loculis quos ferebat iudas. Reſpondebimus ꝙ reputabat nephas id quod portabat in loculis pro pauperibus in ſuos vſus cõuertere. Et multe alie auctes poſſent induci. ¶ Ad has rñdetur. Ad illam. Ecce nos reliq̃mus oĩa. veꝝ eſt:q2 in proprio renũciauerũt ⁊ reliquerũt oĩa. Ad ſcðam. Utiq3 ↄcedimꝰ ꝙ filius hoĩs non habuit vbi caput reclinaret.ſ. domum:ſed per hoc nõ tollitur ſi nõ habuit imobilia:qui habuerit mobilia in cõi. Ad tertium. Utiq3 paup fuit xps:paꝝ hñs ⁊ mendicus ab alijs petẽs elemoſynas. Sed ⁊ mẽdicantes dicuntur:⁊ ſunt fratres pdicatores.⁊ tñ licite habent mobilia in cõi. Ad auctates ſcõꝝ ſi mille eſſent:poteſt rñderi vno verbo. Oẽs eniz auctoritates que dicũt ꝙ interdixit eis oĩa vel ꝙ renũciauerũt oĩbus.vel ſũt intelligẽde quãtuz ad modũ hñdi ſcz ꝙ nõ habebãt in ꝓprio: vel quantũ ad curam ꝓuidendi ⁊ vt amouerẽt ſuperflua. Contẽpſit enim xps ſm.b.Aug.oĩa mundi:q2 in ꝓprio.nã qui habent in cõi non dicuntur mũdi:ſed dei.que aũt in ꝓprio mundi dicũtur:fuerũt apli extreme paupertatis ↄgruẽtis tñ fini.⁊ hoc eſt hñe tñ in cõi.⁊ ad neceſſitatez:nõ ad ſupfluitatẽ mobilia. Ad illud.b.Hiero. Nihil habeat preter xpm:intelligi põt vel in proprio. Nam religioſus verus nil hñe dicitur lz monaſterium ſuũ multa habeat etiã imobilia. vel intelligit quoad affectũ inordinatuz. Ad illud de tributo rñdetur ꝙ xpo aliqua offerebantur ſibi pro ſuis ⁊ apoſtoloꝝ neceſſitatibus.aliqua vt paupibus diſtribuẽda.ſicut etiã hodie fit in religioſis qbus plura dant: ⁊ cõmittunt diſpenſanda. Et vtraq3 portabat iudas in loculis.tunc aũt qñ ſoluit tributũ nõ erat in loculis aliqd de his que data erãt eis ad vſum coꝝ.etſi eẽnt que paupibus eẽnt diſtribuenda. Sed nõ ſeqtur ꝙ ſi tũc nõ erat in loculis aliqd in vſus ſuos ↄuertẽdum ꝙ nunq̃3 fuiſſet.imo expreſſe pz ꝙ alĩs erant talia. Nam cũ iuerunt in ſichar ad emendũ cibos Jo.iiij.vtiq3 de loculis receperunt illã pecuniã ⁊ pro vſu xpi ⁊ diſcipuloꝝ ipſoꝝ. Et ſic etiã qð Pe.dixit. Act.iiij. Argẽtũ ⁊ auꝝ non eſt mihi.nõ ſeqtur ꝙ ſi tũc ſecuz nõ habebat qn alĩs potuiſſet hñe in cõi.⁊ mulieres que dicunt miniſtraſſe xpo ⁊ diſcipulis de facultatibus ſuis.nõ ſeqtur ꝙ ſemp hoc fuit:ſed tunc ipſi nec etiã in cõi habebãt.ſic viuẽtibus in cõi aliqñ eis deficiũt etiam mobilia pro aliquo tpe:vñ non ꝓcurant per diuerſos modos. Nec eni mulieres forte ↄtinue ſecute ſunt euz.

¶ Octauus ar .§.xxvij.

ticulus eſt. Utrũ ſit hereticum aſſerere ꝙ xps ⁊ apli nihil habuerunt in cõi. Sed q2 de materia hereſis ſatis habetur in.ij.par.ti.xi. ideo breuiſſime hic expedieť. ¶ Sciendum igitur ꝙ ad hoc vt qs ꝓprie dicatur hereticus quatuor requiruntur. ¶ Primũ eſt error in intellectu.

Hereti cꝰ vt qs ꝓpe dicat q̃tuor requiruntur.

ita ꝙ male ſentiat de veritate. Vñ. b. Augu. dicit ꝙ hereticus eſt qui falſas opi. gignit vel ſeqtur. Licet eñi fornicãs vel furãs agat ꝯtra vitã eterni. que dicit nõ mechãdũ nec furandũ: nõ tñ eſt hereticus. niſi eſtimaret ⁊ talia eē licita ⁊ ptinaciter. Et rõ eſt q: nõ hꝫ errorẽ in intellectu ex quo ſcit eē mala. ¶ Secundum qđ reqritur ad hereſim eſt ꝙ talis error ſit circa ea que ptinent ad fidem. vel contra veritatem determinationis eccleſie in his que pertinent ad fidem ⁊ bonos mores ⁊ neceſſaria ad conſecutionẽ vite eterne. Si enim eſſet error in his que non ſunt neceſſaria ad ſalutẽ. vt ꝙ ſol ſit minor terra. vel alias concluſiones phyſicas vel geometricales non pertinentes ad fidem. ibi non eſt hereſis vel error periculoſus ſaluti. Et quia determinatio dubiorum circa fidẽ vel ſacraꝫ ſcripturaꝫ ſpectat ad eccliaꝫ ⁊ pcipue ad ſummum Pon. vt. xxiiij. q. j. quotiens. Idõ in hmõi ſtãdũ eſt determinationi ecclie ⁊ ſummi põtificis pcipue. Et ptinacit aſſerẽs ꝯtra hmõi determinationem ecclie ꝯſtituit hereticũ. ſicut ſentiẽs ptinaciter ꝯtra fidẽ. ¶ Tertiũ qđ reqritur ad hereſim eſt ꝙ ſit pfeſſus catholicã veritatem. etſi aliquis nõ eēt profeſſus catholicã veritatem. q̃ profeſſio fit in baptiſmo. vbi promittit ſe credere que ſunt fidei. vel patrinus pro eo ſi eſt paruulus ſi male ſentiret de his que ſunt fidei ⁊ ptinaciter. ex quo nõ eſt pfeſſus talẽ fidẽ xpianã non diceret hereticus. ſed iudeus vel pagan⁹ qui ſunt extra eccliam. Et de hmõi ecclia nõ iudicat vt de here. Videt etiã reqri ꝙ talis pfeſſus fidem aliqd credat circa ea que ſũt fidei xpiane ptinens ad diuinitatẽ vel humanitatẽ xpi. Si enim nullã veritatem de xpo ꝯfiteretur magis pprie diceret apoſtata q̃ȝ hereticus. hereticus tñ etiã diceretur. ⁊ vt hereticus puniretur ⁊ grauius peccaret q̃ȝ ſi aliq̃ crederet. ¶ Quartum quod pficit hereſim eſt vt obſtinata voluntate ⁊ pertinaci illud eligat vel ſequat errore. Unde ſi aliqs nõ pertinaci malitia ⁊ obſtinata erraret circa ea que ſunt fidei. paratus emendare ſe qñ ſibi oñderetur falſum eſſe qđ verꝫ putat. talis non pprie diceret hereticus. qđ expreſſe oñdit Aug. xxiiij. q. iij. dixit apľs. Et idem dicit. Errare potero: hereticus nõ ero: q: ſcꝫ pertinax non erat in ſuis opinionibus. ſed paratus corrigere ſententiã. cum ſibi fuiſſet error demõſtratus. Unde ꝯſtat ꝙ quotidie inter doctores magnos etiã circa diuina ſunt opiniões diuerſe. ⁊ aliquando ꝯtradictorie quaꝝ alteram neceſſe eſt eſſe falſam. tamẽ nulla reputatur heretica. donec per eccleſiã fuerit altera determinata. His igitur quatuor ꝯcurrentibus quis cenſetur hereticus. ¶ Nunc ad queſtionẽ reſpõdẽdo. Cum eccleſia determinauerit per Ioã. xxij. in iſta conſtitutione. q: ita ꝙ xpš ⁊ apoſtoli habuerunt aliqua in cõmuni. ⁊ ꝯtrarium aſſerere iudicauit eſſe hereticũ. ideo poſt iſtam determinationem pertinaciter aſſerere chriſtũ ⁊ apoſtolos nil habuiſſe in proprio nec in cõmuni ſed habuiſſe ſolum nudũ vſum facti: in omnibus rebus in quibus eſt vſus: qui vſus talis eſſet illicitus: eſt hereticũ. ⁊ vt hereticus talis eſt puniendus. Ante vero iſtam determinatiõem tenere illud. etſi eſſet falſuꝫ: non tamen hereticuꝫ quia non erat declaratum hoc eſſe contra ſcripturam ꝙ ſolus vſus nudus facti abſqꝫ aliquo iure vel dominio eſſet illicitus. Et per hoc põt excuſare. Aluarus qui ſcripſit librum notabilẽ de planctu eccleſie. Ubi multum diffuſe proſequitur iſtam materiam tenendo ⁊ probando modo ſuo ſed non efficaci chriſtuꝫ ⁊ apoſtolos nil habuiſſe etiam in cõmuni. Videtur eniꝫ nõdum ꝯtrarium eius fuiſſe determinatum: vnde ſubmittit ſententiam ſuam correctioni eccleſie ⁊ determinationi ipſius Ioannes. xxij. qui hoc determinauit tempore ſuo contrariuꝫ ſcilicet declarando.

¶ Aſſerunt ẽt .§. xxviij.

dicti fraticelli in libello ſuo virulento ꝙ papa Ioan. xxij. dixit multa heretica in diuerſis ſermonibus ſuis quos publice in papatu diſſeruit. Et quia dicebatur a quibuſdam circa finẽ vite illos reuocaſſe ⁊ ſubmiſiſſe ſe in omnib⁹ dictis ſuis determinationi eccleſie dicunt illũ fuiſſe hereticum ⁊ ꝙ non ſufficit reuocatio illa p illum modum. ſed vtrum dixerit primuꝫ talia que ſapiunt hereſim ignoratur. Tamen ſi dixiſſet ex quo non pertinax fuit ſed determinatiõi eccleſie ſe ſubmiſit: non poteſt dici ex hoc hereticus. vt patet per bea. Augu. xxiiij. q. iij. dixit apoſtolus. Exemplum in Ioachim abbate. cui⁹ opinio contra Petrum lombarduꝫ de materia trinitatis reprobatur vt heretica: ipſe tamẽ nõ hereticus condẽnatur. Et hoc ideo quia ſubmiſit opuſcula ſua correctioni ⁊ determinatiõi eccleſie in fine vt patet extra de ſum. trini. ⁊ fide ca. dãnamus. ¶ Item ꝙ dicunt non ſufficere talem reuocationem: ſed oportet facere publice ⁊ cum abiuratione ſolẽni inducentes plura ca. vt. j. q. vij. donatum. ⁊ c. ſaluberrimum. ⁊ c. conuenientibus. ⁊ extra de here. ad abolendã falſum eſt. Nam illa iura loquuntur quãdo error eſt diuulgatus. ⁊ ille habet facultateꝫ reuocandi publice: ⁊ prelati eorum hoc exigunt ad tollendum ſcandalum infectionis talis doctrine: que omnia vacant in caſu noſtro. ¶ Veruꝫ in illis inſiſtere dicunt non curare: quia ſucceſſores eius non eum in illis erroribus ſecuti ſunt. Sed hanc ſententiam quam determina-

nit de paupertate chꝛiſti ⁊ apoſtoloꝛum ſcilicet ꝙ habuerūt aliqua vt mobilia in cōmuni: quā dicunt hereticam: quia iſtam non repꝛobauit: ſed nec ſucceſſoꝛes eius ſed eam ſequuntur di cunt eiſe hereticos. Sed ipſi peſſimi homines ſunt heretici veri: quia aſſerunt cōtra determi/ nationem catholicam factam per eccleſiā ⁊ do minum papam Joan. xxij. ⁊ omnes ſucceſſoꝛes eius veros catholicos ſummos pōtifices ⁊ om nes alios pꝛelatos eccleſie ⁊ doctoꝛes vtriuſq; ⁊ magiſtros plurimos in theologia cuiuſlibet religionis acceptatam examinatam ⁊ appꝛoba tam vt veriſſimam. Et facientes ſciſma ab obe dientia romani pontificis receſſerunt pꝛeficiē/ tes ſibi aliud caput antipapam vel potius anti chꝛiſtum aſſerentes penes ſe veram eccleſiam catholicam cum ſint ſynagoga ſathane. Et cū omnis iuriſditio pꝛelatoꝛum eccleſie vt a fon/ te pꝛocedat a papa: falſo. opinantes omnes ſuc ceſſoꝛes Joan. xxij. quia ſecuti ſunt verā deter minationem eius factam circa dictam materi/ am eſſe hereticos. ⁊ per conſequens dicunt eē excōmunicatos ⁊ ſuſpenſos ⁊ omnes etiā pꝛe latos qui aſſentiunt illi determinationi. Nec debere a talibus accipi ſacra: niſi baptiſmum in caſu neceſſitatis: nec audire diuina eoꝛum: ſed a ſuis pſeudo epiſcopis ⁊ a ſacerdotibꝰ ac/ cipi ſacramenta vtiliter ⁊ ſalutifere. ¶ Ad con firmationem ſue doctrine adhuc habent oſten dere vnum paruum miraculum niſi fumum ⁊ cineres cum cōbuſti fuerunt aliqui ex eis. Nec mirum quia verax deus nunquam falſitatem operibus ſuis ſcilicet miraculoꝛum appꝛoba// ret cum eam deteſtetur. Noſtri autem qui tenu erunt illam determinationem Joan. xxij. vt ve riſſimam vſq; ad pꝛeſens ſcilicet annum. M. cccci. claruerunt varijs miraculis in diuerſis locis. ¶ In dicto libello cum eis comburēdo aſſeuerant nos dicere ꝙ in papam nō cadat ſy/ monia. Quod falſum eſt noſtros doctoꝛes hoc dicere. Sed bene diſtinguunt bea. Tho. ⁊ Pe. in. iiij. ⁊ alij. quia de ſymonia poſſumus loqui dupliciter. Uno modo quoad penas a iure in/ flictas contra ſymoniacos ſcilicet ſuſpenſionis vel excōmunicationis. Et ſic eſt verum ꝙ in pa pam non cadit ſymonia: quia nullus penis iu ris poſitiui ſubijcitur vel ligatur. Alio modo quoad peccatum: quod moꝛtale eſt. Et ſic in pa pam poteſt cadere ſymonia: quia ſi oꝛdines vł ſacramenta vel alia ſpiritualia conferat pꝛo tē/ poꝛalibus appꝛeciatiue vtiq; ſymoniam cōmit tit. Nō aūt ſi in cōferendo beneficia reſeruet ſi/ bi partem fructuum diuerſis de cauſis pꝛo ne/ ceſſitatibus curie ⁊ huiuſmodi. vt fit in anna/ tis: quia non cenſetur illud ſymoniacum. Et ſic omnes noſtros dicunt eiſe ſymoniacos. ꝙꝺ falſum eſt. Sed de ſymonia habes plene in. ij. parte. titu. j. ca. iiij. ⁊ de cenſuris eius in. iij. pte ti. de excōmunicatione. ⁊ ti. de ſuſpenſione.

Titulus. xiij. De dono foꝛtitudinis. ¶ Foꝛtitudinis quidditas ⁊ effectus. Capitulum pꝛimum.

Poſt donum conſi/ lij ſequitur in auctoꝛitate Eſa. xj. do nū foꝛtitudinis de quo in pſ. cxvij foꝛtitudo mea ⁊ laus mea do. ⁊ fa. eſt mihi in ſalutem. Hec cum cōſiſtat in aggre/ diendo multum ardua vbi ſunt moꝛtis pericu la. In ſufferendo equanimiter moleſta. ¶ In repellendo per reſiſtentiam diabolica tantamē ta: que omnia abundabunt vltra ſolitum in tē poꝛibus futuris in perſecutione antichꝛiſti pꝛo/ pter quod dicit dominus ieſus. Erit tribulatio talis qualis non fuit ab initio mundi. vſq; ad illud tempus. Matth. xxiiij. Et dabūt pſeudo pꝛophete. ſcilicet antichꝛiſti ſigna ⁊ pꝛodigia magna. ita vt in erroꝛem inducantur. ſi fieri po teſt: etiam electi. quod erit ad maximam tenta tionem eoꝛum. Ideo ſub iſto titulo de perſecu/ tione antichꝛiſti agetur. in qua permaxime ne ceſſaria erit virtus foꝛtitudinis. de qua in ver/ bis. Pſal. cxvij. quatuoꝛ poſſunt elici.

¶ Habitus muneralis foꝛtitudo mea.
¶ Reſpectus vel actus rōnalis. laus mea.
¶ Effectus diuinalis. dominus.
¶ Fructus ſalutaris. factus eſt mihi in ſalutē.

¶ Foꝛtitudo eſt .§. I.

quidam habitus qui nobis infunditur a ſpiri/ tuſancto contra mundi aduerſa. vt in eis viri/ liter tranſeamus. non deficientes pꝛopterea a veritate ⁊ mandatis dei. Impoꝛtat enim quan dam animi confidentiam ⁊ firmitatem: que re quiritur in omnibus arduis agendis. ⁊ in om nibus malis ſufferendis. vnde ⁊ beatus Gre// goꝛius dicit ꝙ foꝛtitudo dat confidentiam tre pidanti. ¶ Differt tamen confidentiam ⁊ fir./ mitas quam dat foꝛtitudo que eſt donum de qua agitur ab ea confidentia quam dat foꝛtitu do virtus moꝛalis. Actus tamen vtriuſq; tam Dfnt in
doni ꝗ̄ virtutis ſunt circa eandem materiam. qtuoꝛ
¶ Sed differunt in quatuoꝛ. ¶ In virtute: in foꝛtitu/
opere: in quantitate: ⁊ in fine. Et in virtute qui do vt ḋ
dem. quia foꝛtitudo qui eſt virtus habet men/ tus ⁊ in
ſuram ſui actus. potentiam humanam ſeu vi// quantū
res humanas. Unde ea que ſupergrediuntur donū.
vires humanas neq; aggreditur neq; ſuſtinet. Unde philoſophus dicit ꝙ foꝛtis eſt inſtupe// factibilis in terribilibus que ſūt ſm hoīem. Sed foꝛtitudo que eſt donum ſpiritusſancti hꝫ p mē

ſura ſui actus diuinam potentiam. de cuius auxilio confidit ſicut dicit in ps. In deo meo traſgrediar murum. i. omne quod poſſet humane infirmitati obuiare. ¶ Secūdo differūt in opere quia fortitudo virtus perficit animam ad ſuſtinenda quecūqʒ pericula: ſed non ſufficit dare fiduciam ad euadenda vel aggredienda quecūqʒ pericula. Sed fortitudo donū vtrunqʒ facit: quia ipſa perficit ⁊ in ſufferendo quecunqʒ aduerſa: ⁊ in aggrediendo quecūqʒ ardua. Unde dicitur Eccl. Liberaſti me a rugientibus paratis ad eſcas. ſ. demōibus de manibus querētium animam meam. ⁊ de multis tribulationibus que circundederunt me. ⁊ in medio ignis non ſum eſtuatus. ¶ Tertio differunt in q̄titate. quia fortitudo virtus non ſe extendit ad omnia difficilia. Sed fortitudo donuʒ ad omnia. Ratio huius diuerſitatis eſt. quia fortitudo innititur facultati ſeu virtuti humane. que infirma eſt reſpectu potentie diuine. Unde non eſt vna facultas vel potentia humana reſpectu omniū difficultatum. Sed diuerſe facultates ſunt ordinate ad diuerſas difficultates. ⁊ quandoqʒ ab inuicem ſeparantur. Nā ſunt indelectabilibꝰ. vt ſuperandis concupiſcentijs prauis que non habet facultateʒ ad vincendas difficultates in horribilibus vt periculis mortis. Sed fortitudo donum vtitur facultate diuina quaſi ſua que ad omnia difficilia ſufficiēs eſt. iuxta illō Job. xvij. Pone me iuxta te ⁊ cuiuſvis manus pugnet cōtra me. quia. ſ. nil preualebit dei ꝟtuti. ⁊ in ps. xvij. Diligaʒ te domine fortitudo mea. Et merito quia tu es propugnator potens. impomnipotēs: gubernator prudens: conſolator clemēs: remunerator affluens. Securus ergo pſicio omnem ſollicitudinem ⁊ fiduciam in eum. cuius nec potentia vinci: nec ſapientia falli: nec prouidentia impediri: nec beniuolentia fatigari. quo minus expleat omnem indigentiam meam: faciet in bonis deſiderium meum. ¶ Quarto differunt in fine: quia fortitudo virtus non ſemper producit ad fineʒ opis inchoati qm̄ non ſubeſt ptāti hominis vt finem operis ſui cōſequatur. vel euadat mala ſeu pericula. cum quandoqʒ opprimatur ab his in mortem. Sed fortitudo que eſt donum: hec in hoīe operatur. quia perducit eum ad vitam eternaʒ per opera fortia que eſt finis omnium bonorū operum ⁊ euaſio omnium periculorꝝ. Et huius rei infundit quandam fiduciaʒ menti ſpūſanctus per donum fortitudinis ꝯ̄trium timorē excludens. Hec tho. ſup. iij. ſnīaꝝ. diſt. xxxiiij.

¶ Quod iſta fortitudo .§. ij.

tudo ſit effectꝰ diuinalis pʒ tertio in eo quod dicit ps. xxvij. Dñs. ſ. fortitudo mea. Et eſt ibi predicatio per cauſam: vt dicit Magiſter in. j. ſen. Non enim vult dicere ps. q̄ dñs ſit ille habitus qui eſt donum fortitudinis: qō vtiqʒ accidēs eſt. quod poteſt adeſſe ⁊ abeſſe. i. corrūpi ſeu deficere preter ſubiecti corruptionē. ſed dicitur fortitudo: q2 in nobis cauſans fortitudinem ipſam. Unde apl'us ad Phil'. iiij. Omnia poſſum in eo qui me ꝯfortat. vbi glo. b. Ambꝛ. Omnia poſſuʒ ⁊ pati ⁊ agere in deo qui mihi poſſibilitateʒ ⁊ vires dedit. vt enim dicit Eſa. xxvj. Oia opera noſtra opatus es in nobis domine. ſ. bona opera. ⁊ per charitateʒ infuſam a ſpiritu ſancto. Charitas aūt oia ſuffert: oia credit: oia ſperat: omnia ſuſtinet. i. ſuſtinere facit. ¶ Ubi notanduʒ q̄ duplex eſt actus fortitudinis. ⁊ bm̄ q̄ eſt virtus ⁊ bm̄ q̄ eſt donum. Primus eſt aggredi ardua. Secūdus eſt ſuſtinere equanimiter aduerſa que patiť. Et lʒ aggredi ardua ⁊ inuadere ſit pus tēpoꝛe q̄̄ ſuſtinere et pati laboreʒ in actu: tn̄ ſuſtinere eſt eſſentialius fortitudini ⁊ nobilius ⁊ difficilius ⁊ pfectius: vt dicit Alb. in. iij. Ethic. qō recolligit. b. Tho. Quod pbat triplici rōne. Primo ratiōe fortioris pugillis ſic. Difficilius eſt pugnare cuʒ fortiori q̄̄ cū debiliori. debilis enim de facili vincitur. Sed qui aggrediť inuadit per modū fortioris: qui vō ſuſtinet per modum debilioris. Sufferendo ergo pugnat cum fortiori. ſ. malo aliquo eum inuadēte. Et ſicut patiēter ferendo vt debilior vincit fortiorē. ergo ⁊c. Secūdo eſt pfectius ⁊ difficilius ſuſtinere q̄̄ aggredi ratione preſentis diſcriminis. ſic difficilius eſt nō moueri a malis pñtibus q̄̄ a futuris: eo q̄ malum pñs plus mouet q̄̄ futurū. Sed qui aggreditur habet mala vt futura: qui vō ſuſtinet iam ſentit picula vt pñtia vel imminētia. vnde dať ſibi occaſio maioris timoris ⁊ magis deſiſtēdi a virtute: vt illa que ſentit euadat. Tertio rōne lōgioris tēporis. ſic difficilius eſt diu aliqueʒ manere imobilem in difficilibus q̄̄ ſubito moueri ad aliqō arduum. Sed aggredi pōt homo ſubito motu. ſuſtinere aūt impoꝛtat diuturnitatē tēporis. Unde ⁊ phs dicit in. iij. eth. q̄ quidā ſunt preuolātes ante pericula. In ipſis aūt deficiunt vel recedūt. Patiētes aūt longo tēpoꝛe immoranť. Hec etiam. b. Tho. ij. ij. q. cxxiij. Et Liberius papa ait. Unde nāqʒ beata pſeuerātia niſi de virtute patiētie: qua bm̄ apoſtolicā doctrinam oēs qui pie volunt viuere in xp̄o neceſſe eſt vt pſecutionem patianť. vij. q. j. ſuggeſtum. fortitudo includit patientiam.

Fortitudis cauſa ē ds.

Fortitudinis actꝰ duplex.

¶ Quomodo aūt .§. iij.

fortitudo in actu ſuo ſit rationalis ſeu ꝟtualis oſtēdiť ſcđo cum dr̄ laus mea. qō tripl'r pōt exponi. ¶ Primo ſic. De fortitudie mea in actu

ſuo nō me extollo: nō me iacto: non me laudo:
ſed dn̄m a quo eam recognoſco ⁊ ſibi aſcribo:
in cuius ꝯfidentia ardua aggredior. Unde ip
ſe Dauid cum ad ſingulare certamen ꝯtra Go
liath viriliter accederet totus inermis inquit
ad eum. Tu venis ad me cum gladio ⁊ haſta:
ego autē in noīe dn̄i. ſ. ꝯfiſus de adiutorio eiꝰ
non fortitudine mea: ꝯgreſſuſq; cum eo lapi/
de ex funda iactato: qui ſignificat fortitudinē:
fortis eſt enim lapis ex humilitate ſignificata
per fundam eum deiecit. j. Reg. xvij. Sic ⁊ iu
das machabeus fortiſſimus ꝯtra hoſtes ꝓce/
dens Appollonium: Seron: Nichanorē ⁊ ali/
os q̄ꝫplures ꝯfidentes in fortitudine exercitus
ſui ſeq; laudantes: eos proſtrauerūt: humilia/
ti ⁊ de dei virtute ꝯfiſi orantes ⁊ dicētes. Con
gregati ſunt inimici noſtri ⁊ gloriantur in vir
tute ſua. Contere fortitudinem illoꝝ vt cogno
ſcant q̄ꝛ non eſt alius qui pugnat pro nobis ni
ſi tu deus: vt pꝫ. j. Macha. iij. ⁊ ij. Macha. vi.
Econtra: Sanſon q̄ꝛ fortiter dimicauerat con/
tra philiſteos infideles mandibula aſini mille
ex eis occidens. aliqualiter ſe glorians ⁊ lau/
dans dicendo. In mandibula aſini occidi mil
le ⁊c. humiliatus eſt ſitiens vſq; ad mortē: vt
in procinctu eſſet deueniēdi ad manus inimi/
corum. Sed oranti ⁊ ſe humilianti ſibi proui/
ſum eſt a deo. ¶ Secundo pōt ſic intelligi for
titudo mea ⁊ laus mea dominus. i. de fortitu/
dine mea ⁊ actibus eius non quero laudes ho
minum ⁊ gloriam: ſed dei. ob cuius honorem
laudēq; fortia ⁊ ardua aggredior. Multi enī
fortia gerunt opera exponentes ſe periculis
mortis ⁊ ipſam etiam ferentes. Sed quia non
ad gloriam dei ⁊ laudem: ſed ſui memoriā vo
lentes mundo relinquere ⁊ ab hominibus lau
dari hoc egerunt. nullum fructum ſui laboris
reportarunt niſi ventū: quinimo ⁊ damnatio/
nem eternā. Nihil profuit. Curtio fortiſſimo
Romanoꝝ ſui temporis q̄ facto magno hia/
tu terre in vrbe: ſciſcitantibus ciuibus de re/
medio clauſure: q̄ꝛ dictum eſt a demonibus ꝑ
idola loquentibus q̄ niſi fortiſſimus Curtius
in illud chaos deſcenderet. vt refert Aluarus
non clauderetur. Ille laudis auidus armatus
ſe in illam aperturam proiecit: ⁊ in infernum
deſcendit: vt refert etiam Aug. lib. v. ca. xviij:
de ci. dei. Hinc Hiero. ſuper epiſtolā ad Gala.
Si inquit martyrium fecerimus vt velimus
noſtras ab hominibus reliquias venerari: ⁊ ſi
opinionem vulgi ſectantes intrepidi fuderi/
mus ſanguinē ⁊ ſubſtātiam noſtram vſq; ad
mendicitatem ꝓpriam dederimus. Huic ope/
ri non tam premium q̄ꝫ pena debetur ⁊ perfi/
die magis tormenta ſunt q̄ꝫ corona victorie. j.
q. j. vide. Econtra apoſtolus dicebat. ij. ad Ti.
ij. Omnia ſuſtineo propter electos: vt ⁊ ipſi ſa
lutem ꝯſequātur que eſt in chriſto ieſu in glo/
ria celeſti: et ſic fortitudo ſua erat laus dei quā
querebat non ſua. ¶ Tertio exponitur ſic. Do/
minus fortitudo mea ⁊ laus mea: ideſt ex for/
titudine mea que vtiq; a deo eſt mihi: exurgit
apud homines laus mea. Nil pene ita reddit
laudabilem ⁊ glorioſum apud deum ⁊ hoīes ſi
cut actus fortitudinis exponere ſe morti ⁊ om/
nia mala ſufferre pro honore dei ⁊ ſalute proxi
mi. vnde magis laudatur deus ⁊ ſancti glorio
ſi ex patientia q̄ꝫ ex martyrijs varijs eorum cō
ſtanter toleratis. vnde Job ita cōmendatur. ni
ſi ex patientia que vtiq; pars fortitudinis eſt.
Et in laudem ipſius patientie ait bea. Hie. in li
bro bono patientie. Patientia virtus eſt nobis
cum deo cōmunis. Dicitur enim deus fortis ⁊
patiens. ps. vij. Que autem gloria eſt conſimi/
lem deo fieri. Quanta felicitas eſt habere invir
tutibus quod diuinis laudibus poſſit equari. De laude pati/entie.
Ille innocens ⁊ iuſtus: imo innocentia ⁊ iuſti/
tia inter facinoroſos deputatur: ⁊ teſtimonijs
falſitas premitur. Iudicaturus iudicatur: ⁊ dei
ſermo ad vltimum tacens eucitur. Et cum ad
crucem eius confundantur ſydera contremi/
ſcat terra: ⁊ conturbentur elementa. ille non lo
quitur nec mouetur nec maieſtatem ſuam ꝓfi/
tetur: ſed omnia perſeueranter tolerat: vt in eo
plena ⁊ perfecta patientia ꝯſummetur. Porro
vnuſquiſq; cum naſcitur ⁊ hoſpitio huius mū
di excipitur: initium ſumit a lachrymis. ⁊ cum
adhuc omnium rerum ignarus ſit nil aliud q̄
flere nouit. Prudentia naturali lamentaꝛ mor
talis vite procellis quas ingreditur gemitus ⁊
ploratus in ipſo exordio ſuo rudis anima teſta
tur ſudatura. Hic q̄ꝫdiu viuitur ⁊ laboraꝛ nec
ſudantibus ⁊ laborantibus poſſunt magis alia
q̄ꝫ patientie ſubuenire ſolacia. Nec aliō magis
iuſtos ⁊ iniuſtos diſcernit q̄ꝫ q̄ in aduerſis per
impatientiam blaſphemat iniuſtus conqueri/
tur: ⁊ patientia iuſtus probatur. Deniq; patien
tia eſt que nos ſeruat deo ⁊ cōmendat que irā
temperat: linguam refrenat: mentē gubernat
pacem cuſtodit: diſciplinam regit: potentiam
diuitum coercet inopiam pauperum refouet:
facit humiles in proſperis: fortes in aduerſis:
docet delinquentibus cito ignoſcere: ⁊ delin/
quentem diu ⁊ multum rogare: fidei fundamē
ta munit: incremēta ſpei prouehit: actū dirigit.
Ceteꝝ charitas que eſt vīculū fraternitatis: fū/
damētū pacis: tenacitas ⁊ firmitas vnitatis q̄
fide ⁊ ſpe maior eſt que opa ⁊ martyria ꝓcedit:
que nobiſcū ſemꝑ eterna manebit. Ipſa chari/
tas vt ait apl's patiens eſt. j. Cor. xiij.

¶ Fructus forti/ .§. iiij.

tudinis quarto notatur ſeu vtilitas cū additur.
Factus eſt mihi in ſalutē ſcʒ dominus. ⁊ hoc p
fortitudinem. Prouer. vl. Mulierē fortem .i.
animam qs inueniet. q. d. difficile eſt inuenire.
Multi enim deficiūt in varijs tribulationibꝰ.
Alij ex diutinis afflictionibus plures in graui
bus perſecutionibus tyrānoꝝ vel alioꝝ pluri/
mi in diuerſis tentationibus. Quod ſi qs inue
nit procul ⁊ de vltimis finibus preciuʒ eius .i.
merces ⁊ premium. qꝛ qui ſuffert .i. conſtanter
vincit tentationem. in oī tribulatione eſt tenta/
tio impatientie. hic recipiet coronam vite. Jac.
j. Cōfidit in muliere .i. aīa forti cor viri ſui ſcili/
cet chriſti. qꝛ ſcʒ non recedet a fide eius propter
quecunqʒ. Spolijs non indigebit .i. indumen/
tis virtutum: quibus diabolus expoliat incon
ſtantes. factus eſt ergo dominus in ſalutem for
ti: perducendo ad gloriam. Inſuper fit ei in ſa/
lutem vt aliquando nō videatur dolores ſenti/
re: conſolationes diuinas menti infundendo.

circa actū forti/tudinis tria ſūt conſide randa.

¶ Ubi ſciendum ꝙ circa actum fortitudinis
tria ſunt ꝯſideranda ſm beatū Tho. ij. ij. queſt.
cxxxvj. Primū eſt ꝙ fortis in actu ſuo principa
li qui eſt ſuſtinere. pōt ꝯſiderari ex parte corpo/
ris. ⁊ ſic ſuſtinere percuſſiones: flagella: vulne/
ra: mortē eſt triſtabile ⁊ doloroſum ⁊ hoc nega
re eēt negare eos eſſe carnales .i. habere propri
etatem carnis. Si enim hñt carnem ſenſibilem
neceſſe eſt ꝙ leſiua inferant eis dolorē. ⁊ tanto
magis quanto quis eſt delicatioris complexio
nis. Poteſt etiā conſiderari ex parte mentis. et
ſic fortis habet ꝙ delectetur de actu fortitudi/
nis ⁊ de fine eius ſcʒ qꝛ propter deum vel pro/
ximum illa ſuſtinet. vn̄ Eleazarus qui noluit co
medere carnes porcinas ex eo ꝙ erat contra le
gem dei dum grauiter cederet ait. Dn̄e qui ha
bes ſanctam ſciētiam. tu ſcis qꝛ diros ſuſtineo
corporis dolores ſcʒ quoad ſenſum carnis. ſm
animam vero propter timorē tuum libent hec
patior. ij. Macb. vj. Scōm quod notanduʒ eſt
circa actū fortitudinis eſt ꝙ in dolore ſenſus i/
peditur mens fortis ne in propria operatione
fortitudinis ſcʒ patiendo delectationeʒ ſentiat.
eo ꝙ vehementia paſſionis vnius potentie im
pedit potentiam aliam in actu ſuo: propter cō/
nexionem potentiaꝝ adinuicem ſicut ⁊ cuʒ ali/
quis intellectum figit ad aliqd non videt que
ante ipſum ſunt. non ergo requiritur ꝙ fortis
ſentiat delectationem in ſuo actu: ſed ſufficit ꝙ
non ita contriſtetur vt a ratione ⁊ virtute rece/
dat. vn̄ ⁊ Pe. in can. ſua ait. Modicū etſi opor/
tet vos ꝯtriſtari in varijs tentationibus vt pro
batio fidei veſtre precioſior ſit auro ⁊c. ¶ Nō
dicit delectari ſed contriſtari. Et. vij. q. j. ſugge
ſtum dicitur. Non vos chariſſimi a pio mētis
propoſito afflictionum amaritudo coerceat re/
cedere: conſiderantes quanta pro abſolutione
noſtra creator dn̄s ⁊ redemptor noſter pertule/
rit quibuſue contumelijs ſe afficiendum tradi/
derit. ¶ Tertium qđ poteſt attendi circa actuʒ
fortitudinis eſt ꝙ gratia dei ſupabundans for/
tius eleuat animam ad diuina in qbus delecta
tur ꝙ̄ʒ a corporalibus penis afficiaſ. Unde apo
ſtolus. ij. ad Co. vij. Supabundo gaudio in oī
tribulatiōe nr̄a. Hinc ⁊ Tiburtius cum ſup car
bones viuos nudis plantis incederet aiebat.
Uidetur mihi ſup roſeos flores incedere in no
mine dn̄i. Et agatha. Ego in his penis ita dele/
ctor. ſicut qui audit bonū nuncium. aut qui vi/
det amicum diu deſideratum. Unde aliqn̄ etiā
miraculoſe fit. vt talia aduerſa ⁊ martyria cor/
pori non noceant: vt patet in martyribus innu
meris: qui ex diuerſis cruciatibus fortiter tole
ratis euaſerūt a morte liberi vt dicere talis poſ
ſit illud. ps. cxvij. Fortitudo mea ⁊ ſalus mea
dominus. factus eſt mihi in ſalutē etiā corpo/
ris. Fit autem in ſalutem actus fortitudinis nō
ſolum ſibi ſed etiam plurimis. Multi eniʒ pu/
gnantes fortiter pro patria ⁊ morti ſe exponen
tes: liberauerūt populos ſuos: vt Judith ⁊ ma
chabei. Et beatus Ambro. etiaʒ dicit in lib. de
off. Fortitudo que bello a barbaris ꝯſendit pa
triam vel domi defendit infirmos: vel a latro/
nibus ſocios plena eſt iuſtitia ideſt v̄tute. xxiij.
q. iij. Fortitudo. Correſpondet autem huic do/
no beatitudo quarta. vbi dicitur Math. v. bea
ti qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſtitiam. quoniam ipſi
ſaturabuntur. Et hoc ſatis conuenienter: quia
ſicut fortitudo in armis conſiſtit. ita etiam eſu/
ries ⁊ ſitis iuſtitie. quod patet ex eo: quia val/
de virtuoſum eſt ꝙ aliquis non ſolū faciat ope
ra virtuoſa que cōmuniter opera iuſtitie dicū/
tur: ſed ꝙ ea faciat cum quodam deſiderio in/
ſatiabili: quod poteſt ſignificari per famen ⁊ ſi
tim iuſtitie. Et glo. ibidem dicit ꝙ eſuries iuſti
tie ſpiritu fortitudinis fulcitur. ne in via laſſe/
ſcat. Sicut enim de fortitudine corporali pro/
cedit eſuries naturalis: ⁊ econtra ex debilitate
corporis faſtidium. ſic de fortitudine ſpiritua/
li. Et ſicut ex fortitudine corporali ē eſuries cer
taminum. ſic ⁊ de dono fortitudinis eſt eſuries
iuſtitie in preſenti: ⁊ ſatietas in futuro. Eſurien
tibus ⁊ ſitientibus ſaturitas eſt: quaſi laboran
tibus ⁊ certantibus refectio. Juſtitia auteʒ ſua
vnicuiqʒ reddit deo ſibi ⁊ proximo. Hec iuſti/
tia non plene in nobis implebitur donec ſit de
us omnia in nobis. Et hic poſſumus eſurire.
ſatiari autem in futuro: vbi hoc donum habe/
bitur a ſanctis. ¶ Non quidem ad illum actū
qui eſt in preſenti ſcilicet patiendi. ibi eniʒ nul
la penalitas: vnde nec difficultas. Sed quoad
hunc actum ſcilicet innixi perfectiſſime virtu/

Fortitudinis dono corrn̄dent eſuries ⁊ ſitis iuſtitie.

ti diuine: ſeu ſm beatum Thomam in.iij.diſtinctione.xxxiiij.pfrui plena ſecuritate ab omnibus laboribus ⁊ malis. Et ſic dominus erit factus in ſalutem perfectam.

¶ De triplici fortitudine. Cap.ij.

Pro ampliatiõe huius materie fortitudinis licet multa ſint dicta ſupra de ipſa ⁊ de ptibꝰ eius ſupra in ti.de fortitudine: per totum.⁊ in capitu. de patientia: que hic non oportet replicare. Alia adhuc ponentur per alium modum. Et qꝛ in ſcripturis frequent agiť de fortitudine. ſciendũ ꝙ triplex eſt fortitudo.

¶ Fortitudo que eſt temporalis.
¶ Fortitudo que eſt virtus ſpecialis.
¶ Fortitudo que eſt bonitas generalis.

¶ De prima dici/ .§.i.

tur Hieremie.ix. Non glorietur fortis in fortitudine ſua. Infirma huius mundi elegit deus vt confundat fortia. Sed que fortitudo temporalis cum omnis caro fenum ⁊ omnis gloria eius quaſi flos feni. Eſa.xl. Homo enim natus de muliere breui viuens tempore quaſi flos egreditur ⁊ conteritur ⁊ fugit velut vmbra ⁊ nũquam in eodem ſtatu permanet. Job.xiiij. Sꝫ ⁊ hec fortitudo temporalis triplex.

¶ Fortitudo actionis criminalis.⁊ hec deteſtanda.
¶ Fortitudo dominationis mundialis . ⁊ hec non affectanda.
¶ Fortitudo vigoris corpalis. ⁊ h edomãda.

¶ De fortitudine criali dič Pſal.liij . Fortes queſierunt animam meam ſcilicet auferre. Siue homines ſiue demones fortes ad vitia perpetranda: qui nullis laboribus vel difficultatibus dimittunt quin mala faciant. Unde de diabolo dicitur Job.xl. Uirtꝰ eius in lumbis eiꝰ ⁊ fortitudo eius in vmbilico ventris eius. Qꝛ enim vt dicit beatus Gregorius. Seminariuꝫ luxurie eſt viris in lumbis: vnde ſcilicet deciditur ſemen.⁊ in mulieribus in vmbilico.cũ diabolus magis laboret diuerſis vijs ⁊ fraudibꝰ ab inducendum viros ⁊ mulieres ad luxuriaꝫ ꝙ̃ ad alia vitia. Sanctos enim viros quos per alia vitia non potuit deijcere per illud proſtrauit. ideo precipue fortitudo eius dicitur eſſe in lumbis ⁊ in vmbilico. Et Eſa.v.dicitur. Ue hĩ q potentes eſtis ad bibendum vinum: ⁊ viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Et in quibuſcũ ſtat fortitudo vitioſa malorum: oſtendit beatus Gregorius in. libro moral. tractans illud Job.vi. Que eſt fortitudo mea. vbi ait. Reproborum fortitudo eſt tranſitoria ſine ceſſatione diligere. contra flagella conditoris inſenſibiliter perdurare ab amore temporalium nec aduerſitate quieſcere. ad inanem gloriam cuꝫ detrimento vite peruenire. malitie augmẽta querere. bonorum vitam non lingua ⁊ moribus: ſed etiam gladijs impugnare. In ſemetipſis ſpem ponere. inquietateꝫ quotidie ſine vllo defectu perpetrare. An non ſunt fortes reprobi q ad preſentis vite concupiſcentiam tot laboribus currunt: tot periculis ſe audacter obijciunt pro lucris libenter contumelias ferunt. Ab appetitus ſui libidine nulla victi contrarietate deſiſtunt percuſſionibus decreſcunt. ⁊ mala mundi tolerant. pro mundo ⁊ eius vt ita dixerim gaudia querentes perdũt. nec tamen hoc perdentes fatigãtur vnde ⁊ quaſi in abſinthio inebriantur. Hec beatus Gregorius ⁊ ſic fortes ſunt ad miſcendam ebrietatem nõ vini ſuauis: ſed abſinthiatici amariſſimi. Threñ. quinto. Inebriauit me abſinthio. Deteſtanda eſt ergo iſta fortitudo ⁊ euitanda. ¶ De fortitudine dominij temporalis que conſiſtit in lato dominio ⁊ magno exercitu dicitur Geneſ. decimo ꝙ Nembroth cepit eſſe potens in terra robuſtus venator coram domino id eſt extinctor ⁊ oppreſſor hominum per tyrãnidem: qui primo per fortitudinem ſuaꝫ voluit dominari. de quo dicit Joſephus ꝙ fecit homines elatos ad iniuriam dei ⁊ contemptum. Nembroth filius Cham: cum eſſet ceteris audacior: ceteriſqꝫ fortiſſimus manu. ſuadebat non eſſe attribuendũ deo: ſed proprijs viribus ꝙ hominibus felicitas eueniret. Suadens hominibus a timore dei recedere: ⁊ in proprijs viribus ſpem ponere. quod eis fuit cauſa turris edificande vſqꝫ ad celum. Sed confuſi linguis deſtiterunt. Et ille Nembroth fulmine perijt: vel in bello occiſus ſm alios. De Attila rege hunorum legitur ꝙ cum viciſſet ⁊ ſubiugaſſet orbem ⁊ occidiſſet Theodoricum regem vvandalorum et Methium patricium Romanorum: qui habebant in exercitu ſuo quinquies centum milia pugnatorum: qui confederati erant contra eũ. ⁊ ſubiugaſſet ⁊ depopulatus fuiſſet romam et aquilegiam ⁊ italiaꝫ ⁊ multas alias regiones. Cum victor ad terram ſuam rediſſet ⁊ nuptias celebraſſet in ipſa nocte vino ingurgitatus incaleſcens: ſanguinem per nares emittens a vino victus ⁊ occiſus cum eo animam euomuit. Omnis potentatus (inquit ſapiẽs) vita breuis quod patuit in Alexãdro magno: qui poſtꝙ̃ fortitudine ſua ⁊ exercituum ſuorum totuꝫ orbem ſubiugauit: modico veneno extinctus eſt in.xxxij.anno etatis ſue. Unde hmõi fortitudo non affectanda: ſed contẽnenda. qꝛ vt dicit bea. Grego. Omne qđ hic eminet plus meroribus afficiť ꝙ̃ honoribꝰ gaudet. di.xiiij.neral.

¶ Fortitudo corporalis ad vſum bonum exercenda eſt ſm̄ illud pſ. lviij. Fortitudinem meã ad te cuſtodiam. i. conſeruabo. ea vtendo ad tuum honorem. Adeo eniꝫ corpore fortis fuit dauid ꝙ adoleſcens cum gregem ouium patris cuſtodiret: vrſum vel leonem rapientẽ ei oues capiebat ⁊ occidebat. Et ea fortitudine vſus eſt ad dei laudem: bellando totus inermis cũ funda contra goliath gygantem fortiſſimũ. ⁊ quẽ lapide ex funda iactato proſtrauit ⁊ gladio eiꝰ caput amputauit. nec tamen de iſta gloriandũ: quia cito ſuperatur. Judas machabeus fortiſſimus dicitur. ij. Machab. xv. qui ſimilis factus eſt leoni in operibus ſuis. j. Mach. ij. De leone dicitur. Prouer. xxx. Leo fortiſſimus beſtiaruꝫ ad nullius pauebit occurſum. Qui tandeꝫ poſt multa prelia glorioſe inita ⁊ plurimas hoſtiuꝫ ſtrages ⁊ victorias: in bello occiſus eſt. Hercules fortiſſimus corpore a quartana febre correptus ꝓpter impatiẽtiã in ignẽ ſeipſuꝫ ꝓiecit. Sanſon fortiſſimꝰ fuit: ſꝫ tñ victꝰ a dalida fuit.

¶ Secundum .§. ij.

genus fortitudinis que eſt virtus ſpecialis põt tripliciter aſſignari. quia vel eſt ex acquiſitione vl' ex infuſione: vel ex doni actiõe. De prima loquitur phs in lib. ethi. ⁊ Tulliꝰ ⁊ Seneca: ⁊ alij ethnici in libris ſuis. Sic eaꝫ diffinit Tullius. Fortitudo eſt rationalis terribilium aggreſſio ⁊ eorum conſtans perpeſſio. Macrobius autẽ ſic. Fortitudo eſt animum ſupra metum periculi agere: nihilqꝫ niſi turpia timere: vel aduerſa vel proſpera vel fortiter tolerare. Et ſm̄ Papiã dicitur fortitudo a fero fers: quia facit omnia equanimiter fere. vel a ferro: quia ipſa facit hominem ferreum ⁊ durum ad frangendũ: ſicut ferruꝫ domat alia metalla: ita fortitudo ea que ſunt dura vincit ⁊ emollit. Cauſatur autem iſta fortitudo ex actibus ſicut ⁊ alie virtutes morales. Sicut enim ex frequentibus actibus caſtitatis ⁊ abſtinẽtie generatur virtus que dicitur caſtitas vel abſtinentia: ita ex frequenti aggreſſione arduorum ⁊ toleratione aduerſorum generatur fortitudo. Hac claruerunt antiqui romani qui pro bono reipublice multa pericula ſuſtinuerunt ⁊ aduerſa. vt Marcus regulus ⁊ ſcipiones: qui tamen ex hmõi premium glorie nõ ſũt ꝯſecuti. q2 nec fidẽ nec gratiã habuerũt.

¶ Secunda fortitudo eſt ex infuſione. Ubi notandum ꝙ ſm̄ Tullium nomen virtutis ꝗuis ſit cõmune ad omnem virtutem: per quandaꝫ tamen excellentiaꝫ attribuitur. ⁊ dicitur de fortitudine: quia virum tuetur. ne propter aduerſa que frequẽter accidunt deficiat. Uñ ⁊ Sap. viij. dr̄. ꝙ ſapientia diuina que gratiam infundit ſobrietatem. i. temperantiam ⁊ prudentiaꝫ docet. iuſtitiam ⁊ virtutem quibus nil melius in vita eſt hominibus. Appellat autem virtutẽ fortitudinem. Docet autem hãc virtutem. i. fortitudinem nõ humana ſapientia ſed diuina. Et in hoc differt a fortitudine acquiſita. Secũduꝫ enim materiam circa quam verſatur. i. aggreſſum difficiliuꝫ ⁊ tolerãtiam maloꝝ conueniũt. Sed in cauſa ⁊ fine differunt. Nam prima cauſatur ex actibus multiplicatis ꝓcedentibus ex lumine rationis. Sed fortitudo infuſa nõ cauſatur ex actibus humanis primo ſed ex gratia infuſa ⁊ diuino lumine. Sed bene augetur ex actibus poſtea multiplicatis. Unde ⁊ multi recepta baptiſmi gratia: immediate exponebant ſe ad omnia ardua. etiam ipſam mortem nõ ſolum viri ſed ⁊ tenere puelle. In fine differũt: q2 fortis ex virtute acquiſita: fortia agit ꝓpter ciuilitate ſeu rempublicam terrenam. ſed fortis ex gratia infuſa: ardua aggredit̄ ⁊ tolerat propter ciuilitateꝫ celeſtem principaliter. ⁊ ſic etiã propter bonuꝫ reipublice aliquãdo. Et ſine iſta quis ſaluari nõ poteſt. vnde ⁊ neceſſaria eſt cuicũqꝫ. Unde ⁊ Berñ. in quodam ſermone. Ueritate charitate ⁊ fortitudine me multum egere fateor. Deficit enim ratio mea pre ignorãtia veritatis. Languet volũtas pre inedia affectionis. Caro infirmatur pre inopia fortitudinis. Nam ratio minus intelligit que agenda ſunt. volũtas minus diligit intellecta. Et corpus qḋ corrũpitur aggrauat animam. vt nõ que voluimus illa faciamus. Hec ille. Sicut ergo veritas perficit intellectum: charitas volũtateꝫ ſeu affectum: ita ⁊ virtus fortitudinis ſenſualitatem ſeu affectũ: precipue iraſcibilem ⁊ actũ. ¶ Ad hanc multum hortatur deus in ſcripturis. vt Deut. xxxj. dicitur. Viriliter agite: cõfortamini ⁊ nolite timere neqꝫ paueatis ad cõſpectum inimicoꝝ. Et merito multuꝫ cõmendabilis eſt quia ipſa de ſeruitute peccati liberat. pſ. lxvij. Qui educit vinctos. i. peccatis ligatos. in fortitudine. Ipſa de diabolo triũphat. Judicuꝫ. vj. Dixit angelus gedeoni. Uade in hac fortitudine tua: liberabis iſrael de manu madian. i. demonuꝫ. Ipſa deum letificat ⁊ pacat. Eſdre. viij. Gaudiuꝫ enim dñi fortitudo veſtra. Sicut rex quilibet multum amat ⁊ gaudet de milite qui viriliter pugnat ⁊ dura vulnera ſuſtinet. Unde beatus Andreas dixit tyrãno. Egee minãti tormẽta. Tanto regi meo ero acceptior: quãto grauiora tormẽta pro eo fuero perpeſſus. Ipſa enĩ animam bonis ſpiritualibus ditat. Prouer. x. ⁊ aliquãdo etiam tẽporalibus. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa. manus autem fortium diuitias parat. Ipſa hominem cõfortat: vt quaſi mala nõ ſentiat. Unde ſtephanus plenꝰ gratia ⁊ fortitudine orabat pro lapidãtibus quaſi

percuſſiones non ſentiret. Et propterea de eo
cantatur. Lapides torrentis illi dulces fuerũt.
Et Seneca. Si magnanimus fueris nunq̃ iu/
dicabis tibi cõtumeliam fieri. De inimico tuo
dices. non nocuit ſed nocendi animuʒ habuit.
⁊ cum illum in poteſtate tua habueris: vindi//
ctam putabis vindicari potuiſſe. Nec mai⁹ ge
nus vindicãdi q̃ ignoſcere. hec ille. Hec eſt for
titudo vincere ſeipſum. Ipſa dominium p̃ſtat.
Prouer. xij. Manus fortium dominabit. ⁊ ſu/
pernum regnum intrat. Eſa. lxj. Vocabuntur
in ea fortes iuſtitie: plãtatio domini ad glorifi/
cãdum. Quãuis autem iſta fortitudo cauſetur
primo ⁊ principaliter a gratia dei: multa tamẽ
alia cooperantur ad actũ eius. Et primo fides.
ad Hebre. xj. Sancti per fidẽ vicerũt regna ⁊c̃.
Fortes facti ſunt in bello temporali ⁊ ſpiritua/
li. j. Joã. v. Hec eſt victoria que vincit mundũ
ideſt aduerſa mundi. fides noſtra. ¶ Secũdo
ſpes. ad Hebre. vj. Fortiſſimum ſolatiuʒ habe/
mus qui cõfugimus ad tenendam propoſitaʒ
nobis ſpem. Et Eſa. xl. Qui ſperant in domino
mutabũt fortitudinem. quia ſcilicet vbi prius
erant fortes pro mũdo: poſtea erunt robuſtio//
res pro deo. ¶ Tertio dilectio. Cant. viij. For/
tis vt mors dilectio. quia ſcilicet facit hominẽ
fortem vt omnia vincat ardua. quia ſm̃ beatuʒ
Augu. omnia difficilia ⁊ aſpera leuia ⁊ prope
nulla facit amor. ¶ Quarto timor dei. Pro//
uerbiorũ. xiiij. In timore domini fiducia for/
titudinis. Job. iiij. Vbi eſt timor tuus: ibi forti
tudo tua. ¶ Quinto caſtitas. Job. xvij. Mun/
dis manibus addet fortitudineʒ. Et de Judith
xv. dr̃. Feciſti viril̃r ⁊ ꝯfortatũ eſt cor tuuʒ eo ꝙ
amaueris caſtitatẽ. Narraƒ in lib. de ſepteʒ do/
nis: ꝙ cuʒ Gottiſridus de Bullione qui p̃mus
de frãcis regnauit in hieruſaleʒ cepiſſet armis
Antiochiam: hieruſaleʒ: ⁊ ſyriam: occiſis ⁊ ex/
pulſis ſaracenis cum mirarentur omnes eius
fortitudinem eo ꝙ nullus ſaracenus poterat ei
reſiſtere: nec ictum manus eius ſuſtinere: tẽpo
re treuge turchorum admirati miſerũt ei mu/
nera viſitantes eum ⁊ querentes vnde tãta eẽt
manibus eius fortitudo. qui coraʒ eis enſe ſuo
ſcindebat equi caput: ⁊ dicerent quidã ꝙ erat
virtute enſis ſui: accepto ipſe Gottifridus alio
enſe a ſaracenis tradito: idẽ fecit de alio equo.
Et tunc cum quererent vnde hec ei virtus cuʒ
non eſſet maior alijs hominibus. ait ꝙ nunq̃
manus ſue contrectauerãt carnes meretricis:
nec luxuria fuerant inquinate. Et ſic patet ꝙ ca
ſtitas cooperatur ad fortitudinem ⁊ corporalẽ
⁊ virtualem. ¶ Sexto eſt exhortatio maioruʒ.
Unde ⁊ dñs mandauit in veteri lege. Deuter.
xx. ꝙ appropinquante hora belli exercendi cõ/
tra inimicos: ſacerdos ſtaret ante acieʒ ⁊ ſic lo/

ad actũ fortitu/dis co/operan/tur he vtutes.

queretur. Nolite timere nec formĩdetis eos:
quia domin⁹ deus veſter in medio veſtri: ⁊ ip/
ſe dimicabit contra aduerſarios veſtros. Sic
Judas machabeus. ij. Mach. xv. exhortando
ſocios ad bellum contra inimicos qui erãt in/
comparabiliter plures cum Nicanore fortiſſi//
mo. dicitur ibi ꝙ ſingulos eorum armauit nõ
haſta ⁊ clypeo: ſʒ ſermonibus optimis quibus
fortificati victoriam habuerũt. Egiſippus etiã
narrat de cladibus iudeorum. ꝙ Tytus cũ ob/
ſideret hieroſolymaʒ: hortabatur romanos mi
lites ad viriliter dimicandum. ne ſubijcerẽtur
victi populo iudeorum in confuſione romane
probitatis. ⁊ ne victi ⁊ occiſi mitterentur in in
fernum. Propoſuitq̃ eis exemplum Leonide
qui cum eſſet in pugna cum trecẽtis lacedemo
nijs quibus preerat contra infinitam multitu/
dinem perſarum bellaturus ait ſuis. Prandea
mus ante pugnam in terris: quia ſi victi fueri/
mus cenaturi ſumus in inferis. Que exhorta//
tio tãtuʒ valuit ꝙ ipſi pauci pſas vel occiderũt
vel fugauerũt. ¶ 7° eſt vt conſideratio exẽplo
rum eorum qui fortiter egerũt inter que preci/
puum eſt meditatio chriſti paſſionis. Apoſto/
lus ad Hebre. xij. Recogitate eum qui talẽ ſu/
ſtinuit aduerſus ſemetipſum contradictioneʒ:
vt nõ fatigemini animis veſtris deficiẽtes. qui
propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confu/
ſione cõtempta. Grego. Si paſſio chriſti ad me
moriam reuocetur: nil eſt tam aſperũ qd̃ equo
animo non toleretur. Et Jaco. v. dicitur. Exem
plum accipite exitus mali. i. dure mortis ⁊ lon
ganimitatis: laboris ⁊ patiẽtie prophetarum.
Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerũt patien/
tiam Job audiſtis ⁊ finem dñi vidiſtis.

¶ Tertia fortitu/ .§. iij.

do eſt ex donis ſpiritusſancti operatione. de qua
dicitur in ps̃. Spiritu oris eius oĩs vtus. i. for
titudo eoꝝ. celoꝝ videlicet apoſtoloꝝ ⁊ ſancto/
rum viroruʒ procedit. Et dicitur ſpũs oris dei.
q2 a filio dei miſſus ipſe ſpũs. Filius auteʒ dei
dicitur os patris. q2 ipſe nobis manifeſtauit ſe
creta eius. Quãuis enim per fortitudineʒ vir/
tutem infuſam quis valeat aggredi ardua ⁊ ſu
ſtinere ingruentia aduerſa: tamen adhuc per
iſtud donum fortitudinis magis roboraƒ. Un
de dicitur de conſecra. diſtin. j. omnes fideles.
Cum ſpiritusſanctus infunditur. ſ. per donum
eius cor fidele per prudẽtiam ⁊ conſtãtiam di/
latatur. vt etiam ad ea que non ſunt neceſſaria
ad ſalutem deſudãdo vſq̃ ad mortem ſe expo/
nat. nõ quidem irrationabiliter: ſed cum pru//
dentia. vt ad honorem dei ⁊ zelum ſalutis alio
rum. In quibus autem differat fortitudo vir/
tus moralis a fortitudine que eſt donum: ha//

des.ē.iſto ti.§.j. ❡ Et qꝛ fortitudo hec donū
inducit ad contemptum vite ob amorem dei ⁊
ad martyrium appetēdum ⁊ ſuſtinēdum:ideo
aliqua ad huiuſmodi que ponit Cypanus ady
ciam. In lib. de mortalitate ſic ait Cyprianus.
Eius eſt mortē timere qui ad chriſtum nō vult
ire. Et eius ad chriſtum eſt nolle ire:qui nō cre/
dit ſe cum chriſto incipere regnare. Contēnen/
da eſt omnis iniuria preſentium malorū:fidu
cia bonorum futurorum. Mori timeat qui ad
ſecūdam mortem de hac morte tranſibit. Mo/
ri timeat cui hoc more longiori ꝯfertur. vt cru
ciatus ⁊ gemitus interim differatur. Mortali
tas iſta chriſti hoſtibus peſtis eſt. Eius autē ſer
uis ſalutaris exceſſus. Martyrium incipimus
libenter appetere dum diſcimus mortem non
timere. Sed forte opponat aliquis. hoc me in
preſenti mortalitate contriſtat: ꝙ qui ad tolerā
tiam paſſionū tota me virtute deuouerā. mar/
tyrio meo preuor dum morte preuenior. Verū
non eſt in tua poteſtate : ſed in dei dignatione
martyrium. Nec potes te dicere perdidiſſe:qđ
neſcis an merearis accipere. Deinde ſcrutator
cordium deus:qui proſpicit apud te paratam
fuiſſe virtutem:reddet pro virtute mercedem.
quod ſequitur habetur de pe. diſt. j. nunquid.
Apud quem martyriū mente concipitur:ani/
mus ad bonum deditus deo iudice coronatur
Aliud eſt enim martyrio animum deeſſe:aliud
animo defuiſſe martyrium. hec ibi. Nec deus
querit ſanguinem noſtrum:ſed fidem. Nā nec
Abraam nec yſaac nec Jacob occiſi ſunt:qui ta
men iuſtitie ⁊ fidei meritis honorari inter pa/
triarchas primi eſſe meruerūt. Non ſunt lugē/
di fratres noſtri acceršiōe dñica de ſeculo libe/
rati cum ſciamus eos non amitti ſed premitti:
⁊ occaſionem non eſſe dādam gētilibus vt nos
merito ac iure reprehendant. illi quos viuere
apud deum dicimus vt extinctos ac perditos
lugeamus. Nihil enim prodeſt verbis profite
ri virtutem:⁊ factis deſtruere veritatē. Quod
ergo interim morimur:ad immortalitatē mor
te tranſgredimur. nec poteſt vita hēri niſi hinc
contigerit exire. Non eſt exitus iſte:ſed tranſi/
tus. ⁊ temporali itinere decurſo ad eterna trāſ/
currere. Eius eſt in mundo diu velle manere:
quem mundus oblectat:quem ſeculum blādi/
ens ac decipiens illecebris terrene voluptatis
inuitat. Porro cum mundus oderit chriſtianū
quid amas?qui te odit. ⁊ non magis ſequeris
chriſtū qui te diligit ac redemit. hec ille. ❡ In
epiſtolis autem ſuis idem Cypri. ad martyres
ſic ait. O quantū vos martyres diuina digna
tio honorauit vt ex vobis iā pars martyrij in
conſūmatione ad coronam preceſſerit pars ad
huc in carcere clauſtris ⁊ vinculis demoret ad
meritorum titulos ampliores : tormentorum
tarditate proficiens habitura tot mercedes in
celeſtibus premijs quot nunc dies numerātur
in penis. Poſuerūt cōpedes pedibus veſtris:
⁊ membra felicia ac dei tēplū infamibus vin/
culis ligauerunt. Sed ornamenta ſunt iſta nō
vincula:nec pedes veſtros copulant ad infami
am:ſed clarificant ad coronam. O pedes felici
ter vincti. qui non a fabro ſed a dño reſoluun/
tur. ⁊ itinere ſalutari ad paradiſum diriguntur.
O pedes in ſeculo ad pſens ligati vt ſint ſem/ de mar
per apud deum liberi ⁊ celeriter ad chriſtum tyrij lau
glorioſo itinere curſuri. O martyres ſācti qui/ de.
bus vos laudibus predicē. quibus vos votis
preconijs exornē. Non ceſſiſtis ſupplicijs. ſed
potius ſupplicia vobis ceſſerunt. Stetiſtis vo/
ce libera mente incorrupta virtute diuina. ar/
mis quidem ſecularibus nudi. ſed armis fidei
armati. Steterūt ſerui dei torti:tortoribus for/
tiores ⁊ pulſantes ac laniantes vngulas pulſa
ta ac laniata membra vicerunt. Inexpugnabi/
lem vitam ſuam ſuperare non potuit ſeuiens
diu plaga repetita:quāuis rupta compage vi/
ſcerum torquerentur in ſeruos dei nō iam mē
bra:ſed vulnera. Fluebat ſanguis qui incendi
um perſecutionis extingueret. qui flammas ⁊
ignes gehēne glorioſo cruore ſopiret. Exem/
pla glorioſa fortitudinis doni ſpiritusſancti in
veteri teſtamento. Tolerantia paſſionū illius
venerabilis ⁊ fortiſſime mulieris. tempore ma
cha. que ab antiocho rege non ſolum mortem
in ſe ſuſtinuit. ne contra legem dei carnes por
cinas ederet:ſed ⁊ ſeptem filios videns per va
ria ⁊ aſpera tormenta cruciari:eos ad conſtan/
tiam animabat. vt habetur. ij. Macha. vij. ibi
vide. Cui ſatis rñdet in nouo teſtamento mar/
tyrium ſancte felicitatis cum ſeptem filijs:que
fuit romana. ⁊ ibi paſſa martyrium cum filijs.
Quid de beato Vincētio qui aſſumpt⁹ ex ecu/
leo atqꝫ ad patibulum raptus. moras carnificū
arguendo ad penā alacriter properabat. Et in
tormētis ad datianum tortorē aiebat. Hoc eſt
qđ ſemper optaui ⁊ votis omnibus exquiſiui.

❡ Oſtendit Au/ .§.iiij.

guſtinus in. v. libr. de ciui. c. xvij. ꝙ cum multi
ex romanis antiquis infidelibus ſuſtinuerint
multa aduerſa. ⁊ ipſam mortē fortiter pro glo
ria mundi:multo magis fideles omnia tormē
ta debent ſufferre pro vera gloria celi ſic dicēs.
Conſideremus quanta cōtempſerint:que per/
tulerint. quantas cupiditates ſubegerint pro
humana gloria. qui eam tanꝗ̄ mercedē taliū
virtutum accipere meruerunt. Et valeat nobis
hoc ad opprimēdam ſuperbiam. vt cum illa ci
uitas in qua nobis regnare promiſſum eſt tātū

ab hac diſtet quãtum diſtat celum a terra a tẽporali leticia vita eterna. ab inanibus laudibꝰ ſolida gloria: a ſocietate mortaliũ ſocietas angelorum a lumine ſolis ⁊ lune lumen eius qui ſolem fecit ⁊ lunam: nihil ſibi magnum feciſſe videantur tante patrie ciues. ſi pro illa adipiſcenda fecerint boni operis aliquid. vel mala aliqua ſuſtinuerint cum illi pro hac terrena iã adepta tanta fecerint: tanta perpeſſi ſint preſertim. q: remiſſio peccatorũ que ciues ad eternã colligit patriam habet aliquid cui per vmbrã quãdam ſimile fuit aſilum illud romuleũ. quo multitudinem qua illa ciuitas cõderetur quorumlibet delictorum congregauit impunitas.

tur ſolui draco ſathanas de carcere ſuo qui tē/
pore antichriſti permittet amplius ſeuire cor
poraliter ⁊ ſpiritualiter per illum peſſimuʒ ho
minem antichriſtum. Et hoc eſt cauda vbi ma
xime eſt venenuʒ draconis: ⁊ beemoth ſcilicet
antichriſtum qui in fine eccleſie erit quaſi bee/
moth qui ad litteram eſt elephas: quia diabo//
lus ipſum antichriſtum valde eleuabit in potē
tia ⁊ temporali dignitate ſuper omnes. ſicut ce
drus eſt altiſſima arborum: ⁊ ſtringet duricia
⁊ feritate. Unde ⁊ tertiam partem ſtellarum di
citur draco iſte deijcere cauda: q: per antichri/
ſtum multos qui valde reſplendebant in eccle
ſia doctrina ⁊ vita deijciet. Uel proſternendo
per mortem ad terram quoad ſanctos. vel pro
ſternendo multos ſpiritualiter inducendo ad
terrena. Quantum autem ſit diabolus tunc tē
tationibus ⁊ tribulationibus ſeuiturus domi/
nus noſter ieſus inſinuat di. Mat.xxiiij. Erit
tunc talis tribulatio qualis non fuit ab initio
mundi vſq̄ modo nec fiet. Et niſi breuiati fuiſ
ſent dies illi non fieret ſalua omnis caro. ⁊ vn
de ſit grauitas huius tentationis tunc. b. Gre/
go. vbi ſupra ſcilicet.xxxij.li. moral. ſic oſtēdit
di. Uidendum valde eſt cum beemoth iſte cau
dam ſuam vt cedrum ſubleuat in quo tūc atro
cior q̄ nūc ſe erexerit ſurgat. Que enim pena
rum genera nouimus que non iam vires mar
tyrum exercuiſſe gaudemus. Alios enim im//
prouiſo ictu: imerſos gladio ſtrauit. Alios cru
cis patibulo affixit: i quo ⁊ mors prouocata re
pellitur ⁊ repulſa prouocatur. Alios hirſutis
ferra dentibus attriuit. Alios armatos ferro in
ſulcans vngula ſparſit. Alios beluina rabies
morſibus detruncando cōminuit. Alios ab in
timis viſcerum per cutem preſſa vis verberuʒ
rupit. Alios effoſſa terra viuos operuit. Alios
demerſos in morte precipitium fregit. Alios
in ſe proiectos aqua replēdo abſorbuit. Alios
edax flāma vſq̄ ad cineres depaſta compoſuit
Cum ergo beemoth iſte caudam ſuam in fine
mundi amplius dilatat. quid in illis tormētis
tunc atrocius exurgit niſi illud quod in euan/
gelio dominꝰ dicit. Surgent pſeudo pphe: ⁊
dabunt ſigna magna ⁊ prodigia: ita vt in erro
rem mittantur ſi fieri poteſt etiam electi. Nūc
enim fideles noſtri mira agunt cum peruerſa
patiuntur. Tunc autem beemoth huius ſatel/
lites ſcilicet antichriſti etiam cum praua inge/
runt mira acturi ſunt. Penſemus igitur que
erit illa humane mentis tentatio. quando pius
martyr ⁊ corpus tormentis ingerit: ⁊ tamē an
te oculos eius mira tortor facit. Cuius tūc vir/

tus nõ ab ipſo cogitationũ fundo quatitur. qñ
eo qui flagris cruciat ſignis coruſcat. Sic ergo
beemoth ſtringit caudã ſuã quaſi cedrũ q: ni/
mirũ et altus tunc erit veneratione prodigij. et
durus crudelitate tormenti. Hec. b. Greg. Et in
antichriſto fuit et erit fortitudo temporalis. In
ſanctis qui vincent tentationes et tormẽta erit
fortitudo ſpiritualis. Multa reperiuntur de
antichriſto prenunciata in ſacris ſcripturis et
per doctores declarata. Sed permaxime de eo
agit Dañ. c. vij. vt exponunt oẽs doctores. Un
de et chriſtus loquens et prenunciãs de exter//
minio et tribulatione maxima hieroſolyme: ac
etiã afflictione eccleſie duriſſima per antichri/
ſtum: que poſtea cito habitura ad finẽ. inquan
tum militãs per finẽ mundi: et finale iudicium
dixit Mat. xxiiij. Cũ videbitis abominationẽ
deſolationis ſtantẽ in tẽplo que dicta eſt a da//
niele ꝓpha. Tunc qui legit intelligat: ſcz tunc
impleri illã ꝓphiam. Hec ꝓphia habet Dañ. ix.
in fi. Unde poſtq̃ danieli fuit reuelatũ tempus
determinatũ future incarnatiõis in. lxx. hebdo
madibus annorũ. et de paſſione chriſti et fructu
eius. et deſtructione hieroſolyme per tytũ cum
romano exercitu dicit poſt finẽ belli ſtatuta de
ſolatio ſcilicet hieroſolyme et paulopoſt. In tẽ
plo erit abominatio deſolationis: et vſq; ad cõ
ſũmationẽ et finẽ perſeuerabit deſolatio. vt di/
cit Nico. de ly. Abominationẽ appellãt hebrei
idola ſeu idolatriã: que inter vitia maxime eſt
abominabilis. Abominatio ergo deſolationis
eſt idolũ poſitum in templo deſolato. i. deſtru//
cto. quod fuit factum ſm quoſdam de imagi//
ne tyberij imperatoris quã pilat⁹ poſuerat in
templo. Sed hoc iam factum fuerat. Unde alij
dicunt de imagine Gay imperatoris. hoc quã
mandauit poni in tẽplo vt adoraretur. quod
fuit factum poſt decennium a paſſione domini
Sed melius videtur exponendũ. vt dicit pe.
come. in hiſtoria ſcholaſtica de eo quod geſtũ
eſt per euerſionem hieruſalem. per titum ab
adriano imperatore qui poſuit ſtatuã ſuã in tẽ
plo deſolato et euerſo vbi arca ſteterat. Veſti//
gia enim adhuc quedam ciuitatis remãſerant
et iudei qui vndecũq; venientes ad locum ſan
ctum redibant et multiplicati remouerant ſta//
tuam. Et hoc adrianus audiens poſuit manuz
ſuam extremam. et funditus euertit vrbẽ et mã
dauit artiſſime ne quis iudeorum remaneret
in terra illa. Nam ciuitas que poſtea fuit edifi
cata et dicta helya. non fuit ſita vbi prius erat.
ſed iuxta. De hac ergo abominatione: ideſt ido
lo abominabili poſito in templo deſolato: vide
tur intelligenda auctoritas danielis inducta a
chriſto que fuit data in ſignum propinquiſſi//
me totalis euerſionis hieruſalem. Et in figurã
euerſionis quaſi eccleſie et finis mundi cuz vi/
delicet antichriſtus reedificata hieruſalem et
templo. vt ait apoſtolus. ij. Theſſal. ij. In tẽplo
ſedeat tanq̃ ſit deus. faciens ſe pro deo et vero
meſſia iudeorum adorari. Et hoc erit ſignum
propinquiſſimum deſtructionis totalis hieru/
ſalem ſpiritualis. ideſt eccleſie. Non q eccleſia
deficiat ex toto tempore antichriſti. Licet tunc
multi recedent ab ea et ruent ſpiritualiter. Sed
quia poſt mortem antichriſti cõmuniter credi
tur q parum durabit mundus: ſed finem ha/
bebit. Chriſto veniente ad iudicium: et tunc de
ficiet eccleſia inquantum militans tranſlata in
triumphantem. Hec igitur deſolatio templi et
ciuitatis durabit vſq; in finem. ideſt circa tem
pus antichriſti qui erit circa finem mundi.

De ipſo antichri/ .§. i.

ſto et aduẽtu xpi ad iudiciũ qui ſequet habent
in dicto. c. vij. danielis. Ubi prius fit mentio.
de quatuor monarchijs mũdi: ſucceſſiuis que
notãt per quatuor beſtias exeũtes de mari ma
gno vbi pugnabant quatuor venti. i. angelice
ptãtes ex quatuor mũdi ptib⁹ ꝓ regnis vel cõ/
tra. Mare magnũ ẽ mũdus. vel moralr. qua//
tuor vẽti quatuor hoium paſſiões. Gaudium
ſeu delectatio ĩcludẽs in ſe amorẽ et deſideriũ.
Dolor ſeu triſtitia ĩcludẽs odiũ et abominatio/
nẽ. Spes ĩcludẽs in ſe audaciã et irã. Timor in
cludẽs in ſe deſpationẽ. His. n. paſſiõib⁹ homi
nes dediti ad inuicẽ pugnẽt. Quatuor beſtie
exeũtes de mari vna poſt aliã: ſignificant mo/ Quatuor be//
narchias q̃ habuerũt ꝑncipale dñium mundi ſtie qd
tpib⁹ ſuis q coiter: beſtialr. et tyrãnice vixerũt. ſignifi/
Harũ prima dr̃ ſimilis leene hñti alas aquile cent.
cui ale auulſe ſunt. et datũ ẽ ei cor et ſtetit vt hõ. Prima
ſignificat regnũ aſſyriorũ qd fuit primũ in mo/
narchijs. Aſſilat aũt leene pp violẽtiã et libidi
nẽ talis gẽtis. Nã leena eſt aial violẽtũ et luxu
rioſum. Due ale ſunt due gẽtes. i. aſſyri et chal
dei qb⁹ ꝓcipue ꝓfuit. Ale iſte dicuntur agle pp
diuturnitatẽ talis regni. Agla. n. diu viuit. In
cepit. n. illud regnũ ſub ſaruch ꝓauo abrae for
te a nembroth. vel ſaltez a nino qui regnauit
in niniuem: et durauit vſq; ad Balthaſar q ſe/
dem regni tenebat in babylone: vbi interfect⁹
fuit. vt patet Dañ. v. Quod auulſe ſunt ei ale et
poſtea datum eſt ei cor: refertur ad Nabucho/
donoſor magnum auum vel proauum Bal//
thaſaris: cui ad tempus ſublatum eſt imperi//
um. cum ſcilicet propter ſuperbiam conuerſus
eſt in beſtiam: ſed poſtea reſtitutus: vt patet
Dañ. iiij. Secunda beſtia egreſſa de ma//
ri ſimilis. dicitur vrſo habenti tres ordines Scḋa
dentiuz in ore. eiq; dicebatur. Surge comede
carnes plurimas. hec deſignat monarchiã pſa

rum ⁊ medoꝝ que ſimilatur vrſo ꝓpter patien/
tiaȝ laboris ⁊ victus parcitatē. Nā pro pulmen
to ſal vtuntur ⁊ cardamomo. Cepit hec monar
chia in dario ⁊ cyro nepote eius poſtq̄ȝ occide
runt balthaſar capta babylone. ⁊ durauit vſq̄ȝ
ad darium vrſani huius nominis quartuȝ. de
uictum ab alexandro magno per ſucceſſionem.
xiiij. regum medorum ⁊ perſarum. Dicitur au
tem in parte ⁊ nō in toto ſimilis vrſo huic be/
ſtie. quia ita parca fuit in victu hec monarchia
q̄ nil tamen crudele fecit in opere erga populū
dei. ſ. iudeorum ſibi ſubditū. Tres ordines den/
tium ſunt tria genera principum ſibi aſtantiū.
ſ. medorum: perſarum: ⁊ chaldeoruȝ. Et quod
ei dicebatur. Comede carnes plimas. refertur
ad regem aſſuerum. cui perſuaſuȝ fuit ab amā
amiciſſimo: ⁊ iam littere deſtinate erant vt cer
ta dei occiderentur omnes iudei vbicūq̄ȝ inue
nirentur. ſed reuocatum totuȝ fuit. vt pȝ in hy/
Tertia. ſtoria heſter per totum. ℂ Tertia beſtia d: ſimi
lis pardo habenti alas auis: ⁊ quattuor capita
⁊ ptās ei data ē. Hec ſignificat monarchiā gre
corum que aſſimilatur pardo que eſt varij colo
ris. ſicut propter varietatem regnorum ſiue ꝓ/
pter varietatem doctrinarum. Naȝ ſub iſta mo
narchia multum claruerūt phi. Ariſtoteles enī
dicitur fuiſſe magiſter alexandri. Alas dicitur
habuiſſe auis propter velocitatem adeptionis
dominij. Nil enim velocius victoria alexādri:
vt non videatur bellaſſe ſed volaſſe ad acquiſi/
tionē dominij. In. xij. eniȝ ānis ſubiugauit ſibi
regna orientis. Et cuȝ moreretꝛ allate ſunt epl'e
de regnis occidentis. Poteſtas ei dicitur data
quia non a ſe ſed a deo habuit tantum domini
um ad punitionem malorum. Quattuor capi/
ta fuerūt quattuor reges q̄ ei ſucceſſerūt in do
minio macedonie. Nā in oriente regnauit Se
leuchꝰ in babylonia ⁊ ſyria ab occaſu. Philip/
pus in grecia. Ptolomeus in egypto v̄ſus me
ridieȝ. Antigonus in aſia ⁊ pōtho verſus aqui/
lonem. paulatiȝ autē defecerunt. ℂ Quarta be
Quarta ſtia dī ſimilis ceteris. licet non ponatur ſimili/
tudo eius: tamen hebrei dicunt ſimilem apro.
ſm illud ps. lxxix. Exterminauit eam aper de
ſilua. Hec beſtia terribilis habēs dentes ferre/
os comedens ⁊ cuncta cōminuēs ⁊ reliqua pe/
dibus conculcans. eſt monarchia romanorum
que omnia ſibi ſubiecit regna ferro armorum.
Habebat auteȝ hec beſtia cornua. x. quod reſpi
cit ad finem mundi. Nam incepit hec monar/
chia a iulio ceſare que primꝰ ſibi vſurpauit im
perium. ſed perfecta eſt in octauiano auguſto
ſub quo natus eſt xp̄us. Et iam durauit ab ipſa
domini natiuitate per ānos. M. cccc l. Sed cir
ca finem mūdi diuiditur in deceȝ partes. No
uem enim regna recedent a xp̄iano imperio. ⁊
maior pars horum etiam ab obdedientia eccle
ſie vt regnum indoꝝ. regnum turchoꝝ. regnū
ſaracenorum. regnum tartaroꝝ. regnuȝ arme/
niorum. regnum georgianoꝝ. regnum greco/
rum. Licet enim imꝑatores eoꝝ cum patriarcha
ſuo redierint ad fidē romane eccleſie: tamē nō
recognoſcit imperatorē romanorum ſibi ſupe
riorem. Regnum boemoꝝ qui iaȝ. xxxv. annis
elapſis receſſerunt a ſinceritate fidei: necdū re/
ducti ad vnitatem eccleſie. Regnum francorū
etſi fideliſſimum ſit: non tn̄ recognoſcit ſupio/
rem imꝑatorem romanoꝝ. Decimum regnum
ſeu decima pars imperij diuiſi eſt romanum
imꝑium qđ figuratum eſt per decē ſoles ſm va
ticiniuȝ ſibylle. ℂ Inter iſta decē cornua vidit
Daniel oriri cornu paruulū. ⁊ tria euulſa ſunt
de prioribus cornibꝰ a facie eius. Hoc cornu ē
antixp̄s de tribu dan ignobilis. cum dan natꝰ
ſit de ancilla. tria cornua euulſa de priorībꝰ (vt
dicitur in hyſtoria ſcholaſtica) ſunt tres reges.
ſcilȝ aphrice: egypti: ⁊ ethyopie. quos interfi/
ciet. Alij ſeptem colla ei ſubijciētur vt victori.
Oculi quaſi hoīs quos vidit Daniel in cornu
iſto paruulo: eſt ſubtilis ⁊ alta eius ſciētia ⁊ ma
litia. Os autem ingentia loquetur: q: deuȝ ſe
dicet ⁊ meſſiaȝ ⁊ in lege promiſſum. Ađ iudei
credentes ꝯfluent ad eū. Qui reedificare faci/
et templum dei. Et in eo ponet ſoliuȝ ſuum vt
deus. Et ad ſe trahet hoīes terrore tormētoꝝ.
promiſſione terrenoꝝ ⁊ donatione operatione
falſorum miraculoꝝ: vt dicetur plenius. ſ. ⁊ in
terficiet Enoch ⁊ Helyā. Et ſbdit Daniel. Aſpi/
ciebam donec poſiti ſunt throni. ſ. aſſeſſoruȝ. ⁊
antiquus dierū ſedit. ſ. de maieſtate ſua iudicī
um faciet. Et ponitur diſpoſitio eius ibi: vide.
Et libri aperti. ſ. ꝯſcientie ſinguloꝝ tunc pate/
būt. Et vidit q̄ beſtia illa quarta perijſſet: ⁊ cor
pus eius traditum eſſet igni: ⁊ ptās aliarū be/
ſtiarum etiam ablata: q: omnis principatꝰ mū/
di ceſſabit. Et ecce in nubibus celi filius homi
nis veniebat: ⁊ obtulerunt eum vſq̄ȝ ad ad an/
tiquum dierū ⁊ data eſt ei poteſtas honor ⁊ re/
gnum: ⁊ omnis populis tribus ⁊ lingua ſeruī
et ei ⁊c̄. Et ſubdit de cornu illo paruulo. ſ. anti/
chriſto. q̄ faciebat bellum aduerſus ſanctos et
preualebat donec venit antiquus dierū. Et pu
tabat. ſcilȝ antichriſtus q̄ poſſit mutare tempo
ra ⁊ leges ⁊ iudicium: ſedit vt auferatur poten
tia eius ⁊ conteratur.

ℂ In ſequenti capi/ .§. ij.
tulo Dan. viij. ponitur alia viſio Danielis quā
habuit anno tertio Balthaſar qui regnabat in
babylone monarcha vltimo aſſyriorum. Aliaȝ
quam expoſuimus in. §. precedenti habuerat
anno primo regni eius. Et tangit de duabus
monarchijs.

monarchijs.ſcʒ Perſaruʒ ⁊ Medoꝝ:⁊ de mo
narchia grecoꝝ. Et monarchia medoꝝ oſtenſa
eſt ſibi in ariete habente duo cornua quibꝰ ven
tilabat contra omnes partes mundi:⁊ nullus
poterat reſiſtere. Monarchiam vero grecoruʒ
vidit in hyrco caprarū qui habebat cornu ma
gnum in fronte:quo efferatus in arietem occi
dit eum. Jllud cornu fuit Alexander magnus
qui percuſſit arietem illum cornua habentem
duo:q: deuicit ⁊ occidit Darium vltimuʒ mo/
narcham medoꝝ ⁊ perſaruʒ. Jllo cornu fracto
ideſt Alexādro mortuo:orta ſunt quatuor cor/
nua in capite hyrci:quia diuiſum eſt imperiū
Alexandri in quatuor regna. Jn egypto regna
uit Ptolomeus filiꝰ Lagi. Jn macedonia Phi
lippus frater Alexandri:que eſt ad occidentē.
Syrie ⁊ Babylonie: ⁊ ſuperioribus locis ad
orientem Seleuchus. Nicanor impauit Aſie
⁊ Pontho:⁊ prouincijs illis regionis. Antigo
nus ad ſeptentrionem. ⁊ hoc ſm orbis totius
plagas. Cornu aūt modicum quod egreſſum
eſt ex vno de his quatuor cornibus ⁊ factū eſt
grande:hic eſt Antiochus epiphanes deſcen/
dens a Seleuco:qui dum eſſet Rome obſes fu
giens inualuit in regnum ⁊ magnificatus eſt
contra meridiem.i.contra egyptios ⁊ contra
orientem.i.eos qui in perfide moliebantur no
uas res. ⁊ contra fortitudinem celi.i.filios iſrl'
⁊ deiecit de ſtellis in terraʒ.i.de iudeis:⁊ vſqʒ
ad principem fortitudinis magnificatus eſt.i.
contra deum.quia ab eo abſtulit iuge ſacrifici
um:⁊ deiecit locum ſanctificationis: quia po/
ſuit in templo ſtatuam iouis. ℂ Ubi ſciendum
ꝙ iſte peſſimus antiochus qui martyrizari fe/
cit matrem cum ſeptem filijs: ⁊ multos alios
propter obſeruantiam legis dei:figura fuit an
tichriſti veri. Unde que dicūtur de ipſo ſigna
to per illud cornu paruum: exponuntur pene
omnia ⁊ aptiſſime de antichriſto ⁊ magis pro
prie. Unde ⁊ Gabriel dixit Danieli declarans
ſibi viſionem de cornu paruo. Ego oſtendam
tibi que futura ſunt in nouiſſimo maledictio/
nis:quoniam habet tempus finem ſuum. hoc
autem non erit niſi in fine mundi. Et poſt ex/
planationem arietis ⁊ hyrci ⁊ quatuor cornu/
um eius:exponens de alio cornu paruo exor/
to inter illa ait. Cum creuerint iniquitates:cō/
ſurget rex impudens facie:ſcʒ antichriſtus ⁊
intelligens propoſitiones:ideſt magnam ſciē
tiam. Et roborabitur fortitudo eius: ſed nō in
viribꝰ ſuis.ſ q: in malicia diaboli ⁊ arte magi
ca qua vtetur. Et ſupra ꝙ̄ credi poteſt vniuer/
ſa vaſtabit: vt ſcʒ ſubyciat ſibi omnes. Et pro/
ſperabitur ⁊ faciet. Et interficiet robuſtos ſcilʒ
Enoch ⁊ Heliam:⁊ populum ſanctorum ſcōʒ
voluntatem ſuaʒ.i.veros fideles. Et dirigitur
dolus in manu eius.i.fraus.⁊ fallacia in mi/
raculis faciendis. Et cor ſuum magnificabit:
vt ſcilicet faciat ſe ab omnibus venerari. Et in
copia rerum omnium occidet plurimos: ſci/
licet promittendo ⁊ donando diuitias creden
tibus ſibi. Et contra principem principum cō/
ſurget ideſt contra chriſtum dicendo non il/
lum: ſed ſe eſſe chriſtum in lege promiſſum.
Et ſine manu conteretur:quia ſcilicet dum di/
cet ſe celum aſcenſurum:fulminabit. Et paulo
ante dicit ꝙ auferet a deo iuge ſacrificium ſcʒ
celebrationem chriſtiani cultus ⁊ ſacramento
rum eccleſie. Et proſternetur veritas in terra:
q: non erit qui audeat predicare veritateʒ. Qđ
vero ſubditur:hanc tribulationem duraturaʒ
diebus duobus milibus trecētis:⁊ poſtea mū
dandum ſanctuariū. refertur ad ipſum Antio/
chum:qui hieruſalem cepit ⁊ violauit templuʒ
dei multis immundicijs. Que prophanatio du/
rauit tanto tp̄e ideſt circa ſeptem annos. ⁊ po/
ſtea mundatum eſt templū a Juda machabeo
cum ſuis. ℂ Jn.c.etiā.xj. Daniel' plura dicun/
tur de iſto Antiocho peſſimo ⁊ antichriſto. que
dam que conueniunt antiocho:⁊ quedam anti/
chriſto. cuius figura extitit:vt dicit magiſter in
hyſtoria ſcholaſtica. ℂ Et in.ca.xij. ponitur de
Michaele pugnante pro eccleſia. Et de tempo
re quantum durabit talis tribulatio. Et de tem
pore poſtmodum dando.

ℂ De antichriſto .§.iij.

loquitur Pſalmiſta cū ait ps.ix. Conſtitue dn̄e
legiſlatorem ſuper eos:vt ſciāt gentes qm̄ ho/
mines ſunt. Ut qđ dn̄e receſſiſti lōge deſpicis
in opportunitatibus in tribulatiōe. dum ſuper
bit impius:incendit pauper. Glo. exponit hoc
de antichriſto. ℂ Jſte antichriſtus venturus eſt
ſm docto. ⁊ ſcripturas in fine mūdi. Qui(vt di
cit Uincentius in ſpeculo hyſtoriali)circa fineʒ
naſcet in babylone de tribu Dan:ex viro ⁊ mu
liere. ſed concepto ⁊ animato(vt dicit magiſter
in hyſtoria ſcholaſtica) deſcendet diabolus in
vterum mr̄is:ad implendum eū omni malitia
vt vaſe ſuo. Et ꝗuis angelus bonus nō ei ſub/
trahatur ad cuſtodiaʒ:ſicut ⁊ datur alijs ex vte
ro matris natis. vt dicit beatus Tho. in prima
parte. tamen poſtꝗ̄ʒ incipiet malitia vti:nulluʒ
effectum cuſtodie in eum exercebit eo obſtina/
to. Hic antichriſtus(vt dicit Methodius mar/
tyr:qui multa predixit de futuris nouiſſimis)
apparebit corozaim:que. eſt ciuitas vicina iu
dee. nutrietur in Nazareth. regnare incipiet
in capharnaum. demū(vt dicit Uincētius vbi
ſupra)veniet in hieruſalem:⁊ ibi faciet ſe circū
cidi:vt oſtendat ſe conformē patribus iudeoꝝ
⁊ dicet ſe meſſiam in lege eis promiſſuʒ. Et iu/

antixp̄ſ ꝙ̄ tpe venturꝰ ſit ⁊ vbi naſcetur.

dei in eum credent: ⁊ vt meſſiam ſuum ſuſcipi
ent ⁊ venerabũtur. Et hoc eſt qđ chriſtus dixit
eis Joan. v. Ego veni in nomine patris mei ⁊
non me recepiſtis. alius veniet in nomine ſuo:
ſcꝫ antichriſtus: querens gloriam propriã ⁊ il
lum accipietis. ſcꝫ vt verum chriſtum. Ipſe igi
tur antichriſtus fortis in malitia ⁊ potentia tẽ/
porali: bellabit contra fortes virtualiter: ſcilicet
fideles. Et inde ſequet maxima tentatio. ¶ Et
in dictis v̕bis Pſal. poteſt notari quadruplex
modus tentãdi quomodo vtetur antichriſtus
ad deceptionem hominum.

quadru ¶ Primo per prolationem fallaciũ doctrina/
plici rum. ps. Conſtitue domine ⁊c̃.
mõ an/ ¶ Scđo per oblationem plurium diuitiarũ.
tixp̃us Sciant gentes ⁊c̃.
hoies ¶ Tertio per illationem multiplicium preſſu/
tẽtabit. rarum. Ut quid domine re.
¶ Quarto per patrationẽ rerum prodigioſa//
rum. Dum ſuperbit impius ⁊c̃.

¶ Quantum ad primũ ponitur ibi preſens im/
peratiui pro futuro indicatiui. qđ frequent fa//
ciunt prophete. Juxta illud Hier. xvij. Duplici
contritiõe ꝯtere eos domine deus noſter ideſt
conteres. Non enim propheta optat vel impe/
trat malum populo ſuo: ſed prenunciat. Conſti
tue ergo dicit ideſt conſtitues legiſlatorẽ ſuper
eos peccatores. videlicet qui legiſlator erit an/
tichriſtus: vt dicit glo. Dicitur aũt deus illum
conſtituere non faciendo: ſed permittendo. Ut
enim ait. b. Aug. in enchiridion. Nihil in mũ
do fit niſi oῗs fieri velit: vel permittendo fieri
ſcꝫ quoad mala que nõ impedit. Uel ipſe faciẽ/
do. quo ſcꝫ ad bona quoꝝ eſt actor. Antichriſtꝰ
igitur dicens ſe eſſe meſſiam promiſſum iude/
is in lege ſua moſayca. dicet ad ſe ſpectare con/
dere nouã legem ſm ꝙ predixit per Hieremiã
dominus. dabo leges meas in cordibus eorũ
ſcꝫ ⁊c̃. Et Dañ. vij. dicitur de antichriſto ꝙ pu/
tat ꝙ poſſit mutare tempora ⁊ leges. Et legem
quidem moyſaicã nõ reprobabit: ſed que in ea
habentur de meſſia. vt illud. Prophetã ſuſcita
bit deus de fratribus tuis. ipſum tanq̃ me au
dietis. Deut. xviij. ⁊c̃. Dicet de ſe pronunciata:
⁊ in ſe impleta. Unde ⁊ multa occulta aliqs vel
futura. diabolo reuelante prenũciabit. vt oſten/
dat ſe magnum prophetam. Chriſtum autem
quem adorant xp̃iani dicet per ſe ⁊ ſuos predi/
catores fuiſſe deceptorem. ⁊ ideo propter ſcele
ra ſua ſeu ſuperbiã fuiſſe crucifixũ: ⁊ a deo dere
lictum. Que aũt in veteri teſtamento habentur
de paſſiõe eius. exponet falſo: diuerſis apparẽ/
tibus veritatibus. vt etiã nunc exponũt iudei.
Moralia legis male interpretabitur. vt de vſu
ris: libello repudij perſecutiõe inimicoꝝ. ⁊ hu
iuſmodi. que omnia cõcedet. Legales cerimo/
nias vt datas a deo dicet obſeruandas. Et vt di
citur a Gre. vij. de ꝯſe. di. iij. peruenit. Ipſe faci
et celebrari a ſuis diẽ ſabbati vt placeat iudeis
cum hoc ſit in lege eoꝝ. ⁊ diem dominicam in
veneratiõe ſue non chriſti reſurrectionis. Di
cit enim ſe moriturꝫ ⁊ tertia die reſurrecturũ.
Unde ibi dicitur ꝙ feſtiuitates ſabbatum ⁊ dñi
cam ſunt predicatores antichriſti qui vtrunq̃
faciet celebrari. Locus reſidentie antixp̃i dicit Locꝰ re
fore Hieroſolyma. Sed predicatores ſuos mit/ ſidẽtie
tet per orbem: ſicut xp̃s miſit apoſtolos ad eũ antixp̃i
predicandum ⁊ manifeſtandum eſſe chriſtum
Unde ⁊ ait xp̃s Matth. xxiiij. Multi pſeudo
prophete ſurgent: ⁊ multos ſeducent. Et paulo
poſt. Si dixerint vobis. ſcꝫ pſeudo prophete. i.
predicatores. Ecce in deſerto eſt chriſtus. noli//
te exire. ſcꝫ ad videndum eum. Ecce in penetra
libus: nolite credere. Exponẽt autem eius pre
dicatores ſcripturas fallaciter. ⁊ cũ magna elo
quentia ⁊ verſutia verborũ. Predicatores aũt
eccleſie tacebunt: vel timore paſſionis: vel amo
re terrenorum: vel ignorantia ſcripture ſacre p
pter quam neſciẽt confutare expoſitiões erro
res illorum. Et ſic implebitur illud ſignũ pro/
pinqui iudicij datum a xp̃o Matth. xxiiij. ca.
Stelle cadent de celo ideſt doctores decidẽt ab
intellectu ⁊ ſtudio ſcripture. Dicitur enim Dañ.
xij. Qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos qua//
ſi ſtelle. Scriptura dicitur celum. Unde zephe//
rinus papa di. xxxviij. ſic ait. Mentes fideliũ
inherentes ſacre ſcripture firmamento ideſt ce
lo. non obſcurabit mundana iniquitas. Nõ ta
men ex toto ceſſabunt predicatores veritatis. ⁊
permaxime de paradiſo terreſtri mittentur in
mundum Enoch ⁊ Helyas quo fuerunt trãſla/
ti. vt habetur de primo Geñ. v. De ſecũdo. iiij.
Reg. ij. Hi predicabunt contra antichriſtũ. de/
tegentes eius fallaciam. ¶ De quibus expont
tur cõmuniter illud Apoc. ij. Dabo duobus te/
ſtibus meis ⁊ prophetabunt ideſt predicabũt
diebus mille ducẽtis ſexaginta ideſt annis tri
bus cum dimidio. quanto etiam tempore dura
bit predicatio antichriſti ⁊ perſecutio. Amicti
erunt ſaccis. vt dicitur ad inducendum exem//
plo ad penitentiam. Hi ſunt due oliue ſcꝫ ple//
ni miſericordia: ⁊ duo candelabra lucentia ſcꝫ
doctrina in conſpectu dei. Hi habent poteſtatẽ
claudendi celum ne pluat: ⁊ poteſtatem ſuper
aquas conuertendi in ſanguinem ⁊ percutere
terram omni plaga. ¶ Opinio etiã eſt aliquo
rum vt Joannis dominici ⁊ Theophili. ꝙ Jo/ De Jo.
annes euangeliſta non ſit adhuc mortuus. ſm euãge.
illud Joan. vl. Sic eum volo manere donec ve
niam. ſcꝫ ad iudicium chriſtus ait. In paradi//
ſum ergo terreſtrem ⁊ ipſe tranſlatus veniet. ⁊
ipſe predicaturus contra legẽ antichriſti ⁊ ſu/

am doctrinam. Satis enim videtur iſtis ꝯgruum. ꝙ ſi de tempore legis nature mitteſ vnus teſtis pro chriſto contra antichriſti fallacez doctrinã ſcʒ Enoch ⁊ vnus de tempore legis moyſaice ſcilicet Helyas et lex euangelica que ẽ dignior ceteris habeat ſuum teſtẽ qui erit Joannes euangeliſta. vt ſit numerus plenus teſtiuʒ ſcʒ ternarius. Et tunc cum eis bibet calicez paſſionis ab antichriſto occidendi. Etenim dictũ fuit Mat. xx. ſicut ⁊ Jacob fratri ſuo. Calicem meum bibetis. Quod nondum videtur plene impletum in Joanne cum martyrio non legatur migraſſe. ¶ Secundo bellabit antichriſtꝰ contra fideles per diuitiarum donationeʒ. vnde dicit. Ut ſciant gentes qm̃ homines ſunt. illi ſcʒ qui ſuſcipient hunc legiſlatorem ſeu legẽ eius. homines enim tales dicunſ prout hõ deriuatur ab humo. ideſt dediti terrenis diuitijs ¶ Et ly vt ponitur conſecutiue non cauſatiue. Ex hoc enim ꝙ pmittet deus illũ antixpʒ dare legem. ⁊ multi eam recipient. qꝛ terrena cũ ea percipient. ſcient gentes ꝙ tales ſunt hoĩes: nõ viri rõne vtentes ⁊ virtute. ſed terrenis deſeruientes ⁊ ea querentes. vnde ⁊ Dan̄. viij. dicif ꝙ in copia reꝝ oĩum occidet plurimos. vt dictum eſt ſupra. Et Dan̄. ij. dicif. ꝙ diuidet terrã gratuito. ⁊ theſauri copioſi ſibi manifeſtabuntur. Et deſcẽdendo ad practicam. Beatus Uincentius maximus predicatoꝛ dicit in ſermonibus ſcʒ ꝙ predicatores ſui diſcurrentes per orbem: facient populos ꝯgregari. vt zelantes ſalutem eoꝝ dicẽtes. Ut clare percipiatis: qꝛ non querimus veſtra bona. vt fecerũt predicatores xpi: ſeductores mundi: qui vt ſcitis non vacabant ad aliud niſi vt acciperent bona vr̃a: petẽtes decimas ⁊ primitias ⁊ oblationes ⁊ elemoſynas auaritie dediti. ¶ Non hoc querimus a vobis. ſed vt mandauit nobis magiſter noſter verus xp̃s ſalutẽ querimus veſtrã. ⁊ ex charitate volumus vobis ſubuenire qui indigetis. veniant pauperes in tali loco ⁊ eis prouidebitur. Certe attenta cupiditate hoĩum qui nõ querũt niſi terrena. iſta via eſt ſufficiens ad ſeducendũ innumerabiles populos. Si enim quotidie vt videtur clare homines pro vno floreno: imo ⁊ argenteo negant chriſtuʒ opere. qꝛ mendacia multa dicunt: ⁊ periuria addunt. quãto magis cum eis magna quãtitas pecunie offereſ. Unde be. Greg. in penultimo moraliũ tractans illud Job. xl. Sub ipſo leuiathan erunt radij ſolis: ⁊ ſternent ſibi aurum quaſi lutum. dicit ꝙ diabolus tunc per callidas ſuggeſtiones. tunc ſcilicet in fine mundi per damnatum illum hominem ſcilicet antichriſtum. queʒ replebit. ſcilicet malitia ſolis radios ſibi ideſt doctos quoſ qꝫ ⁊ ſapientes ſubijciet. Uel aurum ſcilicet viros ſanctitate vite fulgentes quaſi lutum vitijs ſibi ſubſternet ſcilicet ad terrena querenda inducens. Et habetur hoc de peniten. diſtincti. ſecunda. capitu. multi. In Apoca. etiam capi. xiij. dicitur ꝙ beſtie aſcendenti de mari habenti ſeptem capita ⁊ decem cornua ſimili leopardo. ſed pedes ſimiles vrſo: os autem ſimile leoni: dedit poteſtatem magnam draco. ſcilicet ſathanas qui faciet omnes puſillos: ⁊ magnos habere characterem in dextra manu aut in frõte. ⁊ ꝙ nemo poſſit emere vel vendere niſi qui habuerit characterem. Beſtia iſta antichriſtus eſt beſtialis de mari mundi exiens: ſeptem capitalibus vitijs plenus: ⁊ cornubus decem. ſcilicet tranſgreſſionibus preceptoꝝ: ad que cũctos inducere conatur: ⁊ cuʒ eis vulnerare animam. leopardo variato in coloribus ſimilis eſt propter maximam eius hypocriſim qua ſanctitatem ſimulabit vrſo ⁊ leoni propter crudelitatem. Hic faciet vt characterem ideſt imagineʒ ſuam ⁊ cultum eius quibus habeat in manu dextera ideſt in operibus ſpiritualibus vt ieiunijs: elemoſynis: orationibus. ⁊ huiuſmodi. Per hoc intendens eius venerationem aut in fronte ideſt ſaltem in apparentia. vt ſaltem ab extra conformet ſe cum alijs in cultu ⁊ veneratione ſui quia cor hominum non poteſt videre alias non poſſit cum alijs negociari. vnde nec lucrari tanquam excommunicati infideles putandi propter quod terrena amantes ei obedient ⁊ peribunt. Et ex hoc ſcient gẽtes: quia homines. ideſt humo inherentes ⁊ terram querentes erunt qui recipient hunc antichriſtum ⁊ legem eius. Neqꝫ enim iudei qui ipſum vt meſſiam expectant aliud ſperant ab eo habere propter quod ei adhereant niſi terrenam patriam hieroſolyme. Libertatem a ſeruitute ⁊ diuitias ⁊ gloriam. ¶ Tertio preliabitur contra chriſticolas per preſſuram ideſt tormentorum illationem ⁊ tribulationum. vnde Pſal. ix. Ut quid domine receſſiſti ⁊c̃. in tribulatione per exceſſum. Erit enim tunc inquit talis tribulatio: qualis non fuit ab initio mundi vſque tunc. vt dicif a chriſto. Mathei. xxiiij. Daniel etiam capitu. xij. dicit ꝙ veniet tempus quale non fuit ab eo quo gentes eſſe ceperunt vſque ad tempus illud. Et Apocalip. decimotertio dicitur. ꝙ datum eſt beſtie de qua ſupra dictum eſt bellum facere cum ſanctis ⁊ vincere illos. Et data eſt ei poteſtas in omnem tribum populum: linguam: ⁊ gentem. Quod in bello vincat ſanctos viros: intelligitur quoad corpus quia preualebit ⁊ occidet eos. etiam Enoch ⁊ Helyam faciet occidere in platea hieruſalem. dicitur Apocalipſis. xj.. Et ad terrorẽ aliorum faciet corpora eorum iacere ibi iſepulta.

Et quia tunc fideles veri non habebūt quaſi ali
quod exterius adiutorium.nec predicationū:
nec miraculorum:nec confortantium ſacramē
torum.dicitur deum receſſiſſe longe ⁊ deſpice
re ſuos in tanta neceſſitate ſm apparentiā.Sʒ
non vſqʒqʒ deſerens eos ſpe pmij confortās.
Exercebit igitur antixp̄s omnia genera tormē
torum in xp̄ianos ad flectendum eos etiam in
audita.Hanc autem preſſurā inſinuauit iacob
patriarcha cuʒ ait Geñ.penl.⁊ c.xlix.Fiat dan
coluber in via ceraſtes in ſemita mordens equi
vngulas:vt cadat aſcenſor eius retro.Saluta/
re tuuʒ expectabo domine.btūs Greg.exponit
in moral.illa de xp̄o prenunciata.De tribu dan
dicitur antixp̄s naſciturus.⁊ interpretal cauſa
vel iudicium:quia vt caput cauſa erit innume
rabilium malorum:⁊ iudicium ſequitur eum.
Natus eſt dan de ancilla in ſeruitutem generā
ti:qua omnes ſequaces eius ſerui ſunt diaboli
Et in numero ſignatorum.cxliiij.miliuʒ ex om
ni tribu iſrael.ſ.in libro vite non ponitur trib⁹
dan.q2 eius ſequaces reprobi ſunt.Dicit ergo
fiat.i.fiet.dan.i.antixp̄s deſcendens.vel ſigna
tus in dā.coluber via.i.incedentes per viā mā
datorum.vel per viam latam vitiorum vt colu
ber colens vmbram per affectum:⁊ veneno pſi
dic occidens.Sed in ſemita.i.incedentibus ꝑ
obſeruantiam conſiliorum:vt viam artam vir
tutum.Fiet ceraſtes qui vt dicit beatus gre.eſt
ſerpens cornutus:quia hos pſequetur cornu
potentie torquens eos:⁊ occidens.mordēs eq
vngulas vt cadat aſcenſor eius retro.Equus ſʒ
beatum gre.hic ſignat mundum currenteʒ ad
occaſum ſu mans per ſuperbiam:hinnitum fa
ciens in luxurie manifeſtationem:fodiens vn/
gula terram ⁊ fodiens per auaritiam.Vngula
que eſt vltima pars corporis huius equi eſt fi
nis mundi.Aſcenſor ipſius equi.eſt qui mūdo
inheret:⁊ a mundi defertur hincinde amore.
Mordet ergo dan:vt ceraſtes cornutus.vngu
lam equi.i.antixp̄s vexat in fine mundi exiſten
tes.Ad quid.Vt cadat aſcenſor eius amator
mundi retro:vbi nō videt ⁊ ſenſuʒ amittat vt
ſ. non videant perditionem ſuam in quam ca
dunt.Sancti tam fortiter reſiſtunt expectantes
ſalutare domini in gloria.¶ Quarto certamē
aſſumet contra fideles per miracula:ſed falſa.
Et iſtud erit pericloſius ceteris.propter quod
dixit xp̄s Matth.xxiiij.Et dabunt pſeudo pro/
phete.i.predicatores antixp̄i prodigia magna
ita vt ſi fieri poteſt in errorem inducantur etiā
electi.Et hoc innuitur cum ait ps.Dum ſuper/
bit impius antixp̄s antonomatice.quia extra ⁊
contra omnem pietateʒ veri cultus diuini.Su
perbit etiam intantum.vt dicit apoſtolus.ij.
Theſſal.ij.q extollitur ſuper omne quod dicit
aut colitur deus.ita vt in tēplo ſedeat tanqʒ ſit
deus.Et ad oſtendēdum ſuaʒ dignitatē vt ado
retur.Dicit ibidem idem apoſtolus.Cuius ad
uentus eſt ſm operationem ſathane in oībus.
ſcilʒ virtute ⁊ ſignis ⁊ prodigijs mendacibus
in omni ſeductione.Et Apoc.xiij.dicitur.q da
ta eſt ei poteſtas facere ſigna ⁊ prodigia.ita vt
ignem faciat deſcēdere in terram in conſpectu
hominum vt ſeduceret gētes.Eliget enim ali/
quos pre ceteris fautores ſue malitie quos vt
apoſtolos ſuos mittet per orbem ad predican/
dum.ſuper quos opere diaboli faciet deſcēde/
re ignem de celo vt quaſi ſpiritū ſanctum acce/
perint.Qui ⁊ ipſi opere diaboli ꝓdigia faciēt.
Et deſcēdendo ad practicam beati Vincentij.
Poſtqʒ ſui predicatores ꝓnunciauerint doctri
naʒ antichriſti vt veri filij dei dicent.Vt nō du
bitetis de veritate doctrine noſtre ecce miracu
lis cōfirmabimus.Accedant infirmi aliqui ſcʒ
in quos diabolus immittet infirmitates.quaꝝ
ſcit curationem:⁊ eos publice ſanabunt.Et ſi
quos ſanare nō potuerint:dicent ex defectu fi/
dei eorum procedere.vel quia male vterentur
ſanitate.Et quod plus eſt.accedēt ad tumulos
⁊ facient eos aperiri.⁊ oſtendēt ſe aliquos ſuſci
tare de notis populo.nō q vere reſuſcitentur:
quia hoc diabolus non poſt facere:ſed aſſumet
diabolus ipſe corpus aereum illius talis noti.
⁊ loquetur vt ille.dicens ſe eſſe illum ⁊ virtute
meſſie.falſi tamē ſuſcitatuʒ.Et de alia vita mul
ta dicet diabolus in ſpecie illius.⁊ chriſtū quē
coluerunt chriſtiani vt ſeductorem ⁊ dānatum
⁊ antichriſtum verum deum.Dum ergo ita ſu
perbit impius antichriſtus incēditur pauper:
fidelis illuminatur interius a chriſto:incendi/
tur zelo veritatis:dolens ⁊ lachrymās pro per/
ditione ⁊ ſeductione tantorum.Hec tentatio
vtiqʒ maxima erit.quia vt dicit Gregor.in mo
rali.Videbit martyr pro veritate ſe extorqueri
ſine operatione alicuius miraculi ad probādū
veritatem ſue fidei.Et econtra tortorem ſuum
ad oſtēſionem ſue falſitatis miracula facere.O
qualis tētatio.Certe vt dicit Chriſtus Matth.
xxiiij.Niſi breuiati fuiſſent dies illi non fieret
ſalua omnis caro.Non enim durabit niſi per
tres annos cum dimidio.quanto etiam tempo
re predicauit chriſtus.vt habel Dañ.xij.⁊ Apo
calyp.xij.⁊.xiij.Poſtqʒ auteʒ antichriſtus aſcē/
derit in tantam ſuperbiam:vt poſt ſimulatio/
nem ſue mortis ⁊ reſurrectionis:dicat ſe publi
ce in celum aſcenſurum ſuper montem oliueti
ſtās fulminabitur.vt dicit Magiſter in hiſto.
ſcholaſtica.⁊ Vincētius.Et ſi nō de modo mor
tis eius.tamē de morte eius expreſſe habetur.
Dañ.viij.⁊.xj.ca.in fine plenius.Et.ij.Theſſa.
ij.⁊ Apocalyp.xvij.Ante morteʒ antichriſti re/

ſurgent Enoch ⁊ Helyas tertia die poſt occiſi/onem eoꝝ ⁊ publice vocati in celum aſcēdēt. Mortuo aūt antichriſto quātum mundus ſit duraturus: incertum eſt nobis. Uidetur tamē ꝙ ad minus.xlv.dies dentur hominibus ſe/ductis: vt reuerti poſſint ad penitētiam. Ex eo quod dicitur Dan.xij. Beatus qui expectat ad dies.M.cccxxxv. Et ante iſta ponitur tempus perſecutionis antichriſti: quo auferetur iuge ſacrificium chriſti. numerus videlʒ dierū mil le ducenti nonaginta.i.tres anni cuʒ dimidio quibus addendo.xlv. fiunt.M.cccxxxv.

Titulus.xiiij. De dono timoris. ¶ Quomodo ad timorem multa in/ducunt. Capitulum primum.

Timor domini eſt donum ſpiritusſancti. qḋ Eſaias enumerando ipſa dona ponit in ſeptimo loco. Sed h̄ ponit in qn/to. Et licet multa dicta ſint de timore inquantū eſt paſſio.in.j.parte.in tit.de paſſionibus. diſ/fuſius tamen hic agetur.⁊ per alium modum: ⁊ de multiplici timore. Sciendum aūt ꝙ ad ti morem domini multipliciter inducimur ex ſe ptem. Primo ex ſcriptura theologicali. Secū/do ex rōne internali. Tertio ex figura ſpūali. Quarto ex creatura vniuerſali. Quinto ex ac/tione ſupernaturali. Sexto ex punitione diui/nali. Septimo ex vtilitate plurimali. ¶ Pro primo dicitur Deutero.x. Quid petit dn̄s a te niſi ꝙ timeas dn̄m deum tuum ⁊ ambules in vijs eius: ⁊ diligas eum: ac ſeruias ei in toto corde tuo ⁊ in tota anima tua: ⁊ ſerues manda ta eius. ps.xxxiij. Uenite filij audite me timo/rem dn̄i docebo vos: quis eſt homo qui vult vitā ſcʒ gratie ⁊ glorie. diligit dies videre bo/nos ſcʒ in gloria.q.d. timor dn̄i eſt initiuʒ hu/ius. Et ſigna eius ſunt. declina a malo: quia ti mor domini expellit peccatum. Eccī.j. Et fac bonum: quia qui timet deum faciet bona. In/quire paceʒ: qꝛ timor domini quaſi paradiſus Eccli.xxvij. qui eſt locus quietis ⁊ pacis. xp̄us in euangelio. Timete eum qui poteſt animam ⁊ corpus perdere in gehēnam. Matth.x. Pri ceps apoſtoloꝝ ait. Deuʒ timete.j.Pe.ij. Ber/nar.ſuper canti. In veritate comperi nihil eē ita efficax ad gratiam promerendam: retinen dam: recuperandam ꝗ ſi omni tempore coraʒ deo inueniaris: non alta ſape ſed timere. Bea tus Hiero.in epiſtola. Timor cuſtos eſt virtu/tuʒ. ¶ Secūdo ratio interna nobis ſuadet de/um ſumme eſſe timendum multipliciter. Di/ctat enim ratio vt timeatur qui ſuperior eſt: q nocere ſeu flagellare poteſt: nec valet ei reſiſti.

ad timē dū deū multa i ducunt

Deus igitur cum ſit ſummus dominus dom̄ norum nec poſſit aliquis reſiſtere poteſtati vel voluntati eius. ideo merito timendus eſt ſup omnes. Hanc rōnem tangit Moyſes Deute/rono.x. Qui cum admonuiſſet populum: do/minum deuʒ timere. ſubdit quaſi pro ratione. Ipſe eſt deus deorum ⁊ dominus dominantiū deus magnus potens ⁊ terribilis. vnde ⁊ Ma lach.j. dicitur. Si ergo dominus veſter ſuʒ vbi eſt timor meus. ⁊ Hiere.xv. Quis non timebit te o rex gentium. Si demones contremiſcunt vt aſſerit Jacobus in canonica ſua ad poteſtatē eius. cui non eſt poteſtas ſimilis ſuper terram quantum debet timere plenus fragilitate. Alia ratio eſt: quia pater naturaliter timetur a filio cum ratio doceat ꝙ habeat poſt deum eē ab eo. Sed nunquid ipſe deus nō eſt pater tuus. qui poſſidet fecit ⁊ creauit te. a quo omnis paterni tas in celo ⁊ in terra nominaſ. Neqꝫ eniʒ ego ſpiritum ⁊ animam donaui vobis ⁊ vitā ⁊ ſin/gulorum membra non ego ipſa cōpegi: ſʒ crea tor omnium qui formauit hominis natiuitatē inquit illa ſancta mulier filios hortata ad mar/tyrium. ij. Macha.vij. multo ergo magis de⁹ debet timeri. Docet etiam ratio timere multuʒ cum oportet eum reddere rationem coram pre ſidente que omnia nouit. ⁊ nil inultum permit tit ⁊ precipue cum conſcientia remordeat mul/ta mala feciſſe: ⁊ multa debita cōtraxiſſe ex ini/quitate perfecta. vnde be. Greg. in mora. Iuſti omne quod agunt metuunt: dum caute conſi/derant ante quem iudicem ſtabunt. ¶ Tertio ex figura ſpirituali volens deus īducere popu lum ſuum ad timorem domini anteꝗ̄ daret le gem decalogi ſcʒ per angelū ſuum terruit eos. quia mons ſynai videbatur ardere coruſcati/onibus. ⁊ audiebatur ſonitus buccine propter quod cum populus eſſet exterritus dixit moy/ſes. Ut probaret nos dominus venit cum ter/rore. vt terror eius eſſet in vobis ⁊ non peccare tis. Exo.xx. Ubi innuitur ꝙ per metum indu/cuntur homines ad ſeruandum leges. Uñ Iſi do.in li.ety. Facte ſunt leges vt earuʒ metu hu mana coerceatur audacia: tutaqꝫ ſit inter impro/bos innocentia. diſ.iiij. facte. Et quia permaxi/me oportet ſeruare legem decalogi ad quod in ducit timor domini. ideo per ea que a deo pce/dunt timorem incuſſit ſcʒ coruſcationes: vo/ces buccine ⁊ alia terribilia. Item mādauit do minus Deuſ.xxiiij. Non accipietis loco pigno ris molam ſuperiorem ⁊ inferiorem in quo ſi/gurabatur ꝙ ſicut ſemper quis debet ſecuʒ ha bere ſpē ita ⁊ timorem. nam mola ſuperior ſi/gurat timorem: quia ſicut mola ſuperior deprī mit materiam molendam ne eleuetur: ita mo/la inferior retinet ne in imum deſcendat ⁊ pe/

reat. Unde figurat ſpē. Timor ergo dn̄i depri/
nnit mentem ne in bonis operibus que facit ele
uetur ⁊ de ſe preſumat. Et ſpes ſubleuat: ne de/
ſperatione in infernū cadat. Non ergo illa duo
ſunt alteri locanda: ſed ſemper ſecum poſſiden
da. Uñ bea. Grego. dicit ꝙ penitens mouetur
inter timorem ⁊ ſpem. Nec eſt contra quod ait
Boetius de phica cōſola. ſcꝫ Pelle timorem:
ſpem ꝙ fugato: loqtur enim de ſpe vana. ⁊ ti/
more inordinato. Item in huius figurā habet
Gen. xij. ꝙ Abraam tetendit tabernaculū ſuuꝫ
⁊ habitauit. habens ab oriente bethel: ⁊ ab oc/
cidente hay. Et figurat ꝙ homo iuſtus debet ti
morem habere in proſperis ⁊ ſpeꝫ in aduerſis.
Bethel enim interpretatur domus vel habita
culum dei. ⁊ ſignificat patriam supernā quam
quis debet contēplari in aduerſis ad ſpem ha/
bendam vt roboret. Hay iterpretatur vita val/
lium vel abyſſus ⁊ ſignificat vitā peccatoruꝫ. ⁊
abyſſus ſignificat infernū que quis debet reco
gitare in proſperis ne eleuetur in ſuperbiaꝫ. ſꝫ
timeat futuꝝ iudicium ⁊ infernum. ¶ Quar/
to inducimur ad timorem domini ex creatura
vniuerſali. Sicut oīa inuitant nos ad amandū
deum. qꝛ omnia ſunt facta in obſequiū noſtruꝫ
ſicut beneficium inuitat beneficiatū ad dilligē/
dum benefactoreꝫ. ita ⁊ omnia creata inducūt
nos ad timendum deum. Celum ⁊ terra inquit
bea. Aug. in li. ꝯfeſ. ⁊ omnia que in eis ſūt mi/
hi vndiqꝫ clamant ⁊ clamare nō ceſſant. vt amē
te domine. qꝛ cum bonum ſit quod omnia ap/
petunt ⁊ amant ſm phm. ⁊ omnis creatura bo
na eſt. nec aliunde habet ſuam bonitatem niſi a
deo prima cauſa omniū. Omnis aūt virtus et
bonitas cuiuſcunqꝫ effectus ſit in ſua cauſa eſt
perfectiori modo. qꝛ nemo dat quod nō habet
⁊ potior eſt cauſa effectu. ideo omnis bonitas ⁊
perfectio eſt in deo. ⁊ hinc creature indicando
nobis ſummā dei bonitatem ad amanduꝫ euꝫ
ſup omnia inuitant ⁊ per conſequens ad timē/
dum. Nam omnis amans eſt timens. ⁊ quāto
quis plus amat aliquid: tanto plus timet illud
amittere. vt patet de ſubſtātia tpali ⁊ filijs ⁊ ali
is rebus. Sicut ergo inuitant creature ad amā
dum propter ſuam imenſam bonitateꝫ. ita ⁊ ti/
mendum ne eum offendamus ⁊ amittamus tā
infinitum bonum. Inuitant etiam per aliū mo
dum ad timendū deum creature. qꝛ omnia eli/
menta ⁊ que in eis ſunt punita ſunt in peccato
primi hominis ꝑpter quod dixit deus ei. Ma
ledicta terra in opere tuo ſpinas ⁊ tribulos ger
minabit tibi. Gen. iij. Et multa animalia bruta
facta ſunt nociua homini. vel rebellia propter
peccatum: ⁊ fructus terre minus boni. Nec eti
am tantam lucem ⁊ profectū ex corporibus ce/
leſtibus habemus. Si ergo propter offenſam

dei etiam punita ſunt que nō peccauerunt. quā
to magis quis debet deum timere ne offendat
tam ſeuerum mali vltorem. Inducunt etiaꝫ ad
timendum: qꝛ ipſe deus. vt dicitur Sap. v. Ar/
mabit creaturaꝫ ad vltionē inimicorum eius.
Et cū omnia paueant ⁊ obediant ad nutū eius
multo magis homo hoc agere debet. qui plus
recepit ⁊ ratione fulcitur. Unde angelus clama
bat omnibus gentibus dicens. Timete domi/
num ⁊ adorate eū qui fecit celū ⁊ terram ⁊ om/
nia que in eis ſunt Apocal. xiiij. ¶ Quinto ex
operatione ſupernaturali ſcꝫ miraculoruꝫ ps.
lxiiij. Turbabuntur gentes ſcꝫ ad penitentiam
⁊ timebunt qui habitant terminos a ſignis tu/
is ſcꝫ miraculoꝝ qui habitāt terminos ſcilicet
vſqꝫ ad habitantes vſqꝫ in extremis terre. Cuꝫ
enim viderent homines fieri opera que nullus
hominum facere poteſt: nec dij gentiuꝫ demo/
nia: nec tota virtus nature create ſcꝫ cecos illu/
minari: demones effugari: mortuos ſuſcitari:
⁊ corpora celeſtia a ſolito curſu immutari: ad pe/
titionem Joſue ⁊ Ezechie varias infirmitates
ſubito curari. Ipſi etiam reges terre videntes
ſic admirati ſunt: turbati ad penitentiam: com
moti ſunt ab infidelitate ad fidē: tremor appre
hendit eos ad venerandū ⁊ colendū ⁊ ad timē
dum tātā maieſtatē que pred cabatur a ſanctis
que inuocabatur in cuius virtute totuꝫ ageba/
tur. Cum enim illi qui nauigabant cum Jona
tempeſtati in mari orta. ſolum circa nauim eo
rum poſt miſſionem eius in mare vt iuſſerat:
mare ſedatum: fluctus mitefcere: timuerūt de/
um verum. vt ſcribitur Jone. j. c. Cum vidiſſet
rex darius Danielem prophetam miſſum in la
cum leonum. quia verum deū celi adorabat il/
leſum permanſiſſe. nec ab eis in minimo leſuꝫ
timuit ipſum deum ac publice mādauit. paue/
ant omnes deū Danielis ⁊ cōtremiſcant. quia
ipſe eſt verus deus qui liberauit Danielem ⁊c.
Dan. vj. c. Chriſto ieſu domino noſtro cuius mi
racula ſunt. vt ait Chryſo. Pelagus īmenſum
reſuſcitante adoleſcentem filium vidue accepit
omnes preſentes ibi timor: ⁊ magnificabāt de
um. Lu. vij. Uidentes turbe paralyticuꝫ ſana/
tum timentes glorificauerunt deū. Matth. ix.
Sed ⁊ centurio ⁊ qui cum eo erant gentiles in
paſſiōe chriſti: viſo terremotu ⁊ his que fiebāt
timuerunt valde dicentes. Uere filius dei erat
iſte. Mat. xxvij. quis enarrat miracula omnia.
¶ Sexto inducit ad timorē domini multiplex
punitio eius. Hier. ij. Arguet te malitia tua. ⁊
paulopoſt. Scito ⁊ vide qꝛ malū eſt tibi ⁊ ama/
rum te dereliquiſſe deū tuū. ⁊ timorem eius nō
eſſe apud te Deut. v. Deum tuū timebis. Et in/
fra nequando iraſcatur furor eius contra te et
auferat te de terra. Eccl. j. Unus enim eſt altiſſ

mus oĩs rex potens ⁊ metuendus nimis quis enim non timeat conſiderando q̃ terribiliter flagellauit peccatores. Angelos ſuperbientes de celo precipitauit in infernum ⁊ in demones cõmutauit. primos parentes de paradiſo terreſtri propter inobedientiã expulit. genus humanum propter luxuriã diluuio perdidit. Sodomitas cõbuſtos igne ⁊ ſulphure ſubuertit. Iſraelitas peccantes incredulitate ⁊ murmure in heremo proſtrauit. Dauid propter inanẽ gloriam ⁊ populũ ſuũ propter coniurationem cum abſolone contra eum peſte percuſſit. lx. milia i triduo infectione illa peremptis. Ezechiaꝫ propter ingratitudinem vſq; ad mortẽ infirmum reddidit. ⁊ ſic de alijs. Et idõ merito ſancti clamant Apoč. xv. Mirabilia ſunt opera tua dñe quis te non timebit. Et bea. Grego. Si placere deo veraciter cupimus. poſtq̃ ſubegimus peruerſa: etiam in nobis bene geſta timeamus.

¶ Septimo ⁊ vltimo ad timorẽ inducit vtilitas copioſa ex ipſo timore proueniens. Deute. v. c. Quis det eis talẽ habere mentẽ vt timeãt te domine. ⁊ bene ſit eis in ſempiternuꝫ: obſtetrices egyptie hebreoꝝ. quia timuerunt deum ob reuerentiam eius non occidentes mares. vt mandauerat Pharao. dicit Moyſes q̄ edificauit eis domos. Exod. j. c. Siue ſpirituales ſm bea. Hiero. infundendo virtutes ⁊ gratiaꝫ. Siue temporaliter ſm bea. Greg. dando diuitias. vt. xxij. q. ij. ſi quelibet. Et Eccĩ. xxxiij. Timenti deum non occurrent mala ſcꝫ peccatorum. ⁊ in tentatione deus liberabit illum ꝑs. Timentes dominum non minuentur omni boni.

¶ De timore mundano. Capi. ij.

Timor mũdanus ẽ quo quis timet tẽporalia amittere: vt diuitias: dignitates ⁊ hmõi. propter quod vitandum deũ offendit contra eius mandata faciendo: quod eſt mortale peccatum vel cũ eſt ad hoc mente diſpoſitus: cũ cogitat ſibi poſſe accidere. Inde procedunt multa mala. Unde bea. Aug. ſuper illud ꝑs. Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa ab increpatione vultus tui peribunt inquit.

Ex timore mundão mľta mala pcedũt

¶ Omnia peccata procedũt aut ab amore male inflãmante idest inordinato aut a timore male humiliante idest deijciente. Per amorem inordinatũ dicitur anima ſeu opera eius incenſa. per timorem mundanũ dicitur ſuffoſſa. Timor enim deijcit ⁊ ad ima ſubmittit. Sed iſta cũ criminalia ſunt: vtiq; peribunt ab increpatione vultus dei idest in futuro iudicio. Ad ꝑditionem enim ducunt quod teſtatur Jo. Apocalyp. xxj. Timidis autem ⁊ incredulis homicidis ⁊ veneficis. fornicarijs: mẽdacibus: pars eorum in ſtagnũ ignis ⁊ ſulphuris. Quod ad multa ⁊ grauia ſcelera inducat talis timor mũdanus patet per exempla. ¶ Nã Pharao rex egypti: quia ex multiplicatione filiorũ iſrael in egypto: timebat regnum ſibi auferri. mãdauit occidi ⁊ ſubmergi mares hebreorũ cum naſcerentur. Exo. j. Herodes rex timens ne puer natus nunciatus a magis rex iudeorũ: auferret ſibi regnum turbatus eſt. ⁊ necẽ innocentuꝫ procurauit. Mat. ij. Hieroboam rex iſrael timens de acceſſu populi iſrael ad hieroſolymã vt adorarent ⁊ hoſtias offerrent in templo iuxta legẽ domini. populus ipſe iſrael amicicia iungeretur cum tribu iuda: vnde ſe ſubderet regi iuda ⁊ ipſe regnum amitteret. fecit fieri vitulos aureos in Dan: ⁊ Berſabee terminis regni iſrael: precipiens populo vt illos colerent ⁊ immolarent. iij. Reg. xij. Pontifices iudeorũ timentes ne forte venirent romani ⁊ tollerent eoruꝫ locum ⁊ gentem Joan. xj. Conſilio decreuerũt chriſtum occidi. Sed timentes amittere tẽporalia ⁊ propter hoc iniuſtitiam committentes: amiſerunt temporalia ⁊ ſpiritualia: animam ⁊ corpus. De his ergo qui propter timorẽ amittendi tẽporalia: vt diuitias: honorem famam: ⁊ huiuſmodi offendunt deum poteſt apte dici illud ꝑs. xiij. Illic trepidauerunt timore vbi nõ erat timor: idest vbi non erat ratio timendi. ita videlicet q̄ propter hoc peccarent.

Septẽ rõnes q̃re nõ debemus timere amittere bona tẽporalia

¶ Et propter ſeptem rationes ſeu conditiones terrenorum. Quia vilia ob conditionem. Quia defectibilia ad permanſionẽ. Quia inquinabilia ad tranſgreſſionem. Quia impendibilia ad perfectionem. Quia obligabilia ad rationem. Quia nocibilia ad felicitationem. Quia deceptibilia ad conſeruationem.

¶ Primo igitur .§.i.

Prima

non eſt timenduꝫ tpalia amittere: vt propter hõ cõmittatur peccatum: quia ipſa ſunt vilia: nullus enim curat vel timet amittere vilia. ⁊ precipue cũ ex hmõi amiſſione ꝯſeruet precioſa. ſicut patet in nauigantibus qui non timẽt vel curant proijcere merces precioſas in mare: vt cõſeruent vitã que precioſior eſt. Temporalia bona vocanť ſtercora in diuino eloq̃o ꝓpter ſui vilitatem. Dicit enim Eccĩ. xxij. De ſtercore bouꝫ lapidatus eſt piger. Piger eſt qui ob timorem alicuius laboris omittit facere bonuꝫ quod debet. Talis lapidatur ſpiritualiter ⁊ occidiť. Sꝫ vnde de ſtercore boum idest ob iſta temporalia que timet amittere vel non habere. que ſtercus dicuntur boum: quia ſcilꝫ ſancti doctores qui agros mentium ſcindunt vomere verbi dei: ſtercus ea reputãt. idest viliſſima. Audi paulũ egregiũ predicatorem quid dicat de hmõi ad Phil. iij. Omnia arbitror vt ſtercora: vt xpum

lucriſaciam ⁊ inueniar in illo. ¶ Cóſideremꝰ
conditionem eorum ⁊ videbimus vilitaté pre
cipue attenta precioſitate ſpiritualium bonoꝝ.
Quid eſt aurum ⁊ argentú ⁊ alia metalla. Cer
te ſpumaterre. in viſceribus terre naſcitur. nul
lam vitam habet: non rationalem vt homo. nó
ſenſibilem vt animalia bruta. etiam viliſſima
vt formica: muſca: ⁊ vermes. nó vegetabilé vt
arbores. ⁊ quecúqꝫ herbe viliſſime. Quid ſeri/
cum. Nonne ſtercus vermium viliſſimorum.
Quid veſtes lanee. Nonne vellus pecorum.
Quid palacia. Nóne lapides iſenſibiles. Quid
agri. Nóne terra quid gloria temporalis. Nó/
ne ventus. Unde Boe. de phica conſo. O glo
ria gloria quid es aliud ꝙ in milibus hominú
inflatio quedam auriuꝫ. Sed ⁊ in comparatio
ne precioſitatis ſpiritualium bonorum adhuc
magis vilia apparent. Propter quod dicit ſa/
piens de ſapientia ſeu gratia loquens. Propo
ſui illam regnis ⁊ ſedibus: ⁊ diuitias nihil eſſe
dixi in comparatione illius. nec comparaui illi
lapidem precioſum: quia omne aurum in com
paratione illius: arena eſt exigua: ⁊ tanꝙ lutú
eſtimabitur argentú in conſpectu illius. Sap.
vij. Cum ergo ſpiritualia bona vt virtutes ſint
precioſiſſima: ⁊ temporalia reſpectu eorum vi/
liſſima: contra omnem rationem eſt. vt non cu
ret quis amittere bona ſpiritualia propt timo/
rem mundanum ne amittantur tempalia. Hoc
timore mundano ducti ananias ⁊ ſaphyra. ti//
mendo videlicet ne totum precium ſue poſſeſ/
ſionis vendite ab eis petro aplo aſſignantes vt
debebant: nó poſſent ſibi prouidere de aliquo
cum ſuperuenirent neceſſitates. ⁊ non prouide
retur eis de cómunitate propter paupertatem
vel aliam cauſam: quia retinuerunt ſibi fraudu
lenter facientes contra preceptum apoſtoloruꝫ
ad imprecationem vel increpationem petri ſu
bito mortui ceciderunt. Actuum. v. Quod acci
dit quotidie quoad religioſos qui retinét pro.
prium. timentes ne eis prouideatur í neceſſita
te. ideo incurrunt mortem ſpiritualem. xij. q. j.
ſcimus. Hoc timore mundano ducta nobilis il
la matrona romana Lucretia. timens. ſ. ne filiꝰ
tarquinij vltimi regis romanorum infama//
ret eá de adulterio: prout ille cóminabatur ei:
aſſenſit in adulteriú peſſime faciés. Ná vt dicit
btús Aug. de ea loquens in primo de ciui. dei.
Ita ne aliqueꝫ polluat aliéa libido metuit. Sꝫ
non poluit. ſ. quoad animam ſi aliena erit. Si
polluet aliena non erit. Uirtus omnia mala to/
lerare potius ꝙ pctó conſentire decreuit. Hec
beatus Augu. xxxij. q. v. ita ne. Illi ergo trepi/
dauerunt timore vbi non erat timor.

Scda ¶ Secundo nó §. ij.

eſt timédum amittere temporalia: q: deceptibi
lia ſunt ad felicitationem. Nam videntur pro/
mittere felicitateꝫ vt quietem: ⁊ quaſi oia. quia
vt dicitur Eccs. x. Pecunie obediunt oia. Sed
decipiunt hoiem preſtátes miſeriam ⁊ anxieta
tem. Uñ chriſtus appellat diuitias fallaces cuꝫ
ait Luce. viij. Sollicitudo huius ſeculi ⁊ falla/
cia diuitiarum ſuffocát verbum. Ecce fallacia:
q: dicunt hoies in ſe. Si habereꝫ diuitias ego
eſſem quietus in mente nó haberem tátam ſol/
licitudinem laborandi: ſoluédi creditoribus ⁊
huiuſmodi. Sed ſi cótingat ꝙ habeat maioreꝫ
curam ⁊ anxietatem habet ꝙ prius in cogitan
do quomodo nó amittat: quomodo ipas adau
geat in quibus expendat ⁊c. Et ſic púgitur ⁊ in
quietatur mens eius continuis ſtimulis ſollici
tudinum. Et ideo ibi aſſimilat eas ſpinis: quia
pungút menté ⁊ tollunt quietem: cum adauge
ant ſemper deſideriú ad plura. Et ideo dicitur
Eccs. v. Auarus nunꝙ impletur pecunia: ſicut
nec potibus hydropicus. nec arditate. i. lignis
focus. Hinc ⁊ beatus Ambro. Nec finis nec ſa
tietas vnꝙ aderit cupiditati. diſt. xlv. ſicut hi.
Ibi vide pulchra. Falſiſſimú autem eſt ꝙ pecu
nie obediunt oia. quod tamen dicitt ⁊ videtur
mundanis. in quoruꝫ perſona ibi loquitur Sa
lomon. Nam nec ſapiétia nec ſcientia nec vir/
tus moralis: nec ſanitas: nec pulchritudo: nec
fortitudo corporis: pecunia haberi pñt. Sed
etiam ⁊ multa téporalia ea ꝯſequi nó poſſunt.
Simon magus non potuit ab apoſtolis pecu//
nia magna oblata obtinere poteſtaté dandi ſpi
ritú ſanctum. Achab rex iſrael non potuit pecu
nia obtinere a naboth ſubdito ſuo vineaꝫ ſuá.
Iſraelite non potuerút pecunia ſua a ſancto re
ge amorreoꝝ obtinere eis neceſſaria ad victuꝫ
Balach rex moabitarum nó potuit conſequi a
Balaam ariolo magna pecunia vt maledice//
ret populo dei. ¶ Quod tollát téporalia quie/
tem mentis nota exéplum in lib. de ſeptem do
nis. Erat quidam artifex ſatis pauper ſuſtétás
ſe ⁊ familiam ſuam de labore manuuꝫ ſuarum
propter quod die noctuqꝫ eum operari oporte
bat. Inter labores autem ſuos frequenter can/
tabat ob ſolatium: quia modicá anxietatem ha
bebat ⁊ quaſi nullam de téporalibus: quia eis
carebat. Iuxta domum eius habitabat diues
multum: qui ita curis ⁊ ſollicitudinibus vexa/
batur vt nedum canere: ſed vix ridere vel letaꝫ
faciem oſtédere cuiꝙ valeret. Unde quaſi inui
dens quieti ⁊ leticie pauperis imaginatus eſt
⁊ executus: quomodo poſſet eius leticiaꝫ inter
rúpere ⁊ inquietare. Accepit ergo quendá ſac/
culum plenum aureis. ⁊ mane quodam eadeꝫ
hora qua ſolitus erat egredi domum pauper.
pauloante inde tranſiens: permiſit ante domú

pauperis cadere ſacculum illuz: ⁊ certo loco ſe firmans vt videret quis illum recolligeret. Itaqz pauper cum domum egrederetur inuento ſacculo ſurſuz leuat ſibi retinens. Cepitqz cogitare quid agere de tanta pecunia deberet: timens ne illud ſciretur. vel ſi emeret aliqua magni precij contra eum ſuſpitio de furto oriretur. Uel ne ſibi auferrent vel quid vtilius emeret. Sicqz mentem eius anxietas timor ⁊ varia cogitatio deuaſtabant. vt amiſſa omni quiete ⁊ leticia mentis non vltra cantaret vel iocunditatem oſtēderet. Quod cum percepiſſet diues intentum: ſcilz ſuum conſecutum. noluit propterea amittere pecuniam ſuaz. Sed poſt aliquos dies dicit ei diues. His diebus per viam incedens: habens mecum ſacculum aureorum ſeu burſam: neſcio quomodo cecidit circa domuz tuam ⁊ meam inaduertenter. Si ſcires vel audiſſes aliquid quis inueniſſet vterer bona diſcretione: alis non inueniendo intendo fieri facere non ſolum excōmunicationem: ſed etiam inquiſitionem per poteſtatem ciuitatis. Reſpōdit ille. Non oportet aliquid facere. ego inueni tali die vnum ſacculum aureoruz. Ex quo dicis tuum eſſe ⁊ ſigna ſufficientia huius tradidiſti: accipe quod tuum eſt. Deus autez parcat tibi: qꝛ omnibus his diebus quibus ipſam pecuniā tenui: priuatus ſui quiete ⁊ gaudio meo ſolito. deditqz mihi multos malos dies ⁊ malas noctes: nec quieſcere potui pre tumultu cogitationum. Reddita igitur pecunia: cum ſua paupertate reuerſus eſt ad quietem ſuaz ⁊ cantus ſuos. Cuz ergo tēporalia ſint fallacia: quia promittūt quietem ⁊ non preſtāt: ſed anxietatē ⁊ appetitum eap augent. ſm illud Chryſ. Ipſa appoſitio diuitiarum auget flammaz ⁊ maior ſit cupido. Ideo qui timent trepidauerūt timore vbi non erat timor.

¶ Tertio non eſt .§. iij.

Tertia timēduz tēporalia amittere: ita ꝙ propter hoc deus offendatur: qꝛ ipſa ſunt defectibilia ad permāſionem. propter qđ dicit Magiſter veritatis. Matth. vj. Nolite vobis theſaurizare theſauros ſuper terrā vbi erugo ⁊ tinea demoliuntur: ⁊ fures effodiunt ⁊ furātur. q. d. Ideo nō debetis reſeruare ⁊ multiplicare tēporalia iſta bona ⁊ ſollicitari circa ipſa timendo ne deficiant vobis. qꝛ defectibilia ſunt in ſe. Naz ſi ſunt metalla: erugo ⁊ rubigo ꝯſumit. Si panis vel victualia: tinea rodit ⁊ deſtruit. Si pecunia numerata vel gēme: fures poſſunt occulte rapere. Si poſſeſſiones ⁊ agri ⁊ domus: dñi temporales qui (vt dicitur Eſa. j. ſunt ſocij furum) effodiūt. i. diuerſas occaſiones inueniūt. vnde ea auferāt. ſed qꝛ homines non curāt quomodo temporalia multiplicent per phas ⁊ nephas: nec faciūt elemoſynas ſubueniendo indigentibus vt deberent timendo ne ſibi deficiant: deus ſuſcitat bella: immittit penurias: infirmitatibus vexat quibus homines tēporalia conſumant. Unde beatus Aug. xvj. q. j. decime. Quod nō accipit chriſtus: accipit fiſcus. Dabis impio militi qđ non vis dare chriſto. Ueruz etſi certus ſit quis vt tēporalia ei in vita nō deficiant: nunquid in morte que non tardat aliquid de his ſecum deferet? certe non. Et ideo inquit ps. xlviij. Ne timueris cum diues factus fuerit homo: ⁊ cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Ne timueris. ſ. amittere tēporalia. quia ⁊ diues qui habet ea tandem amittit. Et idem firmat Iob xxvij. c. qđ tamen experientia docet. diues ait. cuz dormierit nihil ſecum affert: aperit oculos ſuos ⁊ nihil inuenit. Diues hic dormit mente alienus a conſideratione dei ⁊ periculi ſui. Et proprie accidit ei ſicut dormienti: qui cū ſomniet ſe habere multas pecunias ⁊ in conuiuijs letari ⁊ epulari: ſubito expergefactus nihil ſe habere eorū cernens: triſtatur ſe illuſum. Ita qui inherent temporalibus quaſi ſomniant. cum enim eſtimant ſe permanere in eis: ex improuiſo ſubito ſuperuenit mors que dormitio dicitur. quia reſurrecturus eſt in fine mundi. Moriēs autē aperit oculos mentis quos hic culpa clauſit: ⁊ nihil inuenit de temporalibus hic poſſeſſis. ſed inuenit nihil quod cōmiſit id eſt peccatum. Nam etſi actus peccati aliquid ſit inquātum actus: tamen inquantum peccatum nihil. nulla natura eſt. ſed defectus rationis. ſicut tenebra defectus luminis. ¶ Exemplum notabile ponit Saluator noſter in euangelio vt refert Luce. c. xij. de quodam diuite qui cum ager ſuus vberes fructus attuliſſet: cepit mēte eſtuare ⁊ timere ne ſibi deficerent loca ad reponēdum tantos fructus. Sed ſubito cogitatio malitie ſibi ipſi reſpondit dicens. Scio quid faciam. deſtruam horrea mea ⁊ maiora faciam: ⁊ illuc cōgregabo omnes fructus meos. ⁊ dicaz anime mee. Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos. comede: epulare: ⁊ quieſce. Cūqz iſta diceret: dixit illi deus. Stulte: animā tuam hac nocte repetent a te. ſ. demones. Que autem paraſti cuius erunt? quaſi dicat. nō tua. non tecum portabis: ſed omnia tibi deficient. ¶ Ponit Ioannes Damaſce. ſimilitudinez in hiſtoria Ioſaphat. videlicet ꝙ in quadam ciuitate erat iſta conſuetudo. Ciues illius eligebāt quendam ex ea rectorem ⁊ dominuz ipſius ciuitatis cum omni libertate ⁊ poteſtate: vt poſſet facere quod ſibi liberet ⁊ vti omnibus bonis ad placitum. ſed tranſacto anno regni ſui: mittebatur ad quandam inſulam ſolus ⁊ ſine

aliquo ſubſidio bonorum: vbi nil erat ad eum ſuſtentādum. vnde oportebat euʒ deficere ⁊ cito. Cum autem quidam ſagax ad tale regimen fuiſſet aſſumptus: conſiderans quid ſibi futurum erat. quia mittendus ad illam inſulā: prudenter ſibi prouidit. nam infra illum annū plu ries miſit ad inſulam multa ⁊ varia bona ⁊ victualia: ⁊ qui ea cuſtodiret. quo facto poſt annū illic directus ex bonis que illic deſtinauerat bene ⁊ copioſe vixit. nō pre inopia defecit vt alij qui non ſibi prouiderunt. Ciuitas iſta eſt mundus iſte in quo etſi quis valeat omnibꝰ bonis eius vti ad placitum. tamē poſt vitam eius que breuis eſt: ad aliam vitam tranſire oportet. nec de his aliquid portare poteſt tunc niſi ea que dum hic viuit illuc tranſmittit: ſcilicet per elemoſynas ⁊ bona opera. Opera enim illoruʒ ſequuntur illos. vt dicitur Apocal. xiiij. Unde et beatus Ambro. ſuper Luc. Nō ſunt hominis bona. ſcilʒ iſta temporalia. vera bona non ſunt que ſecuʒ afferre non poteſt. Sed vt ait beatus Laurentius Decio. Facultates quas requiris: manus pauperum in celeſtis theſauros deportauerūt. ſ. per elemoſynas datas ab eo. Illic ergo trepidauerūt timore vbi nō erat timor.

Quarta. **Quarto non .§. iiij.** eſt timendum temporalia amittere: quia inquinabilia ſunt ad tranſgreſſionē. Maculāt enim animam pluribus generibus tranſgreſſionuʒ propter abuſum earuʒ. propterea dominus appellat diuitias iniquitatis cum dicit Luce. xv. Facite vobis amicos de mā̄mona iniquitatis.

diuitie q̄re dn̄r mamona iniqtatis. Mā̄mona nomen eſt ſyriacum: vt ait Hieroꝰ. latine diuitie interpretatur. Diuitie autem inique dicitur. non ꝙ in ſe ſint male: ſed quia frequenter male acquiruntur vel male retinētur: vel eis male homines vtuntur. Unde beatus Hieroꝰ. Omnis diues aut iniquus aut heres iniqui. Et beatus Augu. Uermis diuitum ſuperbia. inde enim ſe maiores alijs eſtimant et alios deſpiciunt. quia pre alijs abundant. Sed ⁊ inordinate homo afficitur ad diuitias ⁊ auare ſeruat. Unde beatus Aug. ad Macedoniū. Iam prudenter intueamur quod ſcriptum eſt. Fideli homini totus mundus diuitiarum: infideli autem nec obolus. Nōne omnes qui ſibi videntur gaudere conquiſitis eiſqꝫ vti neſciūt alienum poſſidere cōuincimus. Hoc certe alienum non eſt: quod iure poſſidetur. hoc autem iure quod iuſte. ⁊ hoc iuſte quod bene. Omne igitur quod male poſſidetur: alienum eſt. Male poſſidet qui male vtitur. Hec beatus Augu. xiiij. q. iiij. quid dicam. vbi glo. exponit principium huius auctoritatis ſic. infideli ideſt auaro. quia auaritia dicitur idoloruʒ ſeruitus per ſimilitudinem. tali infideli totus mundus nec eſt obulus: quia quaſi nil reputat. ſed alia adhuc plura affectat. fideli autem totus mundus ideſt quelibet pars etiam minima eorum que ſunt in mundo diuitiarum eſt pro diuitijs cō putata. Propterea apoſtolus. vj. cap̄. ad Timothe. diſcipulum inſtruit quomodo diuites debeat docere ⁊ cautos facere dicens. Diuitibus huius ſeculi precipe non ſublime ſape: nec ſperare in incerto diuitiarum ſuaruʒ: ſed facile tribuere: communicare ſcilicet alijs res ſuas ⁊c̄. Nam qui volunt diuites fieri incidūt in laqueum magnum diaboli ⁊ tentationem: ⁊ in deſideria multa ⁊ inutilia que mergunt hominem in interitum. Et in figurā huius dominus anathematizauit theſauros Hiericho: prohibēs vt nullus ex populo iſrael de eis acciperet: ſʒ igni comburerentur Joſue. vj. Ad inſinuandum ꝙ theſauri huius mundi non debent tranſire in ſortem bonorum fidelium: vt exponit Gratianus. j. q. iij. §. ſed obijcitur. Hiericho enim interpretatur luna. ⁊ ſignificat mundum mutabilem. iſrael videns deum. ⁊ ſignificat fideles videntes deum. nunc per fidem: poſtea per ſpeciem. Iſti ergo theſauri mundi: ſcilicet temporalia: inquantuʒ mundi ſunt ideſt nō licite habita non debēt haberi a fidelibus: ſed igni charitatis exponere: ideſt affectu deſpicere ne coinquinetur ab eis. Nec obſtat ꝙ diues fuit valde Abraam in poſſeſſione auri ⁊ argenti ⁊ animalium: vt patet in Gene. Et Job magnus dominus ⁊ diues: qa etſi diuites effecti in rebus tamen pauperes affectu ⁊ patres pauperuʒ. vt oſtenditur in eorum geſtis. quod manifeſtum fuit per tentationes eoruʒ. Job in nullo turbatus ex amiſſione omnium. Abraam in relinquendo patriam in peregrinando ⁊ habitādo in papilionibus in oblatione filij: ⁊ huiuſmodi. de talibus eis conceduntur omnes diuitie ⁊ non coinquinabuntur. Sed quis eſt iſte qui inuētus eſt ſine macula in diuitijs: qui poſt aurum non abijt. ipſuʒ ſequendo non deum. nec ſperauit in pecunie theſauris. qs eſt hic ⁊ laudabimus eum? Econtra illic homines mundi trepid. timo. vbi non erat timor: ideſt ratio timendi iſta amittere.

Quinto non eſt .§. v. Quinta timendum tēporalia amittere: quia ſunt impeditiua ad perfectionem. Sicut bonuʒ eſt quod omnia appetunt: ſm̄ philoſophuʒ in principio Ethicorū. ita ⁊ vnumquodqꝫ appetit ſuam perfectionem. perfectus autem omnis erit ſi ſit ſicut Magiſter eius ait Chriſtus. Luce. vj. qui ⁊ Matth. xxiij. dicit. Unus eſt Magiſter veſter Chriſtus. Sed vt ait beatus Aug. Omnia tem

rena contempſit homo chꝛiſtus vt contēnenda
eſſe monſtraret. Ubi notādum ꝙ nō ea ratione
contēpſit pauperrimus factus: ita vt non habe
ret vbi caput ſuum reclinaret. ne videlꝫ ex poſ/
ſeſſione ipſarum rerum ⁊ diuitiarum trahere/
tur inoꝛdinato affectu ad ipſa: vel nimia ſollici/
tudine occuparetur aut a diuina contēplatio/
ne retardaretur. Nihil hoꝛū poterat in eo eſſe.
Impeccabilis enim erat dn̄s Jeſus. dicit Joan
nes Damaſce. ⁊ cōtinue anima eius diuinitate
fruebat. Sed ideo hoc fecit vt daret nobis exē
plum ⁊ pꝛouocaret ad iſta faciendū vt eum per
fecte imitaremur. ſciens ꝙ iſta temporalia etſi
non ipſum: tamē nos infirmos multum retra/
hunt a perfectione que conſiſtit pꝛecipue in cō
diuitie templatione ⁊ amore diuinoꝝꝫ. ¶ Sunt etiā
q̄re aſſi iſta temporalia vt viſcus pꝛopter amoreꝫ ⁊ ſol/
milanf licitudinem eorum: qui viſcus cum tangit pē/
viſco. nas ſeu alas auium volare non poſſunt: ſed ad
ima deſcendētes de facili capiuntur. Sic tem/
poralia alas intellectus ⁊ affectus inficiūt ⁊ im
pediunt ne ad ſuperna libere valeant auolare.
Unde Saluatoꝛ noſter iuueni qui mādata im/
pleuiſſe ſe dixerat: ⁊ de maiori perfectione que
rebat inquit ipſe. ſi vis perfectus eſſe vade ven
de omnia que habes ⁊ da pauperibus ⁊ ſeque
re me. Matth. xix. Non ꝙ ipſa perfectio conſi
ſtat in ipſa paupertate ⁊ abrenūciatione oīum:
ſed quia hoc eſt inſtrumentum valde accōmo/
dum veniendi ad perfectioneꝫ: vt determinat
beatus Tho. ij. ij. Quod etiam firmat venera/
bilis Joannes Caſſi. in coll'. j. abbatis Moyſi.
Hoc etiam intellexerunt gentiles philoſophi:
qui vt magis liberi eſſent ad ſpeculationeꝫ ve/
ritatis temporalia iſta contēpſerunt. Et de So/
crate dicit beatus Hiero. xij. q. ij. gloria. Socra
tes ille Thebanus homo quondam ditiſſimus
cum ad philoſophādū athenas pergeret: ma/
gnum auri pondus abiecit: nec putauit ſe poſ/
ſe virtutes ſimul ⁊ diuitias poſſidere. Nos ſuf
farcinati auro chꝛiſtum pauperem ſequimur.
⁊ ſub pꝛetextu elemoſyne pꝛiſtinis opibus in/
cubantes: quō poſſumus aliena fideliter diſtri/
buere qui noſtra timide reſeruamus. Hec ille.
Alius phs (ni fallo:) Anaxagoras ad ſtudiū ſa/
pientie ꝑgens in mare pꝛoiecit pecunias quas
habebat dicēs. Abite male cupiditates: demer
go vos ne demergar a vobis. Hoc de pluribus
in genere refert Lactātius in prin. inſtit. Mul
to m̄ perfectius chꝛiſticole iſta tꝑalia ⁊ delitias
⁊ diuitias ⁊ gl'iam ꝯtēpſerunt timentes iſta ha
bere nō illa ꝑdere. Naꝫ ⁊ de beato Antonio in
vitaſpatrū legimus ꝙ cum iret per deſertum ⁊
in via repiſſet maſſam veri auri quaꝫ potuiſſet
licite accipe cum in theſauris nullius de ꝓpin/
quo fuiſſet: ſed pꝛo derelicto eēt: fugit ab ea ſi/
cut a facie ſerpentis. timēs ne a cupiditate eius
traheretur affectus. ad monteꝫ pergens ſolitu/
dinem querens vt honores vitaret: ⁊ non deli
tias ſed auſteritatē augeret. ita qui vult ad mō/
teꝫ contēplationis ⁊ perfectionis aſcendere vt
aptius ⁊ facilius agat: opoꝛtet ꝙ onera tempo
ralium dimittat ⁊ ſurſum tendat. Nec ita time
at amittere temporalia vt ꝑdat vel minuat eter
na. ſicut plurimi faciunt qui illic trepidauerūt
timore vbi non erat timoꝛ. i. ratio timendi.

¶ Sexto non eſt .§.vi. Sexta.

timendum tēporalia amittere: qꝛ obligatoria.
Cuilibet enim noſtruꝫ dicturus eſt chꝛiſtus in
fine vite. Redde rationem villicationis tue. i.
diſpenſationis circa tēporalia. Quod expꝛeſſe
teſtatur beatus Aug. in lib. de paruulis ad Pe
trum dicens. Homines quia rationabiles facti
ſunt: de ſe ⁊ de oībus rebus quas in vſum acce
perunt vite pꝛeſentis: rationem reddituri ſunt
deo: ⁊ pꝛo ſuorum actuum qualitate recipient
penam aut gloriam. xv. q. j. §. ex eo autē. Non
ergo habet quis timere temporalibus carere:
cum per hoc deobligetur a reddēda ratione in
quo quilibet merito timere debet: cuꝫ ſubtilis
ſit illa examinatio: nec quicꝙ̄ iudicem ſupnuꝫ
poſſit latere: ⁊ pꝛo quolibet defectu pena para/
ta ſit. Jn parabola de talentis varijs cōmiſſis a
domino ſeruis ſuis: vt cum eis negociando ſu
perlucrarentur. narratur Matth. xxv. Seruus
ille qui vnicum talentum acceperat: quia nō il
lud ad lucrum expoſuit. ⁊ hoc ex timore ne il/
lud amitteret: redargutus a dn̄o eo pꝛiuat' cō/
dēnatꝰ fuit. Jſta temporalia bona ⁊ diuitie et
poteſtas ſeu pꝛelatio ⁊ honores talentum a do
mino datum ſunt operante ſi licito modo ha/
beantur: vel permittēte ſi indebite. Obligatus
eſt qui iſta habet ad reddēdaꝫ rationē: quomo/
do his vſus fuerit. Et ſi non multiplicauerit vi
delicet virtuoſe ea diſponēdo: ⁊ ſic inde meri/
ta augendo: ſed ocioſa tenuerit nō dando pau/
peribus. nō coꝛrigendo ⁊ inſtruendo ſubditos
ſi poteſtatem habet. non dirigendo ad deū in/
tentioneꝫ in gloria ⁊ honoribus. Utiqꝫ his bo
nis pꝛiuatus: demuꝫ condemnabitur ex negle
ctu ſuo: etiam ſi alias bonus videatur non ra/
piendo aliena. non vſurpando officia. non am
bitioſe ea querendo. Et pꝛopterea notabiliter
dicit Grego. in omel'. dicte euangelice para/
bole de talentis. Hec lectio euangelij conſide/
rare nos ſollicite admonet: ne nos qui plus ce/
teris in hoc mundo accepiſſe aliquid cerni/
mur ab auctore mundi inde grauius iudice/
mur. Cum enim augentur dona: rationes etiā
creſcunt donorum: ideſt obligationes ad red/
dēdum rōnem de vſu eoꝝ. propter quod dicit

B:eg. Quiſquis ſacerdotum(idez intellige de
prelatura ⁊ dignitate)adipiſci deſiderat:prius
vires ſuas cum eo quod ſubitur⁹ eſt onere me/
tiatur.⁊ ſi impar eſt abſtineat.⁊ ad id cum me//
tu etiam cui ſe ſufficere exiſtimat accedat.j.q.j.
non eſt putanda. Non ergo debet timeri amit/
tere:ſed ad ipſa accedere. Naz vt dicitur Sap.
vj. Exiguo cõceditur miſericordia.ſed fortiori
bus fortior inſtat cruciatio:⁊ iudicium duriſſi/
mum fiet his qui preſunt. Et dicitur exiguus q
modicum habet de temporalibus bonis.⁊ qa
parum recepit:de paucis habet reddere ratio//
nem.⁊ ſi deliquit.miſericorditer punitur. Sed
fortes ſunt qui mũdo abundant temporalib⁹.
vt diuitijs dignitatibus ⁊ honoribus.⁊ iſti cõ/
mittunt fortia.i.grauia peccata:timore non a/
mittendi potentiam dignitatem:diuitias ⁊ ho
nores.⁊ ideo fortior in eis ſequitur cruciatio.
Unde ab Abraam dictum fuit diuiti epuloni/
Recordare quia recepiſti bona in vita tua ⁊ la/
zarus ſimiliter mala:nunc autez hic conſolaf:
tu vero cruciaris. Luč.xvj.q.d.quia fuiſti po/
tens in diuitijs ⁊ dignitate:etſi qua bõa feciſti
recepiſti bona in vita tua vt premia eorũ.⁊ iõ
nunc cruciaris propter fortia peccata tua. Laza
rus vt exiguus ⁊ mẽdicus ſi qua peccata com/
miſit.mala penarum recepit:paupertatis ⁊ in/
firmitatis:per que ſibi cõceſſa eſt miſericordia
venie. Nunc autez conſolatur in requie. Sicut
ergo non timet ipſe homo deobligari a reddẽ/
da ratione de debitis factis:ſed timet obligari
cum ratio eſt intricata.vnde habet timere con/
fuſionem ⁊ punitionem:ita nõ debet timere tẽ
poralia amittere:ſed habere.cum de ſingulis
horum ſit debitor ⁊ habeat reddere rationem
deo. Uerebar omnia opera mea(inquit Job)ſci
ens ꝙ non parceres delinquenti. Qui tamen
(vt patet ex geſtis eius)omnib⁹ temporalibus
optime vtebatur. Sed mundani illic trepida://
uerunt timore vbi non erat timor.

Septimo non .§.vij.

Septi/ eſt timendum amittere temporalia:quia noci//
ma na. Quis enim eſt ille qui timeat amittere que
ſibi nocent? Certe nullus.immo optat talia ab
eo remoueri. Sed temporalia plurimum nocu
menti inferunt anime ⁊ corpori. Nam vt dicif
in Prouerb. Diuitie congregate in malum do
mini ſui.de multis quotidie audimus ꝙ occi/
dunt violenter a ſeruis ſuis vel ſubditis ſuis:
vt haberet diuitias eorum vel dominium. Ta/
les ſemper manent in timore qui non parum
cruciat eos ne talia amittant. Unde Dionyſius
tyrãnus ſicilie cũ qdã amic⁹ ſuus laudaret euz
de diuitijs ⁊ potentia beatum dicendo. Ille vo
luit per exemplum oſtendere ei infelicitatẽ ſuã
ex continuo timore ſuo. Inuitauit enim illum
ad prandendum ſecuz.⁊ ordinauit ꝙ ſupra ca
put eius vbi reſidere habebat in conuiuio ami
cus ille:gladius acutiſſimus pẽderet filo eneo
ſubtiliſſimo:qui non videretur ligatus ex ſola
rio affixo. Cunqꝫ ille loco predicto in conuiuio
locatus fuiſſet ex iuſſione tyrãni ⁊ gladiũ aſpe
xiſſet pendentem ſupra eum.epulis varijs ⁊ ex
quiſitis appoſitis.vix ille cibum ſumebat cum
maxima anxietate timens ne momento ad mo
mentum gladius caput eius impeteret. Uide/
banturqꝫ ei mille anni vt conuiuium ita ſolem
ne finiretur vt periculũ euaderet.inde recedẽs
Finito itaqꝫ conuiuio ſurgentibus illis e men
ſa interrogauit tyrãnus quare ita triſtis ⁊ anxi
us ⁊ nõ letus fuerat in epulatione taz ſolemni.
Aſſignauit ille cauſam ſcz timorẽ caſus gladij
⁊ ſue idẽ mortis. Qui dixit. Tu ita timuiſti vni
us gladij periculuz.ꝙ̃tum ergo ego timere de
beo:q habeo non vnũ:ſed multos gladios ſu/
pra me:quõ ergo me dicis beatum. q dego in
tanta anxietate timoris. Et cum multa iſte tyrã
nus egiſſet ad vitandum pericula amiſſionis
tpalium:vt de nullo confideret:tandez ea ami/
ſit ⁊ ad inopiam deuenit. Ultra mala ⁊ afflicti/
onem huius vite in temporalibus tãlẽ ducũt
ad penas eternas propter abuſum eorum. vn/
de Jacobi.v. Agite nunc diuites.vlulate in mi
ſerijs que aduenerunt vobis diuitie veſtre pu/
trefacte ſunt.⁊ cetera.que ibi habes. Et Lu.vj.
Ueh vobis diuitibus qui hic habetis conſola
tionẽ veſtram. Ueh importat dãnationem eter
nam ẜm bea. Hiero. Ille ergo trepidauerunt ti
more mundano vbi non erat timor. Et ꝙ tem/
poralia iſta noceant anime ⁊ corpori. oſtendit
bea. Ambro.di. Omnes cupidi:omnes auari:
giezi lepram cũ diuitijs ſuis poſſident.⁊ male
queſita mercede.non tam patrimonij facultatem
ꝙ̃ theſaurum criminum congregauerunt eter
no cruciatu ⁊ breui fructu. Hec ille.j.q.j. cum
ordinaretur. Nocuerunt bona temporalia di//
uiti epuloni quoad animam poſt mortẽ. Nam
qꝛ dimiſit fratribus ſuis q eis abutebanf auge
batur ex hoc ei pena in inferno tanqꝫ occaſionẽ
prebẽti vitijs illoꝝ.⁊ propterea petebat ſaltem
ad fratres ſuos mitti Lazaꝝ vt eos admoneret
abſtinere a vitijs ⁊ malo vſu tpalium. Non qa
cõpaterer perditioni coꝝ.ſed ſibiipſi ne auge//
retur pena. Illic ergo trepidauerunt mundani
timore vbi nõ erat timor ideſt iuſta cauſa timo
ris.ſed ſeruandũ eſt qđ Tobias admonuit filiũ
ſuum.di. Noli timere fili mi ſcz timore iſto mũ
dano. Pauperẽ quidez vitam gerimus.ſꝫ mul
ta bona habebimus ſi timuerimus deum ſcz ti
more q ẽ donũ ſpiritusſancti ⁊ abſtinuerimus
ab oi peccato ⁊ fecerimus bene Tobie.iiij.

De timore carnali. Capitulum.iij.

Timere carnis ſue qd ſit.

Secūdus timor di

citur humanus ſeu carnalis quo.ſ. quis ita timet incōmoda carnis vel etiam mortem ipſam.q̄ deuz offendit mortaliter cōtra aliquod preceptoꝝ faciendo.vel venialiter preter pcepta agendo. Cōtra quez ait ſaluator Matth.x. Nolite timere eos qui occidunt corpus.ꝛ poſt hoc nō habent amplius quid facit.q.d.animam ledere nō poſſunt.Et rationem aſſignat be.Aug.quare eſt repellēdus iſte timor dicēs.Timēdo mortem carnis tue dabis mortez anime tue.Quāta eſt via cōfiteri chriſtum tanta mors eſt negare ipſum xj.q.iij.non ſolum.Negatur aūt chriſtus nō ſolum verbis negādo fidez chriſti.vel ſe eſſe chriſtianum.ſicut fecit Petrus enim timore mortis negauit ſe eſſe chriſti diſcipulū Matth.xxvj. ſed etiam factis.ſm illud apoſtoli ad Titum.j. c.Cōfitentur ſe noſſe deuz.factis aūt negant.ſ. male operando.Sicut fecit Aaron qui populo iſrael poſtulanti vt faceret ei deos qui precederēt eos ꝛ quos adorarēt.timens ne denegādo occiderent eum.ſicut hur collegam ſuū ſputis occiderant.q: eos arguebat de tāta ſtulticia vt dicūt hebrei.acquieuit eis anulos auriū quos ei ad hoc obtulerāt in ignem pyciens liquefiēdos.Unde opere diaboli ſubito formatus eſt vitulus aureus quem adorauerūt Exo.xxxij.Certe timor iſte human⁹ mortale in eo fuit.vt oſtēdit Gratianus de pe.diſt.ij.§.opponit. De iſto timore carnali poteſt illud itelligi ps.liiij. Formido mortis cecidit ſuper me.timor ꝛ tremor venerūt ſuper me.ꝛ ꝯtexerunt me tenebre.Formido mortis eſt precipuus.q: vt dicit philoſophus. Mors eſt vltimum terribiliū.timor ab intra quoad alias penas ꝛ infirmitates corporales.tremor ab extra in membris qui manifeſtat interiorem.Et iſta ſunt peccatum quādo veniūt ſuper hoīem.Unde dicit ſuper me.homo aūt eſt homo per rationem.Quādo igitur tantus eſt vt ſit ſuper hoīem.i.dñetur rationi.tūc eſt mortale.ꝛ inde tenebre peccatoꝝ contegunt hoīem ꝛ obſcurant.ſed ſeptem rationibus abijciendus eſt iſte timor carnalis quo vt penā carnis euitetur male agitur.

Septez ratiōes quare timor carnalis ē abyciēdus.

Primo propter .§.i.

dei voluntatem cui nos debemus conformare nec ei poſſumus reſiſtere.Uiuo ego.ait dominus per Eſa.q: conſilium meum ſtabit ꝛ om̄is volūtas mea fiet.fit volūtas dei ſemper:vel de nobis ſine merito noſtro ꝛ vtilitate.cum.ſ.non cōcordamus cum beneplacito ſuo.A nobis et cum merito noſtro quando cōformamus nos cum ea.Sed mors ꝛ vita a dño deo inquit ſapiens.Eccl.xj.c.j.de volūtate ꝛ operatione eius. Ego occidam ait ipſe Deut.xxxij.ꝛ ego viuere faciam:percutiam.ſ.infirmitate.ꝛ ego ſanabo ꝛ nō eſt qui de manu mea poſſit eruere.Et ſicut terminus eſt prefixus a dei voluntate de vita ꝛ morte hoīs.ſm illud beati Job.xiiij.Conſtituiſti terminos eius qui preteriri non poterūt.ita ꝛ de ſanitate ꝛ infirmitate. Nec diabolus qui habet magnam poteſtatem ſupra corpora inferiora.potuit graui vlcere ipſuz percutere Job niſi licentiatus a dño.quinimmo nec in gregē porcoꝝ intrare ꝛ vexare:niſi de voluntate dñi. vt habetur Matth.viij.Timere ergo mortem vel alia affligētia corpus.vt per hoc quis deuz offendit eſt agere contra volūtatez dei que ſanctiſſima ꝛ iuſtiſſima eſt.vnde Cyprianus.Quā prepoſterum ꝗꝫ peruerſuz eſt.vt cum dei voluntatem fieri poſtulemus.ſ.in oratione dñica cum euocat nos de hoc ſeculo ꝛ accerſit.nō ſtatim voluntatis eius imperio pareamus:obnitimur ꝛ reluctamur:ꝛ puicacium more ſeruoꝝ ante ꝯſpectum dñi cum triſtitia ꝛ merore perducimur exeūtes hinc neceſſitatis vinculo nō voluntatis obſequio.ꝛ volumus ab eo premijs celeſtibus honorari ad quem venimus inuiti. xiij.q.ij.Propter iſtum ergo timorem tenebre ꝯtexerunt nos:q: multa mala fiunt ad iſta euadenda.Sed vt ait Petrus in prima cano.c.iij. Si quid patimini propter iuſtitiam beati. Timorem autem eorum.ſcilicet qui inferunt vobis moleſtias ne timueritis.ſed ſanctificate deum in cordibus veſtris..

Secundo timor .§.ij.

humanus ꝛ carnalis eſt abijciendus ꝑpter dei fidelem largitatem.promittit enim largam remunerationem ſuſtinentibus ꝯſtanter afflictiones carnis.ꝛ mortem ipſam ꝑpter eum.Qui enim odit animam ſuam in hoc mūdo.ait ipſe in vitam eternam cuſtodit eam.Joā.xij. Odit aūt quis animam ſuam in hoc mūdo.i.ſm vitam mūdialem ꝛ criminalem qui carnem affligit nec cruciatus abhorret:ꝛ mortez nō timet. vt propterea vitāda a virtute recedat:ꝛ iſte peruenit ad vitam eternā ꝛ glioſam. Expectamus ait apoſtolus ad Philipp.iij.c.ſaluatorem dominum noſtrum Jeſum chriſtum qui reformabit corpus humilitatis noſtre:ideſt deiectum afflictum ꝛ humiliatum corpori claritatis ſue. ideſt corpori ſuo glorioſo. Nec deficere poteſt a promiſſione.quia vt ait ps.cxliiij.Fidelis deus:ideſt verax in omnibus verbis ſuis.ſoluēs ꝛ implens proculdubio que promiſit.ꝛ multo largius ꝛ abundantius ꝗ meruerimus. Non enim ſunt cōdigne paſſiones temporis huius

ad ſuturam gloriaȝ que reuelabitur in nobis.
ad Roma.viij. Super quo verbo ait be Aug^o.
in ſermone. Fremat mundus: ſeuiat mundus:
coruſcet armis: increpet linguis quid faciet ad
id quod accepturi ſumus. q.d. nihil eſt omnis
cruciatus corporis reſpectu future glorie. Hac
conſideratione permotus vnus ex ſeptem fra-
tribus cum matre ſub antiocho paſſis: ne legẽ
dei etiam in minimis cerimonijs tranſgrede-
rentur linguam poſtulatus vt ei abſcideretur.
aiebat. E celo iſta poſſideo. ⁊ nunc hec ipſa ſcilȝ
membra propter dei leges deſpicio q: ab eo ip
ſa me recepturum ſpero. Sed ⁊ mater coꝝ iam
ſex filijs coram ea membratim truncatis. timẽs
de ſeptimo adhuc ſuperſtite ⁊ adoleſcentiori:
non de morte corporis: ſed anime ad toleran-
tiam mortis animauit dicẽs. Peto nate vt aſpi
cias ad celum ⁊ ad terram ⁊ ad oīa que in eis
ſunt. ⁊ intelligas. quia ex nihilo fecit ea deus ⁊
hominum genus. ⁊ ita fiet vt non timeas carnifi-
cem iſtum: ſed dignus tuis fratribus effectus
te in illa miſeratione recipiam. ij. Macha. vij.
Sic ⁊ inuictus martyr chriſti Uincẽtius cum
torqueretur ⁊ grauiora adhuc ei cõminarẽtur
tormenta. ad Datianum tyrãnuȝ aiebat. O ve
nenoſa diaboli lingua. tormenta tua nõ timeo
ſed hoc ſolum valde metuaȝ: quo te fingis mi-
hi velle miſereri. ſ. parcendo ⁊ a tormentis ceſ
ſando ſi ſacrificauero dijs tuis. Nolo gloriam
meã minuas minuendo aliquid de ſupplicijs.
Ita ⁊ moyſes inquit apoſtolus ad Heb. xj. ma-
gis elegit affligi cum populo dei ꝙ̃ tempora-
lis peccati habere iocũditatem. aſpiciebat eniȝ
in remunerationem. Fide reliquit egyptuȝ nõ
veritus animoſitatem regis. inuiſibilem enim
tanꝙ̃ videns ſuſtinuit. Non ergo timendum.

Tertio eſt ti- .§. iij.

mor carnalis abijciẽdus ob euitandam dei ſe-
ueritatem. Ex dictamine rationis naturalis eſt
illud Eſopi. Ferre minora volo ne grauiora fe-
ram. Potius quis eligit vna die in carcere af-
fligi: ꝙ̃ per annum potius amiſſionem rerum
ꝙ̃ vite. magis abſciſſionem manus ꝙ̃ capitis.
vnde ⁊ manum parat ad vitãdum percuſſionẽ
capitis. Cum autem diuina iuſtitia nullum ma
lum permittat impunitum ⁊ ſine cõparatione
in futuro etiam in purgatorio nedum in infer
no quis acerbius affligatur etiam pro veniali-
bus ꝙ̃ quacũqȝ in preſenti vita pena corpora-
li. Eſt enim (inquit beatus Aug.) ille ignis pur
gatorij miro modo grauis. excellit enim oẽm
penam quam hic aliquis paſſus eſt. de pe. diſt.
vij. ideo non eſt timendum: ſed eligendum et
optãdum corpus hic affligi per ieiunia: vigi-
lias: peregrinationes: infirmitates: ⁊ cruciatus
ꝙ̃ illic reſeruare: vel deum propter timorẽ hu-
ius offendere. Qui timet pruinaȝ: veniet ſuper
eum nix. vt dicitur Job. vj. ideſt qui timet pe-
nas temporales: ⁊ ꝓpter hoc abſtinet a bonis
operibus penalibus: incidet in futuras que gra
uiores ſunt. Et vt dicitur Apoc. xviij. Quãtum
ſe glorificauit ⁊ in delitijs. ſ. corporis fuit. tan-
tum date ei tormentum ⁊ luctum. Ecõtra non
iudicabit deus bis in idipſuȝ in tribulatione.
Naum. j. ſm aliam tranſlationem. pro quo no
ſtra (que eſt Hiero^o.) dicit. Non conſurget du-
plex tribulatio. i. qui hic affligetur patienter fe
rendo: ⁊ ſe ad deum in paſſionibus conuerten
do: nõ affligetur in alia vita hic ſufficiẽter pu-
nitus. Unde beatus Hiero. ſuper dicta auctori
tate. Si vobis deus rigidus crudelis ⁊ cruen-
tus videtur: q: genus humanum diluuio dele
uit ſodomitas igne ⁊ ſulphure: egyptios mari
ſubmerſerit: filios iſrael proſtrauerit in deſer-
to. Scitote igitur ad preſens reddidiſſe ſuppli-
cia ne in eternũ perirent. xxiij. q. v. quid ergo.
Quod intelligit de illis quo inter flagella ipſa
compuncti ſunt ⁊ ad penitentiam reuerſi. Nõ
ergo timende ſunt pene corporis temporales
que breues ⁊ tenues ſunt reſpectiue: ſed eter-
nales. Et hoc eſt quod domin^o noſter iubebat
attendere dicens Matthei. x. Timete eum qui
poteſt animam ⁊ corpus in gehẽnam perdere. Exẽplū
Narratur in lib. de ſeptem donis ꝙ cum pa
terfamilias iaceret mortuus dum ei pararen-
tur exequie: circa mediam noctem ſurgens ter
ruit omnes qui aderant. ⁊ vadens ad eccleſiaȝ
gratias deo egit de ſui reſuſcitatione. reuer-
ſuſqȝ domuȝ omnia bona ſua in tres partes di
uiſit. vnam vxori: aliam filijs: tertiam pauperi-
bus diſtribuit. Et ad heremuȝ pergens cellam
iuxta fluuium aque gelide conſtruxit. Et cum
frigus erat: veſtitus in illum fluuium ſe iacta-
bat: ⁊ vſqȝ quaſi ad vite extrema moraȝ ibi tra
hens: egreſſus in aquam calidiſſimam introi-
bat. ſic frequentiſſime per hunc ⁊ alios modos
ſe crucians. Et cum ab alijs ſuper his arguere
tur de indiſcretiõe ⁊ ſuſipſius occiſione: reſpõ
debat. Si aſpexiſſetis que ego vidi: maiora ho
rum faceretis. Dixit enim ꝙ egreſſus de corpo
re ſpiritus dictus fuit a quodam viro lucido:
ſcilicet angelo in vallem maxime longitudi-
nis ⁊ latitudinis. Cuius vnum latus erat ple-
num flãmis feruentibus. aliud plenum gelu ⁊
grandine furentibus. Eratqȝ vtrũqȝ latus ple-
num animabus tranſeuntibus de flãma ignis
ad frigus intenſum. Ad quod facit illud Job
xxiiij. Tranſibunt ab aquis niuium ad caloreȝ
nimium. Poſtea duxit eum per tenebras den-
ſiſſimas: viditqȝ globos igniũ de baratro aſcẽ
dentium. animaſqȝ inde aſcendentes ⁊ reinci-

dentes in modum favillarum. ⁊ fetorem ſenſit inde exhalantem intolerabilem fletum audivit ⁊ eiulatum incomparabilem: ⁊ teterrimos demones forcipes ⁊ fuſcinulas igneas habentes ⁊ eum capere voluerunt ⁊ in ignem illum proycere. Sed ille lucidus qui eum duxerat demonibus imperavit ne eum contingerent: quia dominus mandaverat eum ad corpus reduci: ut ſi vellet penitentiam ageret de peccatis. ſin autē ad illa loca devenirer. Reverſus ergo ad corpus: quia recolo que vidi. non timeo illas penas corporeas ut evadam eternas. Simile factum narrat venerabilis Beda in geſtis anglorum. lib. quinto. capi. xiij. Et illum virum vocat drūghelminū. ⁊ refert hoc accidiſſe. Anno dñi ſexingenteſimo primo.

Quarto timor .§.iiij.

humanus eſt evitandus propter carnis hoſtilem contrarietatem debilitandam non timet quis illud unde hoſtis debilitatur eius. ſed unde fortificatur caro autem eſt hoſtis anime. ſm illud Gal. quinto. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum adeo ut eum ad mortem eternam inducat. propter quod idē apoſtolus ait ad Romanos ſeptimo. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee ⁊ captivum me ducentem ⁊c. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius: ideſt de corpore cuius concupiſcentia que eſt lex membrorum ſenſualitas inclinans ad delectabilia ⁊ horrens gravia. ⁊ per hoc debellans contra rationem que eſt lex mentis querit eam ſuffocare. Et ad idem dicebat propheta Micheas ſeptimo caplo. Inimici hominis domeſtici eius. Hi ſunt domeſtici noſtri quinqꝫ ſenſus ſignati ſm Chryſoſt. per quinqꝫ fratres divitis epulonis: ſecum cruciandos in inferno. Quanto autē ſunt magis domeſtici: tanto ſunt pericoloſiores. Nulla enim peior peſtis ad nocendum ꝙ familiaris inimicus. inquit Boetius de conſolatio. philoſophie. Hinc ⁊ beatus Amboſius in lib. de penitentia. tractans illud pſal. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena. dicit. Si caro mēti repugnat nec ſubdita eſt animi gubernaculo ⁊ mētis imperio: aliena terra eſt: que niſi domatur cultoris exercitio. fructus non poteſt charitatis penitentie ⁊ pacis afferre. Hec ille. Et ſic impedit caro aliena: ideſt repugnās menti. ꝙ non apte ⁊ lete cantetur canticum domini: ideſt ſiāt bona opera. de peniten. diſtincti. iij. In ſalicibus. Obſervanduꝫ autem quod ibi ſubdit beatus Amboſius. videlicet ſane cum caro repugnat mens ad deuꝫ ſemper debet eſſe intenta. ut ſcilicet timore eius abyciatur timor carnalis. Cū igitur caro affligitur ⁊ torquetur inimicus noſter debilitatur. propterea dicebat apoſtolus. ij. Corinth. xij. Cum enim infirmor tūc fortior ſuꝫ ⁊ potens ſcilicet ſpiritu. Quod etiam cōfirmat beatus Ambr. dicens. Quod nocet corpori iuvat ſpiritum. de penitē. diſtincti. j. poteſt fieri. Hec intelligens quidam ſanctus Abbas. ut legitur in lib. de ſeptem donis. Cum lumen oculorum amiſiſſet ait. Gratias ago deo meo qui me vindicavit de adverſario meo: ſcilicet corpore qui ſolebat mihi tot mala inferre per iſtos duos proditores ⁊ raptores oculos meos. Dicitur enim Thren. iij. Oculus meus depredatus eſt animam meam. De beato etiam Franciſco legitur. ꝙ cum in oratione maneret vidit catervas demonum ſuper domum diſcurrētes cuꝫ ſtrepitu tanquaꝫ ei nocere volentes. Qui confidens exiens ⁊ crucis ſignum ſibi imprimens dixit. Ex parte omnipotentis dei vobis dico demones: ut quicquid vobis permiſſum eſt facatis in meo corpore. omnia enim libenter ſuſtinebo: quia cum maiorem inimicum non habeam corpe. vindicabitis me de adverſario meo dum in ipſo vice mea exercebitis ultioneꝫ. qui confuſi diſparuerunt. Ex quo igitur per infirmitates ⁊ afflictiones corporis debilitatur ipſum quod eſt inimicus noſter ⁊ per mortem occiditur non eſt timenduꝫ carnaliter ut per hoc deuiectur a bono. Exēplū

Quinto timor .§.v.

carnalis eſt refrenandus propter veritatem clarius intuēdam. Phūs in li. Ethic. poſuit ſummam hominis felicitatem cōſiſtere in actu ſupreme potētie que eſt intellectus erga nobiliſſimum obiectuꝫ qđ eſt deus. i. in ſpeculādo ſummam veritatem. Sed corpus ad hoc impedit. Nam oīs noſtra cognitio ortum habet a ſenſu ſm phūm. ⁊ ideo intelligi non poteſt deus ab anima in corpore mortali exiſtēte: in ſua pura ⁊ nuda eſſentia: duꝫ utitur ſenſibus corporeis: quia quicquid intelligit per modum rei corporalis itelligit. Sed ſpiritus eſt deus. ut dicitur Joannis. iiij. non corpus vel res materialis. Et ideo impedit corpus animaꝫ a perfecta cognitione. Et hoc eſt quod dicitur Sapieñ. ix. Corpus quod corrūpitur aggravat aiam. ⁊ deprimit terrena inhabitatio ſenſum multuꝫ cogitātē ⁊ difficile eſtimamus que in terra ſunt ⁊ que in pſpectu ſunt cuꝫ labore invenimus: que aūt in celis ſunt: qs inveſtigavit. Et hinc plotinus phs. ut refert Aug. de civi. dei. dicebat fugiendum eſſe ad clariſſimam patriam ibiqꝫ patere omnia. Et Cicero lib. de ſenectute. Mors non eſt lugenda quam immortalitas anime ſequitur. Meditatum debet eſſe ab adoleſcentia. ut mēda. Mors nō eſt ti

mortem negligamus ſine qua meditatione trā quillo animo nemo eſſe poteſt cū certiſſimum ſit moriendum: ⁊ quo tempore incertum dum in his corporis compaginibus incluſi ſumus munere quodā neceſſitatis ⁊ graui opere perfungimur. Eſt enim animus celeſtis ⁊ altiſſimo domicilio depreſſus: ⁊ quaſi demerſus in terram. locum diuine nature eternitatiqꝫ contrarium. Hec ille. Apſus etiam notitiam que habetur hic de diuinis: aſſimilat cognitiōi paruuli que eſt imperfectiſſima. Dicit enim. j. Cor. xiij. Cum eſſet paruulus cogitabam vt paruulus loquebar vt paruulus: ⁊ ſapiebam vt paruulus. cum autem factus ſum vir euacuaui qui erant paruuli. ¶ Non ergo timenda eſt mors vt per hoc deſeratur virtus que ducit ad pfectiſſimā cognitionem ⁊ felicitatē. Sed ⁊ in vita preſenti afflictiones corporis reſtringunt animā. vt acutior ſit ad intelligendum veritatem. Eſa. xxviij. Uexatio dabit intellectū. ⁊ be. Greg. Oculos quos culpa claudit pena aperit. In cuius etiam figuram habetur Tob. xj. ꝙ fel piſcis poſitū ſuper oculos eius aperti ſunt ei oculi: q: ſ. amaritudo afflictionis corporalis reducit hominem ad cogitionem ⁊ luminationem. Et de platone legitur ꝙ ſcholas tenebat in locis peſtilentibus ⁊ aſperis. vt ex hoc ſcholares eſſent magis in ſeipſis recollecti ad percipiendū veritatem doctrine ⁊ non diſtraherētur in ima ex loco ameno. Manaſſes rex iuda impijſſimus non ſe recognouit ⁊ ſua ſcelera niſi flagellatus ⁊ corpore captiuatus. iiij. Regum vltimo. Remouendus eſt ergo timor iſte.

¶ Sexto timor .§. vi.

Timere carni non debemꝰ exemplo xp̄i.

humanus eſt contemnendus propter xp̄i conformitatem aſſequendā. Magna eſt gloria ſerui regem factorem ſuum. ſ. imitari. Rex autē ⁊ creator noſter eſt dei filius. Ipſe autem non ita timuit afflictiones corporis. ꝙ propter hoc ſe abſtraherēt a duriſſima paſſiōe: ⁊ morte ignominioſa vt nos a morte liberaret. Quinimo a planta pedis vſqꝫ ad verticem nō fuit in eo ſanitas. Non fuit in eo aliquod membrū quod in paſſione ſua pena careret. Quod autem ioſeph nutritius eius reuerſus de egypto cum paruulo ieſu ⁊ matre eius timuit ire in iudeā vbi regnabat archelaus filius herodis vt dicitur Mat. ij. ne. ſ. occiderent puerum ſicut queſiuerat pater eius. Et ꝙ etiam non volebat ipſe homo factus ⁊ predicator in iudeam ambulare. quia querebant eum iudei interficere: non hoc ideo fecit quaſi nollet mortem ſubire: ſed quia nondum venerat hora paſſionis eius prudenter euitans occaſiones augmenti malignitatis eorū. Quia ergo non decet ſub capite ſpinoſo mēbrum fieri delicatum non timende ſunt ⁊ fugiende: ſed appetende afflictiōes corporis vt ꝯformemur capiti noſtro. Dicit enim apl̄s ad Ro. viij. Quos deus preſciuit hos ⁊ pdeſtinauit: ꝯformes fieri imaginis filij ſui. Hoc igitur exemplo vt ſcuto circundabit te veritas eius non timebis a timore nocturno. ait xp̄us xc. Timor nocturnus eſt timor afflictionis corporalis. Nox enim ſignificat aduerſitatē ſicut dies proſperitatem. Sed veritas dei ſcilicet dei filius exemplo ſuo vt ſcuto protegit nos. vt nulla ex parte virtutem deſeramus propter timorem afflictionis.

¶ Septimo ti- .§. vij.

mor humanus eſt ꝯtēnendus. q: tollit mentis libertatem. Non bene pro toto libertas venditur auro. Sꝫ vt dicit Julius celſus. Terror hominibus ꝯſilium mentēqꝫ eripit ⁊ membra debilitat. Nec eſt ꝯtra qḋ phs dicit in lib. ethi. ꝙ timor facit homines ꝯſiliatiuos. q: hoc intelligitur quando eſt ratione regulatus quia timendo mala que poſſunt occurrere. inducit timor ⁊ ſollicitat ad cogitandum quō poſſit obuiari rationabiliter. Sic ⁊ Moyſes audiens ꝙ notū factum erat occiſio facta egyptij per eū: timens Pharaonē receſſit in madiā. q tn̄ nō timuit qn̄ oportuit pharaonē increpare. ſꝫ timor hūanꝰ q̄ ſcꝫ timetur perſecutio cruciatꝰ corporis mors ipſa ⁊ hmōi tollit libertatē mentis cū quis agit contra id quod dictat vel dictare debet ratio vt mala illa euitet. Hic timor inducit ad incantationes: ⁊ ſuperſtitiōes multas vt ſanetur corpus cum dānatione anime. xxvj. q. vij. non obſeruetis. Hic timor peruertit iudicia. Dicit enī beatus Grego. xj. q. iij. Quatuor modis humanum puertitur iudicium. ſcꝫ amore: timore: cupiditate: ⁊ odio. Hic timor tollit libertatē increpatiōis prelatorum quoad tyrānos. ꝯtra quos dicitur Jo. x. Mercenarius ⁊ qui nō eſt paſtor vidit lupum venientem ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit et diſpergit oues. Mercēnarius dicitur prelatus qui non habet curam de ſalute ouium: ſed de lana ⁊ lacte. Lupus veniens ideſt tyrannus vel hereticꝰ vel rapiens iura eccleſie. fugit mercennarius dum tacet prelatus: nec talibus reſiſtit. vt fecit Thomas cantuarīēſis. non timens mortem ſibi cōminatam ⁊ tandem illatam. Et beatus Ambro. non acquieſcens imperatori in dando ei vnam eccleſiam pro arrianis hereticis. vt patet. xxiij. q. viij. Conueniorꝫ prohibens Theodoſium ab ingreſſu eccleſie propter homicidia procurata. vt ſecunda. q. iij. cum apud theſſalonicam. Et ex eius timore carnali prelatorum multa mala ſequuntur in eis ⁊ ouibus. Hinc beatus Gregorius in paſto. Sepe rectores improuidi

res improuidi humana gratiam amittere for/
midantes loqui libere recta pertimeſcunt ⁊ iu/
xta veritatis vocem non tã gregis cuſtodie pa
ſtorum ſtudio: ſed mercennariorum vite deſer
uiunt ⁊c. diſtin. xliij. ſit rector. Hinc ⁊ Nicola/
us papa ait di. ea. Diſpenſatio celeſtis ſeminis
nobis cõmiſſa eſt. veh ſi tacuerimus. veh ſi nõ
ſparſerimus. Quod cum vas electionis formi
det ⁊ clamet. quãto magis cuilibet exiguo me
tuendum eſt. Non ergo timendũ ne dicatur.
Illic trepidauerunt timore ⁊c.

De timore naturali. Capitulum iiij.

Tertius ẽ timor na/
turalis. Conuenientius primo de/
bet poni. tum quia cõmunior eſt nõ
ſolum omnibus hominibus ineſt:
ſed etiam in brutis. Nam paſſiones ſunt ſub/
diti motus excitati in parte ſenſitiua: quã ha
bemus cõmunem cum irrationabilibus: ſed ꝑ
fectior eſt. quod etiam patet ad ſenſum. Nam
ſit eis cõminatio verberum ⁊ huiuſmodi. vt ti
mentes fugiunt. Tum etiã quia in alijs timo
ris ſpeciebus reperitur virtꝰ vel vitiũ in actua
li: ſed non in tali motu naturali cum non exce/
dit limites ſuos. Paſſionibus enim nec lauda
biles nec vituperabiles ſumus ſm phm in li.
Ethico. Et ratio eſt: quia non ſunt in noſtra po
teſtate. ſed preueniunt iudicium rationis ſubi/
to. Et ideo nec eis meremur vel demeremur.
De hoc timore poteſt intelligi illud ps. ij. Ser
uite domino in timore ⁊ exultate ei cum tre/
more. quem timorem naturalem habeatis vt
alias paſſiones nec vitare poteſtis vt tales mo
tus non ſuſtineatis que mala menti occurrunt
vt parata. ita tamẽ timeatis vt domino ſeruia/
tis. nec propter vitanda illa mala a domino et
eius obedientia recedatis. ⁊ ita trematis in ad
uerſis ꝙ ratione exultetis in domino. Uel ſic ita
ſeruiatis domino timendo eius punitionẽ ne
ſit ſeruilis talis timor. vt propter euitandã ſo
lum punitionem ſeruiatis ei. ſed exultate. ideſt
amore ⁊ cum gaudio bona propter eum facia
tis cum tremore reuerẽtie. Et quia ſaluator no
Timor in chri/ſto fuit ⁊ in no/bis aſſ ⁊ aſſ. ſter ſumpſit naturam noſtram humanam cum
omnibus proprietatibus eius naturalibꝰ que
defectum non important. Ideo ⁊ ipſe timorẽ
habuit naturalem. ſm illud Math. xxvj. Ce/
pit Jeſus tedere ⁊ pauere ⁊ meſtus eſſe. In hoc
tamen differentia fuit inter ipſum ⁊ nos: quia
cũ paſſio timoris vł alia exurgit in nobis forti
ter obũbrat aliquantulũ lumen rationis ⁊ ob
ſcurat. quod in chriſto non fuit: ſed ſemper ra/
tio ſereniſſima. In animabus ſeparatis dicit
eſſe timor. ſm illud Uirgilij. Hinc metunt cu/
piunt gaudentqꝫ dolentqꝫ. cum tamen ſenſiti/
uam non habeant: quia affixa eſt organis cor/
poreis quibus carent. nõ ꝙ proprie ſint in eis
ipſe paſſiones cum alteratione vt hic: ſed ſunt
motus voluntatis in eis ſimiles paſſionibꝰ mo
do ſuo. Diuerſe autem ⁊ auerſe opiniones fue
runt inter ſtoicos ⁊ peripateticos quorũ prin
ceps ariſtoteles fuit. Nã ſtoici dicebant timo/
rem ⁊ alias paſſiones non cadere in animo ſa/
pientis: ſapientem vocantes virtuoſum. Peri An ti/mor ca/dat in a[n]io ſa/pientis.
patetici autẽ aſſerebãt eas vtiqꝫ cadere in ſapi/
entẽ. ſed ab eis non deduci. i. non vinci: nec a
virtute diſcedere bea. Augu. autẽ in li. ix. de ci
ui. dei. c. v. dicit ꝙ illa cõtrarietas erat magis
verbalis ꝙ̃ realis. Nam ꝙ ſtoici dicebant non
cadere timorẽ. ⁊ alias paſſiones in animo vir/
tuoſi non intelligebãt de primis motibus paſ/
ſionũ. ſed de dñio earũ ſuper rationem. ideſt
ꝙ vincuntur a paſſionibus. Et ꝙ peripatetici
dicerent cadere eas in mentẽ virtuoſi: non in/
telligebant de dñio earũ in mente: ſed de pri/
mis motibus earũ proprius tamen loquebant
peripatetici. Et ꝙ ſic intelligerent ſtoici ponit
bea. Augu. exemplũ cuiuſdam phi ſtoici. Qui
cum pluribus alijs cum per mare nauigaret. tẽ
peſtate valida exorta ⁊ periculoſa. phs ille totꝰ
expalluit ex timore periculũ cernens. Cumqꝫ
ceſſaſſet tẽpeſtas mox vt ſecuritas prebuit col/
loquendi vel garriendi locum quidam ex illis
quos nauis illa portabat: diues ⁊ luxurioſus
cepit illudere phm illum ſtoicũ eo ꝙ extimuiſ
ſet ⁊ palluiſſet in ea tempeſtate cum ipſe diues
manſiſſet intrepidus. At ille ariſtippi ſocratici
rñſum retulit. Qui cum in re ſimili eadem ver
ba ab homine ſimili audiſſet. rñdit illum meri
to pro anima nequiſſimi nebulonis non fuiſſe
ſollicitum: ſe autem pro ariſtippi anima time/
re debuiſſe illoqꝫ depulſo: agellius qui nauiga
bat cum eis. queſiuit ab ipſo pho de cauſa pal/
loris cũ ſtoici aſſerant timorem ⁊ alias paſſio
nes non cadere in animo ſapientis. Tunc phs
prodidit de ſarcinula ſua librum epitecti ſtoici
in quo erãt decreta zenonis ⁊ criſippi. qui fue/
runt principes ſtoicorũ in quo habebatur nõ
eſſe in poteſtate hominis fantaſias. Uerum et
quãdo veniant in animo. ⁊ ex terribilibus fan/
taſijs neceſſe eſt animum moueri. ita vt pau/
liſper expaueſcat metu: vel triſtitia contra/
hatur tanquam his paſſionibus preuenienti/
bus rationis officium. ſed non aſſentiri eis.
hoc enim volunt eſſe in poteſtate noſtra ſcilicet
aſſentire vel diſſentire rationi. Idqꝫ eſſe diffe/
rentie inter ſapientem ⁊ inſipientem. ꝙ ſapi/
piens non cedit ⁊ aſſentit paſſionibus. ſed inſi/
piens. ideſt malus aſſentit: recedens ſcilꝫ a vir
tute per paſſionẽ timoris vel alis. Hec beatus
Augu. ix. lib. de ciuitate dei. ca. v.

¶ Ponit autem da- .§.i.

Sufficientia ſex ſpecierum timoris

maſcenus ſex ſpecies timoris ſcilȝ ſegniciem: erubeſcentiam. verecundiam: admirationem: ſtuporem: ⁊ agoniam. adde ſeptimam que eſt effectus exterior timoris ⁊ dicit tremor. Sufficientiam illarum ſex ſpecierū. ideſt quare tot ſunt aſſignat ſic beatus Tho. prima. ij. q. xlij. Cum timor ſit de malo futuro quod excedit poteſtatem timentis. vt ſcilicet reſiſtere non poſſit. Sicut bonum hominis ita ⁊ malum poteſt conſiderari: vel in opere eius vel in rebus exterioribus. In operatione hominis poteſt malū dupliciter timeri. Primo labor grauans naturam: ⁊ ſic cauſatur ſegnicies: cum ſcilicet quis refugit operari propter timorē excedentis laboris. Secundo turpitudo ledens opinionē. ⁊ ſic ſi turpitudo cauſatur id actu cōmittēdo. ſic eſt erubeſcentia: ſi ſit de turpi iam facto: ſic eſt verecundia. Malum vero quod in exterioribus rebus conſiſtit in triplici ratione poteſt excedere hominis facultatem ad reſiſtendum ei pro ratione ſue magnitudinis cum ſcilicet aliquis conſiderat aliquod magnū malū. cuius exitum conſiderare non ſufficit. ⁊ ſic eſt admiratio. Secundo ratione turpis conſuetudinis: quia ſcilȝ aliquod malum inconſuetum noſtre cōſiderationi offertur: ⁊ ſic eſt magnum noſtra reputatione. ⁊ hoc modo eſt ſtupor qui cauſat ex inſolita imaginatione. Tertio ratione improuiſionis. quia. ſ. preuideri non poteſt. ⁊ ſic futura infortunia timentur. ⁊ dicitur agonia. Tremor autem eſt effectus timoris ⁊ ab eo cauſat. Huius ratio eſt ſm bea. Tho. j. ij. q. xlij. quia in timore calor ab exterioribus ad interiora contrahitur. Remoto autem ab exterioribus calore qui membra cōtinebat remanent mēbra frigida. ⁊ propter hoc accidit in eis tremor. Tremor enim ex frigiditate cauſatur propter quod tremunt mēbra timentium ipſorum. Et primo tremit cor eo ꝙ in timore calor deſerit cor. Secundo tremuit vox propter vicinitatē arterie vocalis ad cor. Tertio tremit mandibula inferior propter continuitatē. Quarto ſequitur ſtrepitus dentium propter eandem rationem. Quinto brachia ⁊ manus. propter cōnectionē ad pectus. vbi eſt cor. tū qꝛ hec membra ſunt magis mobilia. propter quod in timentibus genua tremunt. ſm illud Eſa. xxxv. Cōfortate manus diſſolutas: ⁊ genua debilia roborate. dicite puſillanimes confortamini ⁊ nolite timere. Ecce deus veſter ipſe veniet ⁊ ſaluabit vos. Eſt etiam effectus timoris contractio virtutis naturalis ad interiora ⁊ inde coloris mutatio: vel in pallorem vel in ruborē: cū verecundat qs. Sȝ declaratio horꝫ vel multa alia de timore in ꝯtrū paſſio nālis hēs plene. ō in. j. pte. ti. vj. c. x.

¶ De iſtis ſeptē .§.ij.

modis timoris qui in ſe nō ſunt peccatū quo ad primos motus: qꝛ naturales. ſȝ quoad ſecūdos ſunt peccata vel merita. ſm ꝙ in eis rō negociatur dirigendo eos in malum vitij: vel in bonū virtutis habetur in ſacra ſcriptura. Nā ab vltimo inchoando qui eſt tremor dicit Eſa. Poſſedit tremor hypocritas. ⁊ in preſenti cū deteguntur eorū fallacie: ⁊ in morte cōſciētia remordente. ⁊ in damnatione inferni vbi dicit eſſe fletus ⁊ ſtridor dentium. Matth. xiij. qui eſt effectus tremoris. In bonum dicitur de tremore per Eſaiā. ſuper quē requieſcet ſpiritus meus: niſi ſuper humilem ⁊ quietum trementem ſermones meos. Et de Joanne baptiſta canitur cum chriſtum baptizauit. Baptiſta contremuit nec audet tangere ſanctū dei verticē: ſed clamat cum tremore. Sanctifica me ſaluator. ¶ De agonia dicitur Luce. xxij. de chriſto. Factus in agonia prolixius orabat. in qua ſta ſenſitiua eius exterrita eſt timore mortis ſibi. preſentate ꝙ factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram. Sed rationi timorem illū ſubſtrauit dicens. Non quod ego volo. ſ. ſm inſtinctū naturalem ⁊ ſenſualē qui horrent mortem: ſed ſicut tu. Unde ⁊ ſurgens ab oratione nō fugit: ſed obuiam proceſſit proditori. Ad hanc agoniā veniēs Suſanna vxor Joachim. cum duo illi ſenes inueterati dierū malorum ſollicitabant eam ad adulterium cū eis perpetrandum cōminando ei ſi non aſſentiret: diffamationem ⁊ mortē. ait. Anguſtie michi ſunt vndiqꝫ ⁊ quid eligam ignoro. Si enim hoc egero mors. ſ. aie michi eſt. Si nō egero nō effugiam manus veſtras qꝛ me accuſabitis. Et ſubito in hac agonia poſita ſubſtrauit timorē inſanie ⁊ mortis rationi dicens. Uerumtamē melius michi eſt abſqꝫ opere ſcilicet peccati incidere in manus veſtras ꝙ delinquere in conſpectu dei mei. Dañ. xiij. ca. Sicqꝫ exclamauit ſuccurſum. Et licet illi ſenes incuſaſſent deus mirabiliter liberauit eam a morte: vt ibi patꝫ. In illa agnonia poſite alie mulieres quas predicti ſenes incitabant ad malum ſubmiſerunt rationem timori ſcilicet aſſentiēdo illis ne diffamarent ⁊ accuſarent eas timendo. Unde eis dixit Daniel quando examinauit. Sic faciebatis filiabus iſrael ⁊ ille timentes loquebantur vobiſcum ſcilicet aſſentientes concupiſcentijs veſtris. ¶ De ſtupore dicitur de iudeorū populo vel anima peccatrice. Hieremi. v. Stupor ⁊ mirabilia facta ſunt in te. ideſt ea que ſūt cauſa ſtuporis ſcilicet in tua duritia ex acceptis beneficijs: ⁊ impunitione de tuis maleficijs. Et

De agonia.

De ſtupore.

proút in malū accipitur Eccl'ſ.vij.dicitur. Nō ſapias plus ꝙ̄ neceſſe eſt.ne obſtupeſcas. ideſt non ita curioſe te habeas inueſtigando: vt ex imaginatione inſolitorum deficias a veritate. Et Job.xij. Adducit dominus conſiliarios in ſtultum finem ⁊ iudices in ſtuporem vt neſciant prouidere. In bonum autem ſumitur Luce.v. vbi dicitur de Petro poſtquam cepit vno iactu retium multitudinem copioſam piſciū ita vt implerentur ambe nauicule. Stupor circundederat eum in captura piſcium. Et chriſtus ei dixit. Noli timere ⁊c̄. ¶ De admiratione dicitur primo. Jo.3.iij. Nolite mirari ſi odit vos mundus. ita ſcilicet vt timore mundialiū perſecutionum deficiatis a fide. Et Apocalyp. xvij. Ipſe Joannes dicit ſe miratum fuiſſe magna admiratione cum vidit illam mulierē ſedentem ſuper beſtiam coccineam habentē capita ſeptem ⁊ cornua decem babylonem dictā que aſcenſura erat de abyſſo. ⁊ ibit in interitū ⁊ mirabantur omnes inhabitantes terram: videtes beſtiam que erat ⁊ non eſt ⁊c̄. Et de pilato cum chriſtus ei non reſponderet ad ea que ſibi falſo obijciebantur a iudeis. dicitur Mathei.xxvij. capitu. ꝙ mirabatur preſes de eius taciturnitate quaſi deprehendens innocentiā ⁊ patientiam eius ⁊ decernens dimittendum. Sed cum audiuit iudeos dicentes. Si hūc dimittis non es amicus ceſaris. tunc magis timuit. Jo.xix. Timuit enim diſplicere imperatori terreno. ⁊ propterea dedit iniquam ſniā.

De admiratōne.

¶ De verecundia ⁊ erubeſcentia que frequenter ſumūtur alterum pro altero. licet differant vt dictum eſt. beatus Ambro. ait. Verecundia ingenuos prodit natales. diſt. lxxxvj. cōſiderāda. ps. xliij. Tota die verecundia mea corā me eſt. ſ. de commiſſis peccatis. Et Job. Si erubui peccata mea in cōſpectu populi cōfiteri. quod intelligēdū eſt de his que publica ſunt ⁊ in iudicio dicenda. Erubeſcentia quidem eſt timor de turpi cōmittendo. Verecundia de cōmiſſo vt dictum eſt. Cum igitur quis ita erubeſcit de aliquo bono opere faciēdo timens irrideri vel minus reputari bonus vel ſapiens. vt propter hoc bonū ipſum dimittat vtiq̄ peccat. Sicut multi erubeſcunt videri facere confeſſionem. Vel interrogare que ignorant ⁊ addiſcere. vel predicare vel reprehendere cum debent vel dicere in confeſſione integre peccata turpia ⁊ huiuſmodi. Contra quos dicitur Lu.ix. Qui me erubuerit ⁊ ſermones meos. hunc filius hominis erubeſcet corā angelis dei. Et beatus Augusti. de peni. diſt. v. capi. j. Caueat peccator ne verecundia ductus diuidat confeſſionem. hoc enim eſt ad hypocriſiū tendere ⁊ ſemper venia carere. Econtra de his qui non erubeſcunt peccare. dicitur Hieremi.iij.c. Frons meretricis facta eſt tibi: erubeſcere neſciſti. Et iterum. Cōfeſſione non ſunt confuſi ⁊ erubeſcere neſcierunt. Hinc beatus Bernar. in ſermone. O nimia inſania hominum. pudet ſordes abſtergere: non pudet contrahere: pudet ablui. ſcilicet per confeſſionem ⁊ non pudet inquinare. Abſtergitur caliga contēnitur anima. Multū autem valet verecundia in cōfeſſione ſi tamē habeatur principaliter reſpectus ad dei offenſā. ⁊ non tm̄ ad reſpectum perſone audientis. Unde ⁊ quanto perſone ad cuius conſpectum magis erubeſcit confitetur. tanto maiorē inde fructum conſequitur. ſeipſum vincendo ad totū exprimendum. Unde beatus Auguſti. de peniten. diſt. v. c. j. ait. Quoniam erubeſcētia magna eſt pena: fit dignius venia qui pro chriſto erubeſcit. ſcilicet confitendo peccata. ¶ De ſegnicia que idē eſt quod pigritia propter quā quis ſe tardat vel ſubtrahit ab opere bono: timendo laborem nimium: vel deficientiam in eo. ⁊ cōmuniter in defectum vitij ſumitur. vnde ⁊ Mathei.xxv. dicitur de ſeruo malo ⁊ pigro qui talentum ſibi cōmiſſum ad negociandum non expoſuit exercitio: timens ne illud perderet cōdemnatus fuit. nec acceptata eſt excuſatio eius cum dixit. Ecce talentū quod habui in ſudario repoſitum. Timui enim te. quia homo auſterus es. ſcilicet ne illud amitterē illud exponendo. ⁊ tu exigere velles amiſſum. Contra huiuſmodi ſegniciē ſeu pigritiā multum inuehit Salomon in prouerbis. prouer. vj. Uſq̄quo piger dormis quando conſurges a ſomno tuo. Et iterum dicit piger. Leo eſt in via occidendus ſum ⁊ huiuſmodi. Sancti tamen viri vtuntur in bonum iſta ſegnicie videlicet ſubtrahētes ſe ab aliquibus operibus. etſi in ſe bonis: tamen periculoſis ⁊ diſtractiuis ⁊ honorem ⁊ laudem continentibus. timentes deficere in eis ⁊ deū offendere. Sicut beatus Greg. papa Ambro. Augu. Martinus cū fuerūt vocati ad prelaturā ⁊ preſulatū. demū vidētes ſe a dn̄o vocari acquieuerūt. Exemplū ēt in Moyſe cū dn̄s voluit eum ad Pharaonē mittere ⁊ ſe excuſauit. Exo. iij. Et in Hieremia cum dn̄s miſit eum ad predicandum ſe excuſauit. Hiere. j. timens ſm̄ Grego. amittere ex hoc lucra cōtemplationis. tandem vterq̄ obediuit. In malum aūt vtuntur tali ſegnicie prelati qn̄ ex timore ſe ſubtrahunt vel tardant debitā reprehenſionē. vnde bea. Augu. Cū eis p quos eccleſia regitur adeſt pace ſalua poteſtas diſcipline aduerſus improbos ⁊ nephario exercēde. tunc neq̄ ſecordia neq̄ ſegnicia dormiamus. ſed aculeis preceptorum que ad ſeueritatem coertionis pertinent excitādi ſumus. Nec

De verecundia et erubeſcentia.

De ſegnicie que accipit in bonū ⁊ in malum.

patientie no(m)i(n)e torpeſcamus. nec obtētu diligē tie ſeuiamus. Hec ille. xxxiij. q. iiij. quidam.

¶ Notandum .§. iij.

Iuſtus cōparatur leoni p[ro]pter vij. que timet.

Iuſtus autez q(uam)q(uam) quis dicatur de iuſto prouerb. xxviij. Iuſtus quaſi leo cōfidit. Et de leone cui aſſimilatur iuſtus dicatur Prouerb. xxx. Leo fortiſſimus beſtiaruz ad nullius pauebit occurſu. Tamen ſ(ecundu)m naturales. et Iſidorum ſeptez ſunt que leo naturaliter timet. ſ. ſtrepitum rotarū: ignē: quoddam animalia quod dicitur lazaym a cuius ferocitate nulla beſtia poteſt eſſe tuta. item quoddam aliud animal quod dicitur leorofilius. de cuius carnibus comedens leo toxicatur a venatoribus et occidit leo. vnde illud animal maxime odiunt leones et ſi poſſunt ipſum inuenire occidunt: quia paruum eſt. nec tamen inde guſtant. Quinto timet leo īgenia et artificia venatorum. vt pedicas: chordas: et h(uius)mōi: et iō cauda delet veſtigia ſua ne inueniantur vie ei(us) vbi ei parentur laquei. ¶ Sexto timet leo cuſtodis ſui flagella: cum. ſ. eſt paruus. Ducit enī cuſtos eius ſecum catulum quem verberat etiam innoxiuz in preſentia leonis: vt diſcat timere. ¶ Septimum quod timet leo eſt ſtrata publica. Ita et electi dei. licet non timeant timore mundano: humano vel etiam ſeruili quecūq(ue) grauia vt a veritate recedāt: timent tamen et timorem naturalem qui eſt de malo futuro quo vt leo vtuntur et conuertunt in bonum in ſeptē rebus. ¶ Primo timent ſtrepitum rotarum. Rota qui voluitur continue ex qua reuolutione id quod eſt ſupra deſcendit ad ima et econuerſo: ſignificat dignitates: honores: et proſperitatē tēporalē: que appellant bōa fortune: que ſūt in magna mutatione frequenter. Nā de carcere et cathenis interduz quis egreditur ad regnum: et alius in regno natus conſumitur inopia: vt dicitur Eccſe. iiij. Unde fortuna pingitur in forma rote: in qua vnus eſt ſupra: alius īfra. iuxta illud. Dat varias fortunas vices. Et Boetius de ph(ilosoph)ica conſolatione. Hunc ludum continuuz ludimus: ſumma imis infima ſummis mutare gaudemus. Strepitus rotaruz eſt tumultus et occupatio dignitatum. Electi igit(ur) etſi leones fortitudine: tamen timent poni vel ſe reperire in dignitatibus. tum propter piculum incurie. Unde beatus Aug. de preſidente inquit. Timore coram deo ſubſtratus ſit pedibus veſtris diſciplinam libens habeat: metuēdus imponat. Et q(uam)uis vtrunq(ue) ſit neceſſariuz. ſ. amari et timeri p(re)latū a ſubditis: tū amari magis a vobis appetat q(uam) timeri. ſemper cogitās deo ſe pro vobis redditurum eſſe rationem. Et q(uan)to in loco ſuperiori: tanto in periculo maiori verſatur. hec ille. Ecce vnde habz timere. Un(de) et Saul cuz eſſet melior in iſrael: et ſciret ſe eligenduz in regez ex dei reuelatione non comparuit ſed ſe in domo abſcondit. j. Reg. x. Timent etiam ſancti dignitates et proſperitatez habere ne forte deus velit eos hic de bonis operibus remunerare. ¶ Secundo timent ignez purgatorij et inferni. licz non timore ſeruili: vt ſcilicet propter hoc principaliter caueant a malis. In multis eniz cognoſcunt ſe offendiſſe vel mortaliter vel ſaltez venialiter. De leuibus autē culpis dicit beatus Gregorius. Ante diez iudicij purgationis credendus eſt ignis diſtin. xxv. qualis. De quo apoſtolus. j. Cor. iij. Siquis ſuperedificauerit ſuper hoc fundamentū ſcilicet fidei viue lignuz: fenuz: ſtipulam: ipſe ſaluus erit. ſic quaſi per ignez ſcilicet tranſiens purgatoriū hic non purgatus. De mortalibus dicit beatus Auguſtinus. Siquis aliquod horuz in ſe dominari cognouerit. ſi ſe hic non emendauerit: eterna illa flāma cruciabit diſt. ca. §. alij et quāuis electi dei multuz doleant et penitentiam egerint de cōmiſſis: ignorant tamen ſi vnquaz dolor contritionis fuit in eis. propter qđ dicitur Eccli. v. De propitiatu peccatoruz noli eſſe ſine metu. Et in vitaſpatruz legitur q(uod) interrogatus Macharius quare erat ita ſiccus et macillentus quando comedebat ſicut quando ieiunabat. Reſpondit per exempluz dicens. ſicut ligna que verſantur et reuerſantur in igne paulatim conſumuntur. ita qui mentez ſepe retinet i timore domini recogitādo ſcilicet ignē futuruz conſumitur. ¶ Tertiū quod timet leo eſt lazaym: a(n)i(m)al ferociſſimuz: ante quod nulla via eſt tuta. quod ſignificat chriſtuz: quez etiaz iuſtiſſimus timet: quia iudex venturus in particulari iudicare aiaz: et demuz in vniuerſali iudicio oēs. Ad Heb. x. c. Horrenduz eſt incidere in manus dei viuentis. propter quod timēs dauid quez dn̄s ſ(ecundu)z cor ſuuz elegerat: orabat dicens. Non intres in iudiciuz cū ſeruo tuo dn̄e quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Ego (ait Hierony.) quotiens diem illum conſidero. totus contremiſco. Et in ſequētia canit eccleſia. Quantus tremor eſt futurus ſcilicet omnibus: quando iudex eſt venturus cuncta ſtricte diſcuſſurus. et Beatus Gregorius. Neſcimus quis in terribili dei iudicio qualis futurus ſit. Nam multa ſunt que de illius iudicio homines ignorāt. quia fortaſſis quos vos laudatis: ille reprehendet. et quos vos reprehenditis. ille laudabit. xj. q. j. ſacerdotibus ¶ Quartum quod timent iuſti eſt peccatum et ſignificatur per animal quod intoxicat. Animal irrationabile eſt: quia ſine ratione ſit peccatuz. Et vt dicitur in li. Sap. xvj. Per malitiā homo occidit animam ſuam. Ueniale autem

ad mortale diſpōit.Uñ ⁊ Eccli.xxj.d̄r Quaſi a
facie colubri fuge peccatū.q2 eniȝ timet homo
ne coluber intoxicet eum ⁊ occidat.ideo fugit
ante eū.Ita ⁊ iuſtus homo timet ⁊ vitat ea vbi
poteſt eſſe peccatuȝ.Propter quod dicit Greg.
ꝙ bonarum mentium eſt ibi culpam agnoſce/
re.ideſt timere vbi culpa non eſt.diſtin.vj.ad
eius.Et beatus vir qui ſemꝑ eſt pauidꝰ. qui
vero mentis eſt dure.ideſt non timens pericu/
la peccatorum corrueret in malum.inquit Sa/
lomon Prouer.xxviij.Ego(ait Hiero.)omnia
tuta timeo.Et precipue cum cernunt electi dei
viros famoſos in ſanctitate ruere:magis ti/
ment ſibiipſis.vt Dauid ſalomonem:Ezechiā:
Moyſen:⁊ Aron:Judam.Sauleȝ:Origenē:
Heraclium imperatorem.⁊ hmōi.Horum ca/
ſus(vt ait diūs Gre.i moral.)vtilitate nō modi
ca electorū ꝓuectibꝰ ſeruit:q2 illorum lapſum
dum conſpiciunt de ſuo ſtatu contremiſcunt.
diſcunt enim in ſuperni adiutorij protectione
confidere.dum pleroſq3 conſpiciunt de ſuis vi
ribus cecidiſſe.de pe.diſt.ij.qui ſeduci.Quiſo
timet leo inſidias venatorum ⁊ laqueos:⁊ hu
iuſmodi.Sic iuſti laqueos tentationuȝ ne ſub
ſpecie boni decipiant eos.Unde dicitur Eccli.
ij.Fili accedens ad ſeruitutem dei ſta in iuſtitia
⁊ timore:⁊ prepara animam tuam ad tentatio
nem.Hiero.contra Jouinianum.Edificemus
aurum ⁊ argentum ⁊ lapides precioſos.i.opa
perfectionis varia.⁊ tentare non audebit quē
q3 ⁊ in hoc certe non ſit ſecura poſſeſſio.Sedet
quippe leo.i.diabolus in inſidijs ⁊ in occltis
vt interficiat inocētem.de pe.diſt.ij.ſi eni.Nec
eſt contra quod ait ps.Dominus illuminatio
mea ⁊ ſalus mea quem timebo.q.d.nulluȝ.Do
minus protector ⁊c.Si conſiſtant aduerſum
me caſtra ⁊c.hoc enim intelligitur coniunctiȝ:
dum .ſ.quis illuminatur ⁊ protegit a gratia
domini.Sed quia liberum arbitrium eſt verti
bile ad malum:⁊ poteſt ſe a deo auertere:ideo
ait apoſtolus Rom.xj.c.Noli altuȝ ſapere:ſed
time.Timent inſuper ſancti viri:precipue re/
ctores ⁊ doctores eccleſiarum infirmitati ſpiri
tuali proximorum vel ſubditorum:ne deficiāt
in tentationibus vel tribulationibus a via ve/
ritatis.Unde apoſtolus ad Gal.iiij.Dies, ob/
ſeruatis ⁊ menſes ⁊ annos:timeo ne forte fru/
ſtra laborauerim in vobis.℃ Sexto timet iu/
ſtus cōminationes quas facit in ſcripturis de/
us contra malos:vel etiam cum videt ⁊ inocē/
tes grauiter affligi ex leuibus cauſis.Sicut to
biam ⁊ iob ⁊ martyres ⁊ ſanctum Joannnem
Baptiſtam ad ſaltum puelle decapitari.Pe/
trum ⁊ paulum principes apoſtoloruȝ neronis
no gladio occidi:⁊ huiuſmodi.℃ Septimum
eſt ſtrata publica.ſ.mortis.Omnes enim mori
mur ⁊ ſicut aqua dilabimur que nō reuertitur.
ij.Regum.xiiij.Unde cum quis moritur dici/
tur viaȝ vniuerſe carnis ingreſſus.Et ſic ē ſtra
ta publica.Eſt autem mors ſm philoſophum.
vltimum terribilium.quam etiam naturaliter
ſancti timēt.Unde ⁊ Paulus qui deſiderabat
diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto:ne nimis timeret pe/
tijt a Plautil la diſcipula cum duceretur ad lo
cum decapitationis velū capitis:quo oculos
tegeret cum ictum ferientis exciperet ⁊ accepit.
Et per talem penam timoris ſancti viri ſi quid
reſtat purgandum emundatur.Unde in vitaſ.
fratrum.Cum quidaȝ deuotus frater fama ſan
ctitatis celebris in morte multum timorem et
horrorem oſtendiſſet.propter quod aliqui du/
bitabāt de pene vel glorie retributione ipſius.
Poſt mortem apparens cuidam ſuo familia/
ri in habitu ſplendido inſinuans ſe in gloria
eſſe:interrogauit eum quare tantum terrorem
oſtendit in fine.Qui reſpondit.Neſcis ſcriptū
eſſe.ſcilicet Job penultimo.Territi purgabun
tur.Aliquando etiam ad roborandū animū
⁊ conſolandum contra hunc timorem deus cō
ſolationem immittit per angelorum apparitio
nem vel alium modum.℃ Legitur in vitaſpa Exem/
trum ꝙ cum quidam ſanctus vir deſideraret plum.
videre quomodo anima iuſti egrederetur de
corpore:fuit ſibi per hunc modum oſtenſum.
Cum ſemel tranſiret per quandam plateam vi
dit quendaȝ peregrinum iacentem infirmum
ad extrema deductum:⁊ ab omnibus dereli/
ctum.Sed angelos de celo deſcendētes ad euȝ
conſolandum ſicut ⁊ de paupere Lazaro legit
in euangelio.Michael autem a dextris eius
erat ⁊ Gabriel a ſiniſtris:qui rogabant animaȝ
vt ex dei precepto de corpore egrederet.Que
timebant corpus relinquere.⁊ rogauit ange/
los vt pro ſe dominū interpellarent adhuc ma
nere in corpore vt melius deo ſeruiret.Micha
el autem dicebat ad Gabrielem.Accipe huius
animam vt egrediamur hinc.Qui reſpondit.
Juſſi ſumus vt ſine dolore ⁊ violentia eaȝ edu
camus.Querebant ergo a domino quid agen
dum eis pro ſuaui egreſſione ipſius.Tunc mi
ſit dominus Dauid cum cythara ſua ſeu pſal/
terio ⁊ cātoribus patrie celeſtis.Ad cuius pul
ſum ⁊ cantum ſuauiſſimum aīa ſubito exiliuit
a corpore ⁊ cū gaudio in celuȝ eſt recepta.

℃ Notandum ꝙ .§.iiij.

in diabolo ⁊ membris eius eſt intimiditas er Timidi/
ga deum procedens ex ſuperbia.ſicut in chri tas vñ
ſto ⁊ membris eius ſcilicet electis eſt timor do oritur.
mini ex humilitate procedens ⁊ ad ipſam ten/
dens.Et hoc pulchre ⁊ diffuſe oſtendit Grego.
rius in.xxxiiij.moral.tractās illud Job penul/

timo. Factus eſt vt nullū timeret. Omne ſub/
lime videt. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſup
bie. De chriſto autem dicitur Eſa. xj. Replebit
eum ſpiritus timoris domini. qui ait Matth.
xj. Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis cor/
de. Et Matth. x. Ita vobis dico hūc timete ſci
licet deum non mundum. Dicit ergo Beatus
Grego. vbi ſupra ſic per naturam factus eſt le/
uiathan vt conditorem ſuum caſte timere de/
buiſſet timore ſcilicet ſobrio ⁊ ſecuro: nō timo
re quem foras charitas mittit: ſed timore qui
in eternum permanet: quē charitas generat.
Aliter enim timet coniugem vxor amans. Ali
ter timet dominum ancilla peccans. Sic ergo
iſte fuerat conditus vt timeret auctorem ſuū:
⁊ amans timeret: ⁊ timens amaret. Sʒ ſua pra
uitate talis factus eſt vt nullum timeret. Et enī
a quo conditus erat ſubeſſe deſpexit. Ita enim
deus ſuper omnia eſt: vt ipſe ſub nullo ſit. Le/
uiathan ergo iſte eius celſitudinem videns pra
uam libertatem appetijt: vt preeſſet ceteris et
nulli ſubeſſet dicens. Aſcendam ſuper altitu/
dinem nubiū ⁊ ſimilis ero altiſſimo cuius eo
ipſo ſimilitudinem perdidit quo ei eſſe ſimilē
ſuperbe in culmine optauit. Celſus itaqʒ vere
eſſet ſi participatione vere celſitudinis conten
tus fuiſſet. ſed dum priuatam celſitudinem ſu
perbe appetijt iure perdidit participatā. Re/
licto enim eo cui debuit inherere pricipio: ſuū
ſibi appetijt quodammodo eſſe principium. re
licto eo qui vere ſibi ſufficere poterat ſi ſibi ſuf
ficere poſſet indicaret. Nam quem exultabat li
bera ſeruit⁹ deiecit captiua libertas: qua liber
tate nunc vt nullum timeat. effrenatur. Sed ip
ſa grauiter effrenatione reſtringitur. Super/
no enim iudicio omnia preordinante vinxit il
lum libertas quam appetijt: quia nunc omni/
no non timens omnibus penis ſubiacet. qui
elementis quoqʒ ſupereſſe poterat. ſi vnū quē
debuit timere voluiſſet. Unum vtiqʒ timens
omnia poſſideret. qui nunc vnum non timens
omnia perdidit. Factus eſt ergo vt nullū time
ret. nullum ſcilicet quia nec deum. Sed hoc ꝙ
paſſurus eſt metuit. cui vtiqʒ felicius eſſet timē
do vitare ſupplicia ꝙ̄ non timendo pati. Et qr
ius queſite poteſtatis nō obtinuit: quaſi quod/
dam ſuperbie ſue remedium inſaniam inſenſi
bilitatis īuenit. Cuius adhuc ſuperbia ſtudio/
ſe deſcribitur cum ſubditur. Omne ſublime
videt. id eſt omnes quaſi infra ſe poſitos de ſub
limi reſpicit: quia dum per intentionem cōtra
auctorem nititur eſtimare ſibi quelibet ſimilē
dedignatur. Quod apte etiam membris eius
conſtruit: quia omnes iniqui per timorem cor
dis elati. omnes quos cernūt ſuperbie faſtu de
ſpiciunt. Et ſi quando foris venerantur. intus
tamen in ſecreto cordis vbi apud ſe ſua puta/
tione magni ſunt: omnium ſibi vitam meritū
ꝙ poſtponunt. Contra quos per prophetā di/
citur. Ueh qui ſapientes eſtis in oculis vris: et
coram vobiſmetipſis prudētes. Et infra: Hoc
autem proprium electorum eſt ꝙ ſe ſemp ſen/
tiunt infra ꝙ̄ ſunt. Unde Salomon ad ſapien/
tiam paruulos vocat dicens. Si quis paruulus
eſt veniat ad me. Et chriſtus Matth. xj. Confi/
tebor tibi domine pater celi ⁊ terre. quia abſcō
diſti hec a ſapientibus ⁊ prudentibus ⁊ reuela
ſti ea paruulis. Et apoſtolus ad Philippen. ij.
Superiores ſibi inuicem arbitrantes. Sed hāc
humilitatis formā reprobi: quia leuiathā hu/
iuſmodi membra ſunt vel agnoſcere vel tene/
re contemnunt. Quibus ſepe accidit. vt ſi quā/
do vnum quodlibet bonum vel minimū agāt
a malis omnib⁹ ſuis reſpectu mētis mox auer/
tant atqʒ hoc vltimum bonum qđ fecerint ſem
per bona intentione inſpiciant. ⁊ ex eo quaſi ſe
aſpiciunt obliti malorum omnium que cōmi/
ſerunt. Sicut euenire ecōtra electis ſolet: vt cū
multarum virtutum gratia polleant. vnū eos
vel tenue vitium nimis fatigans pulſet quate
nus dum ex quadam parte ſeſe confirmari cō/
ſiderant. de hiis viribus in quibus preualēt ſe
non extollant: dūqʒ de infirmitate timent hoc
quoqʒ vbi fortes ſunt humilius ſeruant. Om
ne igitur ſublime leuiathan videt: quia non ſo
lum per ſe: ſed per corda que ceperit ꝙ̄ſi de ſub
limi omnes inferius deſpicit. Dicitur autē de
mon per beſtiā ſignatus ſublime videre quia
cordis ſuperbia dum foris que ad corpus oſtē
ditur prius per oculos indicatur. ¶ Ut autē
leuiathan in omnibus que dicta ſunt caderet
ſola ſe ſuperbia pretulit. Et ideo ſubditur. Ip/
ſe eſt rex ſuper omēs filios ſuperbie. Neqʒ enī
per tot ramos illo vitio areſceret: niſi per hanc
in radice putruiſſet. Scriptum eſt enim. Initi
um omnis peccati ſuperbia. alia quippe vitia
eas ſolūmodo virtutes impetunt quibus ipſa
deſtruuntur vt ira patientiā caſtrimargia ab
ſtinentiam. libido continentiā expugnat. Su
perbia autem quam viciorū radicē diximus. De effe
non vnius virtutis extinctione contenta cōtra ctu ſu/
omnia mēbra anime ſe erigit. ⁊ quaſi genera/ perbie.
lis et peſtifer morbus corrumpit omne cor/
pus. vt quicquid illa inuidente agitur etiam
ſi eſſet virtus oſtenditur. non per deo ſed vane
glorie ſeruiatur. Quiſquis in ſe eius tyrānidē
captiua mente ſuſceperit hoc primū damnū
patitur. quo clauſo mentis oculo iudicij equi/
tatem perdit. Nam omnia que ab alijs vel be/
ne geruntur diſplicent. ⁊ ſola ei que vel praue
egerit placent. Semper aliena opera deſpicit.
Semper miraẗ qđ agit. ⁊ quicqd egerit egiſſe

ſe ſingulariter credit. Et ad tantam elationem
mens ducitur aliquando. vt in eo qđ timet in/
terius per locutionis oſtenſionez effrenat. Exē/
plum ponit Nabuchodonoſoꝛ cum ait. Nōne
hec eſt babylon magna quaʒ ego edificaui. ⁊c.
Dan. iiij. ¶ Sed ſciendū ꝙ ipſa ſuperbia quā
timoꝛ domini humilides mentez proſternit ali/
ter rebus infimis ⁊ terrenis tentat: aliter ſum/
mis ⁊ celeſtibus virtutibus. Et aliter prepoſi/
tos aliter tentat ſubditos prelato enim in cogi
tatione ſuggerit. quia ſolo vite merito ſuper ce
teros excreuerit. ⁊ ſi quando ab eo aliquando
bene acta ſunt aliqua. Hec impoꝛtune eius ani
mo obijcit. Et cuʒ hec deo ſingulariter placuiſ
ſe inſinuat. quo facile ſuggeſta perſuadeat. ip/
ſa ad teſtimoniuʒ poteſtatis tradite retributio
nez vocat dicens. Quia niſi omnipotens deus
te melioꝛez his omnibus cerneret. omnes hos
ſub tuo regimine non dediſſet. eiuſqʒ mentem
mox erigit ⁊ viles ⁊ inutiles eoſqʒ qui ſibi ſūt
ſubiecti oſtendit. At contra cuʒ ſubiectoꝝ coꝛ/
da ſuperbia inſtigat hoc ſummopere agere ni
titur vt ſua acta ꝯſiderare funditus negligāt.
⁊ ſemper tacitis cogitationibus rectoꝛis ſui iu
dices fiant. Et dum in eo quod reprehendere
impoꝛtune reſpiciunt. in ſe quod coꝛrigāt atro
cius nunqȝ vident. Unde ⁊ tanto atrocius pe/
reunt quanto a ſe oculos auertunt. Equidē pec
catoꝛes ſe aſſerunt: nec tamen tm̄ vt tam noxie
in regimine perſone: traderentur. Et duʒ eius
actus deſpiciunt ⁊ ipſa pꝛecepta contēnunt. ad
tantaʒ inſaniaʒ deuoluuntur. vt deū res huma
nas curare non eſtiment. qꝛ ei qui quaſi iure re
prehendit: eſſe ſe cōmiſſos dolent. Sicqʒ cum
contra rectoꝛez ſuperbiunt. etiam contra domi
ni iudicia tument. Et duʒ paſtoꝛis vitaʒ diiudi
cant: ipſius quoqʒ ſapientiaʒ omnia diſponen
tis impugnant. Sepe autez rectoꝛis ſui dictis
pꝛoterue obuiant: ⁊ tandez vocis ſuperbiaʒ li/
bertatem vocant. Nam ſicut quidam reticent
ex metu. ⁊ tamē ſe tacere ex humilitate putāt.
ita ⁊ quidaʒ loquuntur per impatientiā elatio
nis. ſed loqui tamen ſe credunt per libertatem
rectitudinis. Et infra de conditionibus malis
⁊ effectibus ſuperbie ait. Soli ruine creſcit qđ
edificant qui ante molam ſabꝛice humilitatis
fundamenta non pꝛocurant. ad quaʒ ſcilicet in
citat timoꝛ. ¶ Quod oſtendimus ab intimis
ſi paucis in exterioꝛibus pꝛodamus. Omni//
bus enim apud ſe ſuperba cogitatione tumen
tibus ineſt clamoꝛ in locutione: amaritudo in
ſilētio: diſſolutio in leticia. furoꝛ in meroꝛe: in/
honeſtas in actu: honeſtas in imagine: erectio
in inceſſu: rancoꝛ in reſponſione. Hoꝛum mēs
ſemper eſt ad irrogandas contumelias valida
ad patiendum infirma. Ad obediendū pigra.
ad laceſſendos alios impoꝛtuna. Ad ea ꝗ age/
re debet ⁊ preualet toꝛpida. ad ea que agere nō
debet nec preualet parata. Nec in eo qđ ſponte
non cupit: nullis admonitionibus flectit͛. Ad
hoc autem quod etiaʒ cupit querit vt cogatur.
quia dum timet ex voto ſuo vileſcere optat viʒ
in ſua voluntate pati. Et. j. de remedijs ſuper/
bie. Qui de rebus tempoꝛalibus ſuperbiūt: au
diant illud Eſa. xl. Omnis caro fenū ⁊ omnis
gloria eius quaſi flos feni. Audiant qui ſuper ſ. parte
biunt de ſpiritualibus quod dicitur de facien ij. ti. iij.
tibus miracula Math. vij. Neſcio vos. Diſce ca. ij.
dite a me operarij iniquitatis. Audiant qui ſu
perbiunt de prelatione. Rectoꝛez te poſuerunt
noli extolli: ſed eſto ſicut vnus ex illis. Et illud
Luce. xvj. Recordare quia recepiſti bona in vi
ta tua. Audiant ſubditi ſuperbiētes ꝯtra ſuos
prelatos. Obedite pꝛepoſitis veſtris: ⁊ ſubia/
cete eis ⁊c. Et illud. Non eſt ꝯtra nos murmur
iſtud ſed cōtra dominuʒ. Et illud apoſtoli Ro.
xiij. Qui poteſtati reſiſtit dei oꝛdinationi reſi/
ſtit. Audiant ſimul omnes. Deus ſuperbis reſi
ſtit humilibus autem dat gratiaʒ. Et alibi dici
tur Eccli. x. Quid ſuperbis terra ⁊ cinis? Con/
tra huiuſmodi languoꝛis peſtem: audiamus
omēs quod dominus dicit. Diſcite a me quia
mitis ſum ⁊ humilis coꝛde. Ad hoc enim inui
ſibilis dei filius non ſolum viſibilis: ſed etiam
deſpectus apparuit. ad hoc contumelias ⁊ irri
ſiones ⁊ paſſionū cruciatus tolerauit. vt ſuper
buʒ non eſſe hominē doceret ⁊ humilis deus.
Quanta ergo humilitatis virtus eſt ꝓpter quā
ſolam veraciter edocendaʒ is qui ſine extermi/
natione magnus eſt vſqʒ ad paſſionem factus
eſt paruus. quia eniʒ oꝛtum noſtre perditionis
ſe pꝛebuit diabolus: inſtrumentuʒ redemptio/
nis noſtre inuēta eſt humilitas dei. Hoſtis eni
noſter inter omnia conditus: videri ſe ſup oīa
voluit elatus. redēptoꝛ noſter magnus manēs
ſuper oīa: fieri inter oīa dignatus eſt paruus.
Sʒ magis elationis rē detegimus ⁊ fundamē/
ta humilitatis aperimus: ſi breuiter dicamus
qđ mōtis auctoꝛ: qđ vite ꝯditoꝛ dicat. Ille ait.
In celū ꝯſcendā. Iſte p ꝓphaʒ inquit. Repleta
eſt malis aīa mea: ⁊ vita mea in iferno appꝛo/
pinquauit. Ille dicit. Super aſtra dei exaltabo
ſolium meū. Iſte ait humano generi a paradi
ſo expulſo. Ecce vēio ⁊ habitabo in medio tui.
Ille dicit. Sedebo in monte teſtamenti in late
ribus aquilonis. Iſte ait. Ego ſuʒ vermis ⁊ nō
homo. Ille dicit. Aſcendam ſuper altitudinez
nubium: ſimilis ero altiſſimo. Iſte cum in foꝛ/
ma dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe
equalem deo: ſed ſemetipſuʒ exinaniuit foꝛmā
ſerui accipiens. Ille per membꝛa ſua dicit. Ne
ſcio dn̄m ⁊ iſrael non dimittam. Iſte per ſe ait.

Si dixero quia non noui eum: ero ſimilis vo//
bis mendax. ſed ſcio eum ⁊ ſermonem eius ſer
uo. Ille dicit. Mea ſunt flumina ⁊ ego feci ea.
Iſte vero non poſſum ego a me facere quicq̄.
Ille omnia regna oſidit dicens. Tibi dabo hec
omnia. ⁊ quia mihi tradita ſunt ⁊ cui voluero
do illa. Iſte dicit. Sedere ad dexteram vel ſini//
ſtram non eſt meum dare vobis ⁊c̄. Ille. Eritis
ſicut dij. Iſte dicit. Non eſt veſtrum noſſe tem//
pora vel momenta ⁊c̄. Iſte per mēbra ſua dicit.
¶ Nullum pratum ſit quod non pertranſeat
luxuria noſtra ⁊c̄. Iſte autē membris ſuis pre
nunciat dicens. Plorabitis ⁊ flebitis vos ⁊c̄.
Ille nil aliud mentes ſibi ſubditas docet q̄ʒ cel
ſitudinis culmen appetere: omnia equalia mē
tis tumore tranſcendere. Iſte ad ſputa palmas:
colaphos: ſpineam coronam lanceaʒ ad crucē
⁊ mortem veniens membra ſua monet dicēs.
Si quis mihi miniſtrat me ſequatur. Quia igi
tur mentes dominus regit humilium: ⁊ leuia/
than rex dicitur ſuperborū: apte ſcimus quia
apertum ſignum reproborum ſuperbia eſt. ⁊ cō
tra humilitas electorum. Cum ergo quaʒ quiſ/
q̄ʒ habere cognoſcitur. ſ. ſuperbiam vel humi/
litatem: ſub quo rege militet inuenitur. Qui
igitur ſub rege humilitatis militāt ſemper pa/
uidi ⁊ vndiq̄ʒ circunſpecti contra iacula elatio/
nis pugnant. Hec omnia Greg. in fine. xxxiiij.
moral. Ex quibus patet quomodo iuſti timore
vtantur in bonum: reprobi in malum.

¶ De timore ſeruili. Capitulum. v.

Quartuʒ timoris ge
nus dr̄ ſeruilis: ex eo q̄ habens ta
lem timorem eſt ſimilis ſeruo. Ser
Timor ſeruilis q̄re dr̄.
uus enī cōmuniter facit quod ſibi precepit do
minus: ⁊ cauet ſibi facere quod ei diſplicet. q̄r
timet ne reprehendatur: ne verberetur. non au
tem ex amore quo ſibi illud placeat. Eſt ergo ta
lis timor in illis qui cauent ſibi a peccatis vel
bona aliqua faciunt: ne ſcilicet illa mala facien
do vel bona omittendo incidāt in penas infer
nales quas audierunt aliquando vel legerunt
eſſe grauiſſimas. vel etiam ne talia mala facien
do que leges puniunt: illas penas a iudicibus
illatas ſuſtinere cogātur. Unde dicit Iſido. in
lib. etymol. Facte ſunt autem leges vt earum
metu humana coerceatur audacia: ⁊ tuta ſit in
ter reprobos innocentia. ⁊ in ipſis impijs for//
midato ſupplicio refrenetur audacia: ⁊ nocēdi
cupiditas. in decre. di. iiij. Innumera enim ho
micidia: furta: ⁊ adulteria perpetrarentur niſi
Timor ſeruilis tamen bonꝰ eſt
pena mortis pro hmōi poſita homines retine/
ret. ¶ Hic itaq̄ʒ timor bonus eſt: quia abſtine
re a malis vtiq̄ʒ bonum eſt. Omne autem bo//
num a deo. vnde a ſpirituſancto procedit. ſed
non eſt cum ſpirituſancto: id eſt cum gratia: q̄r
non diligit bonum propter ſe ex amore dei et
ipſius iuſtitie. Uellet enim ſibi licere illud face
re: quod ⁊ faceret niſi penam timeret ſuſtine/
re: ⁊ ideo non eſt vere bonus. Unde Aug. Qui
ex timore facit preceptum etſi bonum eſt quod
facit. non tamē ſicut debet facit. Et poeta. Ode
runt peccare mali formidine pene. Et de hoc ti
more ſeruili intelligitur illud. j. Jo. j. Timor
non eſt in charitate ſcilicet ſeruilis: ſed perfe//
cta charitas foras mittit timorem. Eſt tamen
perutilis: quia diſponit ad charitatem. hoc au
tem notat beatus Aug. xxiij. q. vj. c. vlti. Cum
per timorem gehenne continet ſe homo a pec/
cato fit conſuetudo iuſtitie. ⁊ incipit quod duꝝ
erat amari. ⁊ incipit timor excludi a charitate
⁊ ſuccedit timor ſanctus. hec beatus Aug. ſup
pſalterium. Et ideo vt dicit venerabilis Grana
nus. q. ea. §. vlti. quia humane nature eſt in ea
que in diſſuetudinem ducuntur ab horrore et
conſueta magna cuſtodia diligere. Ideo fla//
gellis tribulationum mali ſunt cohibēdi a ma
lo ⁊ prouocandi ad bonum. vt dum timore pe
ne malum in diſſuetudinem ducitur abhor//
reatur. ⁊ bonuʒ ex conſuetudine dulceſcat. Itē
etiam beatus Aug. dicit ſuper epiſtolam beati
Joannis. Sicut ſeta introducit linū: ita timor
charitatem. Creſcit charitas: minuitur timor
de pe. di. ij. nota illud exemplum. Seta id eſt ſi
tula que coniungitur filo cum ſuitur corīū cal
ciamenti precedit filum: nec intraret niſi illa
educta. Sed male filum intraret corium niſi
ſeta precederet. Unde beatus Tho. ſuper. iiij.
ſen. q̄ cōmuniter homines ex peccatis trahun
tur ad penitentiā: ⁊ virtutes ex iſto timore ma/
gis q̄ʒ ex amore. Quāuis enim amor virtutis
⁊ dei de ſe magis deberet homines trahere ad
bonum q̄ʒ timor pene. tamen quia peccatores
habent guſtum anime infectum amore inordi
nato: ideo eis non ſapiunt bona ſpiritualia p/
ut ſunt ſcilʒ diuina bonitas: virtutes ⁊ huiuſ//
modi. Sed mala penalia experiūtur quotidie
que naturaliter horrent omnes. ideo audien//
do ⁊ recogitando penas grauiſſimas ad quas
perueniunt homines propter peccata. ⁊ ſemp
duraturas cauent ſe ab illicitis ne in illas incur
rant. Sume exemplum in infirmo fortiter fe//
bricitante. q̄r enim guſtus eius eſt humore ſu/
perfluo infectus non habet ⁊ non ſentit ſuauē
ſaporem confectionum pullorum: vini optimi
prout vere ſunt. Sed ea quaſi horret ⁊ faſtidit
Sapiunt autem ſibi ⁊ ea appetit que vilia ſunt
⁊ nociua. vt herbe fructus: aqua ⁊ huiuſmodi
Uerum niſi vrgeatur nimia paſſione. abſtinet
ſe ab his que ſibi ſapiunt: ne creſcat infirmitas
⁊ mortem incurrat. ⁊ illa aſſumit que ſibi ſunt

grauia. Ne autem victus paſſione capiat a ſe
nociua caute prouidetur vt illa nociua ad ocu
lis eius remoueãtur. Sic infirmis anima pec/
catoribus: quia eis non ſapiunt diuina ꝓpter
febrem inordinati amoris ad terrena. in ſermo
nibus ſepe tempore ſuo proponende ſunt pe//
ne infernales: vt vel ſic talium timore a malis
auertantur. Unde Eſa. A timore tuo domine
Timor ſuilis vñ cauſatur concepimus ⁊ peperimus ſpiritum ſalutis. Et
hic timor cauſatur ex fide: licet informi ſm. b.
Tho. ij. ij. Ex hoc enim ꝙ quis credit penas in
ferni ⁊ deum iuſtum inferentem tales penas
peccatoribus timet illas vt caueat ſibi. Sed qꝛ
iſte timor ſeruilis. vt dictum eſt non eſt in cha/
ritate: ideo non ſufficit ad ſalutem. ⁊ ideo peni
tentes precipue in infirmitatibus gradibꝰ opꝫ
admonere ne ad penitendum ⁊ confitendum:
propter huiuſmodi principaliter moueantur.
nam inutilis eſſet ſibi talis penitentia hoc exꝑſ
ſe dicit beatus Aug. de pe. di. vij. c. vlti. Nõ in
ſolo timore viuit homo. quem ergo ſero peni
tet oportet non ſolum timere deum iudicem:
ſed iuſtum diligere. Non tantum penam time
at: ſed etiam anxietur pro gloria. Credo vtiqꝫ
illi qui dixit. Jn quacunqꝫ hora ingemuerit ſci
licet peccator: ⁊ conuerſus fuerit vita viuet ſci
licet gratie. ⁊ glorie poſtea. Conuerſum dixit
non tantum uerſum viuere. Conuertitur qui/
dem ideſt totus ⁊ omnino vertitur. qui iaꝫ nõ
penas timet ſed ad bonum dominum feſtinat
tendere. Sed quoniam vix vel raro eſt conuer
ſio tam iuſta. timendum eſt de ſero penitente.
Hec ille. Confirmat hoc quoddam exemplum
Exẽplũ quod narratur in lib. de. vij. donis. ¶ Quidã
ſcholaris Pariſius infirmatus ad mortem cõ/
feſſus eſt cum multis lachrymis deuote ſuſci/
piens omnia ſacramenta ſm humanum iudi/
cium: doctor autem eius frequenter viſitans
eum in infirmitate rogauit eum vt ſi continge
ret de hac luce migrari domino concedente: ſi
bi appareret ad reuelandum ſtatum ſuum. qḋ
⁊ promiſit. Eo igitur viam vniuerſe carnis in
greſſo. poſt dies aliquot ei apparuit in lecto ge
ſcenti in chlamyde per gamenea plena ſophiſ/
matibus in igne ſoderata. Quem recognoſcẽs
⁊ interrogans de ſtatu ſuo. Reſpondit ſe ſorte
dãnatũ. Cumqꝫ ille miraretur nimis: cãm querẽs
cũ ipſe cũ tantis lachrymis penituiſſet in fine: ⁊
ſacra deuote ſuſcepiſſet. Reſpõdit ille. Penitẽ
tia mea ⁊ lachryme ille nõ fuerũt ex amore dei:
⁊ principaliter propter dei offenſam. Sed pro/
pter timorẽ inferni ne ad illũ deputarer. ⁊ ideo
mihi nõ valuit. Jngrens inſuper magiſter cãꝫ
illius chlamydis. Reſpõdit ꝙ ſibi hoc ſuppli/
ciũ datũ erat pro ſuperbia ⁊ inani gloria ſuorũ
argumẽtoꝝ ⁊ diſputationũ: que ita ſibi ponde
rabat ac ſi haberet turrim ſupra ſe. Foderatu//
ra ignis ſibi erat pompa veſtiũ. Cumqꝫ ille ingre
ret quomodo poſſet noſcere aliqualiter acerbi
tateꝫ pene grauiſſime quã aſſerebat ſe pati. Di
xit ille. Aperi manũ tuã ⁊ ſup eã imponã vnaꝫ
guttã ſudoris ex fronte mea egredientis. Qḋ
cũ ille feciſſet ⁊ guttã paruaꝫ ſudoris imiſiſſet
perſenſit ille penã intolerabilẽ ad mortẽ quaſi
inducẽtẽ. Tũc ille. Sic ardeo clamãs diſparu/
it. Ex qua viſiõe expoſita ſcholaribꝰ reliqt ſcho
las ⁊ ſeculũ: ⁊ religionẽ igreſſus deo ſuiuit.

¶ Cum igitur ti/ .§. I.
mor ſeruilis qui reſpicit principaliter penam
inferni vtilis ſit: qꝛ facit hoieꝫ a multis malis
abſtinere. quanto oſtenditur pena illa eẽ graui
or ⁊ horribilior: tãto magis habet timeri ⁊ ca
ueri. Et ideo de grauitate eius videndum eſt.
infernũ aũt eẽ ſeu penam inferni que parata ẽ
malis hominibus poſt ſeparationem anime a
corpore. qui peccato originali cũ quo omnes
naſcimur actualia peccata ⁊ mortalia addide
runt in perpetuũ animabus qdeꝫ coꝝ imedia
te egreſſis de corpore. corporibꝰ aũt ipſis poſt
vltimã reſurrectionẽ ſimul ab animabus coꝝ
reſumptis cruciãdis articulus eſt fidei implici
tus ⁊ comprehenſus in vltimo ſymboli cũ di/
citur vitã eternam. Unde dominus ieſus Jo.
vj. ait. Uenit hora quando omnes qui in mo//
numẽtis ſunt audient vocẽ filij dei: ⁊ qui au//
dierint viuent. Et qui bona fecerunt ibunt in
reſurrectionem vite. Qui vero mala egerunt
in reſurrectionem iudicij. i. dãnatiõis. de qua
idem ait. Mat. xxv. ſe reprobis dictuꝝ per ſen
tentiam. Diſcedite a me maledicti in ignẽ eter
nuꝫ q paratꝰ eſt diabolo ⁊ angelis eiꝰ. Athana
ſius. Hec eſt fides catholica quã niſi qſqꝫ fideli
ter firmiterqꝫ crediderit ſaluꝰ eẽ nõ poterit. Si
cut. n. diuina iuſtitia que reddit vnicuiqꝫ ſm
opa ſua nullũ bonũ patit irremuneratũ fore.
ita ⁊ nullũ malũ impunitũ: ⁊ ſicut aia non pec
cat niſi in corpe exiſtẽs. nec corpus ſine aia: iõ
ſimul in vtroqꝫ punit. Et qꝛ peccatũ prius cõ//
cipit aia ꝙ̃ corpe ꝑpetret aia ipſa prius punit
ſcꝫ imediate poſt ſeparationẽ. Jn corpe aũt poſt
reſurrectionẽ generalem. Et qꝛ quãtitas pene
correſpondet quãtitati ſeu grauitati culpe. ſm
illud Deut. xxv. Scdm mẽſurã peccati erit et
plagaꝝ modus. Grauitas aũt culpe ſeu offen/
ſe attẽdit ex qualitate ꝑſone offenſe ⁊ ex volũ/
tatis inordinatione ⁊ fictione. Quanto. n. per/
ſona offenſa eſt dignior: tanto grauior eſt offen
ſio. Et quia deus qui offenditur per quodlibet
peccatum precipue mortale: quia creatura per
hoc auertitur a deo eſt infinite dignitatis ⁊ bo
num infinitum meretur talem penã infinitaꝫ.

Pena infernalis eſt perpetua

Infinita autem eſſe non poteſt intenſiue: quia conſumeretur creatura ſeruatur infinitas i extenſione: quia ſcilicet ſemper durat talis pena cum ſit eterna. Et quia etiam cum voluntate fixa in tali peccato perſeuerat vſqꝫ in finem vite ⁊ poſtea in perpetuum: ideo ⁊ dum permanet culpa ſemper durat ⁊ pena. Unde Gre. in lib. iiij. di. xl. Uoluiſſent iniqui ſine fine viuere: vt potuiſſent ſine fine peccare. Oſtēdunt hoc: qꝛ ſemper viuere in peccato cupiunt qui peccare non deſinunt dum viuunt. Ad magnam ergo iuſtitiam pertinet iudicantis vt nunquam careat ſupplicio qui dum viueret nunquam voluit carere peccato de pe. di. j. Per quodlibet autem mortale niſi peniteat. hanc penaꝫ infernalem homo incurrit. Et hinc eſt quod ait Ja. apoſtolus in cañ. epiſtola. ij. Qui totam legem ſeruauerit: offendat autem in vno factus eſt omnium reus. Hoc exponit glo. ſuper capitulo. j. de pe. di. v. tripliciter. Uno modo ſic. qui offendit in vno: ſcilicet preceptorum legis: ſcilicet faciens contra preceptuꝫ: ita pro illo damnabitur ſicut eſſi omnibus peccatis inuolutus eſſet. Talis eſt expoſitio Inno. de pe. di. vj. ca. vlti. Iſta tamen ſimilitudo eſt in genere quo ſcilicet ad damnationem non in ſpecie quoad quantitatē pene: nam vnumquodqꝫ habet ſuam penam. Unde qui plura perpetrauerit acerbius punietur. ¶ Secundo exponitur ſic. Qui offendit in vno factus eſt omnium reus: omnium ſcilicet virtutum: quia omnes amittit: quoniam omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio Nam ſiquis cadit in auaritiam: largitatem deſtruit ⁊ charitatem minorauit. Amore enim pecunie: vel violaret charitatem vel ſaltem minꝰ amaret. ⁊ ſic in alijs. Hec eſt expoſitio Aug. de de. pe. di. v. c. j. ¶ Tertio modo ſic. Qui offendit in vno: ideſt in charitate que vnum nos facit cum deo. factus eſt omnium reus: ideſt omnium beneficiorum ingratus. Ingratus enim extitit qui plenus virtutibus deuꝫ omnino nō timuit. In hoc fit quiſqꝫ culpabilior quo ē deo acceptior. Et hoc etiam. b. Aug. de pe. di. v. vbi ſupra. Offendit autem in charitate qui mortaliter peccat. quia quodlibet mortale eſt contra charitatem dei vel proximi ſm Tho. in ſum. et ideo ſcilicet ꝙ quodlibet mortale ſit ſufficiens ad penam ſubeundam infernalem dicit. b. Augu. in omel. de igne purgatorij. Poſtqꝫ enim numerauit multa mortalia ſubdit. Quicunqꝫ aliquod de iſtis peccatis ſcilicet mortalibus in ſe dominari cognouerit niſi digne emendauerit. ⁊ a peccatis ipſis abſtinuerit illo tranſitorio igne. de quo apoſtolus ait. ſpe tamen ſaluꝰ erit quaſi per ignem. j. Cor. iij. Purgari non poterit. ſed eterna illum flamma ſine vllo remedio trucidabit diſt. xxv. §. alias ca.

¶ Eſſe autem infer/ .§.ij.

Infernū eſſe ꝓbatur multipliciter

num ⁊ punitionem malorum in alia vita: non ſolum ſacra ſcriptura veteris ⁊ noui teſtamenti hoc docet aperte: ſed ⁊ dicta doctorum ſanctorum. ac etiam plurium ethnicorum: ⁊ communis ratio humana: infernum ⁊ maloruꝫ punitionem eſſe demonſtrant. Hoc patriarche docuerunt dixit enim Jacob. Deſcendam lugens ad filium meum in infernū Geñ. xxxvij. ⁊ loquebatur de Joſeph quem exiſtimans deuoratum a fera: quia filij eius miſerant ad euꝫ tunicam ſuam tanquam inuentam a caſu ſanguine cruentatam incōſolabiliter deflebat. vt dicit. b. Aug. ꝙ timuit Jacob ne tanto dolore abſorberetur mens eius ꝙ propter nimiaꝫ triſtitiam deſcenderet ad locum damnatorum. Moyſes quoqꝫ dux populi iſrael primus dixit dathan ⁊ abyron maioribus natu de tribu iuda contemnentibus mandata eius. Deſcendant in infernum viuentes. Num. xvj. Quod impletum eſt. Nam vt dicit pſal. Aperta eſt terra ⁊ deglutiuit dathan ⁊ operuit ſuper congregationem abyron. Prophe idem firmauerunt dicit enim Job. vij. c. Qui deſcenderit ad inferos non aſcendet. Idem: c. xiij. Uadam ⁊ non reuertar (ait in perſona damnandi) ad terram tenebroſam ⁊ opertam mortis caligine terraꝫ miſerie ⁊ tenebraruꝫ. vbi vmbra mortis ⁊ nullus ordo. ſed ſempiternus horror inhabitat. Huius expoſitionem habes in prima parte. dauid eximius propheta pſal. lxxxv. Miſericordia tua domine magna eſt ſuper me. quod declarat. Eruiſti animam meam ex inferno inferiori: ſcilicet loco damnatorum. ad quem locū deſcendiſſet merito peccatorum adulterij ⁊ homicidij. nec ex ſua ſe virtute vnquaꝫ potuiſſet exire. Unde in alio pſal. xcij. ait. Niſi quia dominus adiuuit me ſcilicet miſericordie gratia preueniente. paulominus habitaſſet in iferno anima mea non recedendo: ſcilicet a peccato. Idem pſal. De damnato peccatore ait. Frater non redimet ſcilicet talis. Frater ſcilicet chriſtus redimet homo. q. d. Non. Naꝫ ſi chriſtus non redimit: ideſt non liberat talis. multo minus purus homo. Non dabit deo placationeꝫ ſuam talis damnatus per quecunqꝫ que fecerit de genere bonorum vel elemoſynas ⁊ precium redemptionis anime ſue. laborabit in eternum in penis ſcilicet ⁊ viuet adhuc in finem. ⁊ infra. Sicut oues in inferno poſiti ſunt vnus ſuper alium conſtipati mors depaſcet eos: ⁊ dominabuntur eorum iuſti ⁊c. Eſaias de lucifero ca. xiiij. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua concidit cadauer tuum. Cadauer luciferi ſunt

ſ. pt. prima. tit. v. c. iij.

oēs repꝛobi: in quibus vitijs ſetentibus vt ca
dau er habitat per effectū malicie qui tandem
ſimul cū eo cadunt in infernū. ⁊ ca. viii. Ignis
eoꝝ non extinguetur ⁊ vermis eoꝝ non moꝛie
tur. Apoſtoli hoc pꝛedicauerunt. ij. Petri. ij.
Rudentibꝰ inferni detractos in tartarum ⁊c̄. ⁊
Jo. apoc. xx. Infernus ⁊ moꝛs dederunt moꝛtu
os ſuos. Demiqꝫ ipſa veritas dei filius ⁊ conſi
dētiꝰ hō ambularet ad veritatē. ſ. fidei ait. Ueh
tibi coꝛozaym. Ueh tibi bethſaida. ⁊ infra. Ue
rūm dico vobis tyro ⁊ ſydoni remiſſius erit in
die iudicij q̄ꝫ vobis. Et tu capharnaū. nūqd in
celū exaltabaris vſqꝫ i īfernū deſcēdes Mat.
xj. b. Aug. hōīe aſſumpto non deo cōſumpto
veniens fundauit ⁊ ſtabiliuit fidē: annucians
non ſolū pꝛemia iuſtoꝝ: ſed ⁊ ſupplicia repꝛo
boꝝ Matth. xxv. Ibunt hi ſcilicet iniqui re-
pulſi ab eo in ſupplicitū eternū. iuſti aūt in vitā
eternā. ⁊ Matth. xiij. In conſūmatione ſeculi
exibunt angeli ⁊ ſeparabunt malos de medio
iuſtoꝝ ⁊ mittent eos in caminū ignis. ibi erit
fletus ⁊ ſtridoꝛ dentiū. Exēplū aūt nō parabo-
lā tantū: ſed hiſtoꝛiā verā iudeis pꝛopoſuit: di
uitis epulonis qui induebatur purpura ⁊ byſ
ſo ⁊ epulabatur quotidie ſplēdide. Qui diues
moꝛtuus ſepultus eſt ī inferno. Et cū cruciaret
in illa flāma ⁊ guttā aque poſtolaſſet ad refri-
gerandā linguā: obtinere non valuit Luc. xvj.
Hoc idē cuilibet mente bene diſpoſito rō ſua-
det. Nā quilibet rex ⁊ pꝛinceps ciuiliter oꝛdi-
natus in regimine ſuo: habet tria loca manſio
num. Habet aulam regiā ad amicos ⁊ ſodales
⁊ filios recipiendū delectādū ⁊ ſecreta ſua eis
reuelandū. Et ille locus debet eē pulcherrimꝰ
⁊ honeſtiſſimus bene mundus ⁊ oꝛnatus. Ha
bet ⁊ aliū locū magis infimū vbi fiunt neceſſa-
ria a ſeruis: vt coquina: ſtabulū: ⁊ huiuſmodi.
Eſt ⁊ tertius locus infimioꝛ ⁊ abiectioꝛ. vbi ē
carcer reoꝝ. Pꝛimus locus eſt commenſaliuꝫ
⁊ amiciſſimoꝝ regis. Secundus ſeruoꝝ ⁊ iu-
mentoꝝ. Tertius malefactoꝝ ⁊ debitoꝝ. Cum
igitur dn̄s deus ſit rex regū ⁊ dn̄s dn̄antium.
Apoc. xix. oꝛdinatiſſimus ex infinita ſapientia
⁊ iuſtiſſimus decēs eſt vt habeat tria loca. Pri

Eſſe inſernum ſuadet ratio.

mus eſt celū vbi manifeſtat gloꝛiā ſuā amicis
ſuis ⁊ filijs adoptiuis videntibus euꝫ facie ad
faciē: vnde reficiuntur ineffabiliter eius frui-
tione. Secundus locus eſt mundus iſte vbi di
uerſa exercentur officia ⁊ laboꝛes a ſeruis ſuis
ac ēt iumenta hoīum irrationalium ab eo pa-
ſcuntur. Et cū locus iſte plenus ſit laboꝛe ⁊ erū
na. tamen tanta eſt hoīum cecitas: vt etiā ſub
ſentibus delitias putēt inquit Job. Sed ſi iſta
parua bona huius vite cū tanta anxietate mix
ta ita delectant ⁊ placent, vt hoīes in eis conſti
tuant finē ſuū. quanto magis debet hoīes alli-
cere excellentia ⁊ ſūma perfectio bonoꝝ ſupne
habitatiōis. Tertius locus eſt infernus vbi rei
⁊ iudicati artantur vt malefactoꝛes in carcere
De quo Eſa. xxix. Congregabunt ſicut in ꝯgre
gatiōe vnius faſcis: ⁊ claudētur in carcere per
petuo. Poteſt ⁊ alia ratio adduci. Quāto. n. in
aliquo dn̄o plures ⁊ maioꝛes virtutes relucēt.
tāto gloꝛioſioꝛ apparet. ⁊ inde magis laudat.
Juſtitia aūt eſt maxima ⁊ excellēs virtus. ⁊ vt
dicit Cicero ⁊ phs. Mirabiles ſplēdoꝛes ſunt
in ea. nec heſpus nec lucifer eſt ita clarus. Luꝫ
ergo in deo manifeſtat potētia in reꝝ creatio-
ne. Sapiētia in mūdi gubernatiōe. Charitas
⁊ miſericoꝛdia in redēptiōe ⁊ gloꝛificatiōe. Ut
ēt appareat iuſtitia in deo opoꝛtet vt ſit infer-
nus in quo crucietur mali ⁊c̄. Sācti doctoꝛes
hoc aſſerūt in ſuis doctrinis. b. Aug. de pe. di.
vij. c. vlti. Qui impenitēs moꝛit oīno moꝛit ⁊
eternaliter cruciat. Ob hoc ſine fine toꝛquet:
qꝛ nūquā virtute dotat: ſemp̱ plenus iniquita
te ſemp̱ ſine charitate: toꝛquet ſine fine. Idē in
alio loco. Ueh illis qbus pꝛeparat doloꝛ vmi
um: ardoꝛ flāmaꝝ ſitis ſine extinctiōe: ſtridoꝛ
dētiū: lachꝛyme oculoꝝ: tenebꝛe exterioꝛes ſi-
ne luce: pena iterminabilis. Ubi nō eſt vllus
honoꝛ ſiue agnitio pꝛoximi: ſed ꝯtinuꝰ doloꝛ
⁊ gemitus: Ubi moꝛs appetit ⁊ nō dabit: vbi
nō eſt honoꝛ ſeruoꝝ ⁊ regis: nec dn̄s ſup̱ ſuuꝫ
nec mater diliget filiū aut filiā: nec filius hono
rat pr̄em. vbi eſt oē malū. ⁊ ois idignatio ⁊ fe-
toꝛ ⁊ amaritudo abūdat. Itē Gre. in li. moꝛal.
In iſerno eſt frigus iſupabile ignis iextingui
bilis: vermis imoꝛtalis: fetoꝛ itolerabilis: tene
bꝛe palpabiles: flagella cedētiū hoꝛrida viſio
demonū: ꝯfuſio peccatoꝝ deſpatio oiuꝫ bono
rū. Itē Pꝛoſper in li. de vita ꝯtēplatiua ait de
peccatoꝛibus. Quid eis pdeſt humanū vitare
iudiciū xp̄ū ſi in malo pſeuerauerint ituri ſunt
in eternū: deo retribuēte ſuppliciū: Qd̄ ſi ſuſip
ſi iudices ſiāt [?] veluti ſue iniquitatis vltoꝛes. ſ.
penitēdo tpalibus penis mutabūt eterna ſup-
plicia: ⁊ lachꝛymis ex vera coꝛdis ꝯtritiōe fluē
tibus reſtringēt eterni ignis icēdia de penitē.
diſtin. j. facilius. ¶ Exempla ſunt plura. Iuue
nis ille quem ſuſcitauit Joannes euangeliſta
retulit cunctis qui aſtabant populis audienti-
bus de penis inferni quas viderat in alio ſe-
culo illos meruiſſe quos penituerat munduꝫ
reliquiſſe. Tres iuuenes quos legitur ſuſcita-
tos poſt moꝛtem Hieronymi meritis eius poſi
ta tunica ſuper eos referebant de penis intoꝛ-
lerabilibꝰ inferni Gregoꝛi. in. iiij. dial. narrat
multa exempla de penis inferni ⁊c̄. Platonici
phi ait Auguſti. in. xxj. de ciui. dei. impunita
nulla volunt eſſe peccata. Hinc maronis. j. Uir
gilij in. vj. eneyd. Illa ſnīa de aīabus ſepatis

Pꝛe exē plis plurimis

a corpore ait. Hinc metuunt cupiunt gaudent/
qꝫ dolentqꝫ. Nec auras reſpiciunt. clauſe tene/
bris ꝛ carcere ceco. Quin ꝛ ſupremo cuꝫ lumi
ne vita reliquit. ideſt cum recedũt de vita iſta.
Non tamen omne malum miſeris nec fundi/
tus omnes. Corporee excedunt peſtes penituſ/
qꝫ neceſſe eſt. Multa diu concreta modis mol
leſcere miris. Ergo exercentur penis veterũqꝫ
malorum. Supplicia expendunt. alie pandun
tur inanes. Suſpenſe ad vẽtos. alijs ſub gurgi
te vaſto. Infectum eluitur ſcelus. aut exuritur
igni. Hec ille. Ex quibus verbis oſtendiť pec/
cata in alia vita puniri quãuis non perfecte iſti
intellexerint infernum ſicut fides fatetur ex
ſcripturis diuinis. Judei quoqꝫ ꝛ ſaraceni in
ſua lege habent malos in alia vita puniri vari
is modis plus ꝛ minus.

¶ Septem ſunt .§. iij.

que oſtendunt grauitatem pene infernalis: ex
quorum conſideratione inſurgit merito in ho
mine timor ſeruilis. Et que etiam ipſi damna/
ti videntes ſcilicet per experientiam turbabũ/
tur timore horribili. ꝛ in ſubitatione inſperate
ſalutis. pre anguſtia ſpiritus gementes ꝛ peni
tentiam agentes. vt dicitur. Sapien. v. Sed pe
nitentia illorum inutilis. Deſcendent ergo in
infernum viuentes ait propheta. ps. liiij. ſcili/
cet dum viuunt deſcendant ad infernum: con
ſiderando illas penas ꝛ timendo penitentiam
agant. ꝛ ipſa erit fructuoſa.

¶ Primuꝫ ergo eſt loci ipſius qualitas.
¶ Secundũ eſt penaruꝫ quantitas.
¶ Tertiuꝫ eſt tortorum atrocitas.
¶ Quartum eſt animaruꝫ infelicitas.
¶ Quintum eſt corporuꝫ penalitas.
¶ Sextum diuine ire implacabilitas.
¶ Septimum omnis boni egeſtas.

¶ Quantum ad primum ſciendu ꝫ ꝙ ſꝫ diuer
ſa nomina talis loci que habentur ex ſacra ſcri
ptura vel etiam ex libris gentilium: comprehẽ
duntur horribiles ꝛ timẽde qualitates loci in/
fernalis. Primo enim talis locus dicitur infer
nus. quod nomẽ eſt vſitatius alijs. Eccleſiaſti.
lj. Uita mea erat appropinquãs in inferno de/
orſum. Dicitur autem infernus ab infra: quia
eſt infra. ideſt ſubtus terram in cẽtro eius. Uñ
ꝛ maxime diſtans a celo. ibi enim eſt locus in/
ferni. quoad ſitum: vt dicitur cõmuniter ꝛ cre
ditur. Cum enim chriſtus ſm articulum fidei
deſcenderit in morte ſm animam eius ad infe
ros: ad limbum videlicet patrum: iuxta queꝫ
quãtum ad ſitum eſt purgatoriuꝫ ꝛ poſtea lim
bus paruulorum qui cum originali decedũt.
Sub his omnibus infra eſt locus damnatoruꝫ
ſm beatum Tho. ꝛ alios in. iiij. Eſa. xxx. diciť.

Uallis tophet preparata ẽ ab heri. ideſt ab ini/
tio. a rege. ſcilicet deo preparata profunda ꝛ di
latata. Nutrimenta eius ignis ꝛ ligna multa.
ſcilicet peccata que ſecum portãt homines. Fla
tus domini quaſi torrens ꝛ ſufflans in illũ. Fla
tus domini eſt iuſtitia ſua. Tophet interpretať
gehẽna pauoris. propter hoc etiam. ſ. qꝛ in pro
fundo loco dicitur abyſſus: que importat vora
ginem. cuius fundus non videtur. vnde legio
demonum que inuaſerat quendam obuianteꝫ
chriſto rogabat Jeſum ne mitteret in abyſſuꝫ.
ideſt locuꝫ inferni ſed permitteret eiecta ab ob
ſeſſo intrare in gregem porcorum vicinum lo
co. Qui permiſſi in illos ingreſſi cum impetu
in mare eos imerſerũt. Luce. viij. ¶ In vitiſ/
patrum legitur ꝙ cum beatus Macharius p Exemplum.
heremum ambularet inuenit caluariam homi
nis quam virga ſua tangens interrogauit qs
in vita preſenti fuiſſet. Cui reſpondit ꝙ fuerat
ſacerdos gentiliuꝫ in eo loco. adijciens ꝙ quã/
tum diſtabat celum a terra: tantam habebat de
igne ſuper caput ſuum cum alijs paganis. Et
tantũdem abinfra ſub eo eſſet ignis in quo cru
ciabantur mali chriſtiani ꝛ qui chriſtũ negaue
rant. Et ideo bene dicitur Eccli. j. Profundum
abyſſi. i. inferni: quis dimenſus eſt? q. d. nullus
niſi deus aut forte diabolus. ¶ Et ad hoc facit Exemplum.
quod legitur in lib. de ſeptem donis. videlꝫ ꝙ
cum quidam magiſter annuatiꝫ faceret ſolem/
ne feſtum in natali beati Bartholomei apoſto
li ob eius deuotionem ſingularem multos in/
uitando: celebrando: ꝛ predicando: cum predi
caret intrauit eccleſiam in ſpẽ cuiuſdaꝫ ſpecio/
ſiſſime ꝛ ornatiſſime domine diabolus: ꝛ ſedit
ante oculos dicti magiſtri. qui in eum oculos
iaciens excitauit concupiſcentiam eius. Et fini
to ſermone fecit eam inuitari cum alijs ad prã
dium. que cum alijs reſidens nitebatur magis
ac magis animum ſuum accendere in ſui amo
reꝫ. Sed beatus Bartholomeus patronus eiꝰ
a periculo eum liberauit. Nam in ſpẽ peregri
ni apparens: portã domus pulſans: rogauit vt
amore ſancti Bartholomei introduceretur ad
magrm illum. Qd cuꝫ nõ fieret diſſuadẽte do/
mina: miſit ei panem. queꝫ accipere rẽnuit. ſed
rogauit vt vel ſaltẽ per nuncium ſibi mitteret:
qd eſſet maxime ppriuꝫ homini. Rñdit magi/
ſter ꝙ eſſet riſibile. Sed dña illa adiecit ꝙ ma/
gis ppriũ eſſet pctm. qꝛ hõ cõcipitur: naſcitur:
ꝛ viuit cum eo. Rñdit peregrinus ꝙ bñ dixe/
rat magr: ſꝫ dña melius. Propoſuit ꝛ ſcdaꝫ qõ
nem. interrogãs qs eẽt locus vnius pedis vbi
dñs in terra plura feciſſꝫ mirabilia? Rñdit ma
giſter ꝙ erat locus vbi affixa fuit crux xp̄i quã
do operatus eſt ſalutẽ in medio terre. Sꝫ dixit
dña ꝙ nõ illud erat: ſꝫ facies hominis ſiue ca/

put in quo quaſi eſt minoꝛ mūdus. Approbat
apoſtolus ſententiam domine magis ꝙ̄ magi
ſtri. Tertiam queſtionem ei fecit: videlicet quā
tum diſtat a ſummo celi vſq; ad pꝛofundum in//
ferni. Cūq; magiſter heſitaret ſuper hac re nec
quid reſponderet occurreret reſpondit domi//
na illa: ideſt diabolus. Modo bene video ꝙ de
tegoꝛ. Ego hoc vtiq; bn̄ noui qui de altero ad
alterum deſcendi. Et hoc opoꝛtet ꝙ tibi nunc
oſtendam. ⁊ diabolus cū magno ſonitu ⁊ eiu
latu in abyſſum ſe pꝛecipitauit. ⁊ peregrinus
nuſꝙ̄ comparuit. Aliud ſimile legitur de An/
drea apoſtolo: licet non in toto. Secundo dicit
talis locus dānatoꝛum caminus ignis Mat.
xiij. Sic erit in conſūmatione ſeculi. Exibunt
angeli ⁊ ſeparabunt malos de medio iuſtoꝛū
⁊ mittent eos in caminum ignis. In camino
duo conſiderantur ignis ad infra: ⁊ fumus ſu/
pra obſcurus pꝛopter ignem intelligitur gehē
na. xpe. Melius eſt tibi vnum oculum haben/
tem vel vnum pedem introire in vitam: ꝙ̄ du/
os oculos habentem vel duas manus vel pe//
des habentem mitti in gehēnam Mat. xviij.
Et dicitur gehēna quaſi generans ignem vel
generans ethnam. qui eſt mons in ſicilia ignē
eructans. Et interpꝛetatur vallis triſtitie. q2 ex
cruciatu eius anima habet magnam triſtitiam
⁊ doloꝛem. Cum enim anima conſiderat ſe de
tineri ⁊ quaſi alligari a re infima: cum ipſa ſit
nobiliſſima magna triſtitia abſoꝛbetur. Natu
raliter enim ignobile non habet virtutem i no
bilius: ſed econtra. Sed vt inſtrumentum diui
ne iuſtitie ignis agit in animam dānati: nō cō/
ſumendo. ſed affligendo per modum detētio/
nis vel inflictionis. Unde dominus per moy/
ſen Deut. xxxij. Ignis ſuccēſus ē in furoꝛe meo
⁊ ardebit vſq; ad inferni nouiſſima. i. vindicta
ſeu punitio peccatoꝛibus. hic incipiet multis
modis crucians peccatoꝛes: ⁊ poſtea in infer//
no plenioꝛ erit. Hic ignis (ait. b. Augu.) miro
modo eſt grauis. excellit enim omnem penam
quam vnꝙ̄ aliquis expertus eſt in vita iſta di.
xxv. §. alias. Etſi hoc dicit. b. Aug. de igne pur
gatoꝛij: multo magis intelligendum ē de igne
inferni cum grauioꝛ ſit pena inferni ꝙ̄ purga
toꝛij ſine comparatione. Caminus ex parte ſu//
perioꝛi habet obſcuritatem fumi: vnde ⁊ tene/
bꝛoſitatem. Et pꝛopter hoc dicitur etiam locus
ille tenebꝛe exterioꝛes Mat. xxij. Ligatis ma
nibus ⁊ pedibus mittite eum in tenebꝛas exte
rioꝛes. ibi erit fletus ⁊ ſtridoꝛ dentium. Dictū
fuit a rege de eo qui in nuptijs non fuit cū ve//
ſte nuptiali. ⁊ ſignificat quēlibet qui in eccleſia
manet ſine charitate. Quāuis eniꝫ ibi ſit ignis
nō tn̄ lucet eis. Sed eſt obſcurus ſicut flāma in

lignis humidiſſimis eſt obſcura pꝛopter fumū
Apoc. ix. De fumo putei obſcuratus eſt aer. idē
aſcēdit fumus toꝛmētoꝝ eius in ſecula ſeculo/
rū. In huius figurā legitur Exo. x. de tenebꝛis
a deo immiſſis egyptijs obduratis. ꝙ vir nō eſt
motus de loco ſuo: nec cognouit fratrē ſuū p//
pter tenebꝛas hoꝛribiles ⁊ palpabiles. ⁊ Sap.
xvij. dr̄. Nulla vis ignis poterat illuminare no
ctē illā hoꝛribilē aut limpide ſyderū flāme. ſūt
ergo tales ille tenebꝛe cū igne vt aliquid luce//
at ad dānatoꝛū maioꝛē cōtriſtationē ⁊ non ad
cōſolationē. Unde beatus Grego in li. moꝛal.
Illa vltrix flāma vitioꝝ cōcremationē quideꝫ
habet: ſed lumē nō habet. Ille ignis ad cōſola/
tionē lumē nō habet vt luceat: ſed tn̄ vt magis
toꝛqueat ad aliquid lucet. nā ſequaces ſuos in
toꝛmēto ſecū repꝛobi viſuri ſunt. quoꝝ amoꝛe
deliquerūt. Hec ille. Expimur quotidie ꝙ ſicē
dulce lumē ⁊ delectabile ē oculis videꝛ ſolē. vt
dicꝛ Salomō. ita manere diu in tenebꝛis eſt val
de tedioſum: vt cū noctes ſint pꝛolixe vt in hye
me niſi lumē adſit attediaꝛ hō. ⁊ ſimiliter quan
do diu aer eſt nubiloſus. quid autem cum ſem
per tenebꝛe ſint durature. ¶ Narrat Greg. in
li. dial. ꝙ quidam ſolitarius ſanctus homo qui
buſdam romanis nauigantibus ⁊ applicanti/
bus ad inſulam in qua moꝛabatur. ac viſitanti
bus eum audita fama ſanctitatis eius. retulit
Theodoꝛicum regem italie eſſe defunctū nar/
rans ſe vidiſſe in ſpiritu ipſum theodoꝛicum
peſſimum tyrannum duci diſcalciatū vinctis
manibus ⁊ pꝛoijci in ollam vulcani a papa Jo
anne quem in cuſtodia carceris affligendo oc/
ciderat: et ſymmacho patricio quem iniuſte
ferro trucidauerat. Refert etiam beatus Gre//
goꝛius idem. Quod quidam miles romanus
eductus a coꝛpoꝛe ⁊ poſtea cito rediēs narra//
uit ſe vidiſſe pontem altum ⁊ artum ſub quo
currebat fluuius nigerrimus: ⁊ caliginoſus
nebulam fetoꝛis intolerabilem exhalans: vl//
tra quem pontem vidit pꝛata virentia ⁊ floꝛen
tia ſuauiſſimi odoꝛis quo reficiebantur ⁊ ſatia
bantur perambulantes ⁊ habitantes illic do//
minice lucis plene erant manſiones: ibiq; mi/
re potentie edificabatur domus aureis latercu
lis. Et alij homines alias domos edificabant
diuerſe etatis ⁊ ſexus iuxta ripam fluminis
habitacula aliqua tangebantur a nebula feto/
ris. Aliqui vero de pōte labebantur in fluuiū
Juſti vero tranſibant. Ibi vidit Petrum maio
rem familie eccleſiaſtice multo ferro depꝛeſſū.
⁊ demerſum in flumine. Dictumq; eſt ꝙ ideo
hoc patiebatur: quia plus crudelitatis deſide/
rio ꝙ̄ obedientia vel coꝛrigēdi zelo plagas in
ferebat. Uidit ⁊ quendam peregrinum facer//

dotem cum magna celeritate ⁊ ſinceritate tran
ſeuntem. Uidit ⁊ Stephanus in quendam cu/
ius pes dum vellet tranſire per pontem lapſus
eſt. ⁊ a teterrimis viris ex flumine ſurgentibus
ex media parte corporis a ponte eiectus trahe
batur per coxas inferius. Sed quid de eo po/
ſtea actum ſit ignorauit. Erat quippe vir ille la
ſciuus ⁊ luxurioſus. ⁊ ideo per coxas trahebа/
tur. Erat ⁊ elemoſynarius. ⁊ hoc eum tenebat
ſuſpenſum. Eſt ergo locus igneus ⁊ tenebro/
ſus ſeu nebuloſus. ¶ Tertio eſt locus intem/
peratus. Unde dicitur auernus. De hoc nomi
ne patet in hymno. Et auerni ignibus ipſi cre/
memur acrius. Et virgilius in eneidos. vj. Fa
cilis deſcenſus auerni. Sed reuocare gradus
ſuperaſq; euadere ad auras hoc opus hic la/
bor eſt. Et dicitur auernus quaſi ſine materia
temperamenti. quia erit ibi qualitatum inequa
litas. Nulla temperies erit ibi. ſed omnia ſeui
ent quaſi in ſummo gradu. Ignis ardore ve/
hementiſſimus frigus intenſiſſimum. ⁊ ſic de
alijs Sap. v. Pugnabit pro eo orbis terrarum
contra inſenſatos Job. xxiiij. Ab aquis niuium
tranſibunt ad calorem nimium. Qui dolor quã
tus ſit aliquantulum poſſunt intelligere lotri/
ces pannorum: que tempore hyemis de riparia
congelata veniut ad ignẽ. Un. b. Greg. in lib.
moral. tractans illd Job. x. Ubi nullus ordo ſ;
ſempiternus horror inhabitat. inqt. Jd nullus
ordo: qꝛ miſeris erit mors ſine morte: finis ſi/
ne fine: defectus ſine defectiõe. Mors. n. ideſt
pena mortalis ibi viuit finis ſemp incipit: de/
fectus deficere neſcit. Qꝛ mors pimit ⁊ nõ extin
guit: dolor excruciat ſed nullatenus dolorẽ fu
gat. Flãma cõburit: ſ; nullatenus tenebras ex/
pellit. Et ita ſupplicia ordinẽ nõ hñt: qꝛ nõ ſuaʒ
per omnia qualitatem tenent ſcilicet ſicut hic.
Sempiternus quoq; horror ibi inhabitat: qꝛ
hic flamma que ſuccẽdit illuminat. Ibi ignis
ille crucians obſcurat. Hic metus amittitur:
cum tolerari incipit quod timebatur. Illic et
dolor dilaniat ⁊ pauor anguſtiat. Horrendo
igitur modo tunc erit reprobis dolor cum for/
midatione: flamma cum obſcuritate. Et quia
a voluntate ſui conditoris diſcrepauit pecca/
tor. ideo a ſuis qualitatibus tormenta diſcor/
dabunt. hec beatus Gregorius. Et quia apoſto
lus dicit ad Roma. xiij. Que a deo ſunt ordina
ta ſunt: locus autem auerni ſiue inferni a deo
eſt paratus: ideo ⁊ ibi vtiq; ordo eſt diuine pro
uidentie. Ordo autem diffinitur ab Auguſti.
xix. de ciui. dei. eſſe parium diſpariumq; rerum
ſua vnicuiq; loco congruenti tribuens diſpoſi
tio. Locus conueniens grauibus eſt terra. Et
quia reprobi quorum iniquitates. vt ait pſal.

xxxviij. Sicut onus graue grauate ſunt ſuper
eos. cum ipſo grauamine hinc recedunt. apte
in centro terre collocantur auerni. Et quia pa/
ria peccata pari pena puniuntur. ⁊ ſimile cum
ſimili apte collocatur. Ideo dicit dominus. col
ligite zyzania in faſciculos ſuos ad comburen
dum. vt auari cum auaris: ſuperbi cum ſuper
bis: luxurioſi cum luxurioſis collocati ſint: ſicut
⁊ hic conuerſati. Et quia ſicut omnium rerum de
us. ita ⁊ peccatorum ⁊ ſuppliciorum nouit mẽ
ſuram: vt menſura grauitatis pene ſit ſm mẽ/
ſuram quantitatis culpe. dicente domino mi/
niſtris ſuis Apoc. xviij. Quantum ſe exaltauit
⁊ in delitijs fuit. tantum date ei tormentum ⁊
luctum. ⁊ Sap. vj. Fortioribus ſcilicet maiori
deformitate voluntatis peccantibus. fortior in
ſtat cruciatio. Ideo qui abundantius peccauit
⁊ grauius ordo diuine iuſtitie grauius punit.
Sed intelligitur ibi non eſſe ordo: quia nõ ſer
uant ille res ordinem illum quem hic habue/
runt: vt flamma ignis que hic comburit ⁊ illu
minat non autem ibi. Sed nec ibi ſeruabitur:
quod videlicet cõmuniter dicitur in. vj. Enei.
Solacium eſt miſeris ſocios habere penarum
Unde dicit beatus Auguſtinus. Non hi quos
monemus agere penitentiam querunt ſibi co/
mites ad ſupplicia: nec gaudent quia multos
habebunt ſibi ſimiles ſcilicet in penis. Naʒ nõ
propterea minus ardebunt. quia cum multis
ardebunt. ij. q. j. multi. Immo plus cruciabun
tur. ⁊ precipue quoad eos quos ſuo exemplo
vel occaſione traxerunt ad malum. Et propte/
rea diues ſepultus in inferno petebat mitti la/
zarum ad monendum fratres ſuos. vt agerent
penitentiam: ne irent ad locum tormentorum:
non quia ex charitate compateretur eis. ſed
quia maius ſibi parabatur ſupplicium ex dam
natione fratrum cum exemplo vel alijs modis
eſſet occaſio peccatorum illorum. Sicut enim
ex multitudine vbi eſt ordo reſultat pulchritu
do que delectat. ⁊ quanto maior multitudo: tã
to maior pulchritudo ⁊ delectatio. Ita vbi nõ
eſt ordo: quanto maior multitudo: tanto ma/
ior confuſio ⁊ afflictio in eis. Quanta autem ſit
multitudo damnatorum. de facili poteſt perci
pi: ex eo quod chriſtus dicit Matth. vij. Lata
eſt via que ducit ad perditionem ⁊ multi ince/
dunt per eam. Et arta ⁊ anguſta via que ducit
ad vitam ſcilicet virtutum: ⁊ pauci vadunt per
eam. Omnes infideles ad infernum tendunt.
Et fideles chriſtiani ſimiliter qui mandata dei
non ſeruant. Et his plenus eſt mundus. Time
te ergo eum Matthi. x. c. qui poteſt animam ⁊
corpus perdere in gehennam. que eſt locus in
temperatus: inordinatus. ⁊ horridus. ¶ Quar.

Dr̄ ⁊ lacus ⁊ puteus

to eſt locus fetidus ⁊ immundus. ⁊ propterea dicitur lacus ⁊ puteus pſal. xlix. Eduxit me de lacu miſerie ⁊ de luto fecis: ideſt de inferno in quem quis ſe proijcit merito cum peccat mortaliter. ſed inde exire non valet niſi educatur a deo per gratiam ſuam. Dicitur ⁊ puteus Apocalyp. ix. De puteo abyſſi obſcuratus eſt aer. Et poteſt dici puteus a puteo ideſt a fetore. Eſt enim quaſi latrina mundi ⁊ quaſi ſentina: vbi omnes ſordes confluunt. Unde dicit Baſilius ꝙ dominus in fine mundi purgabit omnia elementa ⁊ omnem immundiciam eorum ⁊ virtutem leſiuam proijciet in infernum. Ut cloacam ad penam damnatorum. Qualitates eorum delectabiles in eis remanebunt ad gloriam beatorum ⁊ eorum decorem. ſicut ignis habet comburendo viua affligere: habet ⁊ illuminare. Uirtutem ergo afflictiuam proijciet in infernum: illuminatiuam ſibi dimittendo. In huiuſmodi locis manēt frequenter ſerpentes: dracones: ⁊ vermes Deute. xxxij. Dentes beſtiarum immittam in eos cum furore trahentium ſuper terram atq; ſerpentium ⁊ Eſa. xiiij. Subter te ſternetur tinea ⁊ operimentū tuum erit vermes. Dicitur de nabuchodonoſor ⁊ diabolo beatus Auguſtinus in lib. de ciui. dei. magis intelligit de verme ſpirituali ſcilicet remorſu conſcientie qui ſemper mordet eos: ⁊ ideo non moritur de peccatis commiſſis propter que deuenerunt ad tantam miſeriam damnationis eterne. ℂ Legitur in vitaſfratrum ꝙ cum bononie eſſet quidam ſcholaris nobilis qui illuc ad ſtudendū de alijs partibus aduenerat multis pompis: vanitatibus ⁊ laſciuijs erat deditus. Hunc viſitans ſupprior conuentus bonoñ. ordinis predicatorum: quia ipſe compatriota eius fuerat: cepit eū alloqui. Sed prefatus ſcholaris timens ne compunctiua aliqua diceret ſibi: que eum haberēt retrahere a voluptatibus mundi fecit pactum cum eo ne de rebus ſpiritualibus aliquid ſibi loqueretur: ſi vellet diutius confabulari cū eo quod ille promiſit ſe facturum. ita tamen ꝙ in fine eorum colloquij tantū duo verba ſcripture ſibi proponeret. Poſtquam ergo de multis ⁊ varijs rebus de parentibus eorum ⁊ amicis ac notis habuerunt ſermonem: demum ab eo volens recedere dixit illa duo verba ſcripture volo vobis dicere vt conuenimus. At ille. Dicas cito ⁊ breuiter. Et ſupprior. Scriptū eſt in Eſaia. xiiij. c. de vnoquoq; qui ſe tradit delitijs ⁊ vanitatibus mundi ꝙ in alia vita hoc ei eueniet. Subter te ſternetur tinea ⁊ operimentum tuum erunt vermes. Et inde receſſit. Ita autem inheſit firmiter hoc verbum menti eiꝰ vt nullo pacto poſſet a corde eius illud excidere. Sed eius recolendo inde conſiderabat quomodo poſſet ſuſtinere talem lectum vermium ⁊ tinearum ſemper qui nec morſum pulicis patienter ferret. Cunq; ſocios vanos ipſe quereret ⁊ ſolacijs ſe applicaret: vt illius verbi obliuiſceretur ⁊ conſiderationis talis cruciatus vermium ⁊ tinearum. nec aliqua modo a mente ſua valeret reijcere die noctuq;. Demum verbis illis compunctus ſeculum deſerens religionem ingreſſus deo ſe ibi deuouit. ℂ Quinto locus ille eſt tumultuoſus. Unde tartarus dicitur a ſtrepitu ⁊ contentione rixoſa Eſa. iij. Tumultuabitur puer contra ſenem: ⁊ ignobilis contra nobilem. filius obiurgabit patrem: ⁊ pater filium. Unde legitur in lib. de. vij. donis. ꝙ cum quidam vſurarius infirmabatur ad mortem: nec ſacerdos vellet ei ſacra ꝯferre niſi reſtitueret vel cautionem faceret. Ille autē nollet. Hortabantur ad hoc eum filij ne ad infernum deſcenderet moriens. Et ille. Uos neſcitis quid petatis. Oporteret vos ire ad hoſpitale ſi vellem cuncta reſtituere male ablata. melius eſt committere ſe miſericordie dei q̄ʒ miſericordie hominum. Mortuus igitur ille ſepultus eſt in infernum. Ex filijs autem eius duobus dixit vnus ad alterum. Pater noſter damnatus eſt. non velimus imitari eum retinendo vſuras ab eo extortas: ſed reddamus creditoribus vt ſaluari poſſimus. At ille. Ego parte que me ꝯtingit volo gaudere. ego nō feci vſurā. Ex quo ipſe qui extorſit nō reſtituit ipſe luet penā. Alter portionē ſuā reſtituit: ⁊ ſeculū deſerēs: dei obſequio ſe totū tradidit. Dū aūt q in ſeculo remāſerat mūdanis ſe īmergeret infirmatus ad mortē: nec penitēs: ad tartaꝝ ſecutus eſt p̄rem. Qđ frater audiēs rogauit deū vt ſibi aliquo mō oñderet ſtatū eoꝝ in alio ſeculo. Una igiť dieꝝ cū oraret: vidit terrā apertā: ⁊ in infimo p̄rem in flāmis inferni ſepultū ⁊ filiū eius fratrē ſuū ſup̄ eū iacentē. maledicebatq; pater filiū dicēs. Maledicta ſit hora i q̄ te genui: ⁊ tu ſis maledictus: q: pp̄ te ego feci vſuras nec volui reſtituere ne dimitterē te pauperem. ⁊ propter hoc crucior i hac flāma. Et filius econtra: immo maledictus ſis tu pater et maledicta ſit dies in qua me genuiſti. tu me exemplo tuo docuiſti fenerari. ⁊ vſuras extortas noluiſti reddere: ſed mihi reliquiſti. propter quod in perpetuum crucior. Quod cernēs ille gratias deo egit qui eum liberauit de tanto malo. ℂ Sexto eſt locus damnatorum locus obliuioſus ⁊ occultus. vnde a gentilibꝰ lethes dicitur. ⁊ interpretatur obliuio. quia ſcilicet lethes ſui. i. eius qui eſt damnatus tradunt eum obli

Dr̄ etiā tartarꝰ

Dicit lethes

uioni. Et deus etiam videtur eorum obliuiſci inquantum .ſ. nō liberat eos ab illis penis. ps. ¶ Nec memor ero nominum eorūꝫ per labia mea. poteſt dicere deus de eis. Amici ⁊ propinqui carnales cito tradunt obliuioni. quod pꝫ: quia modica ſuffragia faciunt pro eis. quinimmo nec illa que illi legarunt. Et ſi neſciant illis non poſſe prodeſſe cum nō nouerint ſi ſunt in purgatorio vel in inferno. Unde accidit eis ſicut de pincerna pharaonis: qui in proſperitate conſtitutus oblitus eſt iterpretis ſui ioſeph qui in carcere erat. qui ei beneficium faciēs interpretatus ex ſomnio ſuo ſui liberationem. et ſi ei ſe recomēdaret: oblitus eſt cito eius. Omnium quoqꝫ ⁊ ipſe dantnatus obliuiſcitur. ex quibus poſſet in aliquo conſolari. Nam ſi memorie occurrunt gaudia vana ⁊ delectationes quas habuit in mūdo. hoc eſt eis ad cruciatū: quia per illa cognoſcunt ſe deo priuatos ⁊ omni bono. ¶ Septimo eſt locus piculoſus. Unde dicitur baratrūꝫ in hymno. Conſurgit xp̄s tumulo victor redit de baratro. Et dicitur baratrum. quaſi latitudo arta: quia eſt latus locus ad ingrediendūꝫ: ſed artus ad exeundū adeo ꝙ nullus poteſt exire Mat. v. Non exies inde quouſqꝫ reddas nouiſſimum quadrantem. ⁊ Mat. xviij. Tradidit eū tortoribꝰ quouſqꝫ redderet vniuerſum debitum. Et quia ibi non eſt locus ſatiſfactionis. vnde non habet quod reddat nunq̄ꝫ egreditur de loco: ſed ibi ſemper penas luet. ¶ Dicitur ⁊ herebus a gētilibus: quia ſemp adheret illi tali pena. Unde ⁊ ſi diabolus vel anima damnat ad horaꝫ de illo loco exeat vt appareat alicui deo diſponente. ſecum tamen portat infernūꝫ: ⁊ ſemper ei illa pena inheret. Quod autem dixerunt demōes xp̄o clamando. Uiniſti ante tēpus torquē nos. Mat. viij. Non ſic eſt intelligendum tanq̄ꝫ prius nō cruciarentur. Sed quia aliquod accidētale ſupplicium. tunc additum eſt eis propter preſumptionem eorum. ¶ Dicitur ⁊ acheronta a gentilibus .i. luctuoſus. vel acherōta ab a quod eſt ſine ⁊ cheronta quod eſt ſalus: quia ſine ſalute ſunt lachryme ille. Matth. xiij. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Eſa. v. Dilatauit infernus animam ſuam: ⁊ aperuit os ſuūꝫ abſqꝫ vllo termino ps. lxviij. Neqꝫ vrgeat ſuper me puteus os ſuūꝫ. Puteus eſt profunditas humane iniquitatis: in quem ſi cecideris non claudet ſuper te os ſuūꝫ ſi clauſeris os tuum. Confitere ergo. ⁊ dic. De profundis clamaui ad te domine. Claudit os ſuum ei qui confitetur. iuxta illud. Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates: ⁊ quorum tecta ſunt peccata. Quidam ſenex migrās cūꝫ crederetur mortuus ad ſe reuerſus fleuit incō

D. etiā baratrū

D. ⁊ herebus.

Dicit a cheronta.

ſolabiliter dicens frequenter. Ueh mihi quia non fleui. Ueh mihi q: nō fleui. Ueh mihi qa non fleui. Fletus autem illic erit infructuoſus qui hic eſt vtilis ⁊ precioſus beatus Aug. Fruſtra ibi flebunt peccatores qui malorum ſuorū veniam non conſequentur.

¶ De punitione .§. iiij.

reproborūꝫ in corporibus poſt vltimam reſurrectionem. ꝙ cruciabuntur in igne inferni cōtinue. nec tamen conſumentur vel deficiēt. Matthei. xxv. Dicet iudex vniuerſorum dominus Jeſus reprobis: qui a ſiniſtris erunt iudicādi reſuſcitatis in corporibus ſuis. Diſcedite a me maledicti in ignem eternum. ⁊ Eccleſiaſti. vij. Uindicta. ideſt punitio carnis impij ignis et vermis. Hic ignis ait beatus Auguſtinus excellit omnem penam quam aliquis vnquaꝫ eſt expertus in vita iſta. Dicitur cōmuniter a ſapientibus ignem noſtrum quo vtimur eſſe quaſi ignis pictus reſpectu illius ignis infernalis: q: ita eſt afflictiuus ꝙ reſpectu eius ignis noſter nullam afflictionē videtur ingerere humano corpori poſito ſuper eum. Sed ſi aliqs nūc cum caſu tangitur ab igne iſto ſentit dolorem intenſum. quid faciet miſer damnatus ibi ſemper manſurus. Eſa. xxxiij. Quis de vobis habitare poterit cum ardoribus ſempiternis: qs habitabit cum igne deuorante. Et quia infidelibus videtur corpus humanum in igne manere ⁊ non conſumi impoſſibile. voluit deus oſtendere per exemplum trium puerorum. ananie: azarie: ⁊ miſahelis. qui miſſi ſūt a Nabuchodonoſor in fornacem ardentem. nec tamen cōſumpti ab igne. Danielis. iij. capitulo. In multis quoqꝫ rebus naturalibus oſtendit deus multa fieri preter ſolitum curſum nature in alijs rebus. Sicut enim dedit naturā ⁊ proprietatem certam rebus. prout voluit. ita ⁊ poteſt immutare ⁊ dare. aliam cum vult. Un̄ hoc per multa exempla oſtēdit beatus Auguſtinus in. xxj. de ciuitate dei. c. ij. ⁊ ſequenti. Conuincantur icreduli poſſe humana corpora animata atqꝫ viuentia nōnunquam morte diſſolui: ſed in eternorum quorum ignium durare tormentis. cum ſint animalia profecto corruptibilia quia mortalia. que tamen medijs ignibus viuant. Nōnullum etiam genus vermium in aquarum calidarum ſcaturigine reperiri. quarum feruorem nemo impune contrectet. Illos autem non ſolum ſine ſui leſione vlla ibi eſſe: ſed extra eſſe non poſſe. ꝙ ſi eadem incredulitate contendant: quia hec animalia nec ſemper viuunt. ⁊ in illis feruoribus viuunt. Si mirabile eſt in ignibus doleret tamen viuere: mirabilibus eſt

Corpꝰ hūanū in igne maneſ ⁊ nō cōburi nō eſt impoſſibile.

bilius eſt viuere in ignibus ⁊ non dolere. Si
hoc creditur: cur non illud? Sed nullum in/
quiunt: ſcilicet increduli coꝛpus eſt quod do/
lere poſſit: nec poſſit moꝛi. Quibus dicitur. Et
ſi nulla caro nunc eſt que ſenſum doloꝛis per/
peti poſſit moꝛiqꝫ non poſſit. erit tunc tamen
talis ſcilicꝫ in vltima reſurrectione. qualis nūc
non eſt. ſicut talis erit moꝛs qualis nunc non
eſt. Attendunt iſti contradictoꝛes nunc nullaꝫ
eſſe carnem que doloꝛem pati poſſit moꝛtem/
qꝫ non poſſit: ⁊ non attendunt eſſe tamen ali/
quid tale quod coꝛpoꝛe maius eſt. Ipſe quip/
pe animus cuius pꝛeſentia coꝛpus viuit ⁊ re/
gitur. ⁊ doloꝛem pati poſſit ⁊ moꝛi non poſſit.
Ecce inuenta eſt res que cum ſenſum doloꝛis
habeat: immoꝛtalis eſt. Hoc igitur tunc erit in
coꝛpoꝛibus damnatoꝛum: quod nunc eſſe ſci/
mus in animis omnium. Si diligenter conſi/
deremus. doloꝛ coꝛpoꝛis magis ad animum
pertinet. Dolet itaqꝫ anima cum coꝛpoꝛe in eo
loco eius vbi aliquid contingit vt doleat. Do/
let ⁊ ſola quamuis ſit in coꝛpoꝛe cum aliqua
cauſa etiaꝫ inuiſibili. triſtis eſt ipſa coꝛpoꝛe in/
columi. Dolet etiam non in coꝛpoꝛe conſtitu/
ta. Nam vtiqꝫ dolebat diues apud inferos cū
diceret. Crucioꝛ in hac flamma. Coꝛpus autē
examine nec dolet nec animatum ſine anima
dolet. Si ergo a doloꝛe argumentum recte aſ/
ſumeretur ad moꝛtem. vt ideo moꝛs poſſit ac/
cidere: quia potuit accidere ⁊ doloꝛ: magis ad
animam pertineret moꝛi ad quam magis per/
tinet ⁊ dolere. Cum vero illa que magis dole/
re poteſt non poſſit moꝛi quid momenti affert
cur illa coꝛpoꝛa: quoniam futura ſunt in dolo/
ribus. ideo etiam moꝛitura eſſe credamus. Et
ſi Platonici quidam dixerunt. Unde ⁊ Uirgi/
lius ex moꝛibūdis terreni coꝛpoꝛis membꝛis
animas habere: vt metuant: doleant: ⁊ huiuſ/
modi. Cur incredibile eſt ita ignes illis coꝛpo
ribus doloꝛem poſſe inferre non moꝛtem. ſi/
cut ipſa coꝛpoꝛa dolere animas faciunt: quas
tamen ideo moꝛi non cogunt. ℭ Idem capi/
tulo quarto. Sicut qui naturas animaliuꝫ cu/
rioſius indagarunt ſalamandram referunt in
ignibus viuere. Et quidam notiſſimi Sicilie
montes qui tanta tempoꝛis diuturnitate ⁊ ve/
tuſtate vſqꝫ nunc: ac deinceps flammis eſtu/
ant atqꝫ integri perſeuerant ſatis idonei te/
ſtes ſunt. nō omne quod ardet abſumi. Et ani/
ma indicat non omne quod dolere poteſt. poſ/
ſe etiam moꝛi. Quid adhuc a nobis rerum po
ſtulantur exempla quibus doceamus non eſſe
incredibile vt hominum coꝛpoꝛa ſempiterno
ſupplicio punitoꝛum: ⁊ in igne animam non
amittant: ⁊ ſine detrimento ardeant: ⁊ ſine in/
teritu doleant. Habebit enim tunc carnis ſub/
ſtantia iſtam qualitatem ab illo inditam: qui
tam miras ⁊ varias tot rebus indidit quas vi
demus pꝛopꝛietates vt eas: quia multe ſunt
non miremur. Quis enim niſi creatoꝛ omni/
um dedit pauonis carni moꝛtui ne putreſce/
ret. Quod dicit beatus Auguſtinus: ſe exper/
tum vt per annum illum reſeruaſſet coctam:
nec putreſceret: ſed ſolum coꝛpulentie ſiccio/
ris fuiſſe. Quis palee dedit vel tam frigidam
vim: vt obꝛutas niues ſeruet: vel tam ferui/
dam vt poma immatura maturet. De ipſo igne
mira quis explicet. quo queqꝫ aduſta nigreſcūt
cū ipſe ſit lucidus ⁊ pene oīa ambit ⁊ lābit colo
re pulcherrimus decoloꝛat: atqꝫ ex pꝛuna ful/
gida: carbonem teterrimum reddit. Neqꝫ id
quaſi regulariter diffinitum eſt. Nam econtra
rio lapides igne candenti percocti. ⁊ ipſi fiunt
candidi. Et ꝗuis magis ille rubeat illi albedo
coloꝛe niteſcant. Congruit tamen luci quod al
bum eſt. ſicut nigrum tenebꝛis. Cuꝫ itaqꝫ ignis
in lignis ardeat. vt lapides coquat. contrarios
habet non in rebus contrarijs effectus. Et ſicut
⁊ ligna ⁊ lapides diuerſa quidem ſunt ſed nō
ſunt contraria ſicut album ⁊ nigrum. quoꝛum
in lapidibus vnum facit alterum in lignis. cla
rus illos clarificans. hec offuſcans cum in illis
deficeret niſi in iſtis viueret. Quid in carboni/
bus. nōne miranda res eſt ⁊ tāta infirmitas vt
ictu leuiſſimo frangantur. pꝛeſſu facillimo con
terantur: ⁊ tanta firmitas vt nullo humoꝛe coꝛ/
rumpantur. nulla etate vincantur vſqꝫ adeo vt
eos ſubſternere ſoleant. qui limites figunt ad
conuincendum litigatoꝛem. Qui eos in terra
humida infoſſos. vbi ligna putreſcerent tam
diu durare incoꝛruptibiliter poſſe niſi rerū ille
coꝛruptoꝛ ignis effecit. ℭ Intueamur etiā mi/
raculum calcis excepto eo de quo iam ſatis di/
xi ꝙ igne candidatur: quo alia terra reddūtur.
Etiam occultiſſime ab igne ignē concipit. Cū/
qꝫ iam gleba tangentibus frigida tam latēter
ſeruat. vt nullo noſtro ſenſui pꝛoꝛſus appareat
Sed compertus experimento etiam dum non
apparet ſciatur ineſſe ſopitus pꝛopter quod eā
calcem viuam loquimur. velut ipſe ignis latēs
anima ſit inuiſibilis viſibilis coꝛpoꝛis. Iā ve/
ro ꝗꝫ mirum eſt. ꝙ cum extinguitur: tunc accē/
ditur. Ut enim occulto igne careat. aque infun
duntur aqua ve perfunditur. Et cuꝫ ante ſit fri/
gida: inde ferueſcit. vnde feruentia cuncta fri/
geſcunt. Uelut expirante ergo illa gleba diſce/
dens ignis qui latebat apparet. Ac deinde tan
quam moꝛte ſic frigida eſt. vt adiecta vnda nō
ſit arſura. ⁊ quam calcem vocabamus viuam:
vocemus extinctam. Quid eſt quod huic mira
culo addi poſſe videatur. ⁊ tamen addit. Nam
ſi non adhibeas aquam ſed oleum. quod ma/

gis fomes eſt ignis: nulla eius perfuſione vel
infuſione feruescit. hoc miraculuꝫ ſi de aliquo
inclyto lapide legeremus ſiue audiremus:ꝛ in
noſtrum experimentum venire non poſſet pro
fecto aut mendacium putaremus: aut certe grā
diter miraremur. Quarum vero rerū ante ocu
los noſtros quotidiana documenta verſantur
non genere minus mirabili. ſed ipſa aſſiduita/
te vileſcunt. ita vt ex ipſa india que remota eſt
pars orbis a nobis deſierimus nōnulla mirari
que ad nos potuerūt mirāda perduci. ¶ Ada
mantem lapidem multi apud nos habēt. ꝛ ma
xime aurifices inſignitoreſqꝫ gēmarum qui la
pis nec ferro nec igne nec alia vi vlla perhibet
preterq̄ hyrcino ſanguine vinci. Sed qui euꝫ
habent atqꝫ nouerunt. nunquid ita mirantur.
vt hi quibus potentia primum eius oſtendit.
quibus autem non oſtenditur: fortaſſe nec cre/
dunt. aut ſi creduli inexperta mirantur. Et ſi cō
tigerit experiri. adhuc quidem mirantur inſo/
lita. Sed aſſiduitas experiendi paulatim ſub//
trahit admirationis incitamentum. Magne//
tem lapidem nouimus mirabilem ferri eſſe ra/
ptorem. Quod cum primū vidi vehemēter in
horrui. quippe cernebam a lapide ferreuꝫ anu
lum raptum atqꝫ ſuſpenſum. Deinde tanq̄ fer
ro quod rapuerat vim dediſſet ſuam cōmunē/
qꝫ feciſſet id eſt anulus alteri amotus eſt eundē
qꝫ ſuſpendit atqꝫ vt ille priori lapidi. ſic alter a/
nulus priori anulo coherebat. Acceſſit eodem
modo tertius. acceſſit ꝛ quartꝰ. iamqꝫ ſibi per
mutua circulis nexis non implicatorum intri/
ſecus ſed extrinſecus adherentiuꝫ quaſi cathe/
na pependerat anulorum. Quis iſtam vim la/
pis non ſtuperet. que non ſolum illi inhereat.
verumetiam per tot ſuſpenſa tranſibat: ꝛ inuiſi
bilibus vinculis ea ſubligat. Et ſi argentum in
ter lapidem illum poſuerit. ꝛ ferrum mouet im
moto argento. Quando autem iuxta magnetē
ponitur adamas ferrum non rapit ꝛ ſi eum ra/
puerit: vt ei appropinquauerit: mox remittit.
India mittit hos lapides. ¶ Uerumtamen in
fideles homines qui cum diuina vel preterita
vel futura miracula predicamus. que illis expe
rienda non valemus oſtendere. rationem a no
bis earum flagitant rerum quam quoniam nō
poſſumus reddere. Excedunt enim vires men
tis humane. eſtimant falſa eſſe quod dicimus.
Ipſi de tot mirabilibus rebus quas vel videre
poſſumus. vel videmus. dicunt reddere rōnē.
Quod ſi ab homine fieri non poſſe prouiderit
fatendum eſt eis. non ideo aliquid non fuiſſe.
vel non futurum eſſe. qꝛ ratio inde reddi non
poteſt. quandoquideꝫ ſunt iſta de quibus ſimi
liter non poteſt. Non itaqꝫ pergo per plurima
que mandata ſunt litteris non geſta atqꝫ tranſ
acta. ſed in locis quibuſqꝫ manentia. quo ſi q̄s
q̄s ire voluerit ꝛ potuerit. vtruꝫ vera ſint explo
rabit. Sed pauca cōmemoro. Agrigentinum ſi
cilie ſalem perhibent. cum fuerit admotꝰ igni
velut in aqua flueſcere. cum vero ipſi aque ve/
lut in igne crepitare. Apud garamātas quen//
dam fontem tam frigidum diebus vt nō biba/
tur: tam feruidum nocte vt non tāgatur. ¶ In
epiro alium fontem in quo faces vt in ceteris
extinguūtur accenſe: ſed non vt in ceteris accē
duntur extincte. Aſbeſton archadie lapidē pro
pterea ſic vocari ꝙ ſemel accenſus iam nō poſ/
ſit extingui. Poma in terra ſodomorum gignū
quidem ꝛ ad maturitatis faciem peruenire: ſꝫ
morſu preſſuve tentata in fumū ac fauillam co
rio fatiſcente vaneſcere. Pyritem lapidem per
ſicum tenentis manum ſi vehementius prema
tur adurere. propter quod ab igne nomen acce
pit. In capadocia ethere vento eques concipe/
re eoſdēqꝫ fetus non amplius triennio viuere.
Tylon indie inſulam eo preferri ceteris terris.
ꝙ omnis arbor que in ea gignitur nunq̄ nu/
datur tegmine foliorum. De his atqꝫ alijs inu
merabilibus que hiſtoria nō factoruꝫ atqꝫ trāſ/
actorum: ſed manentium locorum continet:
reddant rationem ſi poſſunt infideles iſti: q no
lunt diuinis litteris credere. quid aliud q̄s non
diuinas putantes. eo ꝙ res habent incredibi//
les: ſicut hoc eſt vnde nunc agimus. Non eniꝫ
inquiunt admittit vlla ratio: vt caro ardeat. et
non abſumatur doleat neqꝫ moriatur. Ratioci
natores videlicet magni: qui de omnibus re//
bus quas mirabiles eſſe conſtat: poſſint redde
re rationem. rationem reddant de his que pau
ca poſuimus: que proculdubio ſi ea eſſe neſci/
unt. ꝛ ea eſſe futura diceremus. multo minus
crederent q̄s quod nunc dicentibus nobis no/
lunt credere aliquando eſſe venturꝫ. Quis eniꝫ
eorum nobis crederet: ſi quemadmodum dicī
mus futura hoſum viua corpa: que ſemꝑ arſu
ra atqꝫ dolitura: nec tamen aliquando moritu/
ra ſint. ita diceremus in futuro ſeculo: futuruꝫ
ſalem quem faceret ignis velut in aqua flueſce
re eundēqꝫ faceret aqua velut in igne crepita//
re. ꝛ alia de quibus ſupra dictum eſt. ¶ Hec in
illo ſeculo quod futurum eſt ſi diceremus futu
ra: nobiſqꝫ increduli reſponderent. Si vultis
vt ea credamus: reddite de ſingulis rationem.
Nos non poſſe confitemur. eo ꝙ in iſtis ꝛ ſimi
libus dei miris operibus infirma mortaliū ra/
tiocinatio vinceretur. Fixam tamen apud nos
eſſe rationem non ſine ratione oīpotentem fa//
cere. vnde animus humanus infirmus rōnem
non poteſt reddere. ꝛ in multis quidem rebus
incertum nobis eſſe quid velit. illud tamen eē
certiſſimū nihil eorum ei eſſe impoſſibile que

cunctꝫ voluerit.eiſqꝫ nos credere predicëti. quē
neqꝫ impotente neqꝫ mentientez poſſimus cre
dere. Hi tamen fidei reprehēſores exactoreſqꝫ
rationis.quid ad iſta reſpondent de quibus ra
tio ab homine reddi non poteſt ⁊ tamen ſunt:
⁊ ipſi rationi nature videntur eſſe contraria: q̄
ſi futura eſſe diceremus ſimiliter a nobis ſicut
eorum que futura eſſe dicimus:ab īfidelibus
ratio poſceretur.ac per hoc cum in talibus ope
ribus dei deficiat ratio cordis ⁊ ſermonis hu//
mani ſicut iſta. non ideo non ſunt. non ideo
etiam illa non erunt.quoniam ratio de vtriſ/
que ab homine non poteſt reddi. ¶ Refert
in capitulo ſexto idem Auguſtinus ꝙ in lit//
teris gentilium reperitur. ſcilicet eſſe quod//
dam phanum veneris atqꝫ ibi candelabrum
⁊ in eo lucernam ſub diuo ſic ardentem: vt
eam nulla tempeſtas nullus ymber extinguat
vnde lucerna inextiguibilis nominata eſt. Cir
ca huiuſmodi dicit ꝙ nō habemus neceſſe cre
dere omnia que hiſtoria continet gentiliuꝫ. cū
⁊ ipſi inter ſe hiſtorici ſicut ait Uarro. quaſi da
ta opera ⁊ quaſi ex induſtria per multa diſſen//
tiant. Sed ea ſi volumus credimus que nō ad
uerſantur libris quibus non dubitamus opor
tere nos credere. De iſto ergo phano veneris ⁊
lucerna inextinguibili non ſolum in nullas co/
artamur anguſtias. verumetiaꝫ latitudinis no
bis campus aperitur ſcꝫ ad reſpondendū. Ad/
dimus enim ad iſtam lucernam inextinguibi/
lem ⁊ humanorum ⁊ magicarum idest per ho
mines demoniacarum artium:⁊ ipſorum per
ſeipſos demonum multa miracula que ſi nega
re voluerimus:eidem ipſi cui credimus ſacra/
ruꝫ litterarū aduerſabimur veritati. Aut ergo
in illa lucerna mechanicum aliquid de lapide
aſbeſto ars humana molita eſt:aut arte magica
factum eſt.ꝙ homines illo mirarentur in tem
plo. Aut demon quiſpiaꝫ ſub nomine veneris
tāta ſe efficacia preſentauit:vt hoc ibi prodigi/
um ⁊ appareret hominibus ⁊ diutius perma//
neret. Illiciuntur autem demones ad inhabitā
dum per creaturas.quas non ipſi ſed deus cō/
didit. Ut autem alliciantur ab hominibus. pri
us eos ipſi aſtutiſſima calliditate ſeducunt vel
inſpirando eorum cordibus virus occultum.
vel etiam fallacibus amicicijs apparendo. eo//
rumqꝫ paucos diſcipulos ſuos faciunt pluri//
morumqꝫ doctores. ¶ Neqꝫ enim potuit niſi
prius ipſis docentibus diſcipulis.quid quiſqꝫ
illorum appetat.quid exhorreat.quo inuitetur
nomine quo cogatur. vnde magice artes eorū/
qꝫ artifices extiterunt. Maxime autem poſſi//
dent corda mortalium:qua potiſſimum poſſeſ
ſione gloriantur cum ſe tranſfigurant in ange
los lucis. Sunt ergo eorum facta plurima.que
quanto magis mirabilia confitentur:tāto cau/
tius vitare debemus. Sed ad hoc vnde nunc
agimus:nobis etiam ipſa proficiunt. Si enim
hoc immundi demones poſſunt:quanto potē
tiores ſunt angeli ſancti. Quanto potētior his
omnibus deus qui tantorum miraculorum
effectores etiam ipſos angelos fecit. De ma//
gis Pharaonis ſeu maleficiis ſcriptura diuina
fatetur. De quadaꝫ femina que tali arte polle/
bat nobilis poeta dicit. Hec ſe carminibus ꝑ/
mittit ſoluere mentes. Quas velit eſt alijs du
ras immittere curas. Siſtere aquam fluuijs:et
vertere ſydera retro. Nocturnoſqꝫ ciet:manes
mugire videbis. Sub pedibus terram:⁊ de//
ſcedere montibus ornos. Quanto magis de/
us potens eſt facere que infidelibus ſunt incre
dibilia:ſed illius facilia poteſtati. quando qui/
dem ipſe lapidum aliarumqꝫ vim rerum ⁊ ho
minum ingenia:quia ea miris vtuntur modis
angelicaſqꝫ naturas omnibus terrenis poten/
tiores animantibus condidit vniuerſa mirabi
lia:mirabili vincente virtute.⁊ operandi: iu//
bendi:ſumendiqꝫ ſapientia vtens omnibus tā
mirabiliter ꝙ̄ creauit. Cur igitur facere non
poſſit deus: vt reſurgant corpora mortuorum
⁊ igne eterno crucientur corpora damnatoruꝫ.
qui fecit mundum in celo: in terra in aere: in
aquis innumerabilibus miraculis plenum:
cum ſit omnibus quibus plenus eſt.ꝓculdu
bio maius ⁊ excellentius etiam mundus ipſe
miraculum. ¶ In capitulo ſeptimo ideꝫ. Sed
iſtis cum quibus vel contra quos nūc agimus
qui ⁊ deum eſſe credunt a quo factus eſt mun//
dus. quando eis rerum vim mirabilem propo
nimus aliarum:que nec animalia ſunt ratio//
nalia. nec vlla ratione prediti ſpiritus. ſicut
ſunt ea quorum pauca commemorauimus: rī
dere aſſolent. Uis eſt iſta nature natura eorꝫ ſic
ſe habet propriarum ſunt iſte efficacie natura/
rum. Tota itaqꝫ ratio eſt. Cur agrigentinuꝫ ſa/
lem flāma fluere faciat aqua crepitare:quia hec
eſt natura eius. ⁊ hoc eſſe potius contra naturā
videtur que non igni ſed aque dedit ſalem ſol/
uere. torrere autem igni non aque. Sed iſta i/
quiunt. ſalis huius naturalis eſt vis vt his cō/
traria patiatur. Hic igitur ratio additur ⁊ de
fonte illo garamantico ⁊ de alijs de quibus di
ctum eſt ſupra. Quibus licet vis inſolita con//
tra naturam ineſſe videatur. alia tamen de il//
lis non redditur ratio: niſi vt dicatur hanc eo
rum eſſe naturam. Breuis ſane iſta eſt ratio
fateor ſufficienſqꝫ reſponſio. Sed cum deus ſit
auctor naturarum omnium. cur volunt fortio/
rem nos reddere rationem:quādo aliquid ve/
lut impoſſibile nolunt credere. eiſqꝫ redditio//
nem rationis poſcentibus. rīdemus hanc eſſe

voluntatem omnipotentis dei. Qui certe non
ob aliud vocatur omnipotens: niſi quoniam
quicquid vult poteſt. Qui potuit creare tā mul
ta que niſi oſtenderētur profecto impoſſibilia
putarentur. non ſolum que ignotiſſima apud
nos verum etiaꝫ que notiſſima poſui. Nec enī
volo temere credi cuncta que poſui. quia nec a
meipſo ita creduntur: tanq̄ꝫ nulla de illis ſit in
mea cogitatione dubitatio: exceptis illis que
vel ipſe ſum expertus: ⁊ cuius facile eſt experi/
ri: ſicut de calce que feruet ī aqua in oleo frigi/
da eſt. De magnete lapide trahente ferruꝫ. De
carne pauonis non putreſcente. De palea ſic fri
gēte: vt nō ſinat ſluē niuē. Sicqꝫ calente vt ma
tureſcere poma compellat. De igne fulgido
cādeſcēte lapides. ſ. calcis: ⁊ offuſcāte que vrit.
De carbonib⁹ ⁊ oleo ⁊ argēto. de ꝗb⁹. ē. Cetera
aūt ſic habeo: vt neqꝫ neganda neqꝫ affirman/
da decreuerim. Que autem melior ⁊ validior
ratio de rebus talibus redditur: q̄ꝫ cum omni/
potens deus ea facere poſſe perhibetur: ⁊ factu
rus dicitur que prenūciaſſe ibi legitur vbi alia
multa prenunciauit: que feciſſe monſtratur. Ip
ſe quippe faciet: quia ſe facturum eſſe predixit
que impoſſibilia putātur: q promiſit ⁊ fecit vt
ab incredulis gentibus incredibilia redderen
tur. Si autem reſpondent ſe propterea non
credere ꝙ humānis ſemꝑ arſuris nec vnq̄ꝫ mo
rituris corporibus dicimus: quia humanoruꝫ
corporum naturam nouimus longe aliter in//
ſtitutam. Unde nec illa ratio hinc reddi poteſt
que de illis naturis mirabilibus reddebatur:
vt dici poſſit. Uis iſta naturalis eſt rei huius.
Iſta natura eſt quam ſcimus humane carnis
iſtam non eſſe naturam. Habemus quidem qꝺ
reſpondeamus de ſacris litteris. Hanc ipſam.
ſ. humanam carnem aliter inſtitutam fuiſſe an
te peccatum. i. vt poſſet nunq̄ꝫ morteꝫ perpeti.
Aliter autem poſt peccatum qualis eſt erumna
huius mortalitatis innotuit vt perpetem vitaꝫ
tenere non poſſit. Sic ergo aliter q̄ꝫ nobis no//
ta eſt inſtituetur in reſurrectione mortuorum.
Sed quoniam iſtis non credūt litteris. ſ. ſacris
vbi legitur qualis in paradiſo vixerit homo:
de litteris eorum qui doctiſſimi apud eos fue/
runt aliquid proferenduꝫ eſt quo appareat poſ
ſe fieri vt aliter ſe habeant queqꝫ res q̄ꝫ prius
in rebus innotuerat ſue determinatione natu/
re. Eſt in Marci Uarronis libris: quorum in
ſcriptio eſt de gēte populi romani quod eiſdē
verbis ibi legitur: ⁊ hic ponaꝫ. In celo inquit:
mirabile extitit portentum. Naꝫ ſtella veneris
nobiliſſima quam Plautus veſperugineꝫ. Ho
merus heſperon appellat pulcherrimā dicēs.
Caſtor ſcribit tantum portentuꝫ extitiſſe vt mu
taret colorem: magnitudineꝫ: figuram: curſū:

quod factū neqꝫ antea nec poſtea fuit. Sic hoc
factum ogygio rege dicebant adraſtus: cyzice/
nos: ⁊ dyon neapolites mathematici nobiles.
Hoc certe Uarro tantus auctor portentum nō
appellaret: niſi eſſe contra naturam videretur.
Omnia quippe portenta contra naturam dici
mus eſſe: ſed non ſunt. Quomodo enim eſt cō
tra naturam quod dei fit voluntate: cum volū/
tas tanti vtiqꝫ conditoris cōdite rei cuiuſcūqꝫ
natura ſit. Portentum ergo fit non contra na//
turam: ſed contra quam eſt nota natura. Quis
autem portentoꝝ numerat multitudinem que
hiſtoria gentiū continet? Sed nunc in hoc vno
attendamus: quod ad rem de qua agimus per
tinet. Quid ita diſpoſitum eſt ab auctore celi ⁊
terre quemadmodum curſus ordinatiſſimus
ſyderum. Quid tam ratis legibus fixiſqꝫ fir//
matuꝫ: ⁊ tamen quando ille voluit qui ſummo
regit imperio ac poteſtate quod condidit: ſtel/
la pre ceteris magnitudine ac ſplendore notiſ/
ſima: colorem: magnitudinē: figuram: ⁊ quod
eſt mirabilius ſui curſus ordinem legēqꝫ mu/
tauit ⁊ turbauit. Sed hoc de lucifero ſtella con
tigit: nec antea nec poſtea contigiſſe dicunt.
Nos in diuinis libris legimus etiam ſoleꝫ ip/
ſum cum hoc a domino petiuiſſet vir ſanctus
Ieſus naue donec ceptum prelium victoria ter
minaret. Et retrorſuꝫ rediiſſe vt regi. Ezechie.
xv. anni ad viuendum additi. Hoc etiam pro//
digio dei ſignificarentur adiūcto. Sed quoqꝫ
miracula que meritis ſunt concesſa ſanctorum
quando credunt iſti facta magicis artibus at//
tribuunt. Unde eſt illud quod ſupra cōmemo/
raui Uirgilij. Siſtere aquam fluminis: ⁊ ver/
tere ſydera retro. ſcilicet quandam magam fa/
cere. Nam fluuiuꝫ ſtetiſſe ſuperius: inferiuſqꝫ
fluxiſſe: factum eſt ſub Ieſu naue: ſcilicet in ior
dane. ⁊ ab Helya ⁊ Helyſeo. ⁊ de maximo ſyde
re: ſcilicet ſolis reuerſo ſub Ezechia rege dictū
eſt. Non ergo de noticia naturarum caligineꝫ
ſibi faciant infideles: quaſi nō poſſit in aliqua
re diuinitus fieri aliud q̄ꝫ in ei⁹ natura per hu
manam ſuam experientiam cognouerunt. Q̄ꝫ/
uis ⁊ ipſa que in rerum natura omnibus nota
ſunt: non minus mira ſunt. eſſentqꝫ ſtupenda
conſiderantibus cunctis: ſi ſolerent homines
mirari mira non rara. Quis enim conſulta ra/
tione non videat in hominum innumerabili nu
meroſitate ⁊ tanta in nature ſimilitudine valde
mirabiliter: ſic habere ſingulos ſingulas faci//
es. vt niſi inter ſe ſimiles eſſent non diſcernere
tur ſpecies eorū ab animalibus ceteris. ⁊ rur/
ſus niſi inter ſe diſſimiles eſſent: non diſcerne/
rentur ſinguli ab hominibus ceteris. Quos er
go ſimiles confitemur: diſſimiles inuenimus.
Sed mirabilior eſt conſideratio diſſimilitudi/

nis. Sicut ergo non fuit impoſſibile deo quas voluit inſtituere: ſic ei non eſt impoſſibile in quid voluerit quas inſtituit mutare naturas. Nobis tamen iſta que velut contra naturam fiunt ⁊ contra naturam fieri dicuntur: quo more hominum locutus eſt apoſtolus dicendo contra naturam in oliua inſitum oleaſtrum: factū eſſe participem pinguedinis oliue. Et que mōſtra oſtenta: portenta: prodigia nuncupantur. hoc monſtrare debent: hoc oſtendere vel preoſtendere: hoc predicere quod facturus ſit deus: que de corporibus hominum ſe pronunciauit eſſe facturum nulla impediente difficultate. nulla preſcribēte lege nature. ¶ Quod igitur de ſempiterno ſupplicio damnatorum ſcilicet ignis ſuum per prophetam ſcilicet Eſaiam dominus dixit fiet omnino. Uermis eorum non morietur: ⁊ ignis eorum non extinguetur. Ad hoc enim vehementius commendandum etiam dominus Jeſus cum membra que hominem ſcandalizant pro his hominibus poneret quos vt ſua membra quis diligit: eaqꝫ preciperet amputari. Bonum eſt inquit debilem introire in vitam q̄ duas manus habentem mitti in gehennam: ideſt in ignem inextinguibilem. vbi vermis eorum non moritur: ⁊ ignis eorꝫ non extinguitur. Similiter ⁊ de pede ⁊ idem oculo dixit. Nō enim piguit vno loco eadem verba ter dicere prout ſcilicet refert Marcus euangeliſta. Quem non terreat iſta repetitio ⁊ illius pene comminatio tam vehemens ore diuino. Et in veteribus ſcripturis. Uindicta carnis impij: ignis ⁊ vermis. Eligat quiſqꝫ quod placet: aut ignem corpori vermem animo (hoc proprie: illud tropice) aut vtrunqꝫ proprie corpori. Jam enim ſatis ſuperius diſputaui poſſe animalia in igne viuere: ⁊ in vſtione ſine conſumptione et ⁊ in dolore ſine morte per miraculū omnipotentiſſimi creatoris. Cui hoc poſſibile eē qui negat: a quo ſit quicquid in naturis omnibus miratus ignorat: ipſe eſt enim deus: qui omnia in hoc mūdo magna ⁊ parua miracula que commemorauimus: ⁊ incomparabiliter plura que non cōmemorauimus fecit. eadēqꝫ ipſo mundo vno atqꝫ omnium maximo miraculo incluſit. Et infra in cap. x. Gehenna illa que ſtagnum ignis ⁊ ſulphuris dicta eſt corporeus ignis erit: et cruciabit corpora damnatorꝫ aut ⁊ hominꝫ ⁊ demonum. Solida hominum: aerea demonum. Aut tantum hominum corpora cum ſpiritibus: ideſt animabus eorum. Demones autem ſpiritus ſine corporibus herentes ſumendo penam: non impartiendo vitam corporalibus ignibus. Hec omnia beatus Auguſtinus Quod autem dicit de corporibus demonum ſecundum opinionem aliquorum loquit non aſſertiue. vnde a modernis non tenetur ꝙ demones habent corpora vnita ſibi.

¶ Ultra crucia- .§.v.

tum ignis quo corpora damnatorum poſt iudicium torquebuntur: erunt ipſorum corporum miſerie alie ⁊ pene. Quarū prima eſt omnimoda infirmitas. Erunt corpora illa infirma itus ⁊ extra. Job. xx. Attabit ſcꝫ extra. ⁊ eſtuabit ſcꝫ intra: ⁊ omnis dolor irruet ſuper eum. Unde poteſt de quolibet tranſgreſſore mandatorum dei: ⁊ ideo damnato illud Deut. xxviij. verificari. Percutiet te dominus egeſtate febre ⁊ frigore: ardore ⁊ eſtu: aere corrupto ac rubigine. Et paulopoſt. Percutiet te domin9 vlcere egypti ſcabie ⁊ prurigine. amentia ⁊ cecitate ⁊ furore mentis. Augebit deus plagas tuas magnas ⁊ perſeuerantes: infirmitates peſſimas ⁊ perpetuas: ⁊ conuertet in te omnes afflictiones egypti quas timuiſti: ⁊ adherebunt tibi. ¶ Secunda miſeria illorum corporū eſt deformitas eorum. Sicut enim ignis noſter cum ſit formoſus: omnia que lambit ⁊ tangit etiam lucida et decora deturpat ⁊ denigrat: ita ignis inferni. ⁊ multomagis cum ſit obſcurus denigrat: ⁊ deturpat corpora illa. Threñ. iiij. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum ſcilicet reproborꝫ ⁊ non ſunt agniti in plateis hieruſalem ſcilicet ſuperne: imo ab ea excluſi. Si enim ethyopes ſunt ita nigri propter calorem ſolis intenſum i illa patria: q̄ꝫtomagis corpora damnatorꝫ ab illo igne. Et ſi ignis qui dicitur ſancti Antonij ita deturpat membra humana: q̄ꝫtomagis ille ignis inferni: cum ille ſit vmbra vel ſignū ei9. Unde dicere poteſt quilibet damnat9 illō Job. xxx. Cutis mea denigrata ē: ⁊ oſſa mea aruerūt caumate. ¶ Tertia miſeria eſt fetoris qualitas Job. xxv. Si aſcenderit vſqꝫ ad celos: ⁊ caput eius nubes tetigerit ſcilicet in mundo p̄ dignitates ⁊ dominia: reprobus quaſi ſterquiliniuꝫ in fine perdetur ſcilicet in inferno. Nec miruꝫ ſi fetor nimius ibi erit: vbi ſunt tot trunci putridi qui deſiri fuerant. ⁊ tot cadauera de fecibus inferni: vbi omnes ſordes mundi congregantur tanq̄ꝫ in ſentina ⁊ latrina totius mūdi. Unde Eſa. xiiij. dicitur. Quaſi ſtirps inutilis ſanie pollutus ⁊ obuolutus cum his qui iterfecti ſūt gladio ſcilicet diuine ſententie. ⁊ deſcenderūt vſqꝫ ad fundamenta laci ideſt in profundum iferni quaſi cadauer putridum non habebis cōſortium. Et Eſa. xxxiiij. De cadaueribus eorꝫ aſcendit fetor. Cadauer q̄uis proprie dicatur corpus ſine anima: tamen aliquando etiam dicitur corpus cum anima: cum videlicet eſt ifirmum ⁊ fetidum. Et Apoca. xiiij. dicitur de dā-

natis.Cruciabuntur in igne ⁊ ſulphure:⁊ aſcē
det fetor torrentis ⁊ fumus tormentorum i ſe/
cula ſeculorum. Fumus ſulphuris multum fe
tet.Qui ergo hic querunt ſuaues odores flor
muſcati:⁊ huiuſmodi:cogitent diligenter tan/
tum ibi continuū fetorem. ¶ Quarta miſeria
eſt inutilitas mēbrorum ⁊ impotentia. Nō eni
poterunt ſe mouere ad aliquid agendum: vel
ſe elongare a rebus affligētibus eos.vnde qd
dictum fuit de eo qui venit ad nuptias regis ſi-
ne veſte nuptiali. Ligatis manibus ⁊ pedibus
mittite in tenebras exteriores. Matth.xxij.hic
eſt quicunqꝫ in nuptijs ſpiritualibꝰ eccleſie nō
manet in charitate:que eſt veſtis nuptialis. nō
cōpatiens ſecum aliquod mortale.cui in infer/
no ligantur manus ⁊ pedes ideſt poteſtas tolli
tur aliquid bene operandi ⁊ volūtatis affectꝰ.
Et ideo bene dicit Eccſs.ix. Quodcunqꝫ poteſt
manus tua:inſtanter operare.qꝛ nec opus nec
ratio nec ſapientia nec ſcientia valent apud in/
feros:quo tu properas. Certe ſi quis maneret
diu in lecto ſatis molli ⁊ plumoſo:nec poſſet ſe
mouere etiā in capite vnius dici:valde angu
ſtiaretur.Quid ergo vbi eſt ignis.fetor: ⁊ tene
bre? ¶ Quinta miſeria eſt vermium corroſibi
litas. Eſa.vl. Vermis eorꝫ non morietur. Et qꝫ/
uis vermis iſte cōmuniter exponatur de conſci
entia continue remordente:bea.Augu. tamen·
non negat quin ⁊ de verme materiali poſſit in
telligi:corpora dānatorum corrodēte abſqꝫ cō
ſumptione. Et ſi dicatur quomodo vel de quo
ibi viuunt. Poſſet dici ꝙ ſicut ignis ibi ardet
ſine materia nobis non nec deficit.ſic ⁊ vermis
corpora dānatorum poſt iudicium affliget nec
deficient. Eſa.xiiij.dicitur. Subter te ſternetur
tinea:⁊ operimentum tuū erunt vermes. Aba
chuc.ij. Nunquid conſurgent repēte qui mor
deant te:⁊ ſuſcitabuntur lacerantes te? Itē Ec/
cli.xl. Hec parata ſunt impijs:ignis grando fa
mes:mors:inſuper ſcorpij ⁊ ſerpentum ⁊ rum
phea. ¶ Sexta eſt nuditas ⁊ lucrꝰ. Ezech.xvij.
Ecce congregabo amatores tuos:⁊ quos ode/
ras.⁊ nudabo ignominiam tuam coram eis:⁊
videbunt omnem turpitudinem tuam. Et Eſa.
xx. Sicut ambulabit Eſaias ſeruus meꝰ nudus
⁊ diſcalciatus:trium annorum ſignum ⁊ portē
tum erit ſuper egyptum ⁊ ethyopiam. Sic mi/
nabat rex aſſyriorum ſcilicet diabolus captiui
tatem egypti: ⁊ tranſmigrationem ethyopie
ideſt malos chriſtianos ⁊ infideles in mortem
iuuenem ⁊ ſenem:nudum ⁊ diſcalciatū diſco/
opertis natibus. De planctu chriſtus. Ibi erit
fletus ⁊ ſtridor dentium. Et Apocalypſis pri/
mo. Videntes ⁊c̄. plangent ſe ſuper ſe. Adde
quod eſt ſupra de igne. Et ſic ſunt ſeptem quo/
ad corpora.

¶ De diuturnitate .§.vi.

pene infernalis ſcꝫ ꝙ ſit eterna ideſt perpetua
non habens finem.etſi principiū habuerit ſcꝫ
ab initio mundi parata dicit veritas ipſa que
mentiri non poteſt incarnata. De reprobis in fi
nali iudicio in anima ⁊ corpore reaſſumpto cō/
demnandis. Ibunt hi in ſupplicium eternum:
iſti autem in vitam eternā. Matthei.xxv. Qd
ſupplicium ipſe prius declarauerat in ſua ſen/
tentia cum diceret eis. Diſcedite a me maledi/
cti in ignem eternum:qui paratus eſt diabolo
⁊ angelis eius. In quibus verbis oſtenditur ⁊
pena damni in ſubtractione diuine viſionis.
Diſcedite(inquiens)a me ⁊ pena ſenſus ideſt
detentionis in igne:qui eternus dicitur: quia
finem non habet cruciatus ille ac ſocietas eorū
ſcꝫ demonum cruciantium eos. Et certe horrē/
dum eſt ⁊ valde expaueſcendum cōſiderare pe
nam illam acerbiſſimam incomparabiliter ſu/
per omnes penas vite preſentis ſemper ſuſtinē
dam ab illis miſeris:de quo ⁊ certi ſunt. Habe
rent autem pro maxima gratia ⁊ ſummo bene
ficio:vt in illis penis eſſent tot annis quot ſunt
granule arene maris ⁊ gutte aque eius.qꝛ etſi
a nobis numerari non poſſunt pre multitudi/
ne:a diuina tamen ſapientia numerantur:que
omnia conſtituit in pondere:numero:⁊ mēſu/
ra:⁊ finem vtiqꝫ aliquando haberent. etſi poſt
tempus longiſſimum ⁊ quaſi infinitum. Et idō
cum temptatio vrget:ſic conſideranda eſt illa per
petuitas pene ⁊ timenda.quia ſi momentaneū
eſt quod delectat:eternum tamen quod cruci/
at.ait beatus Grego. Et quis vnqꝫ fuit qui ſi ſci
ret poſt delectationem qualemcunqꝫ etiā diu
duraturam propter eam in ignem mittendum
⁊ penam ſibi grauiſſimam toleraturum diu:etſi
non ſemper vellet illam non cōſequi:certe nul
lus. Sed etſi pene temporales infirmitatum:p/
ſecutionum:detractionum:contumeliarum:in
iuriarum:flagellorum: exiliorum: pauperta/
tum:⁊ huiuſmodi:ita dure ſūt ⁊ graues homi
nibus.omnia patientiſſime toleranda ſunt vt
euadantur cruciatus eterni. ¶ Sed notandū
ꝙ circa huiuſmodi diuturnitatem penarū ma/
lorum in alio ſeculo:fuerūt diuerſe opiniones
ſeptem ſcꝫ plene tamen erroribus ⁊ hereſiꝫ ſa/
pientibus.quas reprobat bea.Augu.in.xxj.de
ciui.dei.ca.xiij.⁊.ca.xvij. cum ſequentibus.
¶ Platonici quippe quāuis impunita nulla
velint eſſe peccata(ait idem)tamen omnes pe/
nas emendationi adhiberi putant:vel huma/
nis inflictas legibus:vel diuinis ſiue in hac vi
ta ſiue poſt mortē. Hinc eſt Maronis illa ſen/
tentia in.vj.vbi cum dixiſſet de terrenis corpo
ribus moribundiſqꝫ membris. ꝙ anime hinc

metuunt: cupiunt: gaudentqȝ dolētqȝ. Nec au/
ras ſuſcipiūt clauſe tenebris ⁊ carcere ceco. Et
poſtea ſubdit. Ergo exercentur penis ſcȝ varijs
per quas purgate reuertuntur ad corpora. ſed
falſum eſt hoc ⁊ contra doctrinam chriſti dicē/
tis. Ibunt hi ſcȝ mali: in ſupplicium eternuȝ. ⁊
de quodā genere peccati ipſe etiam ait ſcȝ bla//
ſphemia in ſpiritumſanctū ꝙ nō remittetur ei
neqȝ in hoc ſeculo neqȝ in futuro. Matth. xij.
Quod ad litteram verum eſt de quolibet impe//
nitente hinc migrante. ¶ Alij ex chriſtolis di/
xerunt omnes malos poſt penas infernales to/
leratas certo tempore demū miſericordia dei li
berandos ex illis penis. Et vt dicit bea. Augu.
In hac re miſericordior fuit Origenes: qui ⁊
ipſum diabolum ⁊ angelos eius poſt grauiora
pro meritis ⁊ diuturniora ſupplicia ex illis cru
ciatibus eruendos ⁊ ſociandos ſanctis ange//
lis credidit. Sed illud ⁊ propter hoc ⁊ propter
alia nōnulla: ⁊ maxime propter alternantes ſi/
ne ceſſatione beatitudines ⁊ miſerias: ⁊ ſtatu//
tis ſeculorum interuallis ab iſtis ad illas: atqȝ
ab illis ad iſtas itus ⁊ reditus interminabiles
non immerito reprobauit eccleſia. Qui ⁊ hoc ꝙ
miſericors videbatur amiſit: faciendo ſanctis
veras miſerias quibus penas luerent: ⁊ falſas
beatitudines in quibus verum ac ſecurū: hoc
eſt ſine timore certum ſempiterni boni gaudiū
non haberent. Hec beatus. Augu. Et aperte re
probatur talis falſitas ex verbis illis. Diſcedi//
te a me maledicti in ignem eternum: qui para/
tus eſt diabolo ⁊ angelis eiꝰ. Et ibunt hi in ſup
plicium eternum ⁊c. ¶ Alij dixerunt oēs ho//
mines: non autem demones ſed homines tm̄.
infideles etiam ⁊ malos chriſticolas poſt ſup//
plicia tolerata inferni vſqȝ ad finem mūdi: de/
mum in iudicio finali reſurgentes deus dona
bit eos ⁊ eruet a penis precibus ſanctorum ſu/
orum. Si enim ipſi ſancti cum hic viuerent cū
egebant ⁊ pro ſe dominum exorare ex charita/
te etiam pro ipſis inimicis ſuis deuȝ exorabāt
vt patet de Stephano ⁊ alijs. quātomagis ora
bunt pro eis cum viderint eos humiles ſuppli
ceſqȝ proſtratos. Neqȝ ei credendum eſt (aiunt
iſti) ſanctos tunc oblitos miſericordie viſcera
amiſſuros: cum fuerint pleniſſime atqȝ perfe//
ctiſſime ſanitatis. Nec eos deus tūc non exau/
diet tot ⁊ tales filios ſuos quando in tanta eo/
rum ſanctitate nullum orationis in eis inueni
et impedimentum. Allegant pro ſe iſti illō ps.
lxxvj. Nūquid obliuiſcetur miſereri deus: aut
continebit in ira ſua miſericordias ſuas. q. d.
non. Ira eius eſt dicunt vt omnes indigni bea
titudine ſempiterna: ipſo iudicante puniantur
ſupplicio ſempiterno. Sed in hac ira non cōti/
nebit deus miſericordias ſuas: quia ſcȝ libera
bit eos dicunt iſti. Inducunt ⁊ auctoritatē apo
ſtoli dicentis. Concluſit deus omnia ſub pecca
to vel infidelitate: vt omnibus miſeretur quaſi
ſignificaret per hoc neminem ab eo dānanduȝ
perpetuo. Quod autem chriſtus ꝓmiſerit ma/
lis ignem eternum: dicunt hoc feciſſe ad incu/
tiendum timorem: vt magis homines a vitijs
abſtineant. nec in hoc eſſe mendacem: quia in/
telligitur ex demeritis quidem eorum quantū
erat in eis perpetuo cruciandos. ſed in ratio//
ne miſerationis diuine quam conſequentur:
tunc humiliter ſupplicantes eam ⁊ ſanctis pro
eis exorantibus. Sicut de niniue predicere fe/
cit eſſe ſubuertendam. quod vtiqȝ erat in meri
to malicie eorum: non in diuina miſericordia.
Sed opinio iſta etiaȝ falſa eſt ⁊ heretica: Quia
in inferno nulla eſt redemptio. ⁊ falſum eſt ꝙ
ſancti tunc orent pro eis. Sed ſi ad ſanctos re/
probi pro eorum ſuffragio accederent dicere//
tur eis quod prudentes virgines fatuis dixe//
runt poſtulantibus de oleo earuȝ. Ne forte nō
ſufficiat nobis ⁊ vobis. ite potius ad venden//
tes ⁊c. Matth. xxv. Et Pſal. xlviij. Dominabū
tur eorum ſcilicet reproborum iſti in matutino
ſcilicet finali iudicio ⁊ auxilium eorum vetera
ſcet in inferno a gloria eorum. quia ſcilicet nō
percipient auxilium. Sed letabitur iuſtus cuȝ
viderit vindictam ideſt punitionem reprobo/
rum. non quidem de pena eorum: ſed de iuſti/
tia dei eos punientis. vt decet ⁊ de ſua liberati
one ab illis penis nec eſt verum ꝙ eos penite//
at. Quod ps. ait. Non continebit deus in ira
ſua miſericordias ſuas quoad damnatos. Sic
intelligendum eſt ꝙ etiaȝ aliquo modo vtetur
miſericordia ad eos. nō quia liberabit a penis
ſed non tm̄ patientur. quantuȝ meruerunt ma:
lum etſi immenſus ſit cruciatus eoruȝ ẜm Au/
guſti. vel etiam ẜm Augu. poteſt intelligi ꝙ cū
deus iraſcatur peccatoribus ꝓpter ſcelera ſua
eos multipliciter puniēdo. vt totum genus hu
manum propter primā trāſgreſſionē que deri
uata eſt ad oēs. propter quā patimur miſerias
vite pñtis ⁊ mortē. vel alia etiā flagella ꝓpter
actualia a nobis addita. tm̄ in iſta ira nō cōtinet
miās ſuas. qn facta ⁊ doctrinam oibus propo
nat. ⁊ tpalia bona ⁊ nālia cōcedat malis ſicut ⁊
bonis. Auctoritatem etiam apoſtoli male itelli
gunt. Vñ. b. Aug. Deus ⁊ gētiles ⁊ iudeos quos
preſciuit ⁊ predeſtinauit cōformes imaginis fi/
lij ſui oēs in infidelitate cōcluſit. vt de amaritu/
dine infidelitatis ſue penitendo confuſi ⁊ a dul
cedine miſericordie conuerſi credendo clama/
rent. ꝙ magna multitudo dulcedinis miſe//
ricordie tue ⁊c. Omnium itaqȝ miſeretur va//
ſorum miſericordie. Omnium ideſt eorum
qui ex gentibus: ⁊ eorum qui ex iudeis ab

eo vocati ſunt: iuſtificati ⁊ glorificati. ¶ Non
igitur omnium hominum. ſed iſtorum omniū
neminem damnabis. Alij dixerunt nō omnes
homines malos: ſed tantum eos qui baptiſma
chriſti ſuſceperint. quomodocunqꝫ male vixe/
rint in hereſi vel quacunqꝫ impietate perire de
mum ⁊ damnari non poſſe. Ad quod proban/
dum inducunt auctoritatem xp̄i dicentis Joh.
vj. Ego ſuȝ panis viuus. qui de celo deſcendi.
Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in e/
ternum. Baptizati ergo cum ſumunt ſacramē
tum altaris cōmunicando neceſſe eſt inquiunt
iſti ab eterna morte erui. ⁊ ad vitam eternam p
uenire. Sed ⁊ hoc falſum eſt. quia vt ait apoſto
lus. Qui manducat ⁊ bibit indigne: iudiciuȝ
ſibi manducat ⁊ bibit. j. Cor. xj. Mādducat au
tem indigne qui cuȝ aliquo mortali accedit ad
ſacramentum Non ergo intelligitur auctori/
tas illa xp̄i de manducatione tantuȝ ſacramen/
tali. vt illi exponunt. ſed de ſpirituali ſiue ſola
ſiue ſociata cum ſacramentali. Hoc autem eſt
manducare panem illum. ait be. Aug. credere
in chriſtum ⁊ credendo in chriſtum tendere. ſ.
per opera charitatis. hic chriſto incorporatur.
vt membrū eccleſie. ¶ Alij vero dixerunt. eos
tantum qui in vera fide permanſerint. non lap
ſi in hereſim aliquam: qͣuis alias male viuant
diuerſis vitijs implicati. ⁊ in eis decedentes
in eternum non damnandos. ſed propter fun/
damentum chriſti quod habent. ſcilicet fidem
chriſti. ⁊ ſi mortuaȝ igne illo finalis iudicij ple
ne purgandos de ſuis peccatis. ⁊ ſic ſaluādos.
Inducentes ꝓ ſe auctoritates. ſcilicet chriſti di
centis. Qui perſeuerauerit vſqꝫ in finem hic
ſaluus erit. exponentes perſeuerare in finem.
hoc eſt eſſe in fide etiam informi permanere. ⁊
apoſtoli. Cor. iij. pauli dicentis. Fundamentuȝ
aliud nemo poteſt ponere preter id quod poſi/
tum eſt. quod eſt xp̄us ieſus. Et poſtea. Si quis
ſuperedificauerit ſuper hoc fundamentum li/
gnum fenum: ⁊ ſtipulā: ipſe ſaluus erit. ſic qua
ſi per ignem. exponentes per lignum: fenum:
ſtipulam diuerſa genera peccatorum etiā mor
talium. quibus per ignem illum vltimum pu/
nitis ſaluari dicunt illos. Sed ⁊ hoc falſuȝ eſſe
oſtendit Aug. de ciui. dei. li. xxj. Sed etiam in
decretis. di. xxv. §. Al's ea. vbi expreſſe oſtēdit
Aug. per lignum fenum: ſtipulam. venialia tā/
tuȝ intelligenda nō mortalia. Et ipſe be. Aug.
in. c. xxvj. de ciui. dei. li. xxj. diffuſe ⁊ pulchre de
clarat auctoritatem illam apoſtoli. ¶ Alij dixe
runt catholicos in fide perpetrātes criminalia
ſi per elemoſynas illa non purgent perpetuo
damnandos. Sed ſi elemoſynas faciant qͣuis
in peccatis permanſerint ⁊ deceſſerint illis ele/
moſynis purgari ⁊ ſic ſaluari. Inducunt aucto
ritatem chriſti dicentis eis qui non fecerūt ele
moſynas. Diſcedite a me maledicti in ignem
eternum ⁊c̄. Eſuriui ⁊ non dediſti mihi man/
ducare. Et illud Jacobi. iij. Judicium ſine mi/
ſericordia: ſcilicet damnationis fiet illi qui nō
fecit miſericordiam. Ergo arguendo a contra/
rio facientibus miſericordiam per elemoſynā.
non fiet iudicium illud dānationum. Et illud
chriſti. Si dimiſeritis hominibus peccata eo/
rum. quod pertinet ad elemoſynaȝ ſpiritualeȝ.
⁊ pater veſter dimittet peccata veſtra. Et hoc
quoqꝫ falſum eſſe oſtendit beatus Auguſti. de
ciuitate dei. lib. xxj. capi. xxvij. vbi inter cetera
ait. Profecto ſi queratur qͣ digne ſint pro pec/
catis elemoſyne. De quibus etiā ille chriſti pre
curſor dicebat. Facite ergo fructus dignos pe/
nitentie. proculdubio non inueniūtur eas face
re qui vitam ſuaȝ vſqꝫ ad mortem quotidiano/
rum criminuȝ perpetratione confodiunt. Qui
ſi pro vno ſcelere omnia ſua diſtribuerent indi
gentibus membris chriſti: niſi deſiſterent a ta/
libus factis habendo charitateȝ. que non agit
perperam aliquid eis prodeſſe nō poſſit. Qui
ergo dignas pro ſuis peccatis elemoſynas fa/
cit. prius eas facere incipiat a ſeipſo. Indignū
eſt enim vt in ſe non faciat quod facit in proxi/
mum. cum audiat dicētem dominuȝ Math.
xxij. Diliges proximum tuum ſicut teipſum.
Iteqꝫ audiat. Miſerere anime tue placēs deo.
Hanc elemoſynam ideſt vt placeat deo. non fa/
ciēs anime ſue: quomodo dignas pro peccatis
ſuis elemoſynas facere dicendus eſt. Ideo au/
tem dominus ⁊ a dextris elemoſynas ab eis fa
ctas. ⁊ a ſiniſtris non factas ſe imputaturū eſſe
predixit. vt hinc oſtenderet quātuȝ valeant ele/
moſyne ad priora delenda nō ad perpetua im/
pune cōmittēda peccata. Tales elemoſynas nō
ſunt dicendi facere. qui vitam nolunt a conſue
tudine ſcelerum in melius cōmutare. Si enim
chriſtiano eſurienti paneȝ tanqͣ chriſto darēt.
profecto ſibi panem iuſtitie quod ipſe eſt chri/
ſtus nō negarent. Unde dominus non cui de/
tur. ſed quo animo detur attendit. Nōne ⁊ qui
dixit. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiri/
tuſancto nō intrabit in regnum celorum: ipſe
etiā dixit. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus
qͣ ſcribarum ⁊ phariſeoruȝ. non intrabitis in
regnum celorum. Cur illud timēdo multi cur
runt baptizari. ⁊ hoc non timendo non multi
currunt iuſtificari. Et quemadmodum ſiquis
preoccupatus fuerit hoc delicto vt fratri ſuo di
cat fatue. ideſt non eius peccata volens aufer/
re. videlicet corrigendo cōuicietur iniuſte. pa/
rum eſt illi ad hoc redimendum elemoſynas fa
cere: niſi etiam quod ibi ſequitur remediuȝ re/
conciliationis adiūgat. Ibi enim ſequitur. Si

ergo offers munus tuum ad altare:⁊ ibi recoꝛ/
datus fueris ⁊c̄. ita parum eſt elemoſynas quā
taſlibet facere pro quolibet ſcelere ⁊ in conſue/
tudine ſcelerum permanere. Quod autē chꝛi/
ſtus dixit. Si dimiſeritis hominibus peccata
eorum. dimittentur ⁊ peccata veſtra. Dicit bea
tus Auguſti. ꝙ loquebatur tūc diſcipulis ſuis
iam iuſtificatis. quos orationem dominicā do/
cuerat. per quam delentur quotidiana: ſcilicet
venialia ſine quibus etiam iuſti ⁊ ſancti nō vi/
uunt qui habebant: ſcilicet diſcipuli parua pec
cata ⁊ non de moꝛtalibus. que etiam nihilomi
nus dimittūtur non propter hoc ꝙ dimittant
alijs: ſed quia penitet eos quod eſſe non poteſt
ſine tali remiſſione. ℂ Et quod domin⁹ ait. Fa
cite vobis amicos de mām̄ona iniquitatis: vt
cum defeceritis recipiāt vos in eterna taberna
cula. Sic eſt intelligēdum inquit beatus Aug.
vt quiſꝗ ſceleratiſſimus a vita ſua nequā mu/
tatus poſſit recipi in eterna tabernacula: quo//
niam obſecutus eſt ſanctis de mām̄ona iniqui
tatis: ideſt de diuitijs ſuis: que dicuntur diui/
tie iniquitatis. vel quia male acq̄ſite ſunt. Uel
quia humana iniquitas reputat eas diuitias:
neſciens que ſint vere diuitie. Sed pꝛeſuppoſi
ta in eis gratia ad quod per ſe non ſufficerent
eorum opera. iuuantur ad eterna tabernacula
peruenire ſuffragijs ſanctoꝝ. quibus dāt ele/
moſynas. Et addit beatus Auguſti. ibi. Mira
ri ſoleo etiam apud Uirgilium reperiri iſtā do
mini ſententiam. Ubi ait. Facite vobis amicos
de mām̄ona ⁊c̄. Nam cū helyſeos campos il/
le poeta deſcriberet. vbi putant habitare aīas
beatoꝝ: nō ſolum ibi ponit eos qui pꝛoprijs
meritis ad illas ſedes peruenire potuerūt: ſed
adiecit atq̄ ait. Quiq̄ ſui memores alios face
re merēdo. Hec omnia beatus Auguſti. vbi ſu
pꝛa. ℂ Item fuerūt alij qui dicerent. ꝙ etſi pe/
na damnatoꝝ ſit eterna minuitur tamen per
ſuffragia facta pꝛo eis: ita tamen ꝙ ſemper re//
manet de ea in ipſis. Alij dixerunt. vt pꝛepoſui
mus ꝙ non minuitur eis pena. ſi per ſuffragia
pꝛo ipſis damnatis facta cōfoꝛtatur ſeu refocil/
latur tempore dāñatis. Sicut ſi poꝛtanti maxi/
mum pondus ⁊ multum laborāti nihil ſibi mi
nueretur de pondere. ſed ſolum refrigeraretur
s. j. pte per potum ei datum. Sed vtrūq̄ predictorum
titu. xx. eſt falſum ſm beatum Thomam in. iiij. quia in
ca. iiij. inferno nulla eſt redemptio. nulla ideſt vnq̄ꝫ
Error q̄ ab illa pena liberatio. nulla diminutio. nulla re
loꝝ qui frigeratio. ℂ Hoc igitur firmiter tenendū eſt
nō cre// ⁊ credēdum penam damnatoꝝ ſicut ⁊ demo/
dūt pe/ num eſſe perpetuam. ſm illud Mathei. xxv.
nas īfer Ibunt hi ſcilicet repꝛobi in ſupplicium eternū
nales p iuſti autem in vitam eternam. ℂ Quod autē
petuas aliquibus viſum eſt ⁊ falſo opinatum ⁊ dictū

penam illam repꝛoboꝝ aliquando defiturā.
vt ſupꝛa habitum eſt. Inde moti ſunt quia non
iudicabant iuſtum eſſe penam interminabilē
deberi cuicūq̄ peccato quantumcūq̄ enoꝛmi:
cum peccatum ipſum bꝛeui mora tēporis per/
petretur vt ex ſe patet. Uolentes iſti penam cō/
menſurari culpe in quantitate temporis. vt ſi/
cut bꝛeui tempore peccatū cōmittitur: ita ⁊ bꝛe
ui tēpore pena puniatur plus ⁊ minus ſm ex/
ceſſum peccati. vnde ⁊ iuſtiſſimam dei oꝛdina/
tionem in hoc condemnāt hi pꝛeſumptuoſi ni/
mis in iuſtitia ſua ſeu iniuſta ſententia ſua. Sed
neq̄ in humanis iudicijs ipſe leges iſtā iuſti/
tiam ſeruant vel mādant. vt ſcilicet tanto tēpo
re puniantur delinquens quātū temporis po
ſuit in ſcelere ſm beatū Auguſti. in dicto lib.
cap. xj. Nam cum octo genera penarū in legi/
bus deſcripſerit Tullius inueniri. ſcilicet dam
num rerum: vincula ſeu carcerem. verbera. ta/
lionem. ignominiam. exilium. ſeruitutē ⁊ moꝛ
tem. Quid horum eſt vt tanta vindicetur mo//
rula: quanta depꝛehēditur perpetratū niſi foꝛ
te talio. Iuxta illud legis. Oculum pꝛo oculo:
dentem pꝛo dente ⁊c̄. De alijs per ſe patet diu/
turniorem penam ꝗ̄ culpā. Culpa enim pꝛo/
pter quā quis verberatur: incarceratur: exilia
tur. ⁊ huiuſmodi cito cōmittitur. ſed verberi//
bus diutius cruciatur. Et multomagis hoc ve
rum de exilio ſeruitute ⁊ alijs. Qui vō pꝛo ali/
quo graui crimine moꝛte mulctatur: nunquid
mora que occiditur que bꝛeuis eſt eius ſuppli/
cium leges eſtimant: ⁊ nō ꝙ eum in ſempiter//
num auferunt de ſocietate viuentium. Quod
eſt autem de iſta ciuitate moꝛtale homines ſup
plicio pꝛime moꝛtis: hoc eſt de ciuitate illa im/
moꝛtali homines ſupplicio ſecūde moꝛtis au/
ferre. Sicut enī nō efficiunt leges huius ciui/
tatis: vt in eam quiſq̄ reuocetur occiſus. Sic
nec illius vt in vitam reuocetur eternam ſecun
da moꝛte damnatus. Hec beatus Augu. Et ſic
huiuſmodi pena moꝛtis eſt perpetua. quia pꝛi
uatur vita ad quam naturaliter reuocari non
poteſt. Quod autē dictū eſt in veteri lege. Se/
cūdum menſuram delicti erit ⁊ plagarum mo
dus. Et in noua lege chꝛiſtus. Eadē menſura
qua menſi fueritis remetietur vobis. non intel
ligitur vt illi male exponūt de menſura tempo
ris. vt ſm quantitatē temporis in quo perpe//
tratū eſt ſcelus: in illa eadem quantitate tēpo/
ris puniatur. Sed ꝙ ſm grauitatē peccati ſic
grauiter puniatur: ⁊ eam menſuram pene vel
pꝛemij recipiat quiſq̄ ſm quā operatus eſt bo
ni vel mali. ℂ Attenditur autē permaxime iu/ Dāna//
ſtitia dei punientis repꝛobos pena inferni per toꝝ pe/
petua ex hoc ꝙ cum quantitas pene debeat re/ na ꝗre
ſpōdere culpe: ⁊ culpa perpetrata ſit infinita in ꝑpetua

moꝛtali peccato: quia auertit ſe a deo talis pec/
cator. quod eſt bonum infinitum. ⁊ ſic peccatuꝫ
eſt infinite grauitatis. pena autem eius non po
teſt eſſe intenſiue infinita: quia cõſumeret ſub/
iectum. ſed remanet infinita extẽſiue: ſcilꝫ quã
tum ad durationẽ perpetuam. Itẽꝫ etiam quia
ſemper voluntas repꝛoboruꝫ permanet fixa in
malo ⁊ hic ⁊ in alio ſeculo: ⁊ ideo vt ait beatus
Greg. Ad magnã iuſtitiam pertinet iudicãtis
vt nunꝙ̃ careant ſupplicio: qui dum viuerent
nunꝙ̃ voluerũt carere peccato.

¶ De infelicita/ .§.vij.

te animarum que ſunt in inferno. Ab igne qui
dem inferni cruciãtur ipſe ſole vſqꝫ ad dieꝫ iu
dicij. Poſtea vero ipſe ſimul cum coꝛporibus
ſuis quibus reunientur. Hic ignis (ait beatus
Auguſti. loquẽs de purgatorio igne) miro mo
do eſt grauis. Excellit enim omneꝫ penã quam
vnquaꝫ quis paſſus eſt in vita iſta. Licet mira/
bilia paſſi ſunt martyres: quãta etiam ⁊ nequi/
ter mali ſuſtinuerant toꝛmenta. diſtinc. xxv. ca.
qui in aliud. Eodem auteꝫ modo cruciat ignis
ille: ideſt in ſubſtantia animas damnatorum ⁊
purgandoruꝫ. Sed in purgãdis eſt certa ſpes
ex illo liberari: in damnatis nulla. ¶ Quomo
do autem ille ignis cum ſit coꝛporeus agat in
animas affligendo: eſt difficile intelligere: ſed
tamẽ neceſſariuꝫ credere ſicut ⁊ illa que ſunt fi/
dei. Et pͤcipue difficultas apparet in hoc ex eo
ꝙ ſm̄ beatum Auguſti. ſuper Gen̄. agẽs eſt no
bilius patiẽte. Sed nulluꝫ coꝛpus eſt nobilius
ſpiritu. Unde non videtur ꝙ anima que ſpiri/
tus eſt poſſit pati ab igne illo coꝛporeo. Itẽ ſm̄
Boetiuꝫ. Illa ſolum agũt ⁊ patiuntur ad inui/
cem que habẽt materiam cõmunem. Sed ſpi/
ritus cum coꝛpore nõ habet materiam cõmu/
nẽ. Itẽ omne agẽs coꝛporeum agit per ɔtactũ:
ſed non poteſt eſſe contactus coꝛporis ad ſpiri
tum. His nõ obſtantibus reſpõdet Pe. de Tha/
rantaſia in. iiij. diſtin. xliiij. Conſtat ꝙ ſpiritus
damnatoruꝫ ab igne inferni patiantur. Unde
diues in inferno. Cruciox in hac flãma. ait Lu
ce. xvj. Et cuꝫ iſte ignis nõ intellectualis ſit tñ.
nec imaginarius ſoluꝫ: ſed coꝛporeus oportet
dicere ꝙ ab igne coꝛporeo patiatur. Sed quo/
modo hoc ſit. a diuerſis diuerſimode ponitur.
Nam cuꝫ in omni actione ⁊ paſſione opoꝛteat
agẽs aliquo modo cõiungi patienti: opoꝛtet il
lum ignem cõiungi ſpiritui. Hanc autẽ cõiun/
ctionem diuerſi diuerſimode ponunt. Quidaꝫ
enim ponũt ſolum vt obiecti ad potẽtiam cu/
ius eſt obiectũ. Dicũt enim ꝙ affliguntur ignẽ
videndo. Unde beatus Gregoꝛ. In eo ardent
dum ardoreꝫ ſuum vident: quia nõ viſibile per
ſe nõ affligit ſed per accidens. inquãtuꝫ appꝛe
hẽditur vt nociuum. opoꝛtet vt ſpiritus appꝛe
hendat illum ignẽ vt nociuum. ⁊ hoc cõcedũt
dicentes. ꝙ ſpiritus appꝛehẽdit illum ignem
vt nociuum. ⁊ inde affligitur. quãuis non poſ/
ſit ille ignis ex ſe nocere. ſicut puer gladiuꝫ pi/
ctum appꝛehendit vt nociuum. Sed hec affli/
ctio nõ eſſet ſm̄ rei veritatem: ſed ſm̄ apparen
tiam. nec propter hoc dicerentur pati ab igne:
ſed ab ignis imaginatione. Nec eſt veriſimile
ſic errare demones vt putẽt falſo ignem illum
ſibi nociuum inexpertum. maxime cum noue/
rint optime naturam ⁊ virtutem omniuꝫ rerũ
coꝛporalium. ¶ Alij ponunt coniũctionem il/
lam per motum locati ad locum. Habet enim
coꝛpus naturaliter vt diffinitiue cõtineat ſpiri
ritum: ſed ꝙ retineat inuituꝫ. hoc habet ignis
ille ex diuina iuſtitia. Unde quia impedit ſpiri
tum a faciẽdo quod vult ⁊ eundo quo vult: af/
fligit ipſuꝫ. ſed hec ratio nõ videtur ſufficere:
quia tũc eque bene poſſet dici ſpiritus toꝛque/
ri a terra ſicut ab igne. Preterea nũc demones
non tenẽtur in vno loco: ſed pro libito diſcur/
runt per totum mũdum. ¶ Alij ponũt illaꝫ cõ
iunctionem vt inſtrumenti ad materiaꝫ in quã
agit. Nam quãuis ignis ille vt coꝛpus quod/
daꝫ naturale eſt: nõ poſſit agere in ſpiritũ. agit
tamen vt inſtrumẽtum diuine iuſtitie tanquaꝫ
manu diuina mouẽte ipſuꝫ. ſed cum inſtrumẽ/
tum ſemper propꝛiam virtutẽ habeat per quã
agit ab altero motum: qualiter agit inſtrumen
taliter ignis ille in ſpiritum. Dicẽdum ad hoc
ꝙ coꝛpus aliquod dupliciter agit. aut actione
materiali impꝛimẽdo ſpeciem ſui in alterum.
Aut actione ſpirituali ſcilicet immutãdo. Ali/
ter enim agit in oculum ignis oculo admotus
ſcilicet calefaciẽdo oculum. aliter remotus ſci/
licet ipſum immutãdo. Primo modo nõ agit
ignis in ſpiritum: ſed ſecũdo modo. vnde per
ſpeciem quam vt inſtrumẽtuꝫ diuinum in ſpi/
ritum impꝛimit imediate affligit ipſum: ſicut
per ſpeciem mediãte coꝛpore impꝛeſſam affli/
gebat inquãtuꝫ eſt nature agẽtis inſtrumẽtuꝫ.
⁊ multo foꝛtius propter maiorem potẽtiaꝫ agẽ
tis in ſenſibilitatẽ patientis ⁊ cõiunctionis im
mediatiorem modũ. ¶ Si in cõtrariuꝫ argua
tur ſic. Spiritus ab igne aut patitur ſolum vi/
dẽdo: aut etiam ſentiẽdo. Si videndo ſoluꝫ. er
go nõ affligitur: quia viſio rei valentis nocere
nõ affligit. Si vͦ ſentiẽdo. aut ergo mediante
ſpecie ſenſibili: aut imaginabili: aut intelligi/
bili: nõ ſenſibili: quia nõ habet oꝛganum rece/
ptibile huiuſmodi specieꝝ ſpiritus ſeu anima
Non imaginabili ſpecie: quia nõ habet imagi
nationis vſum nec oꝛganum. Nõ ab intelligi/
bili. Illa enim ſpecie perficitur. Nõ affligit in/
tellectum ⁊ indifferẽter ſe habet ad quemlibet

ignē. Et ſic videtur ꝙ nullo modo ſpiritus poſſit pati ab igne. Reſpōdet Petrus ibidē. ꝙ ſpiritus patitur vtiqꝫ nō ſolum vidēdo: ſed etiam ſentiēdo. nō per ſenſum corporalem mediante ſpecie corporali: ſed per ſenſum ſpiritualē mediāte ſpecie intelligibili. que tamē ex eo ꝙ non eſt volūtarie accepta: ſed violēter impreſſa accipitur vt diſcōueniens: quia etiam nō abſtrahiť ſed imprimitur. ſed accipiť vt particularis nō vt vniuerſalis. Et per hūc moduꝫ mediāte ſpecie ſpiritus ab igne corporali viſo affligiť. non ſicut pueri anima a gladio viſo in pariete. ſed ſicut anima vulnerati a vulnerāte gladio. quī gladius agit in animā. nō tamen vt obiectum. ſed vt inſtrumētuꝫ. per mediuꝫ tamē nō immediate. ¶ Ad obiecta etiam in principio reſpōdet Petrus. Quod enim dicit Augu. ꝙ agens eſt nobilius patiēte. hoc eſt verū de agēte principali: nō de agēte inſtrumentali. vt eſt ignis ille inferni quoad ſpirituꝫ. Uel dicēdū ꝙ agens eſt nobilius patiente ſm quid. non ſimpliciter. Ferrū enim non eſt nobilius corpore humano ſimpliciter. ſed ſm quid. inquātuꝫ corpus humanū eſt molle. ⁊ illud durum. Ad illud aliud quod dicitur Boe. reſpōdetur ꝙ eſt verum de actione ⁊ paſſione naturali. nō de ſupernaturali. vt hic. Ad aliud de cōtactu. reſpōdetur ꝙ duplex eſt cōtactus ſcilicet corporalis. ⁊ h non poteſt eſſe inter corpus ⁊ ſpiritū. Et ↄtactus ſpiritualis quo. ſ. corpus poteſt ↄtingere ſpirituꝫ ⁊ ecōuerſo ſm vltimā quātitatis virtutē nō mollis: ſicut intelligētia cōtingit corpus quod mouet. ⁊ anima corpus propriū. ¶ De hoc ſcilicꝫ quomodo ignis affligat animas in īferno vel purgatorio. habes plenius in. iiij. parte in ti. de purgandis in purgatorio. ibi vide.

¶ Ultra iſtaꝫ pe- .§. viij.

Sunt ⁊ alie miſerie dānatoꝝ.

nam ignis habebit: ⁊ habet anima in inferno alias multas penas prout notať in li. de ſepteꝫ donis. Naꝫ erit in aīa perturbatio timoris indeficiētis. In preſenti vita (vt ait Grego.) dum pena infligitur. timor quieſcit: apud īferos pene inflictio eſt timoris augmentatio. Unde de quolibet dānato poteſt intelligi illud Job. xv. Sonitus terroris ſemper in auribus eius. non credit ꝙ poſſit reuerti de tenebris ad luceꝫ. circūſpectans vndiqꝫ gladiuꝫ. ⁊ poſt hoc terrebit eum tribulatio ⁊ anguſtia. Et cum habeāt omnia mala: ſemper timebūt ⁊ expectabunt peiora. Sapieñ. xvij. Diſperſi ſunt pauētes horrende. ¶ Tertia infelicitas anime eſt ↄfuſio ineuitabilis doloris. quia nudabuntur ⁊ manifeſtabūtur omnes turpitudines ⁊ ſcelera maloꝝ in finali iudicio omnibus hominibꝰ bonis ⁊ malis ⁊ angelis ⁊ demonibus. Unde dñs Naum iij. Reuelabo pudenda tua in cōſpectu omniū nationum: ⁊ manifeſtabo gētibus ignominiaꝫ tuam ⁊c̃. O quanta cōfuſio ⁊ verecūdia erit illa reprobis cum videbūt ⁊ ſciāt omnia ſua ſcelera turpiſſima oibus nota. Tātaꝫ penā habēt aliqui. ꝙ ſcelera ſua turpia ſciātur per ipſos a cōfeſſore qui eſt priuata perſona. ⁊ nil poteſt alteri dicere. ꝙ potius volūt ad inferna deſcēdere: qꝫ ↄfuſionem illam pati. Quid ergo faciēt: quantāqꝫ penam habebūt cum ab hominibus omnibus ſcientur. Et ideo ſiquis vult cōfuſionē illā vitare cōfiteatur ea. ⁊ proponat ſe emēdare. ⁊ talis cōfuſionem nō patietur. ¶ Quarta miſeria eſt infeſtatio cōſciētie remordentis. Sapiē. iiij. Uenient in cogitationem peccatorū ſuorū timidi. ⁊ traducēt eos ex aduerſa iniquitates eorum. Hic eſt ille vermis ſcilꝫ remorſus cōſciētie. ſm beatuꝫ Augu. de quo dicitur Eſa. vlti. Uermis eoruꝫ nō morietur: ⁊ ignis eoruꝫ nō extinguetur. Et Judith. xvj. Dabis ſcilꝫ tu dñe ignē ⁊ vermem in carnē eoꝝ. vt vranť ſemper. Uermē ↄſciētie remordētis in carnē. i. pro peccatis carnaliū voluptatū. Sicut enim ſi alicui ꝓponeretur certitudinaliter aliqđ maximū bonū tēporale adipiſcēdum. puta cōſecutionē alicuius regni pleni oibus delitijs: diuitijs: ⁊ quiete. dūmodo etſi in breui tēpore prius vellet aliquos labores ſuſtinere. ⁊ ab aliqbus delectationibus abſtinere. ⁊ ille de hoc non curaret. ſed potius ſequi vellet appetitus ſuos illicitos: nec tolerare illos labores ſibi ꝓpoſitos. propter quod priuaretur talis adeptione tāti boni ſibi preparati. quinimo detruderetur in viliſſimum carcerem plenū vermibus ⁊ omni miſeria. quādo ille ſe ibi inueniret. ⁊ ſemper detinēdum ſe ibi intelligeret. o quātum remorſuꝫ haberet de ſua negligētia ⁊ ſtulticia. ꝙ tātum bonum quod poterat de facili obtinere amiſiſſet. cōtinue talis remorſum ſentiret cum maximo ſui dolore. ¶ Quinta infelicitas eſt tabefactio inuidie ⁊ liuoris. Sapiētie. ij. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū: imitātur illū qui ſunt ex parte illius. Totaliter auteꝫ ſunt ex parte ipſius dānati. Nam viuentes in mundo inuidie dediti. etſi ſint aliquo modo de parte diaboli. dum inuidia detinētur. tamē per penitētiā pñt exire de manibus eius ſed nō dānati. Inuidēt ergo illi miſeri glorie beatorū. quā in generali intelligūt. etiā ſi fuerint amici ⁊ conſanguinei in mūdo. Et tanta eſt peruerſitas eoꝝ. ꝙ vellēt omnes ſecū eſſe dānatos. Iſte zelus inuidie finem nō habet: permanēs iugiter ſine fine vt dicit glo. ſup epiſtolā ad Coř. Et quāto ille cui inuidetur ſucceſſu maiori proficit tanto maioris liuoris incendio inuidus inardeſcit. Huic vultꝰ minax toruus aſpectus pallor in fa-

De vme ↄſcie in damnatis.

De inuidia ⁊ liuore in damnatis.

cie.tremoꝛ in labijs:ſtridoꝛ in dentibus:verba
rabida:effrenata conuitia:manus ad violentiā
prompta.que ſi interim gladio vacet.odio ta/
men furibūde mentis armata eſt.Ex his ſignis
que apparent in coꝛpoꝛe inuidi.oſtenditur ra//
bies ⁊ magna paſſio mentis. Unde ⁊ Job.in
apoc̄.dicit de eis.ꝙ pꝛe doloꝛe cōmanducaue//
runt linguas ſuas.⁊ blaſphemauerunt deum
viuentem in ſecula ſeculoꝛum qui habet pote
ſtatem ſuper has plagas. ſcilicet ad affligen//
dum eos.Et quod diues epulo ſepultus in in/
ferno petijt ab abꝛaam.vt mitteretur lazarus
moꝛtuus ad fratres ſuos quos in mundo reli/
querat ad inducēdum eos ad penitentiam:ne
irent ſicut ⁊ ipſe ad infernum.nō hoc ipſe fecit
ex charitate:que nulla eſt in damnatis.ſed' pro
pter amoꝛem pꝛopꝛium.ne ſcilicet illi fratres
abutētes diuitijs quas eis dimiſerat diues ad
De exce infernum eum ſequerentur.⁊ exinde ipſe ma//
catione gis toꝛq̄ref ex occaſione mali dati illis. ¶ Sex
ratiōis ta eſt excecatio ſeu offuſcatio rationis. Unde
in dam Sap.ij.dicitur. Malitia excecauit eos. ⁊ So/
natis. phonie.j.Tribulabo eos:⁊ ambubulabūt vt ce
ci:quia domino peccauerunt.Ita enim exceca
ti ſunt:vt eſtiment deum iniuſtum in punitiōe
eoꝛum:⁊ odiant euʒ.nec dolent de peccatis cō/
miſſis inquantuʒ offenſa dei:ſed q2 inde cruci
antur.⁊ ideo infructuoſa eoꝛum penitentia.Et
in mundo quidem illi qui habuerunt aliquam
ſcientiam vel artem:delectationem habent nō
modicam in ſpeculando veritates talis ſciētie
⁊ tanto magis quanto de altioꝛibus fuerit illa
veritas vel ſcientia.Egreſſe autem anime taliū
ſapientum huius ſeculi de mundo: ſcientiam
hic acquiſitam ſecum deferūt:nec eam obliui/
ſcuntur.ſed nullam delectationeʒ vel refrigeri
um recipiunt de tali ſcientie penis abſoꝛti.ſed
augmentum doloꝛis:quia conſiderant ꝙ ſi re/
cte vixiſſent eoꝛum ſcientia in alia vita fuiſſet
in eis perfecta in deum videndo.Et quia quā/
to magis notitiam habuerunt in mundo agen
doꝛum:tanto grauius puniuntur:vt grauius
peccantes.Non ergo pꝛodeſt platoni:ariſtote/
li:anaxigoꝛe:pythagoꝛe:ſocrati:tullio:demo/
ſtheni: v̓gilio: homero:⁊ alijs phis.⁊ poetis
⁊ rhetoꝛibꝰ eoꝛū ſciētia ⁊ eloquētia i iferno.De
his enim dicit Hiero.illud intelligi quod ait
Dānati ſalo.Eccle.x.Laboꝛ ſtultoꝝ affliget eos qui ne
recoꝛda ſciunt in vꝛbem pergere.Et quia nō habuerūt
buntur ſapientiam perierunt pꝛopter ſuam inſipienti
pteritā tiam.vt dicitur Baruch.iij.non habentes fi/
rum de dem:ſed maximam ſuperbiaʒ.¶ Septima in
lectatio felicitas eſt memoꝛia preteritarum delectatio
nū ⁊ ea num ⁊ earum defectus.Unde dictum fuit di//
rum de uiti in inferno poſito.Fili recoꝛdare quia rece/
fectus. piſti bona in vita tua.Lu.xvj.quaſi dicat.Deſe/
cerūt tibi omnia illa que bona ⁊ maxima bōa
putabas ⁊ amabas.Quanto auteʒ quis magis
aliquid amat ⁊ illud conſequi non poteſt:tanto
magis affligitur.ps.lxviij. Cum interierit nō
ſumet omnia ideſt nihil ex eis que hic amabat
⁊ in eis delectabatur.neq3 deſcendet cū eo glo
ria eius.Unde vt dicitur Sap.v.Uidentes ſci
licet ipſi qui ſunt in inferno felicitatem ſancto
rum ⁊ defectum in ſe omnium bonoꝛum que
hic dilexerunt turbabuntur timoꝛe inſperate
ſalutis intra ſe penitentiam agentes:⁊ pꝛe an/
guſtia ſpiritus gementes ⁊ dicentes ſcilicet de
beatis. Hi ſunt quos aliquando habuimus in
deriſum ⁊ in ſimilitudinem impꝛoperij. Nos
inſenſati vitam illoꝛum eſtimabamus inſaniā
⁊ finem illoꝛum ſine honoꝛe.Ecce quomodo cō
putati ſunt inter filios dei:⁊ inter ſanctos ſoꝛs
illoꝛum eſt.Quid nobis pꝛofuit ſuperbia no//
ſtra ⁊ iactantia diuitiarum. Tranſierunt velut
vmbꝛa omnia.Ergo errauimus a via veritatis
⁊ ſol iuſtitie non illuxit nobis ⁊c̄. Talia dixe//
runt in inferno.

¶ De qualitate ⁊ .§.ix.

conditione toꝛtoꝛum in inferno ideſt demonū
dicit.beatus Gregoꝛius quos habuerunt ſcili/
cet repꝛobi incentoꝛes in culpa:habebunt toꝛ/
toꝛes in pena.Unde Hierem̄.quinto.Seruie//
tis dijs alienis ideſt demonibus alienis ab om
ni miſericoꝛdia qui non dabunt vobis requiē
Septem autem ſunt conditiones demonū pꝛo
pter quas ſunt timendi.de quibus in libꝛo de De ſeptē
ſeptem donis.¶ Primum eſt eoꝛum hoꝛribi/ ꝯditiōi
litas ⁊ defoꝛmitas.Job.xx.Uenient ſuper eos bꝰ dmo
ſcilicet repꝛobos hoꝛribiles ideſt demones. nuʒ toꝛ/
Sap.xj.Potens eras tu deus immittere multitu toꝛuʒ ti
dinem irriſoꝛum aut audaces leones: aut no// mēdis.
ui generis ira plena beſtias ⁊c̄. Et Paulopoſt
quarum non ſolum leſura poterat eos exter//
minare.ſed etiam aſpectus per timoꝛem occi//
dere.Unde ad oſtendendum hoꝛribilitateʒ ip/
ſoꝛum demonum.quando beatus Bartholo//
meus apoſtolus.vt ſcribitur in eius legenda.
voluit oſtendere illis indis quibus pꝛedicabat
hoꝛroꝛem ſeu aſpectum hoꝛribilem ipſius de//
monis.pꝛius monuit vt ſignum crucis ſibi in
fronte facerent ne ex timoꝛe ⁊ hoꝛroꝛe aſpectꝰ
eius infirmarentur. Quo facto viderunt om//
nes demonem vt ingentem maurum fuligine
nigrioꝛem facie acuta:barba pꝛolixa:crinibus
vſq3 ad pedes ꝓtēſis.de oculis ſcintillas igne/
as emittentem.ex oꝛe ⁊ naribus ignem ſulphu
reum :vinctis retro manibus.In legenda quo
q3 beati Sebaſtiani aiebat ipſe in ſua exhoꝛta/
tione.Peccatoꝛ a moꝛte perpetua capietur ⁊ te
nebitur:in qua eſt ignis:flamma perſeuerans

tribulatio ⁊ pena perpetua. Hinc atroces an//
geli: ſcilicet demones commorantur. quorum
brachia capita draconum ſunt. quoruꝫ dentes
ſicut elephantis preeminent ⁊ ſtimulāt ad tor/
menta vt cauda ſcorpionum. quoruꝫ voces vt
fremitus leonis ſonant. quorum aſpectus do//
lorem ⁊ timorem inducit ⁊ mortem. ⁊ ad hoc
ſibi viuitur vt vita cruciatibus exponatur. ⁊ ad
hoc vita reintegratur vt ſerpentum morſibus
iteratis reparata membra poſtea atterantur.
Unde quidam patrum dixit. ꝙ ſiquis videret
demones in illa deformitate in qua vident dā/
Exēplū nati non poſſet viuere. Et in vitaſfratrum¦ ha./
betur. ꝙ quidam frater in ordine predicatorū
cum vidiſſet diabolum in ſpecie ita horribili ſi
bi apparuit ꝙ pre timore fortiter exclamauit.
Ad cuius clamorem currentes fratres inuene/
runt eum in terram proſtratum quaſi mortuuꝫ
non valentem loqui. Quem duxerunt ad infir/
mariam. Reſumpto autem ſpiritu interroga//
tus de cauſa clamoris. Reſpondit ꝙ ex eo cla/
mauerat ⁊ pre timore ita defecerat. quia diabo
luꝫ viderat. Queſitus de forma ⁊ aſpectu eius
dixit. Ego neſcirem deſcribere ⁊ declarare qua
litatem eius. Sed vnum dico. ꝙ ſi mihi dare//
tur optio. quid potius eligerem. vel eum aſpi/
cere per modicum in illa ſpecie tam horribili
vel mittere me in fornacem ignis ardenteꝫ an
te me poſitam: mallem ingredi fornacem ardē
tem. ¶ Secunduꝫ propter quod timendi ſunt
eſt eorum crudelitas. de quibus poteſt intelli//
gi illud Job. xvj. Collegit furorem ſuum. ſcli/
cet diabolus in me. vt ſit locutio iſta cuiuſlibet
damnati. ⁊ cōminans mihi infremuit contra
me dentibus ſuis. Hoſtis meus terribilibꝰ ocu
lis me intuitus eſt. Aperuerunt ſuper me ora
ſua. ſcilicet demones ⁊ exprobrantes percuſſe/
runt maxillam meam. ſcilicet propter peccata
gule ⁊ male locutionis. Saturati ſunt penis
meis. Concluſit me deus apud iniquum. ⁊ ma
nibus impiorum me tradidit. ideſt crudeliuꝫ.
Ego ille quondam opulentus. ſcilicet in mun//
do repente contritus ſum. ſcilicet in mundo.
Et Hieremie. vj. ca. dicitur. Crudelis eſt: ⁊ non
miſerebitur ſcilicet diabolus. Ubi beatus Hie
ronymus. Crudelis diabolus eſt iuſtis: crude/
lior ſuis: crudeliſſimus ſibiipſi. Quod diabo//
lus ſit crudelis ſanctis. patet in Job ſecūdo ca.
quem Sathan poſt ſubtractionem omniū ſuo/
rum bonorum et interfectionem ex ruina per
eum procurata filiorum. percuſſit eum vlcere
peſſimo a planta pedis vſqꝫ ad verticem. Exē/
plum etiam ad idem in Antonio quem in fer//
uore maximo deo ſeruientem ⁊ orātem demo/
nes verberauerunt vſqꝫ ad mortem. Crudeli/
or eſt diabolus ſuis ſcilicet ſocijs demonibus
⁊ damnatis. Petrus in canonica. Aduerſari/
us veſter diabolus tanquaꝫ leo rugiens circuīt
querens queꝫ deuoret. Et Hieremie. lj. In per/
ſona damnati dicitur. Deuorauit me abſorbu/
it me: ſicut draco repleuit ventrem ſuum. Un/
de ⁊ legitur in vitaſpatrum. Quod quidam ſa Exēplū
cerdos illorum in templo quadam nocte vidit
Sathan cum maxima multitudine demonum
in throno ſedentem ⁊ inquirentem a ſingulis
de malis ad que hominis inducebant ſugge//
ſtionibus ſuis. Et cum vnus eorum retuliſſet
ſe tempeſtatem in mari concitaſſe. Et ſic naui
ſubmerſa multos necatos. Sathan fecit eum a
ſatellitibus acriter verberari: quia parum ma
li feciſſet. Exinde proceſſit alius diabolus aſſe/
rens ſe in nuptijs quibuſdam rixas excitaſſe ⁊
multum ſanguinem ab hominibus illis ⁊ in//
ter illos fuſum ad inſtigationem eius. Et hūc
ſimiliter flagellari fecit tanquā pigrum ⁊ iner
tem ad malum procurandum. poſt hunc ſurre
xit alius in medium dicens. quia per multos
annos temptaſſet quendam ſolitarium in deſer//
to de fornicatione. Et demum illa nocte euꝫ vi/
ciſſe: ad malumqꝫ illud induxiſſe. Et hunc Sa/
than oſculatus eſt ⁊ coronam ſibi poſuit in ca/
pite de victoria habita contra illum viruꝫ ſan/
ctum. Crudeliſſimus autem ſibiipſi: quia cum
ſibi augeatur pena ex malis ad que inducit ho
mines. tanta eſt malitia ⁊ crudelitas ſua. ꝙ po/
tius eligit ſibi penam augeri ꝙ̃ deſiſtere a ten/
tationibus ſuis. ¶ Tertia conditio demonis
eſt procacitas ⁊ auiditas eius. Deuteronomij
xxviij. Adducet dominus ſuper te gentem de
longinquo: de extremis finibus terre. gentem
procaciſſimam ideſt demones. Legitur in vita
beati Martini ꝙ cum ipſe cum ſocijs perge/
ret iuxta quoddam ſtagnum cernens mergu/
los inſidiantes algis piſcibus: ⁊ ſe de eis ingur
gitantibus. ait ſocijs. Forma hec eſt demonuꝫ.
Inſidiantur incautis captos deuorant: ſatura
riqꝫ nequeunt deuoratis. ¶ Quarta conditio
eorum eſt fortitudo ⁊ poteſtas eorum. Job. xl.
Non eſt poteſtas ſuper terram que poſſit ei cō/
parari. Tanta eſt poteſtas eorum ꝙ ſm̄ natu//
ram omnis materia elemētaris eſt ſubdita eis
ad nutum: niſi a deo ⁊ angelis bonis retinean
tur. Unde poſſet igneꝫ mittere de aere: ſulphu
ra: tempeſtates: ⁊ pluuias: ⁊ īfirmitates in ho/
minibus: niſi coerceantur virtute dei. Ipſe fe/
cit vt ait pſal. immiſſioneꝫ per angelos malos
ad plagandum egyptum. Diabolus fuit qui
ignem de celo immiſit ad conſumendum gre/
ges ouium Job. Ipſe ventum validum excita
uit ad ſubruendum domum vbi filij Job ſe//
ptem cum tribus ſororibus conuiuabantur.
Ipſe graui vlcere corpus eius vulnerauit: eius

opere maleficia multis multipliciter nocent. Eccleſiaſtici. xxxix. Sunt ſpiritus ad vindictaꝫ creati: ⁊ in furore ſuo confirmauerunt tormenta ſua: ⁊ in tempore conſummationis effundẽt virtutem. ⁊ furorem eius qui fecit eos confundent. ¶ Quinto eorum velocitas. Threnoruꝫ quarto. Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis celi. Unde vt habetur in lib. dialogorum. dicente Stephano mãcipio ſuo ex ira. Veni diabole diſcalcia me. ſtatim affuit diabolus diſcalcians. Similiter cum Hermogenes incantator inuocaſſet demones: vt adducerent ad eum ligatum philetum diſcipulum ſuum: hoc executi ſunt. Miſſi autem ab eo ⁊ ad Jacobum apoſtolum etiam adducendum. veloces quidem fuerunt ad eundum: ſed in nullo valentes eum ledere. quinimmo cruciati velociores fuerunt iuſſu apoſtoli ad Hermogenem captum ⁊ ligatum ante apoſtolum adducenduꝫ. ¶ Sexto eorum nocendi ſtudioſitas: ſagacitas: ⁊ diuerſitas. Unde Apocalyp. xiij. deſcribitur habere ſeptem capita: ⁊ decem cornua: que ſignificant modos varios decipiendi ⁊ nocendi. Unde in figuram. Serpens callidior erat cunctis animantibus terre. Geneſis. iij. Mille namq; nocendi habet modos. nec ignoramus aſtuciam eius. xvj. queſtio. ſecunda. Viſis. Ad quod facit quod diabolus ipſe confeſſus eſt. Nam cum Magiſter Jordanus generalis ſecundus ordinis predicatoruꝫ adiuraret demonem: vt diſcederet ab obſeſſo. ⁊ interrogaſſet quo nomine vocaretur. ipſe diabolus obſidẽs. Reſpondit ꝙ mille artifex diceretur. quia mille modos haberet ad nocendum. Jn dial. quoq; refert Gregorius. ꝙ cuꝫ quidam epiſcopus Mediolañ. corinthum acceſſiſſet intrauit domum quam multis annis demones inhabitabilem reddiderant propter clamores eorum. ⁊ cum vellet de nocte quieſcere: audire cepit magnis clamoribus rugitus leonum: balatus pecorum: ſibilos ſerpentum: ruditus aſinorum: grinnitus porcorum ⁊ huiuſmodi. Tunc epiſcopus ait. Bene tibi contingit miſer. Tu es qui dixiſti. Ponam ſedem meam ad aquilonez ſimilis ero altiſſimo. Ecce per ſuperbiam tuaꝫ his beſtijs ſimilis factus es. Ad hoc quaſi erubeſcens diabolus diſceſſit a loco. ¶ Septimo maligna eorum falſitas. vera enim exprobrat: ⁊ falſa opponit. Apocalyp. xij. Proiectus eſt in terram diabolus accuſator noſter: qui accuſabat fratres die ac nocte. Job. xvj. Suſcitat falſiloquus aduerſus faciem meaꝫ contradicens mihi. Collegit furorem ſuum in me. Gaudet enim de penis ⁊ malis iuſtorum ⁊ reproborũ: ⁊ irridet eis. Omnia ſupradicta propter que diabolus eſt timendus ⁊ horrendus damnatis notant. Abachuc. j. vbi dicit. Suſcitabo chaldeos. qui iterpretatur feroces. ecce crudelitas. gentem amaram. ecce malignitas: ⁊ velocem: ecce velocitas: ambulantem ⁊c. ecce auiditas horribilem ⁊ terribilem: ecce horribilitas. ex ſeipſa mendacem. ecce falſitas. leuiores pardis equi eius. ecce fallendi ⁊ nocendi diuerſitas. Pardus enim eſt varij coloris. ⁊ velociores lupis veſpertinis. ecce vorandi auiditas ⁊ inſatiabilitas. Et poſtea dicitur. Ipſe de regibus triumphabit. ecce poteſtas ⁊ fortitudo. Potes ex his perpendere quanta miſeria: quanta anguſtia: quãta pena ſit habitare cum talibus tortoribus. Et ideo timendum. ne ad talem ſocietatem perueniatur.

¶ De priuatione diuine viſionis. §. x.

Qui deſcendunt ad infernum damnatorum. nunq̃ꝫ deum videre poſſunt. Unde dicitur eis. Diſcedite a me maledicti in ignem eternum. Matth. xxv. vt ſcilicet nunq̃ me videatis. Eſaie. xxvj. ait dominus. Non videbit gloriam meam. ſcilicet dãnatus. vbi alia tranſlatio habet que communius allegat. Tollatur impius ne videat gloriam dei. Et hec eſt eis maxima pena ſup omnes alias. beatus Auguſti. Nulla pena maior q̃ carentia diuine viſionis. ⁊ Chryſoſto. lib. de viſione alias cõpunctione cordis dicit. ꝙ potius eligeret mille gehennas ideſt ignes inferni q̃ꝫ priuari tali viſione. Hec viſio vt ait Plotinus philoſophus platonicus. Et refert beatus Auguſti. de ciui. dei. Eſt tante pulchritudinis tãtoq; amore digniſſima: vt ſine hac aiam quibuſlibet bonis quantiſlibet preditam eſtimet infeliciſſimam. Sed quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam. ⁊ deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Ideo parum ⁊ quaſi nihil intelligit in vita preſenti de deo. quantum bonum ſit anime. vt ait eniꝫ philoſophus. Sicut lumẽ noctue ſe habet ad lumen ſolis. quod ſcilicet ſufferre non valet. ita oculus noſter: ſciliꝫ intellectus ad illa manifeſtiſſima nature. vt angelos ⁊ deum parum ⁊ imperfectiſſime ea recognoſcens. Si enim iſta bona temporalia. et queq̃cũq; creata que ſunt bona: accidentaliter et participatiue trahunt nos ad amorem earum: ⁊ tantomagis quantomagis nobis repreſentãtur bona: quantomagis habet trahere ad amorem ⁊ conſolationem ⁊ delectationem bonum diuinum ſeu deus qui eſt bonum per eſſentiã. vnde deriuatur omnis bonitas. Sed quia hoc parum anima videt ⁊ conſiderat in mundo. ideo parum vel nihil diligit. ⁊ parum eſtimat eius viſione priuari. Separata autem anima a corporis grauamine tunc intelligit deũ ſum-

Pena maxia in damnatis.

mum bonum. ⁊ ꝙ ad illum adipiſcendum eſt
creata. Et quia immediate ipſum ſummũ poſ/
ſideret: ſi non eſſet in ea impedimentum. Con/
ſiderans ergo ꝙ propter ſui defectum: ſcilicet
peccatorum conſecutionem talis boni priua/
tur ⁊ in eternum ſi damnatus eſt ſumme dolet
priuari ſe tali viſione dei clara. Si eniȝ anima
eſſet in igne inferni: ⁊ deum videret clare. non
ſentiret penam. Et econtra ſi eſſet in celo cum
ſanctis ⁊ angelis: ⁊ non videret deum. non ha
beret gaudium ⁊ conſolationem. Sicut ergo
dei viſio: ſcilicet clara ⁊ facialis eſt tota merces
ſcd̃m beatum Auguſtinum. ⁊ premium ſan/
ctorum. Satiabo: (ait Pſal. xvj.) cum apparue
rit gloria tua: ideſt clara viſio. ⁊ quietatur om/
nis appetitus. ita et priuatio talis viſionis eſt
totum maluȝ: ideſt principale ipſis damnatis,
Et ſicut ex ipſa viſione conſequũtur ſancti om/
nia bona. ita ex priuatione eius damnati om/
nia mala contraria dictis bonis. Recipiunt
enim ſancti ex ipſa viſione dei ſummam ſcien/
tiam omnium. Quid eſt quod neſciant. ſcilicet

Septeȝ ſũt que ſci recipiũt ex viſione dei.

ſancti qui ſcientē omnia ſciunt ait beatus Gre/
gorius. Cum enim in deo ſint idee omnium
creaturum ipſuȝ videntes omnia in eo vident
que volunt de creaturis. Econtra damnati pri/
uatj tali viſione nullius rei habent perfectã co
gnitionem. etſi aliquid hic in hoc mundo no/
uerunt de deo ⁊ creaturis. vt philoſophi Ari/
ſtoteles Plato ⁊c̃. de tali cognitione non ha/
bent delectationem. Sed maius tormentum.
quia abuſi ſunt. Et minimus puer qui ſcilicet
mortuus eſt in infantia baptiȝatus maiorem
ſcientiam de rebus habet in patria. ꝙ̃ omnes
philoſophi in inferno. ¶ Secundo ſancti ex
beatiſſima viſione conſequuntur maximũ gau
diuȝ ⁊ delectationē. Pſal. xv. Delectationes in
dextera tua vſqȝ in finem. Dextera dei eſt vita
eterna. Auguſti. Delectationes ſunt ex viſione
dei vſqȝ in finem: ideſt ad finiendum ⁊ perfi/
ciendum omnem appetitum. Econtra damna/
ti ex priuatione huius viſionis habent ſum/
mam triſtitiam. Et ſicut beati ex omni parte ſu
pra: infra: intus: extra: ⁊ circũcirca: pleni ſunt
gaudio propter quod dicitur cuilibet eorum.
Intra in gaudium domini tui. Ita damnati ex
omni parte circundati ſunt dolore. ex conſide/
ratione ſuperiorum premiorum que amiſerũt.
ex conſideratione inferiorum rerum que ni/
mis dilexerunt omnis priuati. Ex conſiderati/
one interiorum remordentium peccatorum.
Ex conſideratione exteriorum ignium vren/
tium. Ex conſideratione circunſtantium demo
niorum ⁊ ſociorum. ¶ Tertio beati ex viſione
dei conſequuntur perfectam amiciciam ad de/
um ⁊ ſocios. Ita ſe perfecte diligunt ꝙ gloriaȝ
maiorem ſanctorũ magis eis volunt ꝙ̃ ſibi. q̄z
magis meruerunt. Econtra dãnati odiunt deũ
vt punienteȝ. Unde Jo. in Apoc. Blaſphema/
uerunt deum viuentem in ſecula ſeculoꝝ. Nul
la dilectio vel amicicia eſt in eis: nec erga pro/
pinquos nec erga amicos. Quos ſecum vidēt
in tormētis ſocios in peccatis odiũt. Omnes
ſanctos etiam propinquos genere vellent ſecũ
eſſe in inferno. quinimmo ⁊ ſeipſos odiunt. Et
ꝙ̃uis non eſſe ſimpliciter non cadat in appeti/
tum creature: tamen q̄z minus maluȝ habet ra
tionem boni reſpectu maioris mali. q̄z melius
eſt non eſſe ꝙ̃ male eſſe. ideo dicitur de damna
tis in Apoc. c. ix. Deſiderabunt homines mori
i. deficere ab eē: ⁊ fugiet mors ab eis. ¶ Quar
to beati ex viſione dei aſſequuntur magnaȝ di
gnitatem. ſ. regiam ⁊ ſacerdotalem. Unde de/
cantant ante deum. Redemiſti nos dñe in ſan/
guine tuo: ⁊ feciſti nos deo noſtro regnuȝ. i. re/
ges ⁊ ſacerdotes. reges ad dominãdũ toti mũ/
do: ſacerdotes ad offerendum continue ſacrifi
cium ſanctarum ⁊ feruentiũ affectionum. Ecõ/
tra damnati ex priuatione huius viſionis par/
ticipant ignominiam ⁊ ſeruituteȝ. Hierem. v.
Seruietis dijs alienis: qui non dabunt vobis
requiem. i. demonibus. quinimo ſerui ⁊ ſubie
cti ſunt etiaȝ captiui tenenſ in carcere inferni:
non valeant inde exire ad libitũ ſuũ. ¶ Quin
to ex dei viſione habent ſancti ſummam pacē.
Eſa. xxxij. Sedebat populus meus in pulchri/
tudine pacis ⁊ requie opulenta. Oĩa apperiũt
paceȝ: dicit Dionyſius. Et ſi tam dulcis eſt pax
humana pro temporali ſalute hominuȝ: quãto
dulcior eſt pax diuina pro eterna ſalute angelo
ruȝ. ait beatus Aug. xxiij. q. j. noli. Nec hic pōt
eſſe pfecta pax: ſed ſolum in patria. Sed in in/
ferno eſt remotio omnis pacis ⁊ ꝯtinuum bel/
luȝ. Nam vt dicit Sapiēs. Armabit ſcilȝ deus
creaturam ad vltionem inimicoꝝ. Et iteruȝ pu
gnabit pro eo. ſ. deo orbis terrarum ꝯtra inſen
ſatos. Sicut aũt ipſi miſeri habent intra ſe con
tinuum belluȝ malaꝝ affectionũ. ſic ⁊ creature
bellant contra eos affligēdo diuerſis modis ⁊
penis. ¶ Sexto ex dei viſione habēt ſancti ma
ximam claritateȝ. Unde. j. Joã. j. Deus lux eſt:
⁊ tenebre in eo non ſunt vlle. Hec lux ſicut illu/
minat oēm hoiem veniētem in hũc mũduȝ lu/
mine gratie: q̄z. ſ. nullus illuminaſ niſi ab eo.
ita de mũdo egrediēs lumine glorie non illu/
minatur niſi a deo. qd̃ lumen glorie redũdans
ab aĩa gl̃ificata in corpus ſuũ reſuſcitatũ: facit
ipm clariſſimum ⁊ pulcherrimum. Uidentes
etiaȝ oculis corporis reaſſumpti chriſti huma/
nitatē fulgētē ſicut ſol: imo incõparabiliſr plus:
inde etiaȝ illuminanſ ⁊ iocũdantur. Damnati
vo priuati tali viſione remanent obſcuri ⁊ te/

nebroſi in anima ⁊ corpore. Et ꝙuis ĩ iudicio
finali viſuri ſint xp̄i humanitatem qui habet
eos iudicare: non inde recipient illuminatio/
nem vel aliquam conſolationem vt ſancti: ſed
ſummum horrorem ⁊ dolorem ex verbis xp̄i
eos exprobrantis de malis ſuis. adeo vt dicant
montibus ⁊ collibus. Abſcondite nos ⁊ coope
rite a facie agni. i. xp̄i turbati cōtra nos. ¶ Se
primo recipiunt ſancti ex viſione dei ſummam
firmitatem in bono. quia cum continue repre/
ſentetur deus menti vt ſummuꝫ bonum: non
poſſunt ad momentum diuerti ab eo: ⁊ ipſum
non ſumme amare nec valent in aliquo pecca/
re. Sine macula enim ſunt ante thronum dei.
Apoc. xiiij. Dānati autem ecōtra ſunt ita auer/
ſi a deo ꝙ non poſſunt deum diligere: ſed ſicut
demones (vt dicit Dionyſius) habent fantaſiā
proteruam. i. iudicium intellectus peruerſum
eſtimantes deum iniuſte eos cruciare: ſic ⁊ dā
nati. Nec auerti poſſunt a malis deſiderijs eo/
rum que habuerunt in mundo: ſed nihil eorū
poſſunt obtinere. ps. Deſideriū pctōꝝ pibit. ſ.
vt non conſequi valeant deſiderata ab eis.

¶ De ſubtractio/ .§. vi.

Dānati his ſub ſidijs p̄uantur.

ne omnium ſubſidiorum ab eis. ſ. damnatis in
inferno. A deo ſeu perſonis diuinis. Ab ange
lis. A ſcis. A notis. Ab eccl̄e ſuffragijs. A bo
nis p̄ actis. A locis ſacris. ¶ In vita p̄ſenti ha
bēt etiā maximi peccatores ſubſidiū m̄ltiplex
a deo. precipue per penitentiam per quam pla
caſ. ſm illud collecte. Deus qui culpa offende
ris penitentia placaris. In qua pater cor lapi/
deum frangit per potentiam contritionis. Fili
us illuminat per manifeſtationem confeſſiōis.
Et ſpirituſſanctus ſignificat fructū ſatiſfactio/
nis. Sed damnatus non dabit deo placationē
ſuam. in ps. cxj. quia penitere nō poteſt. Quod
eniꝫ ait Dama. fuit angelo caſus: hoc homini
mores. i. ſicut angelus ex primo ſuo lapſu fa//
ctus eſt inconuertibilis ad deum: ita moriens
in mortali homo eſt irreuerſibilis ad peniten/
tiam. In inferno quis confitebitur tibi? q. d.
nullus. ita nec contritio nec ſatiſfactio. Quidā
ruſticus (vt habetur in lib. de ſeptem donis) in
uitatꝰ ad regalis nuptias cū alijs ibat. In via
autem ſitiens multum cuꝫ a ſocijs ſuaderetur
vt aquam fetidam quam inuenerant in via nō
biberet: ſed abſtinens ab ea ⁊ cito perueniens
ad locum nuptiarum optimum vinum ⁊ alia
delitioſa inueniret: noluit ille acquieſcere con
ſilio aliorū; ſed vt ſatiſfaceret ſiti, impleuit vē
trem aqua illa putrida. Cum autem perueniſ
ſet ad palatij fores vbi celebrabant nuptie eru
ctans fetorem aque fetide quam adhuc habe/
bat in ventre. quem rex non ſolum nō permiſit
intrare: ſed cum multis ictibus expulſus eie//
ctus eſt in foueam fetidiſſ. mam. vbi cunctis vi
dentibus euomuit aquam quaꝫ ibi biberat ibi
obfirmatus. Sic accidit dānato cuilibet. In vi
ta enim preſenti vocatꝰ ad celeſtes nuptias: cū
in via naturaliter appetat bonum ⁊ ſitiat beati
tudinem: aquaꝫ fetidam inueniens delitiaruꝫ
⁊ diuitiarum mundi: vt ſatiſfaciat ſiti ſue im//
plet affectum inordinatum illis. cum tamen ſi
bi diſſuadeatur a predicatoribus ⁊ alijs bonis
ſed demum venit ad mortem: ⁊ cum deberet i/
gredi ad nuptias celi vbi ſunt omnia bona pa/
rata. quia reperitur mens eius plena iniquita
te ex terrenis inordinate amatis: proijcitur in
foueam inferni: nec penitere valet. ſed priuatꝰ
temporalibus: in inferno permanet. ¶ Secū/
do dānatus priuatur auxilio angelorum ſan//
ctorum. In mundo innumera ſubſidia ⁊ adiu/
toria habemus ab angelis. vt patet per exem//
plum ⁊ figuram in angelo raphaele ſociante ī
via Thobiam. Sed in alio ſeculo dicunt ange
li de anima dānata illud Hiere. Curauimus ba
bylonem: ⁊ non eſt curata: recedamus ab ea. i.
in vita multipliciter queſiuimus curationem
talis per inſtigationes ad bonum: noluit acqe
ſcere: nil in alia vita poſſumus agere ſubſidij.
¶ Tertio orationibus ſanctorum. Sancti eos
qui ſunt in mundo multipliciter adiuuant me
ritis ⁊ precibus. ⁊ p̄maxime beata maria quo/
ad corpus ⁊ quoad animam. vt patet. ij. Ma//
cha. vi. vbi dicitur de Hiere. ſancto defuncto.
Hic eſt qui multum orat pro populo. Sed pro
his qui ſunt in inferno ſeu dānatis nunquam
orat: quia omnino ſunt ꝯformes voluntati dei
quem ſciunt hoc velle ſcilicet in nullo eis ſubſi
diari. Unde nec diues nec guttam aque potu//
it ab Abraam vel Lazaro obtinere. ¶ Quarto
ex orationibus elemoſynis ⁊ alijs que fiūt ſpe/
cialiter a conſanguineis ⁊ amicis alicuius. dā
nati nullum refrigerium recipiunt. ⁊ quo ſciūt
aliquem eſſe dānatum ꝙtumcunqꝫ ſibi amiciſ
ſimum male facerent pro eo orando: ſicut ⁊ ſi
orarent pro diabolo liberando. Sed quia niſi
quis decedat in notorio mortali ſciri nō poteſt
ſi eſt dānatus vel ſaluus: ideo vt dicit b. Aug.
xiij. q. ij. Tempus rationabiliter pro cunctis fi/
delibus defunctis oratur. etſi illi damnati eēnt
vtiqꝫ nihil ipſi inde percipiunt. ſed in facientē
illud ſuffragium ⁊ in alios de purgatorio con/
uertitur. ¶ Quinto ex orationibus ⁊ alijs bo/
nis que fiūt in eccleſia. omnes qui membra ec/
cleſie ſunt vnita chriſto per charitatem partici
pant aliquo modo de illis bonis. ſm illud ps.
Participem me fac deus omnium timenti//
um te ⁊c. Exemplum de cibo quem quis come
dit: quia omnia membra viua recipiunt partē
nutrimenti.

nutrimenti.non autem preciſum mēbrum.Q: ergo damnati ſunt omnino preciſi nec amplius incorporari ſeu reuniri poſſunt:ideo nullū ſubſidium inde percipiunt. Nec etiaꝫ ex indulgentiis prelatorum. Naꝫ etſi his qui in purgatorio ſunt valere poſſint:ſi ad eos extendatur a prelatis.non tamē ad dānatos. Sexto ex bonis que fecerunt in vita ſiue viua.dum ſcilicet fuerunt facta in gratia.ſiue mortua opera que ſcilicet fuerunt facta in mortali nullum inde auxilium ſuſcipiunt directe. Et hoc eſt quod dicit dominus per Ezech.xviij.Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua ⁊ fecerit iniquitatem:omniuꝫ iuſtitiaruꝫ eius non recordabor. Et apoſtolus.j. Corin.xiij.Si diſtribuero oēs facultates meas in cibos pauperuꝫ ⁊c̄.nihil mihi prodeſt bea. Grego. In perpetratione malorum nulla debꝫ eſſe fiducia bonorum preteritorum. Indirecte valent:quia ſi non feciſſet illa bona.tunc feciſſet aliquod malum.propter qđ ſpecialem penā ſuſtineret:quam euaſit. ¶ Septimo loca ſacra vbi boni ſepeliuntur eligant eis.vt.ſ.ſancti illi in quorum honorem illa loca ſunt dedicata orent pro anima illa ſi eſt in purgatorio ꝓpter deuotionem quam ille viuens habuit ad eos propter quod elegit ſepulturam. vt dicit beatus Augu.xiij.q.ij.Sed damnatis hoc nō prodeſt quin potius nocet propter preſumptionem eorum:qui elegerunt talem ſepulturā:vt magis crucientur. Unde ⁊ beatus Grego.in.iiij.dialogo.exempla ponit de quibuſdaꝫ malis in loco ſacro ſepultis:q miraculoſe inde eiecti ſunt.

¶ De timore initiali. Capitulū.vj.

Quintus timor dicitur initialis. De quo ps.cx. Initiuꝫ ſapientie timor domini. Hic timor ſemper eſt cum charitate . quando ſcilicet quis timet penam ſiue temporaleꝫ ſiue eternam. Timet ⁊ erubeſcit culpam cōmiſſam. Sed plus timet dei offenſam. Prouer.j. ⁊ Eccleſiaſti.j. Principiuꝫ ſapientie timor domini. ⁊ Prouer.viij. Timor domini odit malū.plus

Timor initialis hꝫ duos oculos. ſcilicet amore iuſtitie qꝫ timore pene. Hic timor habet duos oculos.ſ.dextrum amoris iuſtitie ad declinandum malum culpe. Siniſtrū euitationis pene ad euadendum infernuꝫ vel aliam penam. Hoc figuratum fuit in Abraaꝫ. cum fixit tabernaculum ſuum inter Bethel et ⁊ hay. Gen̄.xij.⁊.xiij. q: vir iuſtus firmat mentem ſuaꝫ inter amorem paradiſi ⁊ timorem inferni. Iſtes ſunt ille due ancille:que inducunt Heſter reginaꝫ:que interpretatur humilis:ad aſuerum qui interpretatur beatitudo. Heſter xv. Timor eleuat ⁊ cōprimit veſtimēta deſluentia ⁊ defectus virtutū que nos vt veſtimēta ornant:amor eaꝫ ſuſtentat. He ſunt due ale date mulieri per quas volat in deſertum penitētie ⁊ vite eterne. ¶ Et quia bona opera que fiunt ex iſto timore filiali:⁊ mala ſeu peccata que quis cauet ex eo:ſunt meritoria:q: magis timet offenſam qꝫ penam q: ex charitate procedunt:q: pena reſpicit ſe:offenſa deum. Ideo qꝫ magis timeat ⁊ doleat de offenſa dei qꝫ de pena ſignū eſt dilectionis dei. Uidendum eſt de multis qꝫ debent timeri iſto timore. Primo igitur timēdum eſt peccatum:ne incurratur. Ecclſ.xij. in fi.dicit Salo. Finem loquendi oēs pariter audiamus. Deuꝫ time.ſ. timore initiali ſaltem et mandata eius ſerua.qđ ſcilꝫ eſt eius effectus ⁊ ſignum:q: qui timet deum faciet bona. Eccli. xv. Hoc eſt omnis homo.ideſt per hoc homo habet vere eſſe hoīs qđ eſt eſſe rationale.

¶ Timendum aūt .§.i.

eſt peccatuꝫ ad vitandū ꝓpter ſeptem rationes que ponuntur in libro de ſeptem donis.

¶ Primo q: ſi pctm̄ nō eēt:nihil hoī obeſſet. Pctm̄ timendū propter ſeptem.
¶ Scđo q: ſine hoc qcqđ eſt:hoī prodeſſet.
¶ Tertio q: angelus bonus ſūme ꝫ abhorret.
¶ Quarto q: ſanctis iniuriaꝫ infert.
¶ Quinto q: diabolo ſumme placet.
¶ Sexto q: deo maxime diſplicet.
¶ Septimo q: facienti peſſime nocet.

¶ Primo igitur timendū eſt peccatuꝫ ⁊ fugiēdum:q: ſi hoc non eſſet nullū maluꝫ pene eēt. Eccls.viij.Qui ſeruat mandatū:non experietur quicqꝫ mali bea. Grego. Nulla nocebit aduerſitas:ſi nulla dominetur iniquitas bea. Hiero. Quod oīa mala ſuſtineamus peccata noſtra ꝫ fecerunt. Omnia mala que timemus:valde vitaremus ſi peccatū non eſſet. Non timeremus nec infernū:nec purgatoriuꝫ:nec dei iudiciuꝫ nec multiplex mundi periculuꝫ:nec morteꝫ ſi non eſſet peccatuꝫ. Ubi eſt peccatuꝫ non eſt bonus homo. Sen̄. Nihil eſt homini bonuꝫ ſine ſe bono. Et q: qđlibet mortale eſt venenū ⁊ cōtrariū charitati per quā homo habet eſſe ſpūale.⁊ ideo non habens charitateꝫ ſed peccatuꝫ. dicit apls.j.Cor.xiij.nihil eſt. Et ideo Petrus apls amiſſa charitate per pctm̄ negatiōis xp̄i. qꝫuis hoc nō intellexerit.tū veruꝫ dixit cuꝫ ait cuidā dicēti ſe eē ex diſcipulis eius. O hō nō ſum.q: eſſe amiſerat ſpūale. vt exponit Hilari. ¶ Scđo eſt timendū pctm̄ ⁊ renuenduꝫ.q: homini extra pctm̄ omnia cooperantur in bonuꝫ diligenti deū.ſm aplm quinimo particeps fit oium bonoruꝫ eccleſie ſꝫ illud Ps. Participē me fac deus oiuꝫ timentiū te ⁊c̄. Non ſolū bona eis cedunt in bonū.ſed etiā male pene. Nā q: ex penis purgantur eorꝫ pctā augentur ⁊ meritū ⁊ corona.vt pꝫ in Job Tobia ⁊ alijs. Sicut

econtra bona in ſe ⁊ optima fiunt mala malis.
Unde bea. Aug. de pſe. diſt. ij. Et mala pꝛoſunt
bonis. ſicut angelus ſathane colaphizãs Pau
lum. Et ſancta obſunt malis ſicut bucella. ideſt
eucharistia. Jnde. Nec enĩ illa bucella in ſe ma
la fuit. ⁊ ideo nocuit. ſed qꝛ malus bono male
vſus fuit. Jnſuper ⁊ mala culpe bonis cõuertũ
tur in bonũ ſcilꝫ cum reuertuntur ad pniam.
Unde bea. Augu. de pe. diſ. iiij. Uſqꝫ adeo oĩa
electis dei cõuertuntur in bonũ. vt etiaꝫ ſi qui
eoꝝ exoꝛbitauerint. hoc eis faciat pꝛoficere. qꝛ
inde humilioꝛes cautioꝛes ⁊ feruentioꝛes ſur/
gunt. Sicut ⁊ bea. Ambꝛo. dicit de petro. di. l.
Fidelioꝛ factus eſt petrus poſtq̃ fideꝫ ſe perdi
diſſe defleuit. ſcilꝫ negãdo. Et ſic peccatum ele
ctis eſt ſicut tyriaca que ex ſerpente venenoſiſ/
ſimo tyro dicto cõficitur ⁊ remedium efficitur
cõtra venenũ: quia peccatũ qđ habuit moꝛtĩ
feraꝫ delectationem in ſe vel in alio. ex eo aſſu
mitur remedium ad ipſuꝫ expellenduꝫ ⁊ moꝛ
tificandũ per cõpunctionem de eo. ⁊ per cõpaſ
ſionem in alio. ¶ Tertio eſt timendum ⁊ abo
minanduꝫ peccatum. quia bonis angelis mul
tum diſplicet. ⁊ abominantur ipſuꝫ. Hoc patet
in malis ⁊ in bonis hominibus. Nam ſeuere
puniunt deo diſponẽte. vt patet de ſodomitis
per quos ⁊ ciuitates eoꝝ ipſi immiſerũt igneꝫ
⁊ ſulphur. Gen̄. xix. c. Et in Dauid propter cu/
ius vanaꝫ gloꝛiam in numerare faciẽdo popu
lum ſuuꝫ angelus domini infra triduũ percuſ/
ſit. ex peſte vꝫ. lxiiij. milia. ij. Reg. vlt. Anſel. To
lerabilius fetet canis putridus hominibus.
q̃ꝫ anima peccatrix deo ⁊ angelis eius. Unde
Exem/plum. in vitaſpatrum legitur. q cuꝫ tranſiret per he/
remuꝫ angelus in foꝛma hominis cuꝫ quodaꝫ
ſancto heremita obuiam habuerũt quoddam
cadauer hominis. ⁊ qꝛ valde fetebat: heremita
nares obturauit cũ chlamyde: ne fetoꝛeꝫ ſenti/
ret. Angelus auteꝫ nil tale egit. poſtea obuiam
habentibus quendaꝫ pulchꝛum iuueneꝫ veſti
bus oꝛnatuꝫ redolentibus. angelus clauſit foꝛ
titer nares. heremita auteꝫ minime. Sed mira
tus de actu quare nares obturaſſet iuxta iuue/
nem tranſiens. cuꝫ eſſet ita pulcher ⁊ redolẽs.
Non auteꝫ circa illud cadauer ita marciduꝫ et
fetiduꝫ. Reſpondit. Tu cuꝫ ſis caro ſentis feto
reꝫ carnis. Nos autẽ quia ſpiritus ſumus: ſen
timus fetoꝛeꝫ ſpiritum qui pꝛocedit ex pecca/
tis. quoꝛum iuuenis ille laſciuus erat plenus.
⁊ ideo mihi fetebat. Cum autẽ angeli boni ſint
nobis amiciſſimi ⁊ ſocij. debemus peccata ti/
mere ⁊ cauere: ne eis abominabiles fiamus.
¶ Peccatum quarto ſanctis iniuriam infert.
quia offendit regeꝫ ⁊ dominuꝫ. qui enim offen
dit dominum. offendit totaꝫ familiam ſuam q̃
ſunt ſancti. Eccl. xxviij. Uir peccatoꝛ turbabit

amicos ſcilicet eterni regis. vel qꝛ a cõmunio/
ne ſanctoꝛum ſe ſubtrahit ⁊ ſocietate militãtis
⁊ triumphantis eccleſie: quaſi ſi excõmunica/
tos eos iudicaret. Uel qꝛ ſe cõtrarium ſanctis
efficit dum cõtrarie poteſtati militat. Luce. xj.
Qui non eſt mecuꝫ cõtra me eſt. Uel quia quã/
tum in ſe eſt gloꝛiaꝫ ſanctoꝛum. ⁊ gaudiuꝫ mi/
nuit qui de eius gloꝛia viſa gauderẽt. ⁊ in pre/
ſenti de bonis eius exemplis iocundarentur.
Unde bea. Augu. in li. de penitẽtia dicit. q pe/
nitens debet de hoc dolere. q multuꝫ boni cõ/
triſtati ſunt de malis ſuis operibus. Sicut ecõ
tra de bonis eoꝝ iocũdati fuiſſent. ¶ Quinto
pctm̃ ideo timendum ⁊ hoꝛrenduꝫ quia inimi
co noſtro peſſimo. ideſt diabolo ſumme placet.
⁊ de eo gaudet. Ps̄. xij. Qui tribulant me ini/
mici mei exultabunt. Si motus fuero ſciliꝫ re
cedens a deo. Prouer. ij. Exultant in rebꝰ peſſi
mis. hoc eſtimat maximum ſuum lucruꝫ. ſi ani
mas chꝛiſti ſanguine acquiſitas ſibi ſubijciat.
⁊ deo ſubtrahat. ⁊ ſecum ad inferna deducat. ⁊
cum ex hoc q tentationibus ſuis homines ad
crimina inducat. nil ei vtilitatis accedat: ſꝫ au/
gmentuꝫ pene. tanta eſt malicia eius ⁊ inuidẽ/
tia q potius eligit ſibi penam augeri cuꝫ per/
ditione animaruꝫ q̃ꝫ eo augmento carere non
tentando. Uñ vt habetur ex legenda Joannis
euangeliſte. reſuſcitatus iuuenis quidaꝫ ab eo
dixit publice q viderat demones magnum fe
ſtum facientes ⁊ nimis gaudentes de ruina il/
loꝛum duoꝛum ſuoꝛũ diſcipuloꝛũ. qui peniten/
tes de eo q mundũ reliquerant: intendebãt re
dire ad ſeculuꝫ. Et ecõtra angeli ſancti dolebãt
de caſu eoꝛum. quibus auditis cõuerſi ſunt ad
deum compuncti. Quidaꝫ autẽ demoniacus:
vt patet in lib. de ſeptem donis: cum per obſeſ
ſum diceret peccatuꝫ ei fetere ⁊ hoc pꝛopter no
bilitatem nature ſue. Unde ⁊ de quibuſdã dici
tur q poſtq̃ induxit eos ad maluꝫ precipue lu
xurie ipſe aufugit in actu eius. Jnterrogauit q
dam quare ergo cum tanta diligentia illõ pro/
curas? Rñdit propter lucrum. Sicut cloacari/
us intrat latrinam ꝓpter lucrum: lꝫ ei feteat. ſꝫ
certe cum quilibet ſibi caueat facerẽ id vñ ini/
micus eius letetur. qđ permaxime eſt ſibi noxi
um: ⁊ diabolus ſit maximus aduerſarius no/
ſter ſicut leo rugiens circuieat. querens quẽ de
uoꝛet per pctm̃. ſumme debet quilibet timere ⁊
cauere. ¶ Sexto pctm̃ eſt timendũ ⁊ vitandũ:
quia deo ſumme diſplicet. Et hoc pꝫ ſeptẽplici
ter. ¶ Pꝛimo ex dei odio cõtra ipſum ⁊ indi/
gnatione. Nihil deo diſplicet niſi peccatũ Sa/
pien. xj. Nihil odiſti deus eoꝝ que feciſti. Et qꝛ
ſine ipſo factũ eſt nihil. vt dicit Joã. j. ideſt pec/
catum. vt exponit bea. Aug. qđ nihil dicit. qa
non eſt aliqua creatura ſeu poſitiuuꝫ ſed priua

tiuum. Jdeo cū omnia diligat que fecit: ſ; ſolū
odit qđ ipſe non fecit. Et in quo inuenit.ſ.moꝛ
tale peccatū: inimicum h; ⁊ odit.ſ.reſpectu cul
pe. Eccli.xij. Altiſſimus odio hab; peccatoꝛes.
Hiero. de pe. diſtin.j. Non enim hominibꝰ ira
ſcitur deus: ſed vitijs. que cum ablata fuerint:
non erit quibus iraſcatur deus. ❡ Scđo pec
catum deo diſplicet ex cōtumelie eius pꝛopter
ipſum irrogatione. Nōne maximam cōtumeli
am faceret ſponſo nobiliſſimo: qui dulciſſima;
eius ſponſam viliſſimo adulterio pꝛoſtitueret.
Hoc agit peccatoꝛ: qꝛ animam ſponſam chꝛiſti
pſtituit diabolo. Hiere.ij. Sub omni ligno frō
doſo pꝛoſternebaris meretrix.i. in omni appa
rente pꝛoſperitate vel delectatione. Hic pecca
toꝛ filios ⁊ filias dei occidit.i. bona opera. tem
plum dei ſuccendit. Stratam paradiſi ad mo
dum pꝛedonis frangit. Jn facie; chꝛiſti cōſpu
it. ⁊ quantum in eo eſt: iterū crucifigit. Ad He
bꝛe.vj. Rurſus crucifigentes dei filiū in ſemet
ipſis ⁊ oſtentui habentes. Ecce quante cōtume
lie. ❡ Tertio ꝙ peccatu; valde diſpliceat deo:
patet ex eius cōtra ipſum perſecutiōe. perſecu
tus eſt eni; illud in omni loco: vt nullus locus
ſit ei tutus. Jn celo pꝛimum vt apparet in luci
fero. quem pꝛopter vnum peccatū ſuperbe mē
tis de celo deiecit in infernum: de tanta felicita
te in tantam miſeria;. Jn paradiſo de quo eie
cit pꝛimos parentes pꝛopter vnam culpe tranſ
greſſionem. Jn terra perſecutus eſt peccatum
īmittendo diluuiu; pꝛopter peccata per igne;
in ſodomis. in aere per grandinationē in egy
pto. Jn terra per abſoꝛptionem a terra Dathā
⁊ Abyron. Et in īferno. Deute.xxxij. Jgnis ſuc
cenſus eſt in furoꝛe meo: ⁊ ardebit vſq; ad īfer
ni nouiſſima: deuoꝛabitq; ⁊c. ❡ Quarto hoc
oſtenditur ex dei pꝛopter hoc īmutatione. Na;
peccatum ei diſplicet tantum ꝙ benigniſſimū
⁊ clementiſſimu; patrem cōuertit in crudeliſſi
mum iudicem. ita ꝙ pꝛo toto mundo nō dimit
tit quin filios quos creauit quos ſanguine ſuo
redemit. ſi eos in moꝛtali inuenerit in moꝛte:
quin gladio eterne dānationis occidat: etiam
ſi fugerent ſub chlamyde beate Marie. Pꝛo
uerbio.vj. zelus ⁊ furoꝛ viri non parcet in die
vindicte: nec acquieſcet cuiuſq; pꝛecibꝰ. Quin
to patet ex cōtaminatione bonoꝛu; ex genere.
Nā quecūq; quis faciat: ieiunia: elemoſynas:
martyria ſuſtineat: non placent deo ſi ſint cum
moꝛtali. Eccli.xxxiiij. Dona impioꝛum nō pꝛo
bat altiſſimus: nec reſpicit in oblationibꝰ eoꝝ.
Jacobus. Qui in vno offendit: multa bona per
dit.ſ. meritum bonoꝛum operū ex genere quo
ad vitam eternam. ❡ Sexto apparet quantu;
diſpliceat deo peccatū ex eius deſtructionis ela
boꝛatione. Omnes enim laboꝛes aſſumpſit vt
deſtrueret peccatum. Uoluit enim carnē aſſu
mere vt carnem a peccato mundaret. pꝛedica
re vt illud contēneret. Sacramēta inſtituere vt
illud deſtrueret. Apoſtolos in mundum mitte
re: vt illud expugnaret. vēdi vt nos redimeret.
ligari vt nos a peccatis ſolueret. ſanguine; fun
dere: vt nos a peccatis lauaret. crucifigi vt illō
crucifigeret. occidi vt occideret peccatu;. Bea
tus Augu. Hec omnia humiliter patitur deus
vt mundus qui perierat liberaretur. ❡ Septi
mo patet ex dei ſeparatione ⁊ exheredatione:
Nullus enim eſt ei tantum amicus: quin ſi in
ueniat impenitente;: in moꝛtali priuet heredi
tate vite eterne ⁊ fruitiōe eius. Eſa.lix. Jniqui
tates vſe diuiſerūt inter vos ⁊ deū veſtrum.

❡ Peccatum ideo .§.ij.

timendum eſt ⁊ cauendum: qꝛ multa nocumē Septe;
ta infert ipſi facienti. Naturalis enim ratio di nocum
ctat vt timeat quis ⁊ euitet que homini pluri ta pctī.
mum nocent. Pꝛecipue autem ſunt ſepte; no
cumenta peccati.

❡ Quia facit ſibiipſi inimicu; ⁊ odioſum.
❡ Quia efficit ipſu; durū ⁊ ponderoſum.
❡ Quia conſtituit eum ſeruum ⁊ deſpectuo
ſum.
❡ Quia reddit animum immundum ⁊ macu
loſum.
❡ Quia oſtendit illud fatuu; ⁊ expꝛobꝛoſum
❡ Quia innuit eū variu; ⁊ monſtruoſum.
❡ Quia relinqt demū nudū ⁊ amaricoſu;.

❡ Quantum ad pꝛimum clare ſacra ſcriptura
atteſtatur quia peccatum facit hominem ſibi
ipſi inimicum ⁊ odioſum. pſal. Qui diligit ini
quitatem odit animam ſuam. Et Tobias.xij.
Qui faciunt peccatu; ⁊ iniquitatē hoſtes ſunt
anime ſue. Non enim maius odium ⁊ inimi
cicia poteſt ad aliquem demonſtrari: q; cum
quis illu; occidit ⁊ vita pꝛiuat. quod eſt maxi
mum bonum in tempoꝛalibus rebus. Sed vt
dicitur Sapiē.xvj. Per maliciam. ſcilicet pec
cati: occidit homo animam ſuam. quia ſcilicet
priuat eam vita gratie ſi peccatum moꝛtale eſt.
que excedit incōparabiliter omnia bona tēpo
ralia ⁊ naturalia. Et ideo dicit ſapiens Eccle
ſiaſtici.xxj. Quaſi a facie colubꝛi fuge peccatū.
Sicut enim videns colubꝛum pꝛope venien
tem non expectat eum vt magis videat lic; ſu
bito fugit timens ne eū moꝛdeat ⁊ occidat: ita
cum ſerpens antiquus appꝛopinquat ad aīa;:
ſua mala ſuggeſtione vt virus peccati īfundat:
non eſt remiſſe agendum ⁊ dimittēdum appꝛo
pinquare per diſcurſum cogitationum: ſed ſu
bito fugiendum per reſiſtentiam et expulſio
nem talis tentationis. Jacobus.iiij. Reſiſtite
diabolo ⁊ fugiet a vobis. Bernardus. Uiam

peccati ingredientibus mel propinat ſophiſti/
cus.ſ.diabolus progredientibus ſel ⁊ acetum:
egredientibus venenum aſpidum inſanabile.
Ingredientes contaminat:progredientes ob/
ſcurat vel obſtinat.egredientes exterminat vt
in anima ⁊ corpore damnantur iuſto iudicio
dei. ¶ Ponitur ſimilitudo ĩ lib.de.vij.donis
de duobus fratribus.fatuo ⁊ ſapienti.Qui ſi//
mul incedentes deberent redire in patriam ſu
am a qua elongati erant.venerunt ad quoddã
biuium vbi audierunt a paſtoribus loci ꝙ vna
illarum viarum erat que directe ducebat ad ci
uitatem ſuam:que vtiqꝫ erat alta:arta:⁊ aſperat
ſed ſecure ducebat ad patriam ſuã.Altera ve/
ro via erat plana:lata:delectabilis:ſed pericu/
loſa ⁊ latronibus plena.Cũ ergo auditis his
ſapiens vellet capere viam mõtuoſam ⁊ aſpe//
ram:ex quo ſecura eſſet:dixit ei frater fatuus.
Rogo te ne ſumamus tantum laborem:ſed ea
mus per iſtam aliam viam que eſt ita delectabi
lis.Quia enim ibi ſint p̃icula:poterimus eua/
dere illa diuerſis modis.Cui ſapiens aſſenſit.
Cum igitur proſequerentur per latam viam:a
latronibus capti ſpoliati ⁊ vulnerati ſunt.Et
cum fatuus in foueam proijceretur occiden/
dus:⁊ alius ligatus ad mortem duceretur:ma
ledicebat ſapiens fatuo dicens ꝙ propter ſuã
fatuitatem quia voluit capere viam illam ipſe
moreretur.Reſpondit fatuus.Tu potius ma
ledicaris:quoniam tibi potius imputandum
eſt qui ſciebat me fatuum:⁊ mihi crediſti ⁊ ac/
quieuiſti.Ad propoſitum.Duo fratres anima
⁊ corpus ſeu affectus vel appetitus rationalis
⁊ ſenſualis.Sapiens eſt anima:cui ratio dictat
bene facere:ardua virtutũ conſcendere.Stul
tus appetitus ſenſualis vel corpus qui nõ vult
niſi delectabilia ſibi.Cũ aũt peruenit quis ad
vſum rationis:occurrit biuium.ſ.via virtutũ
difficilis quã ſequatur.quia paſtoribus:ideſt
prelatis ⁊ predicatoribus ſibi manifeſtatur.ꝙ
hec eſt que ducit ad vitam.Altera autẽ que oc
currit.ſcilicet delectationum mundi.etſi lata
videatur ⁊ placida.tamen plena periculis ⁊ la
tronibus demonum:⁊ ad perditionem ducit.
Licet autẽ anime ſeu rationi videatur magis
ſequenda via aſpera:quia ſecura.tamen alle//
ctus a fratre.ſcilicet appetitu ſenſuali:cui gra
uius eſt via virtutũ ⁊ penitentie:permittit ſe
duci:vt complaceat fatuo per viam latam:pre/
cipue cum multo videat ire per eam:cogitans
ꝙ etſi multa pericula inueniet:ipſe euadet.vel
ſi erret ꝙ poterit emẽdari.Pergendo igitur p
viam latam mundi incidunt in latrones demo
nes:qui ſpoliant bonis ſpiritualibus:⁊ vulne/
rant in naturalibus:⁊ occidunt animam ⁊ cor
pus deijciendo in foueam iferni.Unde Iaco/
bus.Unuſquiſqꝫ tẽtatur a concupiſcentia ſua
abſtractus ⁊ illectus.Deinde concupiſcentia
cum conceperit parit peccatum.Peccatum ve
ro cum conſummatum fuerit generat mortem.⁊
pauci ſunt qui per penitentiam redeant ad viã
ſalutis:vt ſperant potius preſumunt.In infer
no autem poſiti anima ⁊ corpus poſt finem vl
timum conqueritur anima de corpore:q2 no//
luit laborare:ſed magis rationabiliter corpus
de anima.que vt domina eius ⁊ ſapiens nolu/
it refrenare:⁊ ſibi ſubiectum facere.

¶ Secundum no/ .§.iij.

cumentum quod facit peccatum anime:ꝓpter
quod eſt timendum ⁊ abijciendum eſt:q2 facit
hominem durum ⁊ ponderoſũ.Unde de dia
bolo dicitur ⁊ membris eius ⁊ reprobis Iob
xlj.Cor eius indurabitur q̃ſi lapis.Et de pha//
raone obſtinato.Induratum eſt cor pharaonis
Nec eſt credendum vel dicendũ ꝙ iſtã duritiã
cauſet deus in malis.q2 apoſtolus dicit ad Ro
ma.ix.Cui vult deus miſeretur:⁊ quem vult
indurat.Indurare deus dicitur:quia indura/
re permittit relinquens hominẽ arbitrio ſuo
de meritis eius:vt dicit.b.Aug.xxiij.q.iiij.na
buchodonoſor.Et quanto quis magis perma
net in peccato:tãto magis obduratur.Poeta
Ouidius.Qui nõ eſt hodie cras minus apt⁹
erit Seneca.Peccata iuuenũ ꝑdicant̃ in q̃le:
q2 ſũt debilia de facili.Peccata ſenũ ꝑdicũtur
in q̃d:q2 eis quaſi ſubſtantialr̃ adherẽt.Cũ.n.
permanendo in peccatis quaſi impoſſibile eſt
quin illa iterent:vel alia perpetrent iterando
frequenter trahuntur in conſuetudinem:que
cum ſit quaſi altera natura ſm philoſophum.
ſicut naturalia tolli non poſſunt.ita tales obdu
rati raro reuertuntur ad deum ea dimittendo
niſi in magno miraculo.Ut patet exemplum Exẽplũ
de illo ſene Nicolao luxurioſo.qui cum propo
ſuiſſet abſtinere voluptatibus carnis.⁊ pro//
pter hoc etiam portaret euangelium in ſinum
ſuum quaſi in ſui adiutorium.deuictus eſt ma
la conſuetudine.ſtimulatus a concupiſcentia
acceſſit ad proſtibulum ad ſcelus perpetran//
dum.Sed clamauit meretrix contra eũ.Egre
dere ſenex:quia video ſuper te mirabilia.Ha
bebat.n.tunc ſecum euangelium.Qui com//
punctus acceſſit ad beatum Andream apoſto/
lum narrans factum ſuum.Pro quo orãs diu
dominum pro remiſſione peccatorum illius ⁊
continentia audiuit vocem de celo dicentem
ſe exauditum:ita tamen ꝙ ⁊ ſenex penitenti/
am ageret ſex menſibus ieiunando ⁊ orando.
Hec ergo agens:⁊ pauperibus cuncta diſtri//
buens ſalutẽ obtinuit ⁊ caſtimoniã. ¶ Quã
tum autem ſit pericuoſa ⁊ pernicioſa iſta ob//

duratio oſtendit beatus Bernardus in lib.ad
Eugenium papam de conſideratione dicens.
Nemo duri cordis ſalutem vnq̃ adeptus eſt:
niſi forte cui deus abſtulit cor lapideum ⁊ de/
dit ei cor carneum. Ipſum enim cor durum eſt
quod nec compunctione ſcinditur:nec pietate
mollitur.nec precibus mouetur:minis non ce
dit:flagellis obduratur. Ingratum ad benefi/
cia:infidū ad conſilia:promptum ad iudicia
inuerecundum ad turpia:impauidum ad peri
culoſa:inhumanum ad humana:preteritorū
obliuiſcens:preſentium negligens : futurum
non proſpiciens. Et breuiter vt cuncta vno ver
i.q̃.pt. bo comprehēdamur. Ipſum eſt:quod nec deū
d.liq.c. timet nec homines reueretur. De quo dicitur.
rij.⁊ tit ſ.Eccli.iij. Cor durum male habebit in nouiſſi
vig.c. mo. Hodie igitur ſi vocem eius.ſ.dei audieri/
li. tis nolite obdurare corda veſtra. Nam ipſa du
ritia facit hominem ponderoſum. Eſt eniꝫ pec
catum vt quoddāꝫ pondus anime.ſꝫ illud ps.
Sicut onus graue grauate ſunt ſuper me.ſcili
cet iniquitates. Peccatum autem ſm beatum
Gregorium quod per penitentiam mox non di
luitur:ſuo pondere ad aliud trahit. Quāto igi
tur quis magis induratur:tanto peccata multi
plicat.per conſequēs ponderoſior efficit. Ani
ma quidem noſtra de ſe leuiſſima eſt : nullum
pondus mariale habēs. Sed corpus quod cor
rumpitur.ait Sapiens .aggrauat animam.cū
eſt vnitum cum ea. Separata autem ſi ſit ſine
peccato adeo leuis eſt ꝙ in momēto in ictu ocu
Pcām li ſupra celum peruenit vſq; ad conſpectū dei.
compaſ quo peruenire non poſſet.ſcilicet vſq; ad pmū
pōderi. etiam celum:nec aquila:nec alia auis:etiam to
to tempore vite ſue. In mortali autem egre.ſa
ita ponderoſa eſt per peccatum.ꝙ conſiſtere nō
poteſt vel in modico.quin ad profunduꝫ infer
ni deſcendat. Et in hoc patet ꝙ eſt ponderoſior
anima.propter peccatum omni re ponderoſa.
Nam ſi maſſa plumbea eſſet vbi eſt luna:cum
caderet eam terra retineret. Sed peccanteꝫ ſpi/
ritum angelicum non potuit retinere firmamē
tū(quod ſic dicitur ꝑpter ſuā firmitateꝫ)nec ter
ra nec aliqua corporea creature vel natura reti
nere potuit.quin caderet ad īferni nouiſſima.
Unde zacha.v. Iniquitas dicitur ſedere ſuper
talentuꝫ plumbi.vt edificetur ei domus in ter/
ra ſennaar.i.inferni.⁊ Eccl.xxij..dicitur. Su/
per plumbum quid grauabitur :quaſi diceret
nihil. Et poſt arenam ⁊ ſalem ⁊ maſſam ferri
facilius eſt ferre.q̃ʒ hominem imprudentem ⁊
fatuum ⁊ impium. Cum hoc autem pondere
non poteſt non ſolum per artam ⁊ altam viam
currere vel ambulare:ſed nec ſerpere vel erige
re:niſi onere depoſito. Et ideo hortatur apo/
ſtolus ad Hebre.xij. Deponentes oē pondus.
ſcilicet iniquitatis ⁊ circunſtans peccatum cur
ramus ad propoſitum nobis certamen.

¶ Tertiuꝫ nocu/ .§.iiij.
mētū peccati propter quod timendum eſt ⁊ ab
eo abſtinendum.quia facit ſeruum viliſſimuꝫ
⁊ deſpectum. Nil certe vilius peccato quia ni/
hil eſt.i.non eſt aliqua creatura.ſꝫ priuatio bo/
ni. Peccatum autem facit perpetrantem ipſuꝫ
ſeruum peccati.⁊ conſequenter diaboli. Unde
chriſtus Joānis.viij. Qui facit peccatū ſeruus
eſt peccati. Et.j.Pe.ij. A quo quis victus eſt ei
ſeruus addictus eſt. Beatus Auguſti. bonus
homo ſi ſeruit ſcilicet alicui domino tempora/
li:liber eſt. Malus autem ſi regnet:ſeruus eſt
non vnius hominis:ſed qd̃ peius eſt tot domi
norum quot vitiorum. Unde ⁊ bragmani ſcri/
pſerunt. Alexandro magno.vt legitur in hyſto
ria tranſmarina. Tu hoſtes exteriores expoli/
as.vt interiores nutrias. Tu homines tue ſer/
uituti ſubijcis:⁊ intus tuis interioribus ſuis.
Uos nullam partem veſtri corporis poteſtati
veſtre reliquiſtis quin ide tributarij ſitis. Uos
tot deos aut dominos aſſeritis.quot membra
habetis. Mineruam deam capitis dicitis per
ſapientiaꝫ. Junonem.quia iracunda deaꝫ cor/
dis. Martem quia bellicoſus deum pectoris.
Mercuriuꝫ.quia multiloquus deum lingue.
Herculem.quia magne fortitudinis deuꝫ bra/
chiorum. Bacchum.quia ebrioſus deum gut
turis. Cupidinem quia fornicator deum renū.
⁊ ſic de alijs. ¶ Accidit deuicto a peccato vel
diabolo ſicut de ceruo de quo dicunt natura/
les.ꝙ ex quo ſemel vincitur ab alio ceruo.ſem
per poſtea quaſi dominuꝫ ſuum iudicans ⁊ re/
cognoſcens cum ei occurrit caput inclinat : et
cornua dimittet quaſi in ſignum ſubiectionis
⁊ ſeruitutis. In huius ſeruitutis figuraꝫ eſt ꝙ
Sedechias rex hieruſalem captus ab exercitu
Nabuchodonoſor in reblata excecatus duct⁹
fuit captiuus ⁊ ſeruus in babyloneꝫ. Hieremi.
xxxix. Sic animus hominis rex factus ſuper/
ne hieruſalem per gratiam ſi capitur ab exer/
citu vitiorum qui eſt exercitus demonis exce/
catur in ratione.⁊ ſeruus ducitur in Babylo/
nem infernalem. Facit igitur peccatum homi/
nem abiectiſſimum ⁊ viliſſimuꝫ. Maximie enī
vilitatis eſt cōditio ſeruilis:et tanto magis quā
to dignioris conditionis eſt qui eſſicitur ſer/
uus:⁊ vilioris qui eſſicitur dominus. Serui/
tus enim hominum que etiam per peccatum
inducta eſt:non inducitur in totum hominē.
quia ſolum in obſequijs exterioribus corpo/
ris.ſed non in interioribus animi. Unde Se/
neca. Errant qui eſtimant ſeruitutem in totum
hominem deſcendere pars melior excepta eſt.

Corpora dicimus obnoxia. meno ſui iuris eſt. vnde precipienti domino aliquid mali: nullo modo tenetur nec debet obedire. vt dicit Hieron. xi. q. iij. ſi dominus. Sic ſeruitus peccati deriuatur ad animam principaliter. et capit eã. cuȝ tamen anima ſit de ſui natura nobiliſſima et peccatum vt dictum eſt quid viliſſimũ. Unde Seneca. Si ſcirem deos ignoſcituros et homines ignoraturos adhuc dedignarer peccare. Et quidam philoſophus cum incitaret ad peccandum ſibiipſi reſpondit. Erubeſce celuȝ intrare in cenum. Eſt anima noſtra illa margaritam precioſa ꝙ celeſtis negociator omnia bona ſua dedit vt compararet eam ſm euangelicaȝ parabolam. Matth. xiij. Sed peccatum nimis vilificat eam a deo ꝙ non capiat locum niſi immundiſſimum ſcilicet ſentinam mũdi. ideſt infernum. Et ideo dominus vt ſe peccator conſideret et vilitateȝ deponat peccati exhortãs ait. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Hiere. ij. ideſt peccata ſequens. Beat9 Augu. Quid tim: es o homo hominem in ſinu ſuo poſitum abijcit deus a ſuo et ſuorum conſortio. Abijcit a mundo et proijcit in ſentinam inferni cum diabolo. propter hoc ſcilicet peccatum lucifer vilis et abiectus abijcitur de conſortio angelorum ſicut leproſus. Adaȝ eijcitur de paradiſo. Saul a regno. j. Regum. xv. Nabuchodonoſor ab humano conſortio. Dañ. iiij. Et idõ dicitur in pſal. xliij. Homo cum in honore eẽt non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus. Nec ſolum ſimilis illis: ſȝ vilior et abiectior eis Bernar. O ꝙ̃ miſera conditio peccatoruȝ que de filio facit ſeruum porcorum: vt prodigus oſtendit. Ecce quomodo de grege ſacta tam egregia creatura. Puto dicerent iumẽta ſi loqui poſſent. Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt.

Quartum nocu- .§. v.

mẽtuȝ peccati eſt: quia reddit immundũ et maculoſum. Dicit apoſtolus ꝙ chriſtus elegit ſibi eccleſiam vt ſponſam non habentem maculaȝ ſcilȝ peccati neqȝ rugam erroris. Et de triumphanti dicitur Apoc. xiiij. ſine macula ſunt ante thronum dei. De militanti. ps. c. Ambulans in via imaculata hic mihi miniſtrabat. Qui ergo habet maculam peccati neqȝ in militanti eccleſia eſt per merituȝ neqȝ in triumphanti erit per premiuȝ. Quãuis autem peccatum veniale obſcuret aliquantulum animaȝ. propter qđ beatus Augu. dicit ꝙ cauenda ſunt et timẽda. ne multiplicata faciant nauim mentis ſubmergi. ſicut gutte aque intrantes in ſentinam niſi euacuetur. non tamen generat maculaȝ: ſicut mortale quodcunqȝ ſm Tho. in. iiij. que macula nõ eſt materialis: ſed ſpiritualis ſcilicet quedam diſſimilitudo diuine bonitatis. Eſt enim deus ſumma bonitas ſine aliquo defectu. Unde Sapien. vij. de eius ſapientia dicitur. Speculũ ſine macula et imago bonitatis. Anima igitur cum habet aliquod mortale dicitur maculata propter talem diſſimilitudinẽ ab eo et contrarietatem malicie. et quanto plura et grauiora pecca habet: tanto dicitur magis maculata et longior a deo et diſſimilior. ¶ Ex quo etiaȝ dicitur anima fetida immunda et corrupta. ps. Corrupti ſunt et abomina. facti ſunt in ſtudijs ſuis. ideſt operibus in quibus multum intendunt et laborant. Et modicum fermentum (ait apoſtolus. j. Cor. v.) totam maſſam corrumpit ſcilicet congeriem bonorum operum. Hoc peccatum eſt lepra immundicie: cui nõ licet adherere ne alia immunda faciat. ſiue ſit lepra in capillis. i. cogitationibus ſiue in cute exterioris operationis. Siue in veſte manifeſte priuatis. Siue ſit in domo que frequentatur ſcilȝ male conſuetudinis. Omnia iſta immundam reddunt animam et abominabilem. Figuram huius habes Leui. xiij. et xiiij. Tanta eſt hec immundicia vt ad eius comparationem omnem immundiciam corporalem quantumcunqȝ lepre plagarum et vlcerum deus et ſancti qui rectum iudicium habent nullaȝ eſtimant. Ex corde exeũt cogitationes male. furta: blaſphemie: adulteria: et huiuſmodi. Et hĩ ſunt que coinquinant hominẽ. ait magiſter veritatis chriſtus. Matthei. xv. Non lotis manibus mãducare vel etiam lutulentis: non coinquinat hominem. Tanta eſt huiuſmodi immundicia vt nulla ablutio terrena hanc immundiciam tollere poſſit et maculas: niſi de9 aqua celeſtis gratie figurata aqua iordanis in qua Naamam ſyrus totus immundus lepra lotus mundatus eſt ad plenum: et reſtituta eſt caro eius: ſicut caro pueri paruuli. iiij. Regum. v. Beatus Auguſtinus. Nemo tollit peccata niſi chriſtus qui eſt agnus dei tollens peccata mundi remittendo que facta ſunt: adiuuando ne fiant: et ad vitam perducendo. vbi fieri nõ poſſunt. de cõſecratio. diſtictio. iiij. Et hoc virtute ſue diuinitatis. Tanta eſt huiuſmodi immundicia vt ad huiuſmodi ablutionem faciendam neceſſarium fuerit dei filium de celo deſcendere: carneȝ aſſumere: crucem ſubire: vt in ſanguine ſuo auferretur iſta macula immũdicie. Apoc. primo. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Ad hanc remouendam tot lauacra ſtatuit deus diluuij: ignem iudicij et purgatorij: tribulationum et martyriorum lachrymarum: ſacramentorum verborum ſuoruȝ. Abijcite ergo ait Jacobus apoſtolus in canonica ſua: omnem im-

Peccati macula aſſimilatur lepre.

mundiciam ⁊ abundantiam malicie. Jmmun/diciam terre. ſ. animalium terreſtrium immũ/doꝛum. quales ſunt qui propter amoꝛem terre noꝛum poſtponunt celeſtia. Jmmundiciã aque que eſt piſcium immundoꝛum dum facit ho/mines fluere per inmundas cogitationes cu/rioſe diſcurrere in ſciẽtys. ⁊ voluntari ĩ carnali/bus. Jmmundiciam aeris. ſ. volatilium immũ/doꝛum eoꝛum qui volant ⁊ querunt alta digni/tatum. Jmmundiciam ignis alieni: inuidie et pꝛeſumptionis quo combuſti ſunt Nadab et Abiu filij Aaron qui pꝛeſumpſerunt cuꝫ igne alieno dño offerre. q₂ beati imaculati in via.

¶ Quintum nocu/ .§.vi.

mentum peccati eſt: quia oſtendit hominem fa/tuum: vnde ⁊ deridendũ. Cõmuniter in libꝛis ſapientialibus peccatoꝛes ſtulti dicũtur. vnde quia peccatoꝛes ſemper in mũdo abundãt. Di/citur Eccle. j. Stultoꝛũ infinitus eſt numerus. ſtulticia contraria eſt ſapientie. Sicut ergo ſa/piens permaxime dicit qui bene iudicat de vl/timo fine hominis. ita ⁊ ſtultus qui male iudi/cat: ⁊ falſe de ipo vltio fine ſcilꝫ deo preponẽdo creaturam creatoꝛi: ⁊ bonum tpale eterno. Ex

Pecca/tor aſſi/milat' fatuo.

ſeptẽ oſtenditur peccatoꝛ fatuus. Ex via: ex cu/ra: ex menſa: ex domo ſua: ex pugna: ex gloꝛia: ex opere. ¶ Et pꝛimo ex via. Poſui vos vt ca/ſis. ait chꝛiſtus. Et cuꝫ opoꝛteat nos ambulare vel verſus hieruſalem ſupernaꝫ: vel verſus ba/bylonem infernalẽ. ⁊ veritas que mentiri non põt docuerit que ſit via ducens ad vtraqꝫ ciui/tateꝫ hieruſalem plenaꝫ omnibus bonis. ⁊ ba/bylonem plenaꝫ omnibus miſeriys dicẽs. Arta eſt via que ducit ad vitam ſcilꝫ via virtutum ⁊ penitentie. ⁊ pauci vadunt per eã. Et lata ⁊ ſpa/cioſa via que ducit ad moꝛteꝫ. ⁊ multi incedũt per eam. ſ. via vitioꝛũ ⁊ voluptatum. Peccatoꝛ eſt ita ſtultus q₂ cũ habeat eſſe certus de ſenten/tia iſta eligit potius incedere per viaꝫ peccato/rum per quã vt bos ad victimaꝫ ducit videns multos talem viaꝫ amplecti q̃ꝫ cũ modico labo/re in virtutib' ſe exercere. Vñ bene dicit Pꝛo/uer. j. Sapientiã ⁊ doctrinam. i. ſapiẽtie doctri/nam xpi ſtulti deſpiciũt. Sed in inferno poſiti dicũt. Nos inſenſati vitam illoꝛũ ſcilꝫ iuſtoꝛuꝫ aſperam eſtimabamus inſaniã: ⁊ finem eoꝝ ſi/ne honoꝛe. Ecce quõ cõputati ſunt inter filios dei. Sapien. v. ⁊ nos vt fatui inter filios diabo/li. Ex cura oſtendit fatuitas peccatoꝛũ. Fatuus enim reputatur qui nullam curam ſui vel ſuo/rum habet. Nec in infirmitatibus ſuis ⁊ ſuoꝝ aliquam curam per ſe vel alios ad ſanandũ ad/hibet. qnimmo freneticus extra ſe moleſte reci/pit curã habentes ſui ne pareat. Et vt dicit Eſa. xxxij. Fatuus fatua loquit: ⁊ cõtumelias inſerẽs eis qui repꝛehendũt vitam ſuam. Et ſic curam ſui vel familie ⁊ ſuoꝛum alicui cõmittit fatuoꝛ qui nec curare nouit alios nec ſeipſum. Famili/am filios cõmittit erudiendos laſciuis. Alexã/der magnus in pueritia ſub pedagogo leoni/de malis moꝛibus imbutus in adoleſcentia et iuuentute illos dediſcere nequit. O quãta ſtul/ticia in pꝛelatis: qui cõmittunt curam animaꝝ perſonis quibus non cõmitterent pecuniã nec foꝛte pomoꝛũ ſpoꝛtaꝫ bea. Bernar. ſic ſtulti eſti/mationeꝫ de maximis minimaꝫ: ⁊ de minimis maximaꝫ curam gerunt. Hi ſimiles cuidaꝫ fa/tuo epo qui ſollicitudinem maioꝛẽ oſtendit de cuſtodia calati piroꝛũ pleni: q̃ꝫ de multitudine animarũ ſui epiſcopatus. Cũ enim contuliſſet cuidam ſuo nepotulo archidiaconatũ: ⁊ pſen/tatum ſibi fuiſſet caniſtruꝫ ſuauium piroꝛum: querebat cogitans cui cõmendaret vt ſalua fie/rent. dixit dict' nepotulus archidiaconus. Do/mine mi cõmenda mihi. Cui epiſcopus. Non confido de te male mihi cuſtodires. Quidam autem magiſter ibi exiſtẽs ⁊ familiaris ait. O miſer que fatuitas iſta. Commiſiſti infinitũ nu/merum animarum: cui non audes committe/re calatum piroꝛum. ¶ Tertio ex menſa appa/ret ſtulticia vbi ſunt diuerſi cibi ⁊ potus toxica/ti: ſed melle vel zuccaro ab extra liniti: ⁊ in va/ſis aureis pꝛopinati. Certe omnino fatuus eẽt qui tales cibos ⁊ potus ſibi paratos. ⁊ tales de/claratos eſſe a fidedignis pꝛopter pulchꝛitudi/nem vaſoꝛum ⁊ dulcedinem ciboꝛum aliquem illoꝛuꝫ comederet cum moꝛs peſſima inde pꝛo/culdubio ſit ſecutura. Pꝛouer. j. Vſqꝫquo par/uuli diligitis infantiam. ſtulti ea que ſunt ſibi noxia concupiſcunt bea. Grego. Quid inſani/us q̃ꝫ pꝛo modica delectatiõe carnis eternis ſe obligare ſupplicijs. Jn huius figuraꝫ habetur Exo. q̃ꝫ qdam de pplo iſrael cuꝫ eſſent in deſer/to: paſti mãna ſuaui celeſti: appetentes delecta/tiones ciboꝛũ carnium: ignis conſumpſit eos duꝫ illos comediſſent. ps. Adhuc eſce eoꝝ erãt in oꝛe ipſoꝛum: ⁊ ira dei aſcendit ſuper eos ⁊c̃. ¶ Quarto pꝫ fatuitas peccatoꝛis. ⁊ oſtenditur ex domo ſua. ſ. mentis. qm̃ ſcilicet igneꝫ ponit in ea. vnde ſe ⁊ omnia bona ſua cõſumat ignẽ ſcilicet carnalis delectatiõis ire vel inuidie vel alterius peccati que conſumit in eo vitã gratie ⁊ omnia bona virtutũ. Job. xxxj. Jgnis eſt vſqꝫ ad conſummationẽ deuoꝛans ⁊ omnia germi/na eradicans. ſ. bonoꝛũ operũ. Sic ſardanapa/lus rex aſſyrioꝛuꝫ totus effeminatus ⁊ laſciuijs deditus. cum vidit ciuitatem ſuaꝫ obſeſſaꝫ ab exercitu ⁊ non poſſet reſiſtere: ſeipſum in do/mo combuſſit: cum omnibus ſuis rebus pꝛe/cioſis. Similis eſt huiuſmõi aui phenici: que antiquata multas radices aromaticas in nido

colligit ⁊ ſeipſam comburit. ¶ Quinto quia
cum ſit poſitus in pugna continua. quando vt
dicitur Job. vij. Militia eſt vita hominis ſup
terram. propter quod oportet arma habere. ſʒ
illud apoſtoli ad Eph. vj. Sumite armaturam
dei vt poſſitis reſiſtere aduerſus inſidias dia-
boli. Ita fatuus eſt qui proycit arma quibus ſe
poterat defendere. Unde phia boetio. Talia ti-
bi arma contuleramus que niſi prius abiecisſes
nunquam victus fuiſſes. Uel eſt negligens: quia p-
mittis latrones ſibi arma auferre: vnde poſſit
vulnerari. Superbia furatur ei calcaria timo-
ris mortis temporalis ⁊ eterne: ⁊ enſem timo-
ris diuie iuſtitie: ⁊ vulnerat in oculis. Inuidia
vulnerat in naribus ne odorem proximi bono-
rum ſuſtineat: ⁊ aufert ei loricam iuſtitie: que
connectit ſimul multos anulos ſcilicet virtu-
tes. Ira aufert ſcutum patientie ⁊ vulnerat in
auribus. Pigritia aufert equuʒ corporis ne co-
ratur ad laborem ⁊ vulnerat in pedibus. Aua-
ritia furatur lanceam mīe ⁊ pietatis elemo-
ſynarum ⁊ vulnerat in manibus. Luxuria au-
fert ⁊ cingulum ⁊ brachas continentie: ⁊ vul-
nerat in lumbis. Gula aufert galeam ſpei ſalu-
tis per quam cuſtodit corpus rationis. ¶ Se-
xto fatuitatem peccator oſtendit in gloria: p
momentana laude gloriam eternam poſtpo-
nens. Unde in numero eſt quinque fatuarum
virginuʒ: que accipientes lampades ſuas non
ſumpſerunt oleuʒ in vaſis ſuis. que ideo exclu-
ſe ſūt a gloria nuptiarum ſponſi. vt habetur para-
bolice Mat. xxv. ⁊ exponit beatus Aug. ſigna-
re eos ⁊ eas. que ⁊ ſi habeant in ſe integritateʒ
quinque ſenſuuʒ conſeruando. quaſi virgines
ex hoc lucentes vt lampades. per exempla ope-
rum exteriorum. tamen quia non habent oleū
in vaſis. i. letitiam ſpiritualem que exurgit in
cordibus ex pura intentione bonorum operū.
vt ſcilicet ſiant propter deum: priuātur gloria
eterna finaliter. ¶ Septimo in opere ſuo pec-
cator oſtendit fatuitatem. quia ſcilicet cum ha-
beat magnā ſarcinā pctōrum quā ferre nō pōt. ad-
huc addit alia que plus onerent. ſʒ illō Apoc.
vlt. Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Exēplū
in vitaſpatrum. Oſtendit angelus homīes la-
borantes triplici fatuitate ſub his exemplis:
Oſtendit enim quēdam facientem ſibi faſcicu-
lum de lignis. ⁊ cum pre grauedine nō poſſet
illud ferre: adhuc alia ligna addebat. Secūduʒ
qui cūm aquam de puteo cū labore hauriebat
multo: hauſtam fundebat ſuper terram quē ab-
ſorbebatur ab ea. Tertiūm portantem trabem.
⁊ cum vellet cum ea intrare domum tenebat
eam ex tranſuerſo ſibiipſi ponens obiceʒ ad nō
valendūm intrare. Sic peccator fatuus eſt: qua-
dum habet multa grauia peccata cum oneran-
tia non minuit ea: ſed auget addendo alia. Se-
cundus eſt qui laborat ſatis pro gratie aqua ac-
quirenda ⁊ per incuriam eam amittit. Tertius
eſt qui per rigorem inobedientie ⁊ ſupbie vult
intrare in donum dei.

¶ Sexto pecca- .§. vij.

tum eſt timendum ⁊ fugiendum: quia ſpoliat
hominem cunctis bonis ſpiritualibus ⁊ ama-
ritudinem inducit ⁊ anguſtioſum facit. Quod
ſpoliatum ⁊ nudum virtutibus faciat. oſtendi-
tur Luc. j. dum dixit. b. Maria diuites ſcilicet
peccatis dimiſit inanes. vacuos ſcilicet bonis
Thren. j. Manum ſuam ſcilicet hoſtis diabo-
lus vel peccatum miſit ad omnia deſiderabilia
eius: ideſt precioſa auferenda. In huius figu-
ram Judicum. vj. habetur. quod per ſepteʒ annos
veniebant madianite in terram iſrael poſtquā
malum fecerant in conſpectu domini filij iſra-
el. ⁊ cuncta vaſtabant ⁊ nihil omnino relinque-
bant ad vitam pertinens. Sic demones pecca-
toribus malum facientibus ⁊ ſibi ſeruienti-
bus in ſeptem peccatis mortalibus faciunt: quia
ſpoliant animam virtutibus: nec relinquūt in
ea aliquid pertinens ad vitam gratie vel glo-
rie. ¶ Et que bona auferat diabolus: magis
particulariter oſtenditur per figuram in libro
Macha. quando ſcilicet antiochus peſſimus
tyrannus aſcendit hieruſalem. ⁊ intrans in tē-
plum abſtulit omnia precioſa eius. inde Antio-
chus interpretatur ſilentiuʒ paupertatis. ⁊ ſi-
gnificat diabolum ſeu peccatum. qui ſilet pau-
pertatem bonorum ſpiritualium. ad quam ani-
mam inducit. Intrat enim templum dei: ſcili-
cet cor cum ſuperbia contēptus dei. Et aufert
ſeptem genera bonorum ſpiritualium ibi figu-
rata. Primo quidem altare aureum. quod ſi-
gnat xpi dei ſapientiam. cuius guſtum pec-
cator perdit. Secundo aufert candelabrum cū
ſeptem lucernis: ideſt gratiaʒ ſpiritusſancti cū
ſeptem donis eius vel beatitudinibus. Tertio
furatur menſam propoſitionis in qua cōtinue
manebant. xij. panes propoſitionis. Et hec eſt
fides formata cuʒ. xij. articulis. Quarto aufert
de templo anime cortinas ſeu vela de quatuor
coloribus. Que ſignificat quatuor vtutes car-
dinales: prudentiam: iuſtitiam: fortitudinem:
⁊ temperantiam. Immo vaſa templi ⁊ libato-
ria: ideſt in quibus ſolida ponebantur. vt fari-
na vel panis ⁊ huiuſmodi. Et ſignificat perti-
nentia ad ſpem: que futuram beatitudinem fa-
cit prelibare. Phialas quoque in quibus conti-
nebantur liqda. vt vinum oleum ⁊ huiuſmo-
di. ⁊ ſignificant viſcera pietatis vt non liqſcat
lachrymis compunctionis deuotionis ⁊ com-
paſſionis. Mortariola etiam in quibus aro-

beatū Auguſtinū de ciui. dei. durabit trib⁹ an-
nis cū dimidio. ⁊ traditur ex cap. xij. Danielis.

Creditur autez vicina valde eſſe finali iudicio
talis perſecutio. Unde Dan. xij. poſtq̄ʒ dictū ē.
Quod tempore quo ablatum fuerit iuge ſacri/
ficium ⁊ poſita fuerit abominatio in deſolatio
nem dies mille ducenti nonaginta. Btūs qui
expectat ⁊ peruenit ad dies mille trecentos vi
gintiquinqʒ. Tempus dierum mille ducentoꝝ
ſexaginta: dicunt eſſe tempus perſecutionis an
tichriſti. Et quod reſtat vſqʒ ad dies mille trecē
tos trigintaquinqʒ vel viginti quinqʒ ſunt dies
dati ad penitentiam hominibus ſeductis ab
antixp̄o poſt mortem eius. Ad minus dicunt
iſtud tempus eſſe. xlv. dierum datuʒ ad penitē/
tiam. Utrum autem plus ſit mundus duratu/
rus occultum eſt nobis. Redeundo ad illos
mille annos. de quibus dictuʒ eſt. aliqui volue
runt dicere ꝙ poſt vltimaʒ reſurrectioneʒ mor
tuorum ſancti regnaturi ſunt cum xp̄o in mū/
do: abundantes omnibus delitijs corporalibꝰ.
Sed btūs Aug. in li. xx. de ciui. dei. vbi multuʒ
diffuſe tractat iſtam materiam de iſtis mille an
nis: reprobat iſtam opinionem. ⁊ eccleſia con/
demnat eam vt hereticam: vt dicant tales mil/
lianiſte. Alij autem voluerunt dicere ꝙ iſti mil
le anni ſunt tempus determinatum quod debʒ
eſſe inter xp̄i paſſionem ⁊ vltimam reſurrectio
nem. ita ꝙ in illis includatur tempus perſecu/
tionis antixp̄i quando ſathanas ſoluet de car
cere ſuo. Et hoc eſſe falſuʒ patet: quia vltra mil
le annos tranſierunt iā. cccclxxviij. ⁊ nondum
venit antixp̄s. propter quod alij incipiunt enu
merare illos mille annos a tempore quo Silue
ſter papa alligauit draconem in abyſſuʒ filo ca
napino conuerſo Auguſto cōſtantino ad fideʒ:
tunc enim multum ceſſauit perſecutio contra ec
cleſiam: ⁊ exaltata eſt. Sed hoc fuit circa annuʒ
domini trecenteſimum quibus ſi addātur qui
reſtant de mille cccclxxviij. qui fluxerunt ab in
carnatione excedit numerum millenarium in
centum. lxxviij. Et ſic patet falſum. vnde dicit
b. Aug. vbi ſ. ⁊ be. Tho. poſt euʒ ꝙ illa reſurre/
ctio de qua agit ibi Johannes. intelligitur de
reſurrectione ſpirituali animarum a peccatis
ad vitam gratie. Regnum xp̄i in quo ſancti re
gnant intelligitur vel de regno eccleſie militā/
tis in quo xp̄us regnat cum electis ſuis p̱ gra/
tiam vel in gloria quoad omnes ſanctos: licet
ibi dicatur de martyribus. quia permaxime
vſqʒ ad mortem certauerunt pro xp̄o. Et nume
rus millenarius non ſignificat determinatum
numerum annorum. vt illi volunt. ſ. ꝙ tantum
temporis eccleſia ſit duratura militans. Sed ſu
mitur pro omni tp̄e quod erit ab aduentu pri/
mo xp̄i in carnem vſqʒ ad aduentum ad iudici
um: q̄ntumcūqʒ ſit prolixū etiaʒ ſi tria milia an
norum. Significat eniʒ millenarius numerus
vniuerſitateʒ. Et ſic ſumit numerus determia/
tus pro indeterminato. Sicut illō p̄s. verbi qȝ
mandauit in mille generationes. i. in multas.
¶ Alij dixerūt ꝙ tp̄s eccleſie militantis preſi/
git ⁊ determinat per illud qȝ Apoc. xij. dicit.
de muliere amicta ſole. eccleſiaʒ ſignificante q̄
fugiens in deſertū habet locū paratū a deo. vt
vbi eaʒ paſcant diebus mille ducentis ſexagin
ta. Et q: Ezechieli dictū fuit diem pro anno de
di tibi: dicūt ꝙ tot annis eccleſia debet durare
vſqʒ ad fineʒ mundi. Qui numerus annorū: ſi
incipiat computari a paſſione xp̄i. iaʒ per mul/
tos annos exceſſit: q: vt dictū eſt. iam fluxerūt
ab incarnatione dni. M. cccclxxviij. Et ſic falſi
tas apparet. Si aūt illi anni incipiant compu/
tari a tēpore Silueſtri ⁊ Conſtantini. quo tem
pore eccleſia fuit exaltata: ſic reſtarēt adhuc an
ni centū quibus mūdus eſſet duraturus: ſʒ ea
facilitate contēnitur iſta opinio. qua probatur.
¶ Alij vero dixerūt tanto tēpore mundū dura
turū quantū fluxit ab initio mundi vſqʒ ad ad
uentū chriſti in carneʒ. qȝ fuit quinqʒ milium
centū nonagintanoueʒ annorū. ſm. lxx. ⁊ quoſ
dam alios. Uel ad minus quatuor milliū anno
rū. ſʒ Hebre. ⁊ Hierony. fundantes ſe in eo qȝ
dicit Abachuc. iij. c. de primo aduētu xp̄i. Do/
mine opus tuū in medio annorū viuifica illud
opus enim dei precipuū fuit genus humanū.
qȝ mortuū per peccatū: fuit viuificatuʒ in me/
dio annorū. Ad hoc ergo vt ſit in medio dicūt
oportet ꝙ tantū ſequat tēporis poſt aduentuʒ
primū. quantū ante preceſſit. Et ſic eſſet quinqʒ
miliū: vel q̄tuor miliū annorū ⁊ vltra. Sʒ iſtud
motiuū eſt valde debile. Naʒ in medio dicitur
nō ſolū qȝ equaliter diſcrepat ab extremis. ſed
etiā qȝcūqʒ exiſtens inter extrema ſiue parū ſi/
ue multū diſtet ab eis. Pōt eniʒ dici in medio
numeri vndenarij non ſolū ſenarius q eque di
ſtat ab vnario ⁊ vndenario. ſʒ ēt alio mō omēs
nūeri q ſunt inter vnariū ⁊ vndenariū: ⁊ ſic ſe/
ptenariꝰ eſt in medio. ⁊ alij ſeq̄ntes nūeri: ⁊ bi/
nariꝰ cū ſeq̄nte. Et ſic ſumit ibi ⁊ meliꝰ. q: iſta
tp̄s veteris teſti ⁊ noui. Qȝ ēt abbas Joachim
circa hmōi dixit de determinatiōe tp̄is ex ſcri/
pturis. dic̄ be. Tho. ꝙ aliq̄ vera dixit p̱ ꝯiectu
ras. ⁊ in aliq̄bus deceptꝰ eſt. ¶ Eſt ergo ꝯcluſi Qꝫ tp̄s
ue tp̄s hoc incertuʒ nobis. Qȝ tn̄ aliq̄s p̄dica/ vlti iu/
ret propinquū eſſe finale iudiciū vel aduentuʒ dicij eſt
antixp̄i nō aſſerēdo neqʒ determinādo tp̄s ad icertū.
timorē incutiendū ⁊ contēptū mundi perituri
ex ſcripturis ⁊ ꝯiecturis ſuſpicādo: non vide/
tur reprehenſibile. Naʒ ⁊ ſancti hoc fecerunt.
Unde ⁊ Grego. in omel. Ecce iam corda infide
lium iugo fidei ſubdidit. Ecce iam mundi glo
riam ſtrauit. Jam ruinis eius crebreſcentibus
iudicij dieʒ appropinquare denūciat. Et tamē

ſuperba mens noſtra nō vult ſponte dimittere:
qd quottidie perdit in vita. Hec ille. Hoc egit
⁊ be. Uincētius ⁊ dn̄s Joānes dn̄ici in ſermo/
nibus eoꝝ. ¶ Sexto dicēdum qua hora vlti/
de hoꝛa me diei fiet illa vox. Ad qd dicit bea. Tho. vbi
iudicij ſupra. ꝙ determinata hora temporis qua fiet
vlis ꝙ reſurrectio pro certo ſciri nō pōt. vt dicit magi
ēt eſt inſter in littera. Tamē ſatis ꝓbabiliter a quibuſ/
certa dam dicit ꝙ reſurrectio erit quaſi in crepuſcu
lo ſole exiſtēte in oriēte ⁊ luna in occidente: qꝛ
in tali diſpoſitiōe ſol ⁊ luna credunt creata: vt
ſic eoꝝ circulatio cōpleat penitus ad idem pū
ctum. Unde ⁊ de xp̄o dicit ꝙ tali hora reſurre/
xit. Quāuis aūt cum reſurrectio erit tunc non
ſit tēpus: ſed finis tēporis: qꝛ in eodē inſtanti
quo ceſſabit motus celi: ⁊ per ꝯn̄s erit ⁊ reſur/
rectio vniuerſalis. tn̄ erit ſitus ſyderū ſm diſ/
poſitionē qua nunc ſe habēt in aliqua determi
nata hora. Et ſm hoc dicit reſurrectio futura
tali vel tali hora. Quāuis aūt optima diſpoſi/
tio tēporis in die dicat eſſe in meridie ꝓpter il
luminationē ſolis maiorem: tn̄ qꝛ vt dr̄ Apoc.
penul. Ciuitas illa non eget ſole neqꝫ luna: ſed
claritas dei illuminat illā. Ideo nō refert quan
tū ad illuminationē vtrum fiat reſurrectio de
die vel nocte. Nec obſtat qd dicit Matth. xxv
Media nocte clamor factus eſt. ſ. illius vocis
excitātis ad reſurrectionē: qꝛ illud ponit pro/
pter incertitudinē tēporis: qꝛ minus tunc tem
poris hoīes ſtant vigilantes ⁊ cauti. Et quātū
ad illud qd ſit i reſurrectiōe miniſterio angelo
rum: nō erit illa vox. i. collectio cinerum ⁊ pre/
paratio i īſtanti: ſi inſtans dicat indiuiſibile tē
poris. Erit aūt in inſtanti ſi inſtans accipiatur
pro tēpore breuiſſimo ⁊ impceptibili. Sed illud
qd fiet diuina virtute imediate. ſ. reunitio aīe
ad corpus fiet ſubito. ſ. in termino tp̄is quo an
geloꝝ opatio cōplebitur. qꝛ virtus ſuperior in
feriorē ad pfectionē adducit. ſicut ⁊ in vltimo
ꝙ vox il prolationis forme ſacramētoꝝ fit ſacramētum
la citati ſubito: ſic ⁊ in illa voce. ¶ Septimo notādū
onis ad ꝙ vox illa citationis ad oēs extendet. Omēs
oēs ex/ enim reſurgemus. ait ap̄ls. j. Cor. xv. Sed re/
tendet. ſurrectio nō eſt niſi eius qd ceciderit. ſ. p mor/
tem. ergo ⁊c̄. Huic ſentētie videt obuiare qd
ait ap̄ls. j. Theſſal. iiij. Nos qui viuimus q re/
linquimur: ſimul rapiemur cum chriſto in ae/
ra. Et Act. x. dicit ꝙ xp̄s ꝯſtitutus eſt a deo iu/
dex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Et ſic videt ꝙ aliq non
ꝙ i fine morirent qui. ſ. erunt in vltimo tp̄e: qui tn̄ iu/
mundi dicabunt. Dicit aūt btūs Tho. in. iiij. vbi ſup̄:
oēs mo ꝙ q̄uis ſancti loquant varie de hac re vt ma/
riētur ⁊ giſter tangit in littera: tn̄ hec eſt ſecurior ⁊ cō/
ꝛſurgēt munior opinio ꝙ oēs morient ⁊ a morte reſur
propter gent. ¶ Et hoc propter tria. Primo qꝛ magis
tria. hoc ꝯcordat diuine iuſtitie que humanā natu

ram pro peccato primi parētis dānauit: vt oēs
qui per actum nature ab eo originē ducerent
infectionem peccati originalis ꝯtraherent. ⁊ p
ꝯn̄s debitores mortis fierent. Scd̄o qꝛ magis
ꝯcordat diuine ſcripture que oīum futurā re/
ſurrectionē predicat. Reſurrectio aūt nō eſt ni/
ſi eius qd prius cecidit ⁊ diſſolutū eſt. vt dicit
Damaſce. Tertio qꝛ magis ꝯcordat ordini na
ture in quo inuenimus ꝙ illud qd corruptum
⁊ incineratum eſt in ſuā nouitatem nō reducit
niſi corruptiōe mediante. ſicut acetū non fit vi/
num niſi aceto corrupto ⁊ in humorē vitis trā/
ſeunte. Unde cū natura humana in defectū ne/
ceſſitatis moriendi deuenerit: nō erit redditus
ad imortalitatem niſi morte mediante. ¶ Ad
auctoritatē rn̄detur ꝙ diſtinctio illa nō eſt refe
renda ad tempus iudicij: nec ad totū tp̄s prete
ritum: ſed ad illud tp̄s determinatum qd ime/
diate iudiciū ꝑcedit qn̄ ſcʒ iudicij ſigna incipi/
unt apparere. Ignis ergo ꝯflagratiōis qui fa/
cit mundi purgationē poterit ſtatim corpora il
lorum qui viui inuenient illo tēpore vſqꝫ ad ci
neres reſoluere: ſicut ⁊ alia mixta reſoluet in ꝑ
iacentem materiā. Et cum dicitur oēs ex cineri
bus reſurgere: dicūtur cineres oēs relique que
remanent ex corpore humano diſſoluto. Quia
vero vt dicitur Dan. xij. Qui in puluere terre
dormiunt: euigilabunt alij in vitam eternam:
alij in opprobrium vt videant ſemper. Ideo ti
morē domini docebo vos: ait ps. videlicet. De
clina a malo ⁊ fac bonum.

¶ Quartum in iu/ .§.v.

dicio conſiderādū eſt iudicis preſentatio. Qui
veniet cū poteſtate magna ⁊ maieſtate adeo: vt
Job. xxvj. c. dicat. Columne celi ideſt angeli: ⁊
ſancti hoīes pauēt aduentū eius. Si columna
nutat quid virgula faciet. ſed timentes deū ſcʒ
timore initiali ait ps. xxxj. miſericordia circun
dabit. ¶ Sed circa iudicantē ſeu iudicem hu/
ius iudicij videnda ſunt plura: Primū eſt qs Quis i
ſit iſte iudex. Et rn̄detur ſm bea. Thom. in. iiij. vlī iudi
di. xlviij. ꝙ eſt dn̄s ieſus xp̄s. Joan. v. Poteſta cio iu/
tem dedit ei iudiciū facere ſcʒ pater. xp̄o eius fi dex.
lio: qꝛ filius hominis eſt. Et Job. xxxvj. Cauſa
tua quaſi impij iudicata eſt ſcʒ a pylato. Ideo
iudiciū cauſamqꝫ recipiēs ſcʒ vt iuſte iudices.
loquitur xp̄s. ¶ Pro cuius declaratione dicit
beatus Tho. ibi ꝙ iudicando iudiciū aliquod
dominiū requirit. Unde ad Rom. xiiij. Tu qs
es qui iudicas alienū ſeruū? q. d. Si nō habeo
dominium ſuper eū nō valeo iudicare. ¶ Cō
petit autē xp̄o iudicare primo rōne dominatio duplici
nis: qꝛ dominium ſup homines hʒ de quibus ratione
principaliter erit finale iudicium. Ipſe autē eſt xp̄o iu/
dominus noſter: qꝛ dn̄s ipſe eſt deus: ipſe fecit dicare
cōpetit

nos ⁊ non ipſi nos. Scđo cōpetit ei rationē re/
demptionis. qđ ei cōpetit ſm humanā naturaꝫ
Vñ ad Rom. xiiij. In hoc xp̄s mortuus eſt ⁊ re
ſurrexit: vt viuorum ⁊ mortuoꝝ dominef. Ad
premiū autē vite eterne nobis creatiōis bona
non ſufficiunt niſi beneficiū redēptionis adde
retur per impedimentū qđ nature create ſuper
uenit ex peccato primi parentis. vñ cū iudiciū
illud finale ad hoc ordinef vt aliqui admittan
tur ad regnū. aliqui excludantur a regno: con/
ueniens eſt vt ipſe xp̄us ſm humanā naturam
cuius redēptionis beneficio ad regnū admitti
tur illi iudicio preſideat. Et hoc eſt qđ dr̄ Act. x
Conſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ.
Et qꝛ per redēptionē humani generis nō ſoluꝫ
homines reparauit: ſed vl'r totam creaturā ſm
ꝙ tota creatura repato hoīe melioratur: vt ha/
betur ad Coll'. j. Pacificans per ſanguineꝫ cru
cis eius: ſiue que in terris: ſiue que in celis ſūt
Ideo non ſolū ſup hoīes: ſed ſup vniuerſaꝫ cre
aturam. xp̄s per ſuā paſſionem dn̄ium prome/
ruit ⁊ iudiciariam poteſtatē. Vñ ait Matth. vl.
Data eſt mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra. Pōt
⁊ tertia rō induci eiuſdē: qꝛ eius eſt iudicare cu
ius eſt condere legē. Sed xp̄s in humana natu
ra apparens nobis ꝯdidit legē euangelicam.
Vñ Jacobus in canoñ. ſua. Unus eſt legiſlator
⁊ iudex ſcꝫ xp̄s. ergo ſm humanā naturā data
eſt ei iudiciaria ptās: virtute tamē diuinitatis.
¶ Scđo ſciendū ꝙ iudex xp̄s in iudicio appa
rebit in forma glīoſa: nō ignominioſa ſicut i paſ/
ſione. Vñ Eſa. liij. dictū eſt de paſſione. Ecce nō
eſt ei ſpecies neqꝫ decor ⁊c̄. Unde ad oſtenden
dam glīam ſui aduentus in iudicio dicit ipſe
Luc. xxj. Tunc videbūt filium hoīs venientem
cum poteſtate magna ⁊ maieſtate in nube ſcilꝫ
humanitatis apparēs. Sed maieſtas ⁊ ptās ꝑ/
tinet ad gloriam. Uel in nube ſcꝫ clara ⁊ luci/
da ſcꝫ ſocietate ſanctoꝝ. ſed ſancti tūc habebūt
corpora glīoſa qui iudicabunf ab eo. ergo mul
to magis ipſe xp̄s iudex eoꝝ. Pro cuius decla
ratione dicit bea. Tho. vbi. s. ꝙ xp̄s dicif medi
ator dei ⁊ hoīum inquantū pro hoībus ſatiſ fa
cit ⁊ interpellat apud prēm: ⁊ ea que ſunt pris
hoībus coīcat: ſm ꝙ ipſe ait Joan. xvij. Clarita
tem quā dediſti mihi dedi eis. ſm hoc vtrunqꝫ
ei ꝯuenit. ꝙ cū vtroqꝫ coīcat extremorum. In
quantū enim cuꝫ hoībus cōmunicat: vices ho
minum gerit apud prēm. Inquantū vero cum
patre cōmunicat: dona patris trāſmittit ad ho/
mines. Quia ergo in primo aduentu ad hoc ve
nit vt pro nobis ſatiſfaceret apud prēm, ideo
in forma infirmitatis noſtre apparuit. qꝛ vero
in ſecūdo aduentu ad hoc veniet vt iuſtitiam
patris exequatur in hoīes gloriā demonſtrare
debet: que ineſt ei ex cōmunione eius ad patrē

ꝙ apparebit in forma glīoſa: ⁊ qꝛ re.

⁊ ideo in forma glorioſa apparebit. Et quod di
citur. Joan. xix. Videbūt in quē tranſ fixerunt.
vbi glo. qꝛ in ea carne vēturus eſt in qua cruci
fixus eſt: intelligendū eſt qꝛ in ea carne appare/
bit ⁊ natura: ſed nō in eadeꝫ qualitate ſcꝫ infir/
ma ⁊ ignominioſa: ſed ſpecioſa. ¶ Tertio ſciē
dum ꝙ apparebit iudex cū ſigno crucis: qꝛ di
citur Matth. xxiiij. Tūc apparebit ſignuꝫ filij
hominis ſcꝫ ſignū crucis. vbi Chryſo. dicit ꝙ
veniet xp̄s in iudicio non ſolū vulnerum cica
trices ſed ipſam mortē exprobratiſſimā oſten
dens. Hoc tamen (vt dicit beatus Tho.) nō eſt
intelligēdū de illo ligno crucis in quo fuit cru
cifixus: quia illud ſicut ⁊ oīa ligna ⁊ irrōnabi/
lia reſoluentur in elementa. ſed aliquod ſignū
repreſentans inſtrumentū paſſionis. Nec hoc
apparebit ad iudiciū tunc exiſtentis infirmita/
tis: ſed preterite. vt per hoc iuſtior appareat eo
rum cōdemnatio qui tantā miſericordiam ne/
glexerunt: ⁊ eoꝝ precipue q xp̄m perſecuti ſūt
iniuſte. Cicatrices autem que in eius corꝑe ap/
parebunt non pertinebunt ad aliquam infirmi
tatem: ſed erūt indicia maxime virtutis quam
xp̄s per paſſionis infirmitatem de hoſtibus tri
umphauit. Exprobratiſſimā autem mortē oſtē/
det non ſenſibiliter oculis eam ingerens: ac ſi
tunc eam pateref: ſed ex his que apparebūt in/
dicijs preterite paſſionis: homines in recogita
tionem preterite eius mortis adducet. Unde ⁊
dicitur ꝙ ex ipſis cicatricibus nulla deformi/
tas apparebit: ſed radij lucidiores ſolis exibūt
¶ Quarto ſciendum ꝙ iudex xp̄s etſi in hu/
manitate ab oībus videatur. ⁊ ideo dicatur ſi/
bi dari iudiciū. ſm illud. Deus iudicium tuuꝫ
regi da: ⁊ iuſtitiā tuam filio regis. ſcꝫ xp̄o. Iu/
dicabit tamē reſuſcitans oēs ⁊ ſententiam ꝓfe
rens glorificationis ⁊ dānatiōis virtute ſue di
uinitatis. que cum vna ſit eius ⁊ patris ⁊ ſpiri
tusſancti ⁊ coīs operatio eoꝝ. ideo a tota trini/
tate fiet opus iudicij. Dicitur tamen pater iudi
cium dare filio: qꝛ ipſe origo ſeu principiū tri/
nitatis producens alias perſonas ⁊ non produ
cta. Et dicitur dare iudicium ſoli filio: quia ipſe
ſolus cum incarnatus fuerit ſolus in humani/
tate noſtra oībus oſtendetur. Decet enim vt iu
dex ab oībus iudicandis videatur. Sed a ma/
lis eius diuinitas non videbitur: qꝛ cum deus
ſit eſſentialiter ipſa bonitas: ſine gaudio vide/
ri non poteſt: ſed gaudiū omne excludif a dam
natis. Eſa. vl. Tollatur impius ne videat glori/
am dei. In videndo autem humanitatē chriſti
etſi in ſe glorioſam nullam inde cōſolationem
habebunt mali. In poteſtate enim eſt corporis
glorioſi demōſtrare ſe vel occultare: vt nō vide
atur. grauiſſimo habebūt inde ex viſione illa mali
maximam penā. ita vt dicant mōtibus. cadite

ꝙ apparebit cū ſigno crucis ⁊ q̄re ⁊ q̄mō itelligitur.

ꝙ ſoli filio datū eſt iudiciū ſacē ⁊ q̄re

ſuper nos: ⁊ colles cooperite nos: ⁊ abſcōdi
te a facie agni. vt dr in Apoc. Sicut enim glo/
ria amici maxime delectat. ita per ꝯtrariū glo
ria ⁊ poteſtas inimici maxime contriſtat. mali
autem xp̄m odiunt inq̄ſtum punientē. ⁊ ideo
gloria eius in iudicio eſt eis penoſa. Unde Eſa.
xxvi. dicitur Uideant ⁊ ꝯfundantur zelātes po
puli ideſt inuidentes. ⁊ ignis ſcʒ in iudicio eos
deuoret. Sed electi etiā de viſa humanitate val
de gaudebunt. ſm illud Jo. x. Jngredietur: ⁊
egredietur ⁊ paſcua inueniet ſcʒ refectiōis eter
ne. Jngredit quoad diuinitatē contemplandā
egredit quoad humanitatem. ¶ Quinto vidē
dum eſt quos iudex xp̄s iudicabit. Et dicēdū
ſm Bon Tho. in. iiij. di. xlvij. q oēs homines
Unde dr Apoc. j. Ecce venit in nubibus ſcilicʒ
ad iudicandum ⁊ videbit eum omnis oculus.
¶ Sed notandum q ad iudiciū duo pertinēt
ſcʒ diſcuſſio meritoꝝ ⁊ retributio premiorum
ideſt glorie vel pene prout egit quiſqʒ. Quan
tum ergo ad ſcōm ſcʒ receptionē premiorum
omnes iudicabunt boni: perfecti ⁊ imperfecti
fideles ⁊ infideles. eo q vnuſquiſqʒ recipiet ex
diuina ſententia premium correſpondens me
rito. Et hoc eſt qd ait apls. Omnes aſtabimus
ante tribunal xpi: vt referat vnuſquiſqʒ ſm ea
que geſſit in corpore ſiue bona ſiue mala. Oēs
ergo in iudicio apparebunt. Et ratio huius eſt
qꝛ poteſtas iudiciaria xp̄o homini collata eſt in
premiū humanitatis: quā in paſſione exhibu/
it. Jpſe autem ſua paſſione pro omnibus ſan//
guinem ſuum fudit quātum ad ſufficientiam
licet nō in omnibus habuerit effectū propter
impedimentum in aliq̄bus inuentū. ⁊ ideo cō
gruum eſt vt omnes homines ad iudiciū con
gregentur: ad videndū eius exaltationē in hu
mana natura ſm quam cōſtitutus eſt a deo iu//
dex viuorum ⁊ mortuorum. ¶ Quantum ve/
ro ad primū ſcʒ diſcuſſionem meritorum. hoc
non fit niſi vbi eſt aliqua cōmixtio meritorum
bonorum cum malis. Unde illi qui edificāt ſu
per fundamentum fidei: auꝝ ⁊ argentum ⁊ la/
pides precioſos: diuinis ſeruitijs totaliter inſi
ſtentes: qꝛ nullā admixtionē alicuius mali me/
riti hñt: in eis diſcuſſio meritoꝝ non habet lo/
cum: ſicut illi que rebus mundi penitus abie/
ctis ſollicite cogitāt ſolū que dei ſunt. ⁊ iō ſalua
buntur: ſed nō iudicabunt pfecti pauperes. de
quibus in. §. ſequenti dicetur. Jlli vero qui edi
ficant ſup fundamentum fidei viue. lignū: fe/
num: ⁊ ſtipulam. qui ſcʒ amant ſecularia ⁊ im/
plicantur terrenis. ita tn q xp̄o nihil preponāt.
Jn eis diſcuſſio meritoꝝ locum habet. ⁊ hi vti
qʒ iudicabuntur: ſed ſaluabūtur. Sed qꝛ in iſi/
delibus nō eſt fidei fundamentū: quo ſublato
oia opera ſequētia rectitudine perfecte intētio

q xp̄us oēs iu/ dicabit qūo in/ telligit ⁊ q̄re.

nis carent: cum nulla ꝯmixtio bonoꝝ ſit in eis
cum malis: qꝛ ois actio infidelium peccatū eſt
ideſt ſine merito. iō infideles dicunt. non iudi/
cari ſcʒ quoad diſcuſſionē meritorum: nō quo/
ad cōparitionē ⁊ punitionem. Qui enim non
credit iam iudicatus eſt ait xp̄s Joan. iij. Jam
enim nota eſt eccleſie eius dānatio. Et ſic intel/
ligitur illud. Jdeo non reſurgūt impij in iudi/
cio ideſt īfideles ſcʒ quoad diſcuſſionē. Sed fi/
deles mali in q̄bus manet fidei fundamentū
ad minus fidei actū laudabilē hñt q̄uis non
ſit meritorius ſine charitate. tamē q̄ntum eſt de
ſe eſt ordinatus ad meritū. ideo ipſi iudicātur
quoad diſcuſſionē ſed dānantur. ¶ Sexto de
quibus iudicabit ꝯſiderandum. Et dicendum
q de omnibus actibus interioribus ⁊ exterio/
ribus. Eccle. vl. Cuncta que fiunt adducet dñs
in iudiciū: ſiue bonū ſiue malum. ⁊ Sap. j. dici
tur. Qui loqtur iniqua non pōt latere. nec pte/
riet illū corripiens iudiciū ⁊ in cogitationibus
impij interrogatio erit. Sed ⁊ de bonis operi/
bus iudicabuntur hoies. videlicet ſi cum debē
tis oibus circūſtantijs facta fuerint. Unde do/
minus per ps. lxxiiij. Cum accepero tps ſcʒ i fi
ne mundi: tūc eni tps quod menſuratur motu
primi mobilis ſubtrahet. ceſſante motu ipſius
mobilis primi. Ego inquit iuſtitias iudicabo
ideſt diſcutiā opera iuſta. ſi cum debito modo
ſint facta. Uñ bea. Greg. ad Mauriciū impera
torem. Multa ſunt que de illius iudicio hoies
ignorant. Nam fortaſſe. quos vos laudatis: il/
le reprehēdet. ⁊ quos vos vituperatis ille lau//
dabit. xj. q. j. ſacerdotibus. Et q̄ntum quidē ad
iudiciū diſcuſſionis. hoc locū non hʒ in ange//
lis bonis vel malis. bea. Tho. vbi. ē. qꝛ nihil p/
mixtum ē in eis: in bonis omnia bona. ⁊ in ma
lis oia mala. Sed ad iudiciū retributionis cuʒ
ſit duplex eoꝝ retributio: vna ſ̄ldeus propꝛijs
meritis angeloꝝ. ⁊ hec fuit ab initio vtriqʒ par
ti facta. alijs in beatitudinē ſublimatis alijs in
infernum demerſis. Alia retributio eſt que re//
ſpondet bonis ⁊ malis meritis per angelos p/
curatis ad homines. Et hec retributio in iudi/
cio finali fiet. qꝛ ⁊ boni angeli amplius gaudi/
um habebūt de ſalute eoꝝ quos ad bonū me/
ritū induxerūt ⁊ mali angeli amplius torque/
buntur multiplicata maloꝝ ruina quos ad ma
lum incitaret. Et ſic in angelis fiet iudiciū indi
recte inq̄ſtum actus angeloꝝ fuerūt quodāmo
do cōmixti actibus hoium: incitādo ad bonū
vel malū. ¶ Septimo vidēdū in quo loco iudi
cabit. Et videtur q in valle Joſaphat. q̄ videt
eſſe iter mōtē oliueti vñ dñs aſcēdit in celū. et
mōtē ſyō vbi facta fuit vltima cena. ⁊ deſcēdit
ſpūſſanctus ſuper aploſ die. penthecoſtes. Dr
enim Johel. iij. Congregabo oēs gētes ⁊ dedu

De qb' iudica/ bit.

De loco vbi xp̄s iudica/ bit ſcʒ valle io ſaphat.

Mm 2 4 ps

cam eas in vallē Joſaphat ⁊ diſceptabo cū eis. Et qualiter quis ad litteram poſſit intelligi comprehēdendo etiā circunſtātias dicte vallis. q: valde multi ibi contineri poſſint. poſſunt i dicto ſpacio iudicari precipue cū mali in terra reſurgāt iudicandi. boni vero in aera ſubleuādi quia celeſtia dilexerūt chriſto occurrētes i aere apparēti. Btūs Aug. tñ vl l li. xx. de ciui. dei. magis hoc referre ad interpretationē nominis q̄ ad locū illum nominatum. Interpretatur eni ioſaphat iudiciū domini vl' dominus iudicat. q. d. Congregabo oēs ⁊ deducam eos in iudicio nō cuiuſcūq; ſed domini abſolute. ſ. omniū. Et ſic incertus videt eſſe loc⁹ iudicij terreſtris. in quo peccatores terrenis deditī: manebūt iudicādi. Paruuli etiam reſuſcitati: ⁊ ſi nil hic audierūt ⁊ cognouerūt de chriſto. propter defectum etatis in qua mortui ſunt tamen ipi xp̄m videbūt iudicem. ⁊ deum eſſe cognoſcent. Dicit autem btūs. Tho. vbi ſupra. q̄ licet per certitudinem ſciri nō poſſit de loco tamen probabiliter colligi poteſt ex ſcripturis q̄ circa montem oliueti aſcendet ad iudicandum. ſicut ⁊ inde aſcendit in celum. Unde angeli dixerunt. Sicut vidiſtis eum aſcendentem in celum ita veniet. Cū ergo chriſtus ſit iudex in hoc iudicio cui omnia ſunt nuda ⁊ aperta: ⁊ nil inultū dimittat de peccatis: q̄tus tremor eſt futur⁹ quando iudex eſt venturus. cuncta ſtricte diſcuſſurus. Unde be. Greg. in moraliū. Hi qui in corporib⁹ reperiri poterunt: q̄uis fortes ⁊ perfecti ſint. quia in carne ſunt poſiti: non poſſunt in tanti terroris turbine nullius formidine cōcuti. Sed miſericordia eius a progenie in progenies timētib⁹ eū. ait beata maria Lu. j. ſ. timore initiali.

Quinto tractā . §. vi.

Aſſeſſores iudices qui erunt.

dum eſt de iudicibus aſſeſſorib⁹ cum quibus xp̄s iudicabit. Dicitur enim Eſa. iij. Dominus ad iudicādum veniet cum ſenatoribus populi ſui. Et q̄ ſint hi aſſeſſores dominus Jeſus xp̄s ſit dicens. Mat. xix. Uos qui reliquiſtis oīa ⁊ ſecuti eſtis me. in regñatiōe. i. in vltima reſurrectione in quo hoīes iterum generantur reſurgentes ad vitam imortalem. cum ſederit filius hoīs. ſcilicet ad iudicandum. ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes. xij. iudicantes. xij. tribus iſrael ⁊c. Pro horum declaratione ſciendum q̄ iudicare dicit ſeptempliciter. Primo ex ſe ⁊ auctoritatiue. ⁊ hoc mō. ſ. iudicare auctoritatiue eſt proprie dei trinitatis. Nam iudicare ſm beatum Tho. in. iiij. di. xlvij. ar. ij. queſito. j. eſt proprie illius qui habet poteſtatem ⁊ dominiū in alios: cuius regimini ſubdunt qui iudicātur. Unde eius eſt in alios ius ferre ſeu dicere vl' dictare. Judicare enim eſt ius dicere vel dictare. ⁊ hoc agere ex ꝓpria auctoritate eſt dei. ps. xcv. Judicabit orbē terre in equitate. ſ. deus. ⁊ populos in veritate ſua. Secundo iudicare fit delegatiue. ſ. ex alio accipere auctoritatē iudicandi. Et hoc conuenit chriſto inquantum homo. qui vt dicitur Actu. x. conſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Et Joā. v. Poteſtatē dedit ei pater iudicium facere: q: filius hominis eſt. Ipſe enim in illa aſſumpta humanitate oībus ſe manifeſtabit. ⁊ oēs boni ⁊ mali eum videbūt. ⁊ talem poteſtatem ſibi ad iudicādū collatā. Tertio dicitur aliquis iudicare quaſi cauſaliter ⁊ cōparatiue: vt dicatur illud iudicare. vnde apparet aliquis iudicandus. Et ſm hoc dicuntur aliqui iudicare ſm Tho. inquantum ex cōparatione eoꝝ. Alij iudicandi oſtēdūtur ſicut dicuntur niniuite iudicare generationem iudeorum. ſm illud chriſti. Uiri niniuite ſurgent in iudicio: ⁊ iudicabūt generationem iſtā: q: pniā egerūt ad ꝑdicationē Jone. Mathei. xij. Sic autē iudicare eſt cōe bonis ⁊ malis in iudicio. Nam niniuite etſi tūc predicante Jona conuerſi ſunt poſtea recidiuantes ⁊ peiora agentes. reprobi facti ſunt ſm be. Hiero. de pe. di. iij. ⁊ a babylonijs exterminati. Sic ergo iudicabunt iudeos: q: ex illo opere ſue conuerſionis ad ſimplex verbū Jone oſtendent q̄ iuſte condēnati fuerint iudei: qui chriſtum dominum prophetarū totiens audire predicantē noluerunt. Sic etiam poteſt intelligi illud apoſtoli. j. Cor. vj. An neſcitis quia angelos iudicabimus. ſ. malos: quia cū homo in corpore fragili tot incitamenta ad malum habeat et bella patiatur. ⁊ tamē ſuperat omnia. ideo non recedens. oſtēditur per hoc q̄ iuſte angeli mali cōdēnentur: qui nullam carnis fragilitatem habentes vt incitamētū ab alijs a deo per ſuperbiam receſſerūt. Quarto dicit iudicare quaſi interpretatiue interpretamur aliquē aliquid facere: qui facienti ꝯſentit. Unde illi qui cōſentiunt iudici: ſentētiam eius approbando vt iuſtam. ſm be. Thom. iudicare dicuntur. Et hoc eſt cōmune omniū electorum. ſic iudicare approbatiue. Unde dicitur Sap. iij. Judicabunt ſancti nationes. ⁊ dñabūtur populis. Et in ps. de ſanctis dicitur. Gladij ancipites in manib⁹ eorum ad faciendā vindictam in nationibus increpationes in populis ⁊c. Ut faciant in eis iudicium conſcriptū: gloria hec eſt omnibus ſanctis iudicando. ſcilicet per modum approbationis. Quinto dicitur iudicare declaratiue: ſicut ſi liber in quo continetur lex dicatur iudicare: quia lex declarat quid ⁊ quomodo iudicandum. Et ſic cū Chriſtus dicat. Quos deus coniunxit homo non ſeparet: cum ſit diuortium legitimo modo non dicitur homo ſepara

te ſed lex:quia lex ſic iudicat ⁊ declarat facien/
dum. Et ſic Chriſtus ait iudeis Johannis.xij.
Qui me ſpernit ⁊ non accipit verba mea: ego
nō iudico eum:ſed ſermo meus quem locutus
ſum iudicabit eum in nouiſſimo die. ¶ Sex/
to dicit̄ iudicare teſtificatiue. Cum tota vis iu/
dicij ad ferēdū ſniaꝫ ꝯſiſtat in teſtiuꝫ dictis:q:
in ore duoꝝ vel trium ſtabit omne verbum.
Matth.xviij.c.vt verū ⁊ firmuꝫ habebit̄.ideo
teſtes in dicēdo ſup quo fit iudiciū pñt aliquo
modo dici iudicare:q: ex dictis eoꝝ reus ab/
ſoluit̄ vel ꝯdemnat̄. Et q: in finali iudicio ma/
gis mētaliter ꝙ̄ vocaliter exercebit̄ illud iudi/
cium.vel etiaꝫ ſi vocaliter virtute diuina vni/
cuiqꝫ innoteſcēt merita ⁊ demerita ſua:dictan
te ꝯſciētia.ideo ꝯſcientia vniuſcuiuſqꝫ quodā
modo iudicabit eum. Apl'us. Teſtimoniū illis
reddēte ꝯſcientia ſua ⁊ cogitationum accuſan
tium quoad mala.ſ.aut defendētiuꝫ quoad bo
na.in die qua iudicabit deus ⁊c̄. Unde be. Au
gu. Qn̄ deus iudex erit:teſtis alius non erit ni
ſi ꝯſcientia tua. Inter deum iudicē ⁊ cēām tuaꝫ
noli timere niſi ꝯſciam tuam.ij.q.iij. Cuſtodi.
¶ Septimo d̄r iudicare qs aſſeſſorie. Et de iſto
vltimo mō nūc agimus. Hi ꝑ ſiſitudinē dñr iu
dices iōꝫtū ſedēt i loco eminēti tales aſſeſſores
vt iudex facit. Et ſꝫ hūc modū qſi ꝑfecti viri q
bus iudiciaria ptās ꝓmittit̄.ſm illud ſupra in
ductū. Sedebitis ſup ſedes duodecim iudicā/
tes ꝑ honorabilē ꝯſeſſionē.q: ſuperiores cete/
ris in iudicio apparebūt occurrētes xp̄o in ae/
ra. Sed iſtud ait be. Tho. vbi ſupra:non videt̄
ſufficere ad ꝓmiſſionē dñi cōplendā cuꝫ dicit̄:
q: ſedebitis iudicantes. Videt̄ enim iudiciuꝫ
ꝯſeſſionis ſupaddere aliquid. Eſt igitur alius
modus iudicādi aſſeſſorie qui ꝑfectis viris cō
uenit inꝙ̄tuꝫ in eis ꝯtinent̄ decreta diuine iu/
ſtitie. Unde Apoc.xx.d̄r. Judicium ſedit. ⁊ li/
bri aperti ſunt. Et per hunc modū hanc iudica
tionē Richardus de ſcō victore exponit. Unde
dicit. Qui diuine ꝯtēplationi aſſiſtunt:q: in li/
bro ſapiētie quotidie legunt velut in cordiuꝫ
voluminibus tranſcribūt.quicqd iaꝫ ꝑſpicua
veritatis intelligētia cōprehēdunt. Quid eniꝫ
ſunt iudicantiū corda in omni veritate diuini
tus edocta:niſi quedā canonū decreta. Sed q:
iudicare ꝓprie importat actionē in alium ꝓce
dentē.ideo ꝓprie loquēdo iudicare d̄r qui ſen
tentiā loquēdo in aliū fert. Sed iudex princi/
palis hoc agit ꝓpria auctoritate:delegatus au
tē ſibi cōmiſſa. Aſſeſſor in ꝓpoſito quaſi ſniam
iam ꝓlatā in alios manifeſtat. Eoꝝ igit̄ iudi/
care eſt ſniam alterius auctoritate lataꝫ in alio
rum noticiam quaſi ſniam lataꝫ ꝓnunciare. Et
hoc modo ꝑfecti viri iudicabunt aſſeſſorie:q:
alios ducent in cognitioneꝫ diuine iuſtitie:vt
ſciat quid eis pro meritis debeat̄:vt ipſa reue
latio iuſtitie iudiciū dicatur. Nec eſt incōueni/
ens dicit bea. Tho. vbi ſupra aliquos ſanctorū
quedā alijs reuelare. vel per modū illuminatio
nis.ſicut ſuperiores angeli iſeriores illuminātt
vel per modū locutionis:quādo inferiores ſu/
perioribus loquuntur. ¶ Aduertendū autem
ꝙ illa dignitas aſſeſſorie iudicādi nō datur oi/
bus ſanctis:ſed ſolū pauperibꝰ.ſm illud Job.
xxxvj. Pauperibus tribuit iudiciuꝫ. Et dñs ie/
ſus. Uos qui reliquiſtis oia ⁊ ſecuti eſtis me ſe
debitis.⁊c̄. ¶ Ratio aūt quare paupertati de/ iudicia
betur iudiciaria poteſtas eſt triplex ſm beatū. ria ptās
Tho. vbi ſupra. ¶ Primo ratione ꝯgruitatis. paupta
quia voluntaria paupertas eſt eoꝝ: qui oībus ti debet̄
que mundi ſunt contēptis:ſoli xp̄o inherent:⁊ ratio tri
ideo non eſt in eis aliqd quod eorum iudiciū plex
a iuſtitia deflectat. Unde idonei ad iudicandū
redduntur quaſi veritatē iuſtitie pre omnibus
diligentes. ¶ Secūdo cōgruit hoc per modū
meriti q: humilitati reſpōdet exaltatio pro me
rito. Inter oīa autē que hoiem deſpectum faci/
unt in mūdo precipue eſt paupertas. Unde ex/
cellentiam iudiciarie poteſtatis pauperibus ꝓ/
mittitur. vt ſic qui ſe ꝓpter xp̄m humiliat exal
tetur. ¶ Tertio q: paupertas diſponit ad pre/
dictum modū iudicandi. Ex hoc enim ꝙ aliqs
recte iudicare ⁊ ſententiare dicetur. reqritur ꝙ
cor habebit edoctum omni diuina virtute. ⁊ qꝫ
alijs potens erit manifeſtare. In progreſſu aūt
ad perfectionē primum quod relinquendum
occurrit ſunt exteriores diuitie. q: hec ſunt vlti
mo acquiſita. Qḋ autem eſt vltimum in cōſtru
ctione eſt primū in deſtructione:⁊ ſic pauperta
ti reſpondet iudiciaria poteſtas. inꝙ̄tum ē pri
ma diſpoſitio ad poteſtatē predictam. ¶ Sciē
dum tertio ꝙ nō quibuſcunqꝫ pauperibus tri
buitur iſta iudiciaria poteſtas aſſeſſorie. Nec
etiam ex hoc ſolū ꝙ voluntarie ſint pauperes
ſicut Socrates ⁊ Diogenes. Sed illis qui relin
quentes omnia ſequunt̄ chriſtum ſm perfectio de tribꝰ
nem vite ſm btm̄ Tho. vbi ſupra di.xlvij.arti. qui ad
ij.q.ij. ¶ Et ſm aliquos tria requirunt̄ ad iudi hāc iu/
ciariam poteſtatē iſtam conſequendaꝫ. ¶ Pri diciari/
mum eſt abdicatio curarum temporalium ne am ptā/
impediatur animus a ſapientie preceptione. tem req
¶ Scd̄o requiritur habitus erga diuinam iu runtur.
ſtitiam ſcitā ⁊ obſeruatam. ¶ Tertio ꝙ illam
iuſtitiam alios docuerit. Et ſic doctrina erit ꝑ/
fectio cōplens meritum iudiciarie poteſtatis.
Et ꝙ̄uis fuerint aliqui multuꝫ diuites vt Abra
am Dauid ⁊ huiuſmodi. qui fuerunt maioris
meriti vt eſtimari poteſt ꝙ̄ aliqui veri paupe/
res perfecti non eſt inconueniens. ſi hoc quaſi
accidentale premium pauperibus detur. vt in
dicent alios qui etiam ſunt excellentioris me/

riti quantum ad premiuȝ eſſentiale. Naȝ ⁊ in-
ferior poteſt iudicare ſuperiorē. nō ex ſua aucto
ritate ſed ex ſibi delegata. ¶ Ponit Albertus
magnus ſup miſſus eſt ſeptē gradus pauperta
tis. Quoꝝ primus eſt dare ſupflua pſone prout
pſona ſonat indignitatē. ſm illud Tob. iiij. Da
elemoſynā: ⁊ non auertas faciē tuā ab vllo pau
pere. Si multū fuerit tibi abūdāter tribue. Si
parum ⁊ illud libenter impartiri ſtude. Scōs
eſt dare ſupflua. non ſolum pſone ſed ⁊ nature
ſm illō Luce. xj. Quod ſupereſt ſcȝ nature. Da-
te elemoſynā. ⁊ ecce oīa munda ſūt vobis. glo.
preter victuȝ ⁊ veſtitum. Tertius gradus dare
etiā neceſſaria. Glo. etiā valde neceſſaria: cuȝ p-
ximis diuidamus. Quartus eſt dare non ſoluȝ
ſua ſed ⁊ ſeipſum. ſequēdo xp̄m pura intentio-
ne ſcȝ ꝓpter deum. nō ꝓpter mundi gloriaȝ vt
veri religioſi. ſm illud. Si vis perfectus eē: vē
de oīa que habes ⁊ da pauperibus: ⁊ ſequere
me. Mat. xix. Quintus eſt paſſiōibus ſedatis
mente deo inherere. ſm illud. Noſtra ꝯuerſa-
tio in celis eſt. Sext⁹ gradus eſt relinquere ſua
⁊ ſeipſum ⁊ vltra hoc laborare ꝓprijs manib⁹
vt neceſſitatem tribuat patiēti prout fecit Pau
lus apl's qui laborabat proprijs manibus vt ꝓ
uideret ſibi ⁊ ſuis de neceſſarijs. prout ipſe re-
fert ad Coꝛ. Septimus gradus eſt dare oīa ⁊
ſeipſum ſpiritu ⁊ corpore. ⁊ laborare: vt paſcat
proximū cibo ſpirituali doctrine. qui gradus
melior eſt priori. Nam vt dicit. b. Greg. Meli-
us eſt reficere aīam ſemp victuram ꝙ corpus
moriturū. Et ad hunc gradū videtur pertinere
paupertas: cui datur iudiciaria ptās. queȝ gra
dum ponit btūs Thomas ſupra in tertio mem
bro immediate. ¶ Sciendū etiam ſm beatum
Tho. poſt beatū Augu. in. xx. de ciui. dei. ꝙ cuȝ
dicitur a xp̄o ſeſſuros ſuper duodecim ſedes. i-
telligendum eſt non ſoluȝ duodecim hoīes iu
dicaturos cum xp̄o: vt aſſeſſores. Cum eniȝ lo-
co iude annumeratus ſit Mathias cū vndeci
aplis religs. vbi erit ſedes Pauli qui plus om
nibus laborauit. Sed per duodenariuȝ nume-
rum: ſignificata eſt iudicantium oīum multitu
do ꝓpter duas partes ſeptenarij ſcȝ tria ⁊ qua
tuor. Nam tria ducta per quatuor ⁊ econuerſo
ꝯſtituunt duodecim. Septenarius auteȝ eſt nu
merus ſignificans vniuerſitatem. Nam omne
tēpus currit per ſeptenarium hebdomadaruȝ.
vel propter hoc duodenariū ſignificat vniuer-
ſitatem iudicantium: q: cōſtat ex duplici ſena-
rio. ⁊ ſenarius eſt numerus pfectus ſignificās.
vel q: ad litterā. xij. aplis loquebatur. in quoꝝ
perſona hoc oībus eoꝝ imitatoribus promitte
bat. Et per. xij. tribus iſrael intelligunt omnes
fideles iudicādi. Ex quatuor enim partib⁹ mū
di ſcȝ oriente: occidēte: auſtro: ⁊ aquilone erūt

Septeȝ gradus paupertatis ſm Alber.

fideles in fide trinitatis ſancti homines iudicā
di a xp̄o ⁊ aſſeſſoribus eius pfectiſſimis viris
pauperibus vt declaratuȝ eſt. Tria enim repre-
ſentant fidem viuam trinitatis: ⁊ quatuor par-
tes mundi. quatuor vt dictum eſt. ⁊ tria ducta
per quatuor conſtituunt numerum duodenari
um. Seruite ergo ait pſal. Domino in timore:
⁊ exultate ei cum tremore. ſed initiali vel filiali
quia beatus vir qui metuit dominum in māda
tis eius cupit nimis. ait idem.

¶ Sextum quod .§. vij.

eſt valde timendū in finali iudicio: eſt accuſati
onum multiplicatio. Quia enim iudiciū iſtud
erit ordinatiſſimum ⁊ ſm ordineȝ iuris. vt ait
Ambroſius iudicis non eſt ſine accuſatore dā
nare. ⁊ ideo dominus ieſus iudam cum fur eſ
ſet non abiecit: quia accuſatus non fuit. ſecun-
da queſtione prima. Manifeſta. Erit igitur in
illo iudicio accuſator diabolus q eſt peſſimus
⁊ callidiſſimus. de quo dicitur Apocalip. xij.
Proiectus eſt in terrā ſcȝ infernaleȝ accuſator
noſter ſathanas qui accuſabat fratres ante deū
die ac nocte. Et beatus Aug. ad Julianum co-
mitem ait. Preſto tunc erit diabolus recitans
verba profeſſionis noſtre: obijciens nobis que
cunqꝫ fecerim⁹ ⁊ in quo loco ⁊ in qua hora pec
cauimus. ⁊ qd boni tunc facere potuimus. di-
cturus eſt enim ille aduerſarius. Equiſſime iu
dex iudica hunc meū eſſe ob culpam: qui tuus
eſſe noluit per gratiā. Tuus eſt per naturā: me-
us eſt ob miſeriam. tuus ob plaſmationeȝ me-
us ob ſuaſionem. tibi inobediens: mihi obedi
ens. a te accepit imortalitatis ſtolam: a me acce
pit hanc pānoſam qua indutus eſt tunicā. Tu-
am dimiſit: cum mea huc venit. Equiſſime iu-
dex iudica hunc eſſe meū ⁊ mecum eſſe damnā
dum. Heu heu. poterit ne talis aperire os qui
talis erit vt cum diabolo deputetur. ¶ Legit
in libro de ſepteȝ donis edito a fratre Raymū-
do ordinis predicatorum. qui aſſerit vidiſſe il-
lum epiſcopum cui contigit flebilis caſus iſte.
Quidam epiſcopus cuȝ egrotaret: apparuit ei
diabolus dicens ꝙ citabat eum ſummus papa
per eum. ⁊ aſſignauit ei diē quā ei nominauit.
in qua vt dicebat oportebat eum rōnem redde
re de adminiſtratione ſua. Cui in die aſſignata
viſum eſt ei ꝙ ipſe traheretur corā papa in cau
ſa. ⁊ ꝙ diabolus qui ei apparuerat ꝯtra. de eo
petebat ius a papa de adminiſtrationibus ſu-
is. qualiter ſcȝ adminiſtrauerat in officio prio-
ratus quod prius habuerat deinde abbatiſſat⁹
quod poſtea habuerat. ⁊ demum in officio epā
tus fuerat enim niger prior albus abbas ⁊ po-
ſtea epūs. Cum autem requireretur de officio p-
oratus. ⁊ neſciret reddere rōnem ⁊ poſtea de of

Accuſatores in iudicio finali q erunt.

ficio abbatiſſatus:in qua reſponſiõe magis de/
ficiebat.⁊ poſtea maxime in reſponſione de epi
ſcopatu. Cum ergo deficiẽs in rñſione peteret
aliam diem ſibi aſſignari:allegans ꝙ non fue/
rat in dicta rñſione premediatus:aſſignatur ei
alia dies peremptorie illi diei valde ꝓxima:in
qua debebat iudex ꝓcedere ad ſniam diffiniti/
uam. Cum aũt anxius ſuper hoc eiularet forti/
ter ad clamorem eius cõuenit familia eius.cuꝫ
aũt hoc indicaſſet pluribus:die ſequenti appa
ruit ei diabolus q prius ei apparuerat:vrgens
eum ad veniendum corã ſummo iudice:pro ra
tione reddenda. Qui cum nõdum ſe paratum
clamaret ⁊ eius aſpectuꝫ horreret:⁊ diabolus
eum ad hoc magis vrgeret inuitũ.omnibus a
ſtantibꝰ ſurrexit de lecto in quo iacebat volẽs
effugere demonẽ. Cum autẽ fugeret cuꝫ impe/
tu impegit in colũnam: petens inducias ⁊ eli/
ſo in eo capite cecidit ⁊ expirauit. ¶ Scḋs ac/
cuſator eoꝝ erũt ſancti homines a quoꝝ cõſor
tio peccantes receſſerunt.vel quos in preſenti
contumelijs affecerunt vel iniurijs.vel quoruꝫ
feſta fregerunt vel quoꝝ loca prophanauerunt
Unde dr̃. Sap.v. Stabunt iuſti in magna con/
ſtantia ſcꝫ ad accuſandum aduerſus eos qui ſe
anguſtiauerunt:⁊ qui abſtulerũt labores eorũ.
Uidentes aũt ſcilicet reprobi turbabunt timo
re horribili. Et Apoc.vj.dicit ꝙ ſancti clamãt.
Uſqꝫquo dñe ſanctus ⁊ verus nõ iudicas ⁊vin
dicas ſanguinẽ noſtrum ab his qui ſunt in ter
ra. Et dictũ eſt illis. Suſtinete modicum donec
impleatur numerus fratrũ veſtroꝝ vſqꝫ ſcilicet
ad iudicium. Ad hoc etiã facit qḋ narrat Gre/
go.turoñ.videlicet ꝙ duo nequã preſbyteri.cũ
conſpiraſſent ꝯtra ſanctum Sydoniũ aluerno/
rum epiſcopũ. Alter eorum egeſtiones emiſit
ſicut arriꝰ hereſiarcha ſubito. Et viſus eſt ſum/
mo iudice accuſatus a ſcõ Sydonio damnari:
vinciri:⁊ in imis carceris in anguſtijs detrudi
Alius vero cũ mortuo beato Sydonio ambiti/
oſe ⁊ violẽter occupaſſet epiſcopatũ.cũ inuitaſ
ſet ciues ad cõuiuiũ per picernã citatus a ſum
mo iudice cadente de manu eius calice ſubito
expirauit. ¶ Tertius accuſator erit totus mun
dus. Sap.v. Armabit creaturã ſcꝫ ad accuſan/
dum ad vltionẽ inimicoꝝ deus.he. Grego. Si
queris qs te accuſabit.dico Totus mundus of
fenſo enim creatore:offendit totus mundus.
Chryſo. In illa die nihil eſt qḋ rideamus. vbi
celum ⁊ terra:aqua:luna:⁊ ſol:dies:⁊ noctes ⁊
totus mũdus ſtabunt ꝯtra nos ſcꝫ ad accuſan/
dum. Dicere poſſet terra ſi loqueret. Ego iſtos
iniquos pctõres ſuſtinui vt ſuper me ambula/
rẽt. Ego eis dedi virides herbas:pſcherrimos
flores:ſuauiſſimos fructus ex arboribus. Alia/
lia plurima:metalla ꝑcioſa ⁊ lapides. vt cõmu
nĩ creatori ſeruirẽt ⁊ ipſum ex his laudarẽt. Et
ipſi oibus abuſi ſunt.nõ deo ſed ſuo vẽtri ſerui
endo:⁊ iõ a me abſorbeant. Et aq̃ dicere pote/
rit. Ego me ipſaꝫ ꝓbui eis in refrigeriũ contra
eſtus:in lotionẽ ꝯtra maculas. Jn materias ſa/
crorum ꝯtra pctã. Jn tranſitũ per naues ad ne
gociandum. Piſces in me natantes in cibum.
At ipſi in malũ vſi ſunt.⁊ ideo a me ſubmergã
tur. Aer etiam ego dicere poſſet dedi eis ſpira/
mentuꝫ vite pluuias auiũ multitudinẽ inenar
rabilem. Et quia in his cõditorẽ ſuũ ⁊ noſtrum
non cognouerunt in me ſuſpendant ſuffocent.
Ignis autem quia ſine calore meo viuere non
potuiſſent.ſed ingrati de vſu meo fuerũt:a me
ſine ꝯſumptione ſemp̄ exurant. Sol luna ⁊ ſtel
le ac celi celoꝝ.q: lumine noſtro nõ ſunt vſi.ad
querendũ lumen eternũ.eo priuati ꝑpetuis te/
nebris occupent. Et quia in ore duoꝝ vel triuꝫ De teſti/
ſtabit omne verbũ.vt dicitur Math.xviij. Nõ bꝰ in iu
deerũt teſtes in iudicio iſto. Et vnũ qdeꝫ habe dicio fi
bit ſupra ſe ſcꝫ deũ. Hier.xxix. Ego ero iudex ⁊ nali.ſ.q
teſtis dicit dñs. Malach.iij. Ero teſtis velox oĩ erunt.
bus maleficis:adulteris:piuris ⁊c̃.qui non ſo
lum eſt verus:ſed ipſa veritas.⁊ nõ ex auditu:
ſed ex viſu. Ad Hebr̃.iiij. Omnia ſunt nuda ⁊
aperta oculis eiꝰ:nihilqꝫ ei ignotũ. Unde ipſe
xp̄s deus ⁊ hõ verus iudex ⁊ teſtis. Non enim Chriſtꝰ
repugnat in hoc iudicio vt in humano ſcilicet erit i iu
vnam ꝑſonam ſimul eſſe iudicẽ ⁊ teſtẽ qui ve/ dicio te
ritas eſt ⁊ vt teſtis manifeſtabit occulta homi/ ſtis ⁊ iu
num.vt iudex ſentẽtiabit. Et ſentẽtiãdo expro/ dex vñ.
brabit peccatores:vt ait Chryſo.in hec verba.
Ego propter vos homo factus ſum:ꝑpter vos
deluſus:alligatus:ceſus:⁊ crucifixus. Ubi eſt
tantaꝝ iniuriaꝝ mearum fructus. Ecce preciũ
ſanguinis mei quem dedi in redẽptionem ani
marum veſtrarum. Ubi eſt ſeruitus veſtra quã
mihi pro precio ſanguinis mei dediſtis. Ego
ſuper gloriam meam vos habui cũ eſſem deus
apparens hõ:⁊ viliorem me oibus rebus vrĩs
feciſtis. Nam omnẽ rem viliſſimam dilexiſtis
amplius q̃ iuſtitiam meam ⁊ fidẽ. Hec Chry.
¶ Secundus teſtis eſt intus ſcilicet conſcien/
tia. Ad Romañ. ſecunda. Teſtimonium illis
reddente conſcientia ſua:⁊ cogitationibus ac/
cuſantibus ⁊ defendentibus in die qua iudica
bit dominus. Accuſantibus ideſt remordenti
bus.quo ſcilicet ad mala opera defendentibus
ideſt excuſantibus a malo quoad bona opa.b.
Auguſtinus.xj.queſtione tertia. Senti de Au/
guſtino quicquid libet ſola me in oculis dei cõ
ſcientia non accuſet.ideſt teſtificetur. Ubi notã
dum ſm beatum Thomam.in.iiij.diſtinctio.
xliij.queſtio.vlti.ꝙ quia oportet ꝙ in omni iu/
dicio teſtis ⁊ accuſator habeat coꝝ noticiã que
in iudicio verſantur.in illo aũt cõi iudicio oĩa

Libri cōſcientie in iudicio q̄mō ⁊c.

opera hominum in iudiciū venient. ideo opꝫ
ꝙ omniū ſuoꝝ operum quiſqꝫ tunc noticiā ha
beat. Unde conſcie ſingulorū erunt quaſi qui
dam libri cōtinentes res geſtas ex qbus iudici
um procedet. ſicut etiā in iudicio humano regi
ſtris vtuntur hoīes. Et iſti ſunt libri de quibus
Apoc. xx. dr̄. Aperti ſunt libri: ⁊ alius liber ap
tus eſt q̄ eſt vite: ⁊ iudicati ſunt mortui ex his
que ſcripta erant in libris ſꝫ opera illoꝝ. Et ſꝫ
btm̄ Aug. xx. de ciui. dei per libros ſic apros ſi
gnificanſ ſancti noui ⁊ veteris teſtamēti in qui
bus deus oſtēdet que mādata fieri iuſſiſſet. Sꝫ
per librū vite de quo ſubiungitur intelligunſ
cōſcie ſingulorum que dicuntur ſingulariter li
ber vnus: qr̄ vna virtute diuina fiet: vt cunctis
ad memoriā ſua facta reuocentur. Et hec vis in
quantū reducet ad memoriam hoīuꝫ facta ſua
liber vite dicif. Uel aliter dici pōt ⁊ planius ꝙ
per libros primos intelligantur cōſciētie ſingu
lorum. ⁊ per aliū librum intelligatur ſnīa iudi
cis in eius ꝓuidētia deſcripta. Reprobat Aug.
xx. li. de ciui. dei. vt quod dicif de libris aper
tis intelligaſ de aliquo libro materiali ⁊ mate
rialibus literis ſcripto. qr̄ nimis magnus eſſet
liber ille: in quo ſcripta eſſent oīa facta vni⁹ ho
minis nedum oīum hominum mundi: ⁊ nimi
um tempus requireref ad legendum ab omni
bus tantum librū. Sed intelligendū eſt modo
predicto. Quāuis enim ſm beatum Thomam
vbi. ō. multa merita vl' demerita a memoria ex
cidant: tamen nullum coꝝ erit quod non rema
neat aliquo mō in ſuo effectu. qr̄ merita que nō
ſunt mortificata remanebunt in premio quod
eis redditur. Que aūt mortificata ſunt manent
in ingratitudinis macula: que augef ex hoc ꝙ
homo poſt per grām ſuſceptā peccauit. Simili
ter ⁊ demerita que nō ſunt per pniam deleta re
manent in reatu pene que eis debetur. Que au
tem pnia deleuit manet in ipſa penitentie me
moria. quaꝫ ſimul cum alijs meritis in noticiā
habebūt. Unde in quolibet homine erit aliqd
ex quo poſſit ad memoriam ſua opera reuoca
re. ⁊ tamē vt beatus Aug. dicit. ꝓncipaliter ad
hoc diuina virtus operabitur. ¶ Terti⁹ teſtis
erit angelus bonus: ⁊ precipue qui dat⁹ eſt vni
cuiqꝫ ad cuſtodiam. de quo poteſt intelligi illō
Job. xvj. Ecce teſtis meus in celo: ⁊ conſcius
meus in excelſis. Et illud. Reuelabūt celi. ideſt
angeli iniquitatem eius: ſcilicet teſtificando cō
tra peccatores de malis eorum. Quamuis au
tem angeli nūc nō ſciant cūctas cogitationes
hominum: tamen diuina virtute operante tūc
ſcient. Nam vt dicit beat⁹ Thomas in. iiij. diſt.
xliij. q. vlt. In vltimo ⁊ cōmuni iudicio oportꝫ
ꝙ diuina iuſtitia omnibus euidenter appare
at que nunc in pleriſqꝫ latet. Sententia autem
dānātis vel premiantis iuſta eſſe nō poteſt niſi
ſm merita vel demerita ꝓferatur. Et ſicut opor
tet ꝙ iudex ⁊ aſſeſſor iudicis merita cauſe co
gnoſcāt ad hoc ꝙ iuſtam ſentētiam proferant:
ita oportet ad hoc vt iuſta ſentētia appareat: ꝙ
oībus ſentētiam cognoſcētibus merita innote
ſcāt. Unde ſicut vnicuiqꝫ nota erit ſua premia
tio vel dānatio: ⁊ oībus alijs innoteſcet: ita opꝫ
ꝙ ſicut quilibet ſua merita vel demerita redu
cet ad memoriam. ita etiam ⁊ aliena ei⁹ cogni
tioni ſubiaceant. Et hec eſt cōmunior ⁊ ꝓbabili
or opinio. q̄uis Magiſter ſen. in litera indu
cta di. xliij. dicat ꝯtrarium. ſ. ꝙ peccata que de
leta ſunt per penitētiam in iudicio alijs nō pa
teſiant. Sed ex hoc ſequeref ꝙ nec etiam peni
tētia de peccatis illis ꝑfecta cognoſcaſ in quo
multuꝫ detraheretur glīe ſanctoꝝ ⁊ diuine lau
di: qui tam miſericorditer ſanctos ſuos libera
uit. Quia ergo oīa merita vel demerita ꝓcedē
tia faciēt aliquam qualitatem in glīa vel in mi
ſeria reſurgētis: ideo exterioribus viſis pote
rūt cūcta in ꝯſcientijs videri ab oībus ⁊ ange
lis ⁊ hoībus. Et ex hoc angeli boni vidētes ap
te peccata maloꝝ quātumcūqꝫ occulta poterūt
contra eos teſtificari vt dictum eſt. ⁊ ꝓcipue di
uina virtute hoc operāte: vt ſentētia iudicis oī
bus appareat iuſta. Siquis vult ſaluarē dictuꝫ
Magiſtri ſentētiarum pōt dicere ꝙ peccata iu
ſtorū non veniēt in noticiam vt peccata: ſed vt
dimiſſa. ¶ Dictum eſt qr̄ tres ſunt accuſatores
⁊ tres teſtes. ꝯſcientia: angeli: ⁊ hoīes. ꝯſequē
ter vidēdum eſt quomodo hoc erit ꝙ oīa meri
ta ⁊ demerita propria ⁊ aliorū a quolibet vno
intuitu videantur. Nam de dānatis dicif Sa
piētie. v. ꝙ intra ſe gemētes ⁊ penitētiam agē
tes dicent. Quid nobis ꝓfuit ſuperbia noſtra ⁊
iactātia diuitiarum? Et ſic deſcendūt ad parti
cularia ſigillatim cōſiderantia. Et glo. ſuper il
lud Job. viij. Induetur cōfuſione: dicit ꝙ viſo
iudice mala oīa ante oculos mētis verſabunſ.
Iudex aūt videbitur ſubito. Et tamen philoſo
phus dicit in. ij. Topi. ꝙ non ꝯtingit ſimul plu
ra intelligere. Circa hoc igitur dicit bea. Tho.
vbi ſupra. ꝙ eſt duplex opinio. Quidam enim
dicūt ꝙ oīa merita ⁊ demerita ſimul aliquis vi
debit: ſua ⁊ aliena in inſtāti. Quod quidem de
beatis facile credi poteſt: qr̄ oīa in vno videbūt
ſ. deo. ⁊ ſic non eſt incōueniēs ꝙ plura ſimul vi
deant ⁊ intelligāt. Sed de dānatis quoꝝ intel
lectus non eſt ita eleuatus vt poſſit deum vide
re: ⁊ in eo oīa alia eſt magis difficile. Et iō alij
dicunt ꝙ mali ſimul oīa videbunt⁹ peccata ſua
in genere. ⁊ hoc ſufficit ad accuſationem illam
⁊ teſtificationē que debet eſſe in iudicio vel ab
ſolutionem. Non aūt videbunt oīa ſimul deſcē
dendo ad ſingularia. Sed hoc nō videtur con

ſonum dictis beati Aug. in .ij. de ciui. dei. qui
dicit oīa mētis intuitu enumerabūtur. Quod
aūt in genere cognoſcit̄ nō enumeratur. Unde
pōt eligi media via. ſ. ꝙ ſingula cōſiderabūtur
non tñ in inſtāti: ſed in tēpore breuiſſimo diui/
na virtute ad hoc adiuuāte. Et hoc eſt qđ bea//
tus Augꝰ. dicit ibidem. ꝙ mira celeritate enu/
merabunt̄. Nec hoc eſt impoſſibile: qꝛ in quoli
bet paruo tp̄e ſunt infinita inſtātia in potentia.
Et ſic ꝙ ait ap̄ls. j. ad Cor. xv. Oēs quidem re/
ſurgemus: ſed nō oēs immutabimur. In mo/
mento: in ictu oculi: in nouiſſima tuba. Tuba
iſta vt dictum eſt. ē. eſt virtus diuina ad reſuſci
tādum. In momēto dicit. i. breuiſſimo tēpore:
⁊ quaſi imperceptibili. non autē omnes immu
tabimur. i. de ſtatu miſerie ad ſtatum glorie. qꝛ
non mali: ſed boni tm̄.

Septimū ꝫ val/ §. viij.

Appel/
lare i iu
dicio fi
nali qs
nō pote
rit q̄re.

De timēdum circa iudiciū eſt ſententie iuſtiſſi/
me irreuocatio. Uolūtati enim eius (ait ap̄lus)
quis reſiſtit? q. d. nullus. In humanis iudicijs
qꝛ iudex poteſt errare: ideo inuētum eſt reme//
dium appellationis. per quam ſnīa lata poteſt
retractari ⁊ pluries: ſed per ſuperiorē. vt patet
ij. q. vj. per totū. Sed a ſnīa chriſti iſta appella/
ri non pōt: qꝛ ſupiorē non habet. Tū ꝫ qꝛ in no/
torijs a correctione ⁊ punitione criminū nō re/
leuat vt illa eſt. tum qꝛ errare non pōt. Unde di
cit̄ extra de ſen. excō. a nobis. ꝙ iudiciū ꝫ eccl̄ie
fallit ⁊ fallit̄: ſed iudicium dei nec falli nec fal//
lere pōt. Timeat ergo eum oīs terra. ab eo autē
cōmoueantur oēs inhabitātes orbem ait pſal.

Diſcuſ/
ſiones i
iudicio
finali ſi
eri quō
intellr.

¶ Quāuis autem diſcuſſio illa finalis iudicij
magis credatur eſſe mentalis ſm̄ beatū ꝫ Aug.
q̄ vocalis: ſcilicet vt rep̄ſentatis vniuſcuiuſqꝫ
ↄſcientie meritis ⁊ demeritis. quilibet ex ſe vi
deat q̄ iuſte iudicandus ad premiū ꝫ vel penā.
tamen in predicatione ad populos qui cōmu//
niter ſunt rudes: nec intelligere valent interio
ra ⁊ ſpiritualia: niſi per exteriora ⁊ corporalia.
magis etiam mouētur. ideo magis ↄgruit pre
dicare diſcuſſionem eſſe vocalē ꝫ: ⁊ cum predi/
cto ordine q̄ ſolum mentalē. Et precipue etiā ꝫ
quia nō reperitur expreſſe ↄtrarium. ſcilꝫ quin
poſſit ibi eſſe aliqua diſcuſſio vel increpatio vl̄
dulcis ad ſāctos chriſti inuitatio: etſi in breuiſ/
In cauſa. Si a nobili origine principiuȝ ducat. In ſubā. Si nobilem eēntiā ⁊ proprietatem in ſe poſſideat. In efficientia. Si nobiles effectus ex ſe ꝓducat. Quantuȝ ergo ad primū nobiliſſima fuit. vn̄ ⁊ glorioſiſſima: ſcilicet ex parte cauſe originis ſue. Nam fuit filia pncipis: ſcȝ Abrae. in quo deus populū peculiarem elegit ſibi: ⁊ diſtinxit ab alijs. Ab Abraaȝ enim quadrageſima ⁊ vana gn̄atione deſcēdit vt pȝ ex euāge. Matth. in pnci. De quo abraaȝ dictum eſt in geneſi. Princeps dei es apud nos. Et cui primo facta eſt repromiſſio de xp̄o naſcituro. cū dictū eſt ei. In ſemine tuo benedicenſ oēs gentes. Non dicit in ſeminibus. inqt apl's ad Gal. iiij. ſed in vno ⁊ ſemini tuo: qđ eſt xp̄s. Hic abraā fuit ille nobiliſſimus patriarcha vn̄ denominanſ hebrei quaſi hebraici: qui primo confeſſus eſt fidē vnius veri dei inter idolatras chaldeos: adorātes ignem pro deo. in quē iniectus ab eis vt experireſ virtutem eius: illeſus exiuit recedens poſtea ab eis vt peregrinus diſcurrens per paleſtinā. Et de ipſa virgine dicit in Canti. Quā pulchri greſſus tui in calciamentis filia pncipis. glo. j. Opera tua in exēplum ſcōꝝ. quos imitaris ⁊ oēs excellis. Quantū ad ſecūdum ſcȝ ſubſtantiā nature pfectionem ⁊ plenitudineȝ gratie in ſe hereditauit ⁊ liberrima fuit. Libertatē enim maxime facit inmunitas a peccato: ⁊ plenitudo gratie que in ea fuit. Qui enim facit peccatū: ſeruus eſt peccati. ſeruitus enim eſt oīno ꝯtra nobilitateȝ. Sed ipſa ſola inter puras creaturas fuit ſine peccato etiā veniali. ⁊ ideo maxime libera. Et iſta eſt glorioſior nobilitas: ſcȝ ex gratia ⁊ virtute: q̄ȝ illa que eſt ſm carnem. Un̄ Seneca ait. ꝙ nō facit nobilitatē atrium plenū fumoſis imaginibus: quia qđ ante nos eſt: noſtrū non eſt. Non enī ad noſtram vixerunt gloriā. Uult ex his verbis oſtēdere ꝙ tantū nobilis eſt ille queȝ nobilitat ſua virtus. Hinc ⁊ Chryſ. Nemo ex virtute aut ex vitio parentum vere aut clarus aut obſcurus ē imo neſcio quō non ille magis reſplendet: qui ex parentibus a virtutibus prorſus alienus q̄ȝ ipſe qui fuerit dei virtute mirabilis. di. lvj. nūq̄ȝ. Sed tunc queritur in quo cōſiſtat nobilitas ſm carnem. Et cum dicatur a ſapiente ꝙ nobilitas ſm carnē non eſt aliud q̄ȝ inueterare diuitie. tunc videtur ꝙ iſtam nobilitatē non habuit beata Maria. cū fuerit paupercula ⁊ coniunx eius Joſeph carpentarius. Et ſic videſ ꝙ nobilitas iſta ſm carnē non ſit a rebus. Sed neqȝ a corpore videſ ꝙ ſit: quia nobilitas corporis eſt ex nobilitate cōplexionis. Inueniūtur auteȝ reges ⁊ principes qui nobiles dicūtur. ⁊ ſunt ſm carnem aliquādo complexionis melancholice vel phlegmatice: ⁊ econuerſo ruſtici cholerici ⁊ ſanguinei. ergo non trahitur a corpore. Item videtur ꝙ nec ab anima: quia anime nō ſunt ex traduce. ⁊ ſic videſ ꝙ nihil ſit nobilitas iſta ſm carnem. Sed pro nūc breuiter reſpondetur ⁊ infra in ſeq̄. §. plenius. ꝙ nobilitas iſta ſȝ carnem non ſolū quoad gloriam mundi. ſed etiaȝ multum adiuuat ad virtutes animi ⁊ ad bonū incitat. q̄uis ipſa ſola non cogat ad maluȝ vel bonum. Quantum ad tertiū fuit beata Maria nobilis in efficientia quia actiue ⁊ paſſiue. Actiue quia per ipſum fructū ventris ſui ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis i libertatem glorie filiorū dei. vbi ceſſat omnis prelatio ſubiectionis in alios: ⁊ ſeruus liber eſt a domino ſuo. Paſſiue: quia ſi veritas liberabit vos: veri liberi eritis. vt dicitur Joan. viij. multo eſt facta libera: que veritatem iſtam genuit. Sic autem orta ⁊ concepta eſt a nobiliſſimis ⁊ digniſſimis. Et hec dignitas eius inuenitur in cauſa ſubſtantia ⁊ efficientia: ſicut ⁊ nobilitas. Et in cauſa quideȝ reperitur triplex dignitas ex qua originata eſt. Prima dignitas regalis: ⁊ hec corporalis. Secunda ſacerdotalis: ⁊ hec ſpiritualis. Tertia prophetalis: ⁊ hec celeſtis. Concepta autem eſt beata maria ⁊ nata

Quō iq̄ cōſiſtat nobilitas ſm carnem

Ruſtici

regali ex progenie:q2 ex David ⁊ ſucceſſorib⁹
eius:regibus populi dei:⁊ propterea: xp̄s di/
ctus eſt frequenter in euangelio filius David:
q2 ex eo mater eius deſcendit qđ ⁊ iudei ꝯfeſſi
ſunt. ¶ Ex ſacerdotali quoqȝ tribu deſcẽdit:q2
cum ſolum ille due tribus ſcȝ regalis ⁊ ſacerdo
talis adinuicẽ poſſent ꝯtrahere coniugia ⁊ nul
le alie tribus ſm dñi legem. Aaron autẽ pmus
ſacerdos ⁊ ſummus a dño inſtitutus in vxorẽ
duxerit de tribu iuda: ⁊ Joiades ſumm⁹ ſacer/
dos vxorem habuerit ſimiliter de tribu iuda ⁊
ſtirpe regia. Et ecõtra aliqui de tribu iuda duce
rent in vxores de tribu ſacerdotali. Sic beata
Maria ex ſacerdotali etiaȝ tribu deſcẽdit. Un/
de ⁊ Eliſabeth de tribu ſacerdotali orta erat co
gnata virginis ideſt actiuans. ¶ Ex ꝓphetali
quoqȝ dignitate deſcẽdit que dici põt celeſtis:
quia prophetie donũ a deo eſt imediate ex eo ꝙ
ex Nathan propheta deſcendit. ac etiaȝ David
⁊ Salomon: qui fuerũt prophe. In ſba quoqȝ
digniſſima fuit. i. in pſona ſua:nã ipa ẽ regina
celoꝝ:ipa ẽ regina ꝗ aſſiſtit a dextris dei in fim
brijs aureis ⁊c. Fuit ⁊ ſacerdotiſſa iuſtitie que
proprio filio ſuo non pepercit. ſed ſtabat iuxta
crucem ieſu. Non vt dicit beatus Amb. vt mor
tem filij aſpiceret:non vt dolorem filij conſide/
raret:ſed vt ſalutẽ humani generis expectaret
parata ipſa offerre filium deo pro ſaluatiõe mũ
di. Prophetiſſa fuit. cũ ait. Ecce eniȝ ex hoc be
atam me dicent oẽs generationes. In cuius fi/
guraȝ dicit Eſaias. Acceſſit ad prophetiſſaȝ ⁊c.
In efficientia quoqȝ fuit digniſſima. Ipſa eniȝ
triplicẽ dignitatẽ originaliter tranſmiſit in fili
um principaliter:ſpecialr̄ in nos. Poſt hec ge/
neraliter filiũ genuit qui rex ⁊ ſacerdos ⁊ pro/
pheta fuit. Rex q2 in veſtimento ſuo. i. in huma
nitate ſcriptum hȝ rex regũ: ⁊ dñs dominanti/
um. Rex ſum ego ait ipſe Pylato. de quo ſolo
ſapientes ſapienter queſierũt dicentes. Ubi eſt
qui natus eſt rex iudeoꝝ. Sacerdos eſt iuſtitie
ſm ordinẽ Melchiſedech qui per propriũ ſan
guinem introiuit ſemel in ſancta eterna redẽ/
ptione inuẽta. Ipſe etiã ꝓpheta promiſſus per
Moyſen potẽs in opere ⁊ ſermone. Et iſtaȝ tri
plicem dignitatẽ beatiſſima maria in nos trãſ
miſit que nos fecit deo regnũ ⁊ ſacerdotes. im
mo regale ſacerdotium ad regendum nos vir/
tutibus. ⁊ imolandum deo hoſtiam laudis et
bonoꝝ opeꝝ. Et ſic pȝ ꝙ glioſa dicta ſũt de ea:
ꝙtum ad maximã nobilitatẽ ⁊ dignitatem.

de nobilitate ſȝ ¶ Sed pro ma/ .§.iiij.

carnem iori declaratione nobilitatis que eſt ſm carnẽ.
v ñ ori/ ¶ Nota ſm Albertum vbi ſupra ꝙ nobilitas
ginalr̄. iſta ſm carnem eſt traductio carnalis originis
a parentibus ſm ſeculum in diuitijs potentia
vel dñio conſtitutis:ex quibus ꝙtum ex parte
nature eſt: creatur in filijs ſimilitudo cõplexio/
nis ⁊ ꝯformitas moꝝ:⁊ imitatio operationis.
Homo enim paup ⁊ ignobilis ſi diuitijs cepit
affluere. icipiet delitijs magis vacare cibis de
licatioribus ſe nutrire:⁊ ſic cõplexionẽ nobili/
tate exercitijs honeſtiorib⁹ occupari. parua dã
na minus curare:paruis lucris minus inhiare
dona minus curare:alienũ dominiũ minus ti/
mere:libertatẽ magis appetere:maioꝝ ꝯſortia
ꝯtrahere:cũ ipſis mr̄imoniũ iungere:⁊ coruȝ
opera ⁊ mores imitari:⁊ ſic natura primo ſer/
uilis ⁊ ignobilis victa per ꝯſuetudinẽ in ꝯtra
rium tranſmutatur. Et ꝙto hi a remotiori ⁊ diu
turniori radice ad ramos tranſmittitur: tanto
magis nature inclinatio induratur ⁊ inſepara/
bilior efficitur. vt in filijs ꝙtum ex parte natu
re eſt conditio ſimillima patribus inueniaẽ in/
clinatio naturalis:⁊ hec apponit nobilitas car
nis:que ꝙtum eſt de ſui natura ſemp ad hone
ſta ⁊ decentia pluſꝙ ad vilia inclinatur. Et hoc
totum veꝝ eſt niſi libertas arbitrij vel conſue/
tudo vel alia cã extrinſeca contrariũ operetur.
Et ſic pȝ ꝙ nobilitas nõ eſt tm̃ ex qualitate com
plexionis cum rex vel digna perſona melicho
lice complexionis magis fit audax vel largus
ruſtico propter conſuetudinem ſanguinee com
plexionis. Licet enim aĩa non ſit ex traduce. ta
men exiſtens in carne opatur plus vel frequen
tius ſm ꝙ a carne amplius ad aliqua inclinaẽ. que no/
¶ Quod autẽ ſola nobilitas mẽtis videẽ lau/ bilitas
danda. Reſpondemus ꝙ ſi equalitas operati magis
onis ꝯtraria agit nobilitati originis tanto vi/ laudan
tioſior ⁊ deteſtabilior eſt deformitas opationis da.
ꝙto magis eſt contra naturalem inclinationeȝ
originis. Et ſic magis culpabilis eſt nobilis vi
tioſus ꝙ ignobilis. vbi aũt nobilitas originis
perficitur ⁊ ornatur nobilitate moꝝ ⁊ operis.
vtraqȝ alteri preſtat incrementum laudis. De/
inde virtus originis oſtenditur in operatione
non quaſi aduenticiam vel cito mutabileȝ: ſed
quaſi propriam ⁊ innatam ⁊ debitam nobilita
tem contraxerit a parente. Et dum virtus men
tis fundamentũ ⁊ radicem habet nobilitatem
carnis difficultius a virtute moueatur digni/
tatibus non mutabilibus:ſed quaſi innatis mi
nus eleuetur in humiliationibus quaſi magis
indignis altius exaltetur etſi virtus mentis for
ſitã tepuerit ipſa carnis nobilitas eam ad nobi
lia excitat. Et inde eſt ꝙ he due nobilitates con
iunguntur ambe merito collaudantur. Unde
dicitur de ſancto Gregorio. Fulgebat duplex
in venerando decus ⁊c. Si autem ſeparan/
tur he due nobilitas carnis non laudatur: ſed
vituperatur quando deeſt nobilitas mentis.
Nobilitas autem mentis ſine nobilitate car/

nis tanto amplius laudaſ. q̃to etiam proprias vincens naturam laudabiliter opatur. Un̄ verſus Juuenal'. Malo paſ tibi therſites dūmodo

Arguiſ q ma/ gis de/ buit eē ignobi/ lis.

tu ſis. Eacide ſilis vulcaniaq3 arma capeſces q̃te therſiti ſileni producat achilles. ¶ Si autem dicaſ videtur q btā v̄go magis debuit eē ignobilis cōditiōis ſm carnem q̃ nobilis: tū qr .j. Co᷑ .j. dicif. ¶ Nō multi ſapientes ſm carnem non multi nobiles: ſ3 ignobilioꝛa mundi ⁊ cōtemptibilia: ⁊ que non ſunt elegit deꝰ vt cō fundat foꝛtia. Sed beatā mariam elegit deus ⁊ p̄elegit. ergo d̄buit potius eſſe ignobilis. tū qr glo. ibi dicit. Uenit hūilis deus non querēs altos ſed humiles. Un̄ non elegit reges vel ſenatoꝛ̄es vel ph̄os vel oꝛatoꝛes ſ3 plebeios: pauperes idoctos piſcatoꝛes. Et ſic iſta oībꝰ p̄electiſſima videſ q debuit eſſe plebeia ⁊ paupercula. tum qr videtur maioꝛ humiliatio dei naſci de ignobili q̃ de nobili. Ad q̄ r̄ndetur q illa dicta

Rn̄ſio.

ſunt de p̄dicatoꝛibꝰ p̄rimis: per quos mundus erat ↄuertendus ad fide3 quos congruebat eē plebeios ⁊ indoctos: ne coꝝ ſapientie potentie vel dignitati aſcribereſ id quod deus p̄ grām ⁊ ſuum myſterium opabatur. ⁊ ſic crux xp̄i euacuaretur. Un̄ congruebat q non in doctis humane ſapie verbis: nec in potentia dignitatis hoīes ad fidem deciperenſ vel cogerenſ: ſ3 ſimplicibꝰ ſimplicium verbis exterius. diuina virtute coopante interius hūiles p̄ humiles vocarētur: ⁊ ſic deus humilis exaltareſ ⁊ diabolus qui per ſupbiam vicerat vincereſ. vnde glo. ibi. Niſi fideliter prediceret piſcatoꝛ: humilr nō ſequeretur oꝛatoꝛ. S3 in btā maria aliō refoꝛmat pactum matre dn̄i quam decebat modis omnibus quibꝰ potuit exaltare: ⁊ ſibi noſtram naturam vniendā in ipſa. de q̄ eam aſſumpſit p̄ oīa honoꝛare: vt ſua erga nos grā tanto maioꝛ appareret q̃to naturam noſtra3 ſibi inſepabilius vniuit. Et q̃to modus illius vnionis multiplicis decoꝛaret. ciꝰ q̃3 humilitas tanto p̄fundioꝛ ⁊ maioꝛ grē capacioꝛ fieret: q̃to etiam ⁊ gratie plenitudo ⁊ nobilitas eleuaret. Tanto etia3 humilitas maioꝛ eſt ⁊ magis laudatur: q̃to quis nobilis ⁊ magnus exiis humiliatur. Unde. b. Ber. Jn alto non altum ſapere: ſed humilibus conſentire: maxime virtutis eſt.

¶ De ↄceptione beate marie. Ca. iiij

MEmoꝛia mea in generatiōe ſeculoꝝ. Eccī. xxiiij. Et quō fit iſta memoꝛia de virgine ſingulariſſime in generatiōe ſeculoꝛū oñdit p̄s. xxxix. cum ait in perſona eius. Jn capite libꝛi ſcriptū eſt de me: vt facerem voluntatem tua3. ¶ Ubi ſciendum q tres ſunt libꝛi in quibus eſt ſcriptum de ea ⁊ memoꝛia eius.

8 tripli cr libꝛo i qbus ſcriptu3 de ea. ſ. maria.

¶ Pꝛimus liber eternalis cognitionis.
¶ Secundus liber figuralis deſcriptionis.
¶ Tertius liber perfectionalis eruditionis.
¶ Jn p̄mo gn̄ata ſunt ſecula in mēte diuinali per p̄oꝛdinationē. Jn ſcd̄o gn̄ata ſunt ſecula in eſſe nāli per narrationē. Jn tertio gn̄ata ſunt ſecula in eſſe ſpūali per refoꝛmationē. Et in oībꝰ his eſt memoria v̄ginis in capite cuiuſlibet libꝛi vt quid ſingulariſſimum ſcriptum.

¶ Quantu3 ad pꝛi/ .§. i.

mum ſciēdū q liber eternalis eſt mens diuina in quo ſunt oīa que fuerūt ſunt ⁊ erunt ſcripta. iſta ſcriptura eſt noticia dei que eſt oīum rerū. nō ſolū que facta ſunt: ſed etiam que fieri pn̄t: que nunq̃ erūt: ſed coꝝ que creata ſunt ⁊ creabunſ ſeu erūt. Jnter creata ſūt in hoc libꝛo eterno ſcripti oēs electi dei p̄oꝛdinati ab eo ad vita3 eternā. ⁊ oīa bona que eis collaturus eſt. de quo libꝛo dicit apl's de quibuſdā diſcipulis ad Phil. iiij. Quoru3 noīa ſcripta ſunt in li. vite. Unde ⁊ Gꝛ̄a. dicit. de pe. di. iiij. q ſm p̄ſciētia3 de libꝛo aliques ſcribi in li. vite. eſt aliquē p̄oꝛdinari ad vite no vitā. ſ. grē ⁊ glie. qō ab eterno p̄oꝛdinatu3 eſt. ⁊ ta. Moyſes Exo. xxxij. Aut dimitte poplo iſti hāc noxā. ſ. idolatrie cōmiſſe ad mōtē ſynai adorando vitulū: aut dele me de li. que3 ſcripſiſti. q. d. Quia ſcio te nō velle me delere de li. viuentiū. ideo parce huic populo. Jn hoc libꝛo nō eſt p̄oritas tpis: vt. ſ. p̄us mens diuina vnum cognoſcat ⁊ poſtea aliud: ſed pꝛioritas dignitatis: vt dicaſ p̄us ſcriptū qō nobilius ⁊ p̄fectius faciēdū eſt diſpoſitū. Sicut etiā accipiſ qō ait, Jo. bapt. de xp̄o. Ante me factus: qr pꝛioꝛ me erat. Jo. j. Nō quidem tpe prius ↄceptus ⁊ natus eſt xp̄s Joāne: ſed Joānes p̄us factus eſt. i. cōceptꝰ per ſex mēſes: vt p3 Luc. j. Sed dr̄ xp̄s ante eum factus eſt p̄oꝛ dignitate: qr ſine cōparatione xp̄s perfectioꝛ ſanctioꝛ ⁊ dignioꝛ Joāne. Et de iſto mō dicere pōt btā Maria in capite libꝛi. ſ. diuine p̄oꝛdinationis ſcriptū eſt de me: qr ab eterno p̄cognouit ⁊ p̄oꝛdinauit deus tpe ſuo ↄcipiendā ⁊ naſcēdā virginē que eſſet ſanctioꝛ vniuerſis puris creaturis: etiā angelis. Et ideo in capite libꝛi dr̄ ſcriptū de ea: vt faceret volūtatē dei: qr pꝛe ceteris p̄fectius opata eſt ſm volūtatē dei vt eſſet grā ⁊ glia excellētioꝛ omni pura creatura. Un̄ ⁊ de ea cantaſ. Elegit eam deus ⁊ p̄elegit eam. Elegit ab eterno pꝛeoꝛdinādo. Et pꝛeelegit eam. i. pꝛe omnibus alijs excellentiorem diſpoſuit facere. Jn generatione ergo ſeculorū ſm. ſ. q fuerant creanda diſpoſita in mēte diuina: ab eterno fuit memoria huius v̄ginis vt quid ſingulariſſimum.

¶ Quantum ad ſe/ .§. ij.

De ſcđo libro. ſ. figural' deſcri/ ptiōis.

cūduꝫ. Liber ſcđs figuralis. ſ. deſcriptionis eſt vetus teſtm̄ in quo vt ait apl's oīa in figurā cō/ tingebāt illis. j. Cor. x. Et hic eſt liber mandato rum dei. Baruch. iiij. ⁊ cerimonialiū ⁊ iudicia lium ⁊ moraliū. ſ. decē preceptoꝝ. Huius autē veteris teſtamēti primus liber eſt Gene. in quo data ſunt mādata de iure nāli. ⁊ huius libri pn cipiū eſt. In principio creauit deus celū ⁊ ter/ rā ⁊c̄. Et in capite libri huius dicere pōt beata Maria. Scriptū eſt de me. ſ. figuraliter. in quo principio narraꝰ gn̄atio ſeculoꝝ. i. creatio rerū mūdialiū. Unde ibi dicit. Iſte ſunt gn̄ationes celi ⁊ terre. i. creatio ⁊ memoria mea ait beata Maria per eccliaſticuꝫ in gn̄atione ſeculoꝝ. ſ. in figura fit mētio de me in creatione mundi. ¶ Moraliter igit exponēdo. In pncipio crea uit deus celū ⁊ terram. inquit Moyſes Gen. j. In principio. ſ. tpis ſeu mūdi. creauit. ſ. per fi/ guram. i. prenūciauit figurādos creādo celū ⁊ terrā. i. parētes vginis glioſe ioachim patreꝫ ⁊ Annā matrem eius. Sicut nobilius eſt celū ter ra: ita pfectior eſt pater matre: q2 pncipiū acti/ uum ꝙ mater que eſt principiū paſſiuū. ⁊ ideo prius deſcribit celū factū ⁊ poſtea terra. Celuꝫ aūt dicit ioachim pater: q2 celeſtē. i. virtuoſam habuit ↄuerſationē. Sicut enim celū eſt lumi/ noſum: ita ⁊ ipſe fuit illuminatus lumine gra/ tie ⁊ doctrine legis diuine. Et ſicut celuꝫ eſt pu/ rū liberū ab omni corruptione: ita ioachim ca/ ſtus ⁊ mūdus fidem ſeruās vxori: nō miſcēs ſe cum alia muliere vt filios haberet cuꝫ vxor eēt ſterilis. Celū quoq3 dat pluuiā abūdanter tēpo re ſuo. ⁊ ioachiꝫ vt in legēda ſcribat dabat abū danter elemoſynas. Naꝫ de reddinbus ſuis fa ciebat tres ptes. vnam vꝫ paupibus. aliā mini/ ſtris tēpli. tertiam pro ſuſtētatione familie ſue. Terra aūt ↄuenienter ſignificat annā. Naꝫ ſicut terra eſt infimum elemētoꝝ ⁊ ſubijcit influen/ tie celi: ita Anna humilis erat. ⁊ ſubiecta in gu bernatione domus viro ſuo vt pꝫ. Terra ſtabi/ lis eſt in eternum ſtat inquit Salomon. Eccē. j. ita anna ↄſtās ⁊ fortis in ſterilitate ſua non tur bulenta ↄtra deum murmurās ꝙ filios ei non daret. Plerūq3 enim id votis expoſcimus qđ nō obtinuiſſe melius foret. ait Ualerius maxi/ mus. Oraꝰ importune a mulieribus infecun/ dis pro filijs habēdis: qui habiti aliqñ ſūt cā pditionis parentum. Terra aꝛꝛeriꝰ multis mo dis: ⁊ ſcindiꝰ ad fructificādum: ita ⁊ anna ieiu nijs vigilijs ⁊ alijs medis caſtigabat corpꝰ ſuū vt ſubditum eſſet rōni. ¶ Terra autē vt ſequiꝰ in Gen. j. c. Erat inanis ⁊ vacua: quia anna erat ſterilis ⁊ infecūda vt maius inde appareret mi raculū: ⁊ magnificētia ex fecunditate ſibi colla ta. Tenebre erāt ſup faciem abyſſi: qđ pōt expo ni ⁊ de cōditione humani gn̄is vbi eſt abyſſus

parētes Marie figurā/ tur p ce lū ⁊ ꝺrā Mora lizatō p pſcbꝛa

Btā an na aſſi/ milatur tre ꝗre ⁊ quo.

iudicioꝝ incognita: in quo humano genere erāt tenebre erroꝝ ⁊ peccatoꝝ. declinātis pene oibus ad idolatriā gētilibus ⁊ iudeis legē dei diſſipātibus. Abyſſus etiam dici pōt ipſa anna vt terra infecūda. ⁊ ideo tenebre afflictionis et ↄfuſionis erāt in ea: q2 maledicta dicebaꝰ ſteri/ lis obprobrio: videlꝫ ↄfuſionis que fructū non faciebat. Ut enim ait. b. Amb. Pudor eſt femi/ nis nuptiaꝝ premia nō habere ꝓpter qđ primo inſtitutū eſt matrimoniū vt habetur. xxxij. q. ij. pudor. Et ſpūs dn̄i ferebaꝰ ſup aquas. Cuꝫ eñ vt narrat hiſtoria ioachim acceſſiſſet ad tēpluꝫ dn̄i in hieruſalē iuxta mādatum legis ad offe/ rendū ſacrificiuꝫ: ⁊ cum fecūdis ſe pōtifici pre/ ſentaſſet redarguit eum pōtifex ꝙ ſterilis cum fecūdis ad tēpluꝫ acceſſiſſet ꝓpter qđ ille confu ſus ex improperio huiuſmodi nō rediit domuꝫ: ſed ad pmanenduꝫ cum paſtoribus gregis ſui abijt. Quod intelligēs anna ſolatio viri deſtitu ta: cum lachrymis dn̄m exorabat pro reuerſio/ ne viri ⁊ remotione huiuſmodi obprobrij: vo/ tū faciens deo offerre fructū ventris ſui. Et tūc ſpūs dn̄i ferebaꝰ ſup huiuſmodi aquas lachry marū ad exaudiēdum votū eius ⁊ ↄſolādum. vnde apparuit ei angelus dn̄i ↄfortans ⁊ decla rās ſteriliū partus fore mirabiles: vt pꝫ de par tu yſaac ex Sara ſterili ⁊ Sanſonis ex matre ſte rili: ⁊ Samuelis ex anna: prenūcians ei reuer/ ſionē viri ad domū: qđ ſecutuꝫ eſt apparēte an/ gelo ioachim ⁊ reditum impante ac ↄceptum futurū de ea que dn̄a mūdi ⁊ mater dei fienda. erat. vnde ſequiꝰ. ¶ Dixit vō deus dicere dei eſt facere. Fiat lux. Ubi ſucceſſiue narranꝰ opa ſex dieruꝫ in principio facta deſignātia ſex ope ra mirabilia dei facta ſucceſſiue in vgine Ma ria ibi figurata. Et ſic in capite libri ſcriptuꝫ eſt de me ⁊c̄. Et primū opus eſt ↄceptio ibi dicēs. Fiat lux. In hoc prefigurās ⁊ pordinans cōce/ ptū vginis cuius vita glioſa lucē dedit ſclo. Et facta eſt lux. Facta qdeꝫ tpe pdeterminato quā/ tum ad corpus a parētibus ſuis ioachim ⁊ an/ na: vt cū inſtrali per coꝝ copulā carnalem. Nō enim de ſpūſancto ↄcepta eſt: q2 hoc eſt priuile giū ſolius xpi: ⁊ hereticuꝫ eſſet hoc dicere: ſed ſm modum cōem gn̄ationi humane. Facta eſt aūt lux illa virgo glioſa a deo pncipaliter quā/ tum ad corpus: q2 de ſterili ⁊ optime cōplexio/ nata ⁊ organizata ꝗ̄tum ad aiaꝫ: qm̄ ipſe deus de nouo eam creauit poſt corpus pfecte organi zatum: ⁊ creādo aiam in corpus ſuum infudit. Unde bea. Hiero. Inter illas ſecreti vētris an/ guſtias manus oipotentis ſemp opatur. idem plaſmator corporis ſimul ⁊ aie. di. lxj. naſci. Et ſic ↄcepta ⁊ aiata beata Maria inuncta eſt cum aliqua tenebra. ſcꝫ peccati originalis contracti poſt infuſionem aie in corpus. Sed ſubito di/

nota hi ſtoriā

de ſeptē dieruꝫ opibus circa be atā ma riā mo/ ralit fa/ ctis.

uiſit deus lucē a tenebris eam ſanctificando: ⁊
ab originali mūdando. Et facta eſt tota lux ⁊ di
es radioſa. ¶ In ſecunda die fecit deus ſcd̄m
Maria opus. ſ. firmamentū diuidēs aquam ab aquis.
cōparatꝰ Hoc firmamentū eſt beata Maria: que nata in
firma- mundo ſemꝑ firma fuit in dn̄o. Non enim ait
mento. be. Bern. Feſtiuis laudibus natiuitas eius ce
lebraretur ſi nō ſancta naſceretur. i. firmata in om-
ni bono: poſitaq̄ʒ eſt in medio aquarū ſupiorꝫ.
⁊ inferiorꝫ. Aque fluxibiles ſunt creature rōne
vtentes vt angeli ⁊ hoīes: qui angeli etſi immor
tales ſint in ſui eſſentia ⁊ hoīes quoad animā.
tn̄ ꝯtinue fluunt per mutationē: ſaltē cogitatio
num ⁊ affectionuʒ: imo ⁊ vertibiles ad bonuʒ
⁊ maluʒ ante ſui glificationem. In medio ergo
harꝫ aquarꝫ poſitum eſt iſtud firmamentū bea-
ta Maria: ⁊ in medio ſanctorꝫ vie ⁊ patrie di-
uiſa eſt ab vtriſq̄ʒ exiſtēs ſupra cōem ſtatū vie ⁊
infra ſtatum patrie. coicās cum vtriſq̄ʒ. habēs
cum ſupioribus virtutum pfectionē: cum infe
rioribus merēdi ꝯditionē. Cum ſupioribus ſe
curitatē ꝯtra caſum cū inferioribus poſſibilita
tē ad meritū. ¶ In tertia die ꝯgregatis aquis
in locū vnū apparuit arida: vocauitq̄ʒ deus ari
dam terrā: ꝯgregationeſq̄ʒ aquaruʒ appellauit
Maria. Cōgregatis igitur oībus gratys ſctōruʒ
in vnū locum. ſ. in aīam vginis appellauit eaʒ
Mariā: quaſi mare gratiarꝫ. Oīa enim flumi-
na in mare intrāt. Eccē. j. ideſt oēs grē in Ma
ria: ⁊ mare nō redūdat. ſ. in aliquā ſupbiaʒ. vn-
de ⁊ ipſam ariolā ab omni ꝯcupiſcētia vocauit
terraʒ ꝑpter ſuā humilitatē ſūmam. Dicitur eniʒ
humilis quaſi humi accliuis. i. terre. de qua di
citur in ps. Terra noſtra dabit fructū ſuum. Et in
alio. Deus opatus eſt ſalutem in medio terre. i.
virginis. Et dicitur maria media ꝑducta nō cor-
repta: q: ſemꝑ aucta eſt in virtutibus. Iſta igitur
terra ſegregata ab aquis deliciarꝫ ⁊ populorꝫ ⁊
maria paruula in tēplo pn̄tata a parētibus deo dedi-
aſſilat cata germen cepit ꝑducere herbarꝫ ſanctarꝫ co-
terre. gitationum. Flores feruētium deſideriorꝫ: fru
ctus pfectarꝫ opationum: quaruʒ ſemē remāſit
ſuper terrā. ſ. exterioruʒ exēplorꝫ. iuxta que aly
poſſint fructificare per imitationeʒ. Inſiſtebat
enim orōni: meditationi pro parte diei. exerci-
tio corꝑali honeſto alicui pro ſuſtētatione vite
obediēs maioribus ⁊ reuerēs equalibus nō in
uidens: inferioribus ſeruiēs. Loquendi parti-
or: legēdi ſtudioſior. Nō in incerto diuitiaruʒ:
ſed in prece paupis ſpecie reponēs arbitrū mē
tis non hoiem: ſed deuʒ querēs. ¶ In quarta
die fecit deus luminaria magna. ſ. ſolē: lunā: ⁊
ſtellas. Sol aūt iuſtitie eſt chriſtus deus noſter.
Sol aūt materialis dicitur factus illa die ex nu
becula illa facta prima die. que dicta eſt lux ſm
quoſdā doctores. Ita ⁊ ſol ſpūalis qui illumi-
nat oēm hoīem venientē in hūc mūdum. factꝰ
eſt ꝯceptus. ⁊ natus de nubecula lucida. i. vgi-
ne Maria. Tunc ⁊ luna etiā formata. i. eccl'ia a
chriſto illuminata. ſicut luna a ſole habuit ſuaʒ
pfectionē vnitā in noſtra humanitate cum deo
in vtero vginis. Et ſtelle quarꝫ nō eſt numerus
diuerſorꝫ ſcōrꝫ lumen grē recipiētes a ſole chri
ſto. q: de plenitudine eius nos oēs accepimus
grām. Io. j. Apparuerūt. noctē vite preſentis
ſuis exēplis irradiātes. ¶ In quinta die crea-
ti ſunt volucres celi ⁊ piſces ex ipſis aquis. Uo
lucres ad alta volātes ſunt actus vite ꝯtēplati-
ue. Piſces in mari fluctuanti diſcurrētes ſunt
actus vite actiue. Et vtriq̄ʒ ex aquis abūdātiſſi
me gratie eius ꝓceſſerūt. Quis enarrare vale-
at vel etiaʒ cogitare altiſſimas contēplationes
quas habuit in ꝯceptu fily in viſitatione Heli-
ſabeth qn̄ dixit. Magnificat aīa mea dn̄m. In
natiuitate fily cum vidit deū ex ſe natuʒ. ab an-
gelis collaudatuʒ. a paſtoribus ⁊ magis vene-
ratū. a ſymeone declaratum. ⁊ poſtea in pdica-
tionibus. miraculis auditis ⁊ viſis exaltatum.
Nec tn̄ defecerūt in ea piſces. i. actus mixtorꝫ
die actiue vite ad ꝓximum ⁊ cum labore. Naʒ
nudū filiū veſtiuit. cibo pauit. lacte potauit. ho
ſpitem in domo ſua paupcula recepit. Fugauit
eum in egyptū ne pderetur laborabat manibus.
vt eius neceſſitatibus ꝓuideret. Deniq̄ʒ iuxta
crucem ſtans cum filio crucifixo. cruci per com
paſſionē ꝯfixa erat. ¶ In ſexta die fecit deꝰ ho-
minē ⁊ trāſlatum de terra in paradiſum volu-
ptatis dedit ei vniuerſale dn̄ium vt preeſſet vo
lucribus celi ⁊ piſcibꝰ maris ⁊ beſtys terre ab
eo creatis. Apoſtolus Paulus. j. Cor. xiy. aſſi-
milat ſtatuʒ vite pn̄tis etiā in ſanctis ſtatui par
uuli pueri. Statum autē btōrꝫ ſtatui viri pfecte
etatis. Unde dicit cum aūt factus ſum vir eua-
cuaui que erant paruuli. Sicut enim paruulus
hʒ paruā noticiam de rebus ⁊ maxime ſpūali-
bus. ſed vir magnā ſi ſe applicat in illis. Ita in
pn̄ti ois noticia quam de deo habēt etiam ſan-
ctiſſimi hoīes eſt impfectiſſima ⁊ modica reſpe
ctu cognitionis in patria. Quāuis igitur btā ma
ria habuit altiſſimā cognitioneʒ de diuinis in
pn̄ti. tn̄ alio modo habuit perfectiorem quādo
aſſumpta eſt in celū ⁊ paradiſuʒ trāſlata in aīa
⁊ corpore. vt vir habēs pfectiſſimā viſionem ⁊
fruitionē facta dn̄a oīum vt ꝑeeſſet volucribus
angelorꝫ piſcibus demonū in mari amaro pe-
narum natātibus beſtys hominū mortalium.
¶ Deniq̄ʒ die ſeptimo q: quieuit ab operibus
ſuis deus. ⁊ chriſtus in ſepulchro. ⁊ tunc fides
in vgine ipſa. ideo benedixit ei. ⁊ ſanctificauit
ſtatuēs eam diem ſeptimaʒ in veneratione ha-
beri a fidelibus in honorē eius. Nō quidē ab-
ſtinēdo ab opibus manualibus. ne videamur

iudaizare. de ꝯſe. di. iiij. ꝑuenit. ſed ieiunando. orádo frequētius ⁊ elemoſynas dādo. Ecce ergo quomodo in capite libri ſcriptum eſt de ea vt faceret ⁊ cetera. Et ſic per figuram memoria eius eſt in generatione ſeculorum.

De tertio libro .§. iij.

qui eſt nouum teſtm̄. precipue euāgeliū in quo docet oīs chriſtiana ꝑfectio pōt intelligi illud Ezech. ij. Et vidi. Et ecce man⁹ miſſa eſt ad me. ⁊ in ea inuolutus liber ſcriptus intus ⁊ foris. Erant in eo ſcripte lamētationes carmen. ⁊ ve. Manus iſta eſt dei fili⁹. quo vt manu artificis factus eſt mūdus. Liber inuolut⁹ in ea eſt euangeliū ſeu doctrina ꝑdicata ab eo. que inuoluta ⁊ obſcura eſt iudeis ⁊ gētilibus. ſcript⁹ eſt itus ⁊ foris. q2 dirigit ⁊ informat ꝯuerſationē exteriorē ⁊ interiorē hoīs. Sūt ſcripta in eo lamentationes cōpūctionis que debēt hēri pro peccatis. iuxta illud. pniam agite ⁊c̄. Carmen exultationis. qḋ quis dꝫ hēre pro expectatiōe bonoꝝ mercedis. veh cruciatus dānatiōis. quē dꝫ quis timere pro vitijs ꝑpetratis. Juxta illud Matthei. xxv. Ibūt hi in ſuppliciū eternū. iuſti autē in vitā eternā. Principiū huius libri euangelici eſt illud. Liber gn̄ationis ieſu xp̄i. Matth. j. ideſt in quo narrat gn̄atio tpalis xp̄i per quem gn̄ata ſunt ſecula. i. hoīes in eſſe ſpūali. Et in fine huius genealogie que eſt in capite libri noui teſtamēti ſeu euāgelij: dicit Jacob autē genuit Joſeph virū marie. de qua natus eſt ieſus qui dicitur xp̄s. In capite ergo libri ſcriptū eſt de me. vt facerē volūtatem tuā. in ſumēdo ſpōſum. in ꝯſentiendo deo ad ꝯcipiēdum xp̄m. Et ſic memoria eius v̄ginis eſt in gn̄atione ſeculoꝝ ſpūali. facta in dei incarnatione ex v̄gine.

queſtio

Sed tūc querit cum euāgeliſta narraret genealogiā marie. de qua natus eſt xp̄s. nō ex ioſeph. quare deſcribit genealogiā ioſeph ⁊ non marie. Ad qḋ rn̄det. b. Hiero. ⁊ Jo. dama. ꝙ nō fuit ꝯſuetudo iudeis neqꝫ diuine ſcripture genealogias ponere per mulieres ſed per mares Lex autē ꝓhibebat cōmiſceri cōnubia inter homines vnius tribus cuꝫ alterius tribus hominibus. niſi inter ſacerdotalē ⁊ tribum iuda regalem. Sed fiebat matrimoniū inter hoīes illius tribus ⁊ vnius familie. ⁊ q2 ioſeph erat iuſtus. vt dicit Matth. j. nō ſumpſiſſet mariaꝫ in ꝯiugem niſi fuiſſet de tribu iuda ⁊ familia Dauid. q2 feciſſet ꝯtra legeꝫ. Ex hoc ergo ꝙ deſcribitur genealogia ioſeph inchoata ab abraam. conſequēter ponit ⁊ genealogia marie ſponſe ſue cum eſſent de eadeꝫ tribu ⁊ familia. Si vlterius queratur quare ſcriptura nō cōſueuit genealogizare mulieres ſicut ⁊ viros. Reſpondet Alber. magnus in libro ſuper miſſus eſt. ꝙ

Scriptura non genealogizat mulieres ſicut viros mlt'is rónibus.

ꝓpter plures cāſ. Prima q2 ſexus femineus ſit dignior. ⁊ virilis dignior. propter principalitatem generandi. quia maſculus generat in altero. Secūda quia ſexus femineus eſt natura poſterior. prius enim formatus eſt Adam. poſtea Eua. ⁊ ipſa de coſta eius. Tertia cauſa. quia culpa prior. Prius enim Eua tulit de pomo vetito. poſtea Adam forte abſuaſus. Et magis eua ſeducta ſuperbia credēs ſe fieri poſſe per eſum ſilem deo. hoc adā nō credidit. Licet mādatū ⁊ ipſe trāſgreſſus eſt. Et hoc eſt qḋ ait apl's cuꝫ dicit. Mulier. n. ſeducta eſt in ꝑuaricatiōe. Adaꝫ v̄o nō eſt ſeductus. Quarta ratio. q2 mulier ad opera infirmitatis ſignāda eſt ꝯgruentior. quoniaꝫ debilioris rōnis ⁊ virtutis corꝑalis. Cum auteꝫ predictis rōnibus mulieres nō genealogizentur ab iſta maledictione eſt exēpta beata Maria. cuius genealogia expreſſiſſime declaratur ⁊ patentiſſime euāgelizat. Quod aūt hoc fit per virum deſponſatū ſibi. i. Joſeph. vt patet in euāgelio: declarat eminētiam dignitatis ⁊ humilitatis ſimul vt manifeſtetur mirabilis pulchritudo. cum ⁊ dignitas extollit humilitatē. ⁊ ſuꝑ oia humilitas precipue ornat dignitatē. Quid enim ait. b. Bern. virtutū eſt eque potens. oīum demonū debellare ſuꝑbiam ⁊ tyrānidē hoīum. Ceteꝝ cum oīum indifferēter ꝓſonarū. hec ſit. ſ. humilitas quedā turris fortitudinis a facie inimici. Neſcio quo pacto cuius vis maior eſt in maioribus ⁊ in clariorib⁹ clarior cōꝓbat. Nulla ſplendidior gēma in omni precipuo ornatu ſummi pōtificis. Quo eniꝫ excellentior ceteris ex hūilitate paret illuſtrior ⁊ ſeipſo. Hec ille. Sicut ergo dn̄s priuilegiauit matrem ſuā ſuper oēs mulieres in eo ꝙ genealogizetur. ita ⁊ humilitate adornauit ꝙ hec genealogia ad ipſam per virum ioſeph deſcēdere demōſtratur. Circa quaꝫ genealogiā poſitam in capite libri euangelioꝝ tria ſunt cōſideranda. Primuꝫ eſt ꝙ nulle femine peccatrices in genealogia deſcribuntur. Secūdum ꝙ mali aliqui viri in ipſa genealogia inſeruntur. Tertium ꝙ ⁊ multi boni in ipſa genealogia exprimūtur. Quātum ad primuꝫ cauſa huius eſſe poteſt eo ꝙ omnis peccati imitatio vel ſuſpitio a beatiſſima Maria excludi decuit. Sicut autem a patre in filios per imitationem mala conuerſatio ſolet deriuari quia cum eis frequentius cōuerſantur ⁊ vident eorū mala opera. ita a matribus in filias. que continue habitant. cum eis. ⁊ vident opera earum. mali mores deſcendunt per ſequelam. Nulla ergo mater in genealogia mala deſignatur ne ſuſpitio vel minima de eius imitatione in hiſtoria tur. Nec eſt contra qḋ ait be. Hiero. ſup Mattheū. ſ. ꝙ nulla ſanctarū mulierū hic ponit quaſi

De trib⁹ circa genealogiam bté marie cōſiderandis.

diceret. Sed per contrariũ peccatrices. vt raab
meretrix. ruth moabitides gentilis. Berſabee
adultera. Thamar inceſtuoſa. Nam pdicte mu
lieres que exprimuntur in genealogia fuerunt
vtiqꝫ male. ſed anteqꝫ ptinerent ad genealogi/
am. ad qḋ reſpicit. b. Hiero. Fuit enim raab me/
retrix anteqꝫ deſponſaret ſalmoni. non autem
poſtqꝫ accepit illum in virum vñ ptinet ad ge//
nealogiam dñi deſcendẽtis ab ea. Sic ruth ac/
cipiens in virum booz. ex qua natus eſt obeth
auuꝫ dauid conuerſa eſt ad cultũ veri dei. Ber
ſabea autem perpetrauit adulterium anteqꝫ ſu
meret in virũ legitimum dauid. ⁊ natus ex illo
adulterio nõ ponit in geneologia dñe. ſed Sa/
lomon qui natᵘ eſt de legitio matrimonio ipſa
honeſta p manente. ſic ⁊ thamar cõcepto ſarraꝫ
⁊ phares: que ptinet ad geneologiaꝫ dñe caſta
pmanſit. Et ſm hec intelligi opꝫ dicta Alber. ⁊
tunc cõtradicunt verbis Hiero. ¶ Quantum
ad ſcdm dicendum ſm Alber. vbi. ſ. q ideo or
dinatum habuit ab aliqbus deſcriptis viris in
geneologia iſta malis triplici ex cã. Prima qa
oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Et
ſm illud dr̃ in Cañ. cañ. Sicut lilium inter ſpi/
nas: ſic amica mea inter filias ⁊ ſicut ſpina ro//
ſam genuit iudea Mariã. canit eccleſia. Scda
vt ſapia dei miſericorditer appareret. Eſt. n. exi
tus de bono in bonũ ſeu melius: vt illḋ. Uidit
deus cũcta que fecerat ⁊ erãt valde bona. Geñ.
j. ex ſingulis eni creaturis bonis factis reſul//
tat pulchritudo vniuerſi que eſt melius. Eſt ⁊
exitus de malo in malũ: ſm illud. Initium oĩs
peccati ſupbia. Eſt ⁊ exitus de bono in malũ: vt
de muliere initiũ peccati. Quartus exitᵘ eſt de
malo in bonum. Et hoc eſt pprium dei cuius ſa
pia vincit malitiã: ex malo eliciens bona. Ter/
tia cã eſt vt confidentiã peccatoribus augmen/
taret per hoc q mediatrix eoꝝ eadem propinq
tate vtranqꝫ extremitateꝫ coniungeret. vt ſicut
eſt mater ſoror ⁊ filia dei ſic etiã a natura incli/
naretur ad miſerendũ peccatori ppter quod ſi/
guratur p arcum in nubibᵘ celi in ſignum fede
ris inter celum ⁊ terrã. Non enim potuit deus
efficaciᵘ cum peccatoribᵘ ſtabilire pacem: qꝫ q
filiam peccatoꝝ hoium ſuo filio accepit vxoreꝫ
⁊ mrẽꝫ. Nec aliquis fidelius inter deũ ⁊ homi
nuꝫ pacem fecit qꝫ que mater vtriuſqꝫ fuit. Ad
hoc etiã optime facit auctoritas Hiero. di. lvj.
dñs. qui hanc rationem aſſignat. ¶ Quantuꝫ
ad tertiũ dicẽduꝫ. q iḋ a bonis ⁊ ſanctis ortuꝫ
hꝯ voluit: vt pꝫ in narratis in genealogia tri/
plici rõne ſm Alber. Prima eſt vt ſanctitas vn
diqꝫ eam circũdaret. Retro p nobilitatem eoꝝ
ſcilicet ſanctoꝝ ex quibus deſcendit. vt abraaꝫ
⁊ alioꝝum. Ante per vtilitatem ſcilicet propter
xp̄um ex ea natum. Supra p dignitatem: qꝛ ſa

Ex aliq bᵘ viris mal ⁊c. tribᵘ rõ/nibus.

A bõis ⁊ ſctis ortũ hꝯ voluit triplici ratione.

cta regina celi. Infra p ptãtem ad demones co
ercendos. A dextris per ṽtutum ſummitatẽ. A
ſiniſtris per peccati imunitatẽ. Ab intra p cha/
ritatem. Secũda cã vt humilitas eius laudabi
lior appareret. qꝛ ait bea. Ber. In altum poſitᵘ
non alta ſapere ſed humilibus ꝯſentire: nil deo
charius: nil apud homines rarius inuenit. Ipſa
autem regali ex progenie exorta ancillaꝫ ſe vo/
cat. Tertia rõ eſt vt antiqtas nobilitatẽ extollat
⁊ augeat. qꝛ nõ põt arbor bona fructus malos
facere. Et qḋ natura tale ⁊ magis ad virtutẽ p/
ficitur que ad ipſam ex nature origine inclina
tur. Uirtutes enim partim a natura: partiꝫ a cõ
ſuetudine ſunt acquiſite. Nam infuſe pncipali
ter ex gr̃a. Uñ Job. xxxj. Ab infantia creuit me
cum miſeratio. ſ. per aſſuetudinẽ. ⁊ vtero mr̃is
mee. Egreſſa eſt mecũ vt a natura. Sicut enim
diuturnitas peccati non minuit pctm̃ ſꝫ auget.
Et tanto ſunt grauiora peccata qͣto aiam inſe/
licem diutius detinẽt alligatã. vt dicit Gre. ix.
extra de ꝯſue. c. vl. Et ſicut adulterine plantati/
ones nõ dabunt radices altas. vt dr̃ Sap. iiij.
ita ecõuerſo pulchra eſt caſta generatio. i. pge
nies cũ claritate. Immortalis eſt enim memo//
ria illius. qꝛ apud deũ nota eſt ⁊ apḋ homines.
Et ſicut oẽs iniq filij ex iniqs qui naſcuntur te
ſtes ſunt nequitie aduerſus parẽtes: ita gñatio
rectoꝝ benedicet. Sic ergo btiſſima Maria ex
magnis ⁊ bonis orta eſt: vt antiqtas nobilitatẽ
eius extolleret. In capite ergo libri ſcriptuꝫ eſt
de me. ait. qꝛ in principio noui teſtamenti ⁊c.
¶ De conceptione beate Marie virginis ha/
bes alium ſermonem in prima parte titu. viij.
de peccato originali. ⁊ ibi vtrum ipſa ꝯtraxerit
originale per rationes ⁊ auctoritates.

¶ De natiuitate ſcẽ Marie ſermo. Cap. v.

Liber generationis
ieſu xp̄i. Mat. j. Hic eſt. ſ. ſancta ma
ria hodie nata. Ubi notãdũ q ꝯſue
tudo ãtiquoꝝ fuit pncipũ ⁊ magna
tum diẽ natalis ſui cũ ſolẽnitate ⁊ iocunditate
celebrare. Uñ dr̃ Marci. vj. q herodes rex na/
talis ſui cenã fecit pncipibᵘ ⁊ tribunis ⁊ pmis
gallilee. Ratio aũt ⁊ cauſa huius fuit: qꝛ crede
bant cufortunia ſua ex die: ⁊ hora natiuitatis
ſue oĩa prouenire. In cuius rei ſignuꝫ ⁊ argu//
mentũ qḋ narrat Ualerius maximᵘ de duobᵘ
pbris eadem die natis: qui ſcꝫ infortunya po/
ſtea equaliter pceſſerunt. Unde dicit q pole//
ſtratus ⁊ hipoclides pbri eadem die nati. eiuſ/
dem preceptoris epicuri ſectã ſecuti. primonĩ
etiam poſſidẽdi. alendiqꝫ ſchole coione cõiun/
cti. eodẽqꝫ momento temporis vltima ſenectu
te extincti. ſilr ex eodem credebant procedere
infortunia ſua ſeu quecunqꝫ mala. Ad qḋ face/

Dieꝫ natalis ſui antiq. ſ. magnates ſolẽnizabãt. Qõ ponitur.

ſe videt qđ idem Valeriꝰ maxi. refert de quo
dam qui omni anno ea die ſoluz in qua natus
fuerat febres patiebatur: nec vnꝗ̄ al's alia infir
mitate tangebať. Et illa tali febre illius vltimo
diei extinctꝰ eſt. Illi ergo qui cu fortunati erāt
ſicut ⁊ magni ⁊ honorati tanꝗ̄ cauſaz euſortu/
nȳ ſui ſue natiuitatis diem cum leticia celebra
bāt. Sed ſcriptura ſacra diuinitus inſpirata: ⁊
ipſius doctores a deo illuminati: tam bona ꝗ̄
mala. i. aduerſa ex diuina ꝓuidentia magis ꝗ̄
ex cōſtellatione natiuitatis ꝓuenire nobis aſſe/
rūt. Propter qđ dicit Hiere. x. A ſignis celi no
li timere. Nam etiam in his que corpoꝝ celeſti
um dn̄io ſubdunť: diuina volūtas ⁊ ꝓuidentia
preualet: ꝓſpera ⁊ aduerſa prout vult ſingulis
tribuēs. Et ideo eccl'ia non celebrat natiuitates

ecclesia nō celebrat natiuitates hominū.

hoium: ⁊ precipue q2 naſcuntur cum originali
peccato. Celebrat tn̄ natales dies quorūdā: qui
ex ſpeciali dei munere nati ſunt ſine originali
peccato: vt chriſti ⁊ virginis mr̄is eius ⁊ Joā.
bap. Chriſtus etiam ſine origināli ꝯcepto nō ſo
lum natus. Et ſic natiuitas beate Marie cele//
brať. q2 vt dicit. b. Bern̄. ſancta fuit anteꝗ̄ na/
ta. Neq3 enim feſtiuis laudibus celebraretur ſi
nō ſancta naſcereť. Et de hac in verbis prepoſi/
tis que ſunt titulus quaſi euāgelȳ dicit. Liber
gn̄ationis ieſu xp̄i in quo cōmēdať ex tribus.
¶ Ex totali puritate: quia liber.
¶ Ex ſupernali fecunditate: q2 gn̄ationis.
¶ Ex ſingulari dignitate: q2 Jeſu chriſti.

¶ Dicitur beata .§. i.

Maria liber. q2 ꝯtinuit in ſe diuinam ſapiētiā
ideſt filiuz dei. In libris enim ꝯtineť ſapientia

Maria dr̄ liber triplici rōne.

deſcripta. Et ex hoc innuiť totalis eius puritas
ſ. in aīa ⁊ corpore. q2 vt dicit Sap. j. In maliuo
lam aīam non intrabit ſapiētia: neq3 habitabit
in corpore ſubdito peccatis. Et ideo oportuit
eam eſſe totaliter purā ab omni peccato. Jo. da
ma. Sāctus enim deus nō niſi in ſanctis requie/
ſcit. Et poſſumus dicere ꝙ vocatur be. Maria
liber triplici ex cauſa ſeu ratione.
¶ Primo ratione materie.
¶ Secundo ratione ſcripture.
¶ Tertio ratione clauſure.
¶ Quātum ad ꝑmuz libri precipue notabiles
fiunt de pergameno quoad mām ſeu chartaz.
Purgato tamē tripliciter. ſ. a pellis carnoſitate:
ab aquoſitate ſeu humiditate: qn̄. ſ. ſiccatur ⁊ a
ſupfluitate qn̄ raditur. Sic. b. Maria purgata
fuit a carnoſitate peccati originalis ꝓueniētis
ex peccato originali. ꝑs. l. Ecce enim in iniqui/
tatibus ꝯceptus ſum ⁊ in peccatis cōce. me ⁊c̄.
Et hoc in ſanctificatione. Ab aquoſitate. i. fomi
tis fluxibilitate. Gen̄. vj. cūcta cogitatio cordis
prona eſt ad maluz ⁊c̄. Et hoc in ſpūſancti ſup/
uentione. A ſupfluitate. ſ. a quadā legis irregu
laritate: ⁊ hoc in purificatione: q2. ſ. ſm̄ legem
mulier pariens non poterat ire ad tēplum niſi
poſt. xl. dies: vel a ſuperfluitate quoad directio
nē actualem oīum cogitatuum in deum. Sic ⁊
nos opz purgari ſi volumus paradiſum intra/
re ab originali per baptiſmuz a mortali per pe/
nitētiam. A ſupfluitate venialium per ſacſalia
be. Aug. de pe. diſt. j. Neminē puteo ab errore
ad veritatē: a quocūq3 magno vel paruo pecca
to ad virtutē ſine penitētia poſſe tranſire. Jta a
deo impartiť largitas venie vt nō deſerať veri
tas diſcipline. Uel pōt dici ꝙ debemus purga
ri a carnoſitate luxurie. Ab aquoſitate ſupbie.
Humiditas enim nimia facit inflare vt hydro
picum. Et a ſupfluitate auaritie: que ſuperflua
ꝯgregat ⁊ retinet. Antiquitus aūt mā librorū
fiebant charitate de ligno. i. ex cortice illo arbo
ris ſubtiliori qui eſt medius inter corticem ex/
teriorē groſſum: ⁊ lignuz qui cortex medius ⁊
ſubtilis diciť lib. Unde a tali materia liber eſt
dictus: qui materia bene ꝯgruit beate Marie.
q2 facta eſt media ſeu mediatrix inter deum et
hoies ꝓpter quod canit eccl'ia. Mediatrix ho//
minū ablutrixq3 criminum. peccatoꝝ venia. ſ.
ꝓcurando iſta. Et ideo peccatores diſcordes et
inimici dei facti ꝓpter offenſam vt recōciliētur
ei debēt ad iſtum librum ⁊ ad iſtaz mediatricē
recurrere. Naz ſicut ipſa mediāte ſedata eſt lis
que erat inter deū ⁊ hoies. ita etiam per ipſam
terminanť queſtiones inter hoies ⁊ diabolū.
Unde legiť in li. de miraculis eius ꝙ quidam
grādis peccator ductus eſt per viſionē ad iudi

Exēplū

cium dei. vbi per quatuor allegationes diabo/
lus voluit ꝓbare eum eſſe ſuum. Primo ratio/
ne publici inſtrumēti qđ deus dictauit cum di
xit. In quacūq3 hora comederitis ex eo morte
moriemini. Cum ergo iſte ſit ex eius progenie
morte perpetua dz mori. Sed beata maria cu//
ius ille deuotus erat rn̄dit vt mediatrix ⁊ ad//
uocata. Iſtud tu demon falſificaſti: q2 ad illđ ad
didiſti. Nequaꝗ̄ moriemini. ⁊ ideo tanꝗ̄ fal//
ſarius repellēdus es. Scđo dixit diabolus illū
eſſe ſuum rōne ꝑſcriptionis. q2. ſ. multis annis
eum in ſeruū poſſedit. Ad qđ mediatrix beata
Maria rn̄dit. Illa preſcriptio fuit ſepe interru
pta. ⁊ ideo nō valet. q2 ratio eius ſemꝑ murmu
rabat. ⁊ ꝯtradicebat ꝙ tam crudeli dn̄o ſeruie/
bat. Tertio dixit diabolus illuz eſſe ſuum rōne
ꝓprietatis peccati. Nam peccati ꝓpriuz eſt eſſe
pōderoſum. ꝑs. xxxvij. Sicut onus graue gra/
uate ſunt ſuꝑ me. Et q2 pōderoſum ideo trahit
ad cētruz terre. ſ. infernū. ⁊ ideo illuc demergē
dum. Cui mediatrix rn̄dit ꝙ pena ⁊ paſſio filij
ſui plus oībus pōderauit ⁊ ſurſum quodāmo/
do trahit peccatores. Job. vj. Utinam appēde/

renſ peccata mea ⁊c̄. Quarto allegauit q: plu/
ra erāt eius mala q̄z bona. Et cum ad ꝓceptū iu
dicis in ſtatera appēderētur bona ⁊ mala. ⁊ ſta
tera in qua erāt mala prepōderaret. ſubito bea
ta Maria manū appoſuit ad ſtateraʒ ſeu bilan
tiaʒ in qua erāt bona ⁊ ſi pauca. ⁊ traxit eam ad
terrā. ⁊ prepōderauit alteri. Tūc diabolus ꝯfu/
ſus abſceſſit ⁊ ille euigilans vitam ſuā in meli/
us cōmutauit. ¶ Scd̄o beata Maria dicitꝰ li/
ber rōne ſcripture eius. Scriptura enim libri
nihil eſt aliud q̄z verbū incartatuʒ. i. charta in/
corporatū. Et repñtat verbum dei incarnatum
in v̄gine. Nam tanq̄z noſtruʒ verbū mētale. eſt
verbū a patre genitū. ps. Eructauit cor meum
verbū bonū. ait ps. xliiij. Tanq̄z verbuʒ vocale
eſt verbū dei a pphetis ꝓdicatum. Eſa. lv. Uer/
bum q̄d egredietur de ore meo. i. per pphetas.
nō redibit ad me vacuum. Sed tanq̄z verbum
incharṫatū ſeu ſcriptū eſt verbum dei in vtero
virginis formatū ſeu incarnatuʒ. de quo dicitꝰ
Eſa. viij. Sume tibi libruʒ grādem ⁊ ſcribe in
eo ſtilo hoīs vt ſit verbū patris ⁊ filij ad ſpiritū
ſanctū. cuius ope ꝯceptus dicitꝰ. Liber iſte grā
dis fuit beata Maria. Libri qui fiunt ab hoi/
bus ſunt parui. q: pauca ꝯtinēt. Nam ⁊ ſi Sa/
lomon dicat. Eccl. vlt. Faciēdi libros nullus eſt
finis. tñ vt ait Temiſtius. Ea que ſcimus ſunt
minima pars eoꝝ que ignoramus. Sed beata
Maria fuit liber grādis: q: ꝯtinuit diuinaʒ ſa/ — *Maria fuit lib grādis quare.*
pientiam cuius non eſt numerus. In ipſo enim
ſm apoſtolum ſunt theſauri ſapiētie ⁊ ſcientie
dei. Scriptor huius libri fuit optimus. q̄ꝛ ſpi
ritus ſanctus qui oīum eſt artifex oēm habens
ſciētiaʒ. Fuit quoq̄z in hoc libro ⁊ ſcriptura in
qua oēs poſſunt ⁊ debēt legere ⁊ obſeruare in
eo ꝯtenta. Unde beatus Ambro. in li. de virgi/
nibus ait. Sit vobis tanq̄z in imagine deſcri/
pta vita Marie. Habetis in ea ꝓbitatis exem/
pla. vt ſciatis quid eligere. quid debeatis vita/
re. Uirgo erat nō corpore. ſ. tm̄. ſed ⁊ mēte que
nullo doli ambitu ſincerum violaret affectum.
Corde humilis. verbo grauis. aio prudens. lo/
quēdi parcior. legendi ſtudioſior. intēta operi.
verecūda ſermone. arbitrū mētis non hominē
ſed deum querēs. Nō in incerto diuitiarū. ſed
in prece pauꝑum ſpem reponēs. Aſſurgere ma
ioribus natu. equalibus nō inuidere: fugere ia
ctātiam. ſequi rōnē. amare virtutē. Et infra. Cō
geminatus ieiunio dies. Et ſi reficiēdi neceſſi/
tas fuit. Plerū q̄z cibus obuius erat qui mortē
arceret. nō qui delicias miniſtraret dormiēdi nō
prius cupiditas q̄z neceſſitas fuit. Et ſi q̄n dor/
miebat corpus. vigilabat aīus. qui vel lecta re/
petit vel interrupta ꝯtinuat. vel agenda ꝓnun/
ciat. vel ordinata diſponit. Hec ille. Ubi multa
dici poſſunt ad dilectionē ⁊ imitationem eius.

Et de hoc libro v̄ginali ait Baruch. iiij. c. Hic
eſt liber mādatoꝝ. Mandata dei ſunt de operi
bus v̄tutū. Tot ſunt in hoc libro ſcripture quot
opa virtutū. Ille v̄o legit in eo ⁊ colit. qui eam
imitatꝰ ⁊ diligit. ¶ Tertio dr̄ btā Maria liber
rōne clauſure. libri eniʒ hūt ſua clauſoria vel ſi
gilla. Ipſa dici pōt liber ille de quo Jo. Apoc.
v. Uidi in dextera dei ſedētis ſup thronū librū
ſcriptū intus ⁊ foris ſignatuʒ ſeptē ſigillis. Li/
ber iſte btā Maria in dextera dei fuit. i. in dei
ꝓdeſtinatiōe ⁊ ꝓelectione cūctoꝝ. Scriptꝰ habi
tibus intus in aīa ⁊ actibus v̄tutū ab extra ſeu
foris in exteriori ꝯuerſatiōe. Septē ſigilla ſunt
ſeptē figure ſue ſciſſime natiuitatis. ¶ Primā
clauſurā ſeu ſigillum appoſuit balaam dicens. — *de ſeptē clauſu/ris ſeu ſigillis huiꝰ libri.*
Nume. xxiiij. Orietꝰ ſtella ex Jacob. ⁊ hō exur/
get de iſrael. qui ꝑcutiet duces moab. Hec ſtel/
la eſt btā Maria. orta vtiq̄z ex Jacob. i. ꝓgenie
ꝑiarche Jacob. Hec aſſimilatꝰ ſtelle rōne q̄ntita
tis. Eſt enim in celo aliqua ſtella que oībus ſtel/ — *Maria aſſimilatꝰ ſtelle.*
lis eſt maior. ſ. illa que eſt in ariete in fine ima/
ginis draconis. vt dicit Alphagranus. Quāto
aūt aliqua ſtella magis eleuatꝰ a nobis. tāto ap/
paret nobis minor pp diſtātiā. Ita btā Maria
maior eſt in eſſe ſpūali q̄z oēs ſancti ⁊ ſcīe. ⁊ m̄
q̄zto maior fuit. tāto minor ſibiipſi videbatꝰ pp
immēſam humilitatē. Dicta aūt ſtella aliq̄n vi/
detꝰ maior. vʒ q̄n mediāte aliquo vapore humi
do videretꝰ. Sic ⁊ btāʒ Mariā ille videt vt ma/
ioreʒ ⁊ magis laudat qui humore deuotionis
abūdat. ¶ Secūda clauſura ſeu figura fuit de
area. Et hāc appoſuit gedeon. Sed Dauid ipʒ
ſigillū magis ampliauit cum aīt. deſcēdit ſicut
pluuia in vellus. ⁊ ſicut ſtillicidia ⁊c̄. Uellus eſt
pellis cū lana beſtie q̄d naſcitꝰ in carne ⁊ de car/
ne. ſed paſſiones carnis nō ſentit. q: eſt ſepara/
tū ab aīali. ſ. poſt mortē eius. Sic btā maria q̄z/
uis nata fuerit de corꝑe anne. ⁊ in carne corpo/
rea fuerit ſepata. tm̄ ab ea vitia carnis neſciuit.
ſed pura ⁊ illibata ſemꝑ ꝑmāſit. Unde. b. Hie/
ro. illud ps. exponens in ſmone ait. plane cele/
ſtis imber v̄gineum vellus īfudit. ⁊ tota deita/
tis vnda in carne ſe ꝯtulit. ac deinde per crucis
patibulū expſſuʒ oībus pluuiā ſalutis effudit ⁊
humanis mētibus ſtillicidia gr̄e ꝓſtitit die cla
rius. Area eſt v̄go maria. vellus xp̄s in ea ros — *Area maria dr̄ q̄re*
diuinitatis qua fuit plena. Area tam̄ arida re/
manſit. q: v̄go intacta ⁊ inuiolata ſemꝑ fuit vt
pʒ in figura Judicuʒ. vj. Uel vellus Maria vt
dictū eſt. ¶ Tertiā clauſuram ſeu ſigillū ponit
Salomon dicēs Cañ. iiij. Ortus ꝯcluſus ſoror — *Maria ortꝰ cō/cluſus.*
mea ſpōſa. ſ. es ortus concluſus fons ſignatus.
puteus aquaꝝ viuētiū. que fluūt impetu de li/
bano. Soror dicitꝰ beata Maria. q: creatura ra
tionalis creata a deo vt patre oīum. Unde ⁊ ſo
ror noſtra. Sponſa dicitꝰ dei ex quo genitus eſt

Chriſtus.ſ.ope dei ſupnaturali. Ortus fuit in
quo fuerūt flores ſanctoꝝ deſideriorū.⁊ oīum
adornamēta virtutū. Concluſus dicit̃ q: nullo
doli aditu a diabolo igredi potuit. Fons ſigna
tus dicit̃ ſignatus ſigillo toti⁹ trinitatis. Fons
de mari orit̃.ſed p meatus ſubterraneos trāſi/
ens dulcorat̃.⁊ ſic ipſa aqua dulcorata fōti im/
mittit̃ ⁊ potabilis reddit̃. Et ſic in pncipio fōs
hʒ amaritudinē.ſ.in mari.in medio dulcorati/
onē.in fine.ſ.in ipo fonte dulcē ⁊ potabilē ema
nationē. Ita ⁊ btā Maria de amaro populo iu
deorum ortū habuit.⁊ in amaritudine peccati
originalis generata.ſʒ poſtea a ſpūſancto per
ſcificationē dulcoratā gratia.ita q poſtea ſem/
per emiſit aquas dulciſſimas actionuʒ.potabi/
les.i.inuitabiles. Dicit̃ aūt bis ortus ɔcluſus.
q: nec intellectū error intrauit.nec affectū iniq
tas venialis. Puteus eſt aquarum viuētium.i.
gratiaꝝ pfectarū.que fluunt de paradiſo quaſi
ſiles illis. ¶ Quartam clauſurā appoſuit pro/
pheta Eſaias dicēs.c.xi. Egredief virga de ra/
Uirga dei genitrix. dice ieſſe ⁊ flos de radice eius aſcēdet. Uirgo
dei genitrix virga eſt. flos filius eius exponit
cantās ecclia. Et notādum q virga iſta nō dici
tur orta.ſʒ egreſſa de radice ieſſe.i.radice ⁊ ge/
nere iudeoꝝ. Radix enim terre humore.ſʒ vir/
ga rore celi.⁊ calore ſolis creſcit. Radix ſtat in
imo.virga aſcēdit ſurſuʒ. Sic iudei ex quibus
egreſſa eſt per Annaʒ ⁊ Joachim petebāt ima
vitioꝝ.vnde ⁊ infernoruʒ beata Maria ſubli/
ma virtutum.vnde ⁊ celoꝝ. Judei vt radix ſūt
in terram fixi per cupiditateʒ tpalium. Hec in
nere per auiditatē celeſtiū. Judei ɔſtringuntur
vt radix frigore infidelitatis:⁊ hec ſouet̃ calo//
re charitatis. Hec eſt illa virga figurata per vir
gam aaron.que in tabernaculo poſita miracu/
loſe floruit ⁊ fructuʒ fecit.cum tñ ſicca eſſet.vt
habet̃ Nume.xvij.q: btā Maria in tēplo dei
dedicata floruit chriſtuʒ ɔcipiendo.fructuʒ fe/
cit pariendo cum ipſa tñ ſicca.i.virgine pma//
Maria dicitur porta. n ente. ¶ Quintū ſigillū poſuit Ezechiel in vl/
tima ſuaꝝ viſionum.vidit enim quēdā edifi/
ciū mirabile in mōte ſeu tēplum:⁊ in eo quādā
portā factā de qua ei dictum eſt. Hec porta dñi
clauſa erit. Dñs ſolus ingredief per eam ⁊ clau
ſa manebit in eternū. Ezech.xliij. Tēplum hoc
ecclia eſt poſita in ſublimitate virtutū:⁊ in ſpe
celeſtiū premioꝝ. Ex hoc vidit aquā egredietē:
⁊ ad quos puenit aqua illa que eſt aqua gratie.
que ab ecclia ſeu eccleſiaſticis ſacramētis egre/
dief:ſalui facti ſunt. Porta aūt in hoc tēplo fa/
cta:eſt virgo maria:nata in ipſa ecclia per gra/
tiā iam receptā in vtero. Eſt enim virgo felix ce
li porta. Per hāc enim bona ſpūalia de celo no
bis exportant̃:⁊ per eam hoīes in celū impor//
tant̃. Clauſa fuit hec porta:q: a nullo violata
Nō a Joſeph vt blaſphemāt perfidi iudei:nec
ab alio. Dñs ſolus intrauit per eaʒ:q: dei filius
incarnatus eſt in ea deo opante:⁊ clauſa pman
ſit.q: virgo in ppetuū remāſit.vt dicit.b.Aug.
¶ Sextū ſigilluʒ ſeu figura fuit de luce noua. Maria
de qua Heſter.viij.dr̃.viſa eſt eis oriri lux no// dr̃ lux
ua gaudiū ⁊ tripudiū. Et hoc ex facto heſter re noua.
gine:que fuit pulcherrima oīuʒ deſponſata aſ/
ſuero regi.cum.ſ.liberauit populū ſuuʒ ex toto
extinguendū per inimicū eius amā. Interpre/
tat̃ heſter humilis.⁊ ſignificat virginē Mariā
humillimam:pulcherrimaʒ:aīa ⁊ corpore:de/
ſponſata deo qui eſt beatitudo ſcōꝝ. Interptat̃
eniʒ aſſuerus beatitudo. Hec liberauit ſuis me
ritis populū electoꝝ de manibus inimicis de/
monis a morte eterna. Unde be. Aug. Quas ti
bi laudes digne perſoluet fragilitas humana:
que tuo ſingulari merito mūdo ſuccurriſti pdi
to: Lux aūt noua dr̃ apte orta in eius natiuita//
rit. potuerint ⁊ alie illo vti ⁊ indui. Reſpondet
Alber. q ſm philoſophū circa particularia ars
mediū determinare neſcit. Deſcēdentem enim
ad indiuidua Plato iubet quieſcere. Singula/
ria enim infinita ſunt: nec eoruꝫ eſt diſciplina.
Sed in huiuſmodi gratia potētioꝛ eſt arte. Di/
cimus ergo q in hoc beata Maria alios exceſ/
ſit in cultu veſtium: q ſuper artē per vnctionē
ſpiritusſancti ſciuit mediocritateꝫ ſuper oēs in
huiuſmodi obſeruare. De humilitate nunc ta/
cemus: que tanta fuit: vt deum de celis ad ter/
ram traxerit. Reſpexit humilitatem ⁊c̄. Aue er/
go gratia plena: ſcilicet virtutum.

¶ De gratia ſeptem donorum que fuit in bea/
ta virgine. Capitulum. xviij.

Aue gratia plena.

Gratia. ſ. donoꝝ ſepteꝫ ſpiritusſan/
cti: que dicit gratia ſeptifoꝛmis.
ſm illud qđ canit eccl'ia. Tu ſepti/
foꝛmis munere. Et Zacha. ait. iiij. c. Exequabit
grām gratie: gratiā. ſ. donoꝝ ⁊ gratie virtutū.
Tantū enim quis habet de donorū pfectione:
q̄tum ad pfectione virtutū. Gratia aūt donoꝝ
realiter differt a gratia ſacfali ⁊ virtuali. Et ipa
etiam dona differūt ab inuicem realiter. de qui/
bus Eſa. xj. dicit. Requieſcet ſup eum ſpūs do/
mini: ſpūs ſapientie ⁊ intellectus: ſpūs ꝯſilij ⁊
foꝛtitudinis: ſpūs ſcientie ⁊ pietatis: ⁊ replebit
eum ſpūs timoris dñi: ſine quibus donis nul/
lus ſaluat. Et faciunt hoieꝫ de facili moueri ad
opera excellētioꝛa q̄ virtutes infuſe ex quedaꝫ
impetu ſpūs mouētis: vt feruentius ⁊ perfecti/
us agat: que oia abūdantiſſime fuerūt in bea/
ta maria. Et ideo Aue gratia plena ſeptifoꝛmi.
De gr̄a donoꝝ Utrum fuerit i maria: ⁊ argui tur q non. ¶ Sed videt q in ea non fuerint. Nam dicit
be. Greg. in moral. q ſapientie opponit inſipi/
entia. Intellectui hebetudo. Cōſilio temeritas
Foꝛtitudini precipiciū. Timori remiſſio. Sciē/
tie ignorātia. Pietati crudelitas. Uel ſic. ſapiē/
tie luxuria: intellectui gula: cōſilio auaritia: foꝛ/
titudini accidia: ſcientie ira: pietati inuidia: ti/
mori ſupbia. Ex his pꝫ q in viatoribus dona
ſunt cum permixtione ad ꝯtraria ⁊ cuꝫ pugna
ſed in beatiſſima Maria nō fuit pugna ad vi/
tia ꝯtraria donis. ergo non habuit. Reſpōdeo
Rñdeo q oia habuit: ſed quaſi per modum patrie. i. ſi/
ne pugna: ⁊ ad alios vſus: ſed cum merito.

¶ Deſcendendo .§. i.

aūt ad ſingula ſapiētiam habuit in ſūmo gra/
du. Naꝫ vt dicit Salomon. Ubi humilitas ibi
⁊ ſapiētia. ⁊ Ptolomeus ait. q inter ſapientes
ille ſapiētioꝛ qui ⁊ humilioꝛ: ſed beata Maria
humillima ſup oēs ⁊ ſm regulā datam a filio.
Qui ſe humiliat exaltabit: ⁊ quanto magis hu/
miliat tanto magis exaltatur. Sed beata Ma/
ria exaltata fuit ſuper oēs choros angelorum.
ergo ipſa fuit humillima. vnde ⁊ ſapiētiſſima.
Eſt autem ſapiētia quidaꝫ guſtus ſpiritualis p/
me veritatis per modum bonitatis. Unde ſa/
pientia ſm nomē eius dicta a ſapore quaſi ſapi/
da ſcientia guſtui mētis. In guſtu auteꝫ tria cō/
ſiderant. Pꝛimum ſm philoſophū: q: gu/
ſtus eſt quidaꝫ tactus. Secūdo in guſtu eſt diſ/
cretio guſtabiliuꝫ. Tertio eſt ibi delectatio que/
dam ex cōiunctione guſtabilis rei cum guſtan/
te. Sic in guſtu ſpirituali tria conſiderant. im/
mediata cōiunctio: diſcretio: ⁊ delectatio. Sed

in his excellit.b. Maria oẽs viatores.ergo et
in ſapiẽtia. Nam quãtum ad primum in tactu
ſpũali.i.cõiũctione immediata ꝙ precellat oẽs
pꝫ:q: illa cõiunctio eſt per charitatẽ. Unde vbi
inſeparabilioꝛ:dilectio ⁊ maioꝛ:ibi ⁊ ꝓpinqui/
oꝛ ⁊ indiſſolubilioꝛ ⁊ immediatioꝛ eſt cõiũctio.
Item incoꝛruptio facit ꝓximum deo:⁊ in virgi
ne fuit ſumma incoꝛruptio.ergo fuit magis cõ
iuncta. ¶ Quoad ſcõm.ſ.diſcretionẽ ſciẽdum
ꝙ diſcretio guſtãtium fallitur duobus modis.
Uno modo ex parte guſtabilis ꝓpter ſaporũ ⁊
guſtabilium cõmixtionẽ vel ſimulationeꝫ. Alio
modo ꝓpter guſtatiui oꝛgani diſcuſſiuam inſe/
ctionẽ. Que deceptio cõtingit nõ tm̃ in re coꝛru
ptibili:ſed etiam in guſtu ſpũali. Ex parte qui/
deꝫ guſtabilis vt quãdo angelus ſathane trãſfi
gurauit ſe in angelum lucis. Et quãdo natura/
lis affectio videtur eſſe:vel ecõuerſo:tunc ⁊ ſa/
poꝝ cõmixtio ſiue confuſio generat cõfuſioneꝫ
in guſtante. Ex parte auteꝫ guſtatiui vt guſtus
ſpũalis eſt infectio cõtraria delectationi:vel ad
minus fomitis coꝛruptione que ſenſum ſpũa/
lis delectationis impediũt ⁊ ſaporem diminu/
unt:⁊ diſcretionem peruertunt vt dicant malũ
bonuꝫ ⁊ bonũ malum:ponẽtes lucẽ tenebras:
⁊ tenebras lucem. Hic eſt enim aĩalis homo:vt
dicit apoſtolus.j.Coꝛ.ij. Qui non percipit que
dei ſunt:nec diſcernit.cuius deus venter eſt et
eſſe ſub ſentibus:delitias cõputat. Faſtidiens
mãna qđ deſcendit de celo ⁊ murmuratis pro
peponibus ⁊ alleis ⁊ cepis in egypto. ¶ Hec
aũt deceptio vel decipiendi poteſtas:lꝫ maius
⁊ minus eſt in omni viatore:fomitis coꝛrupti/
one aliqua remanente. Et hec deceptio ſiue de/
ceptionis poſſibilitas nullo modo fuit in bea/
ta vͥgine:que per oĩa aſtutias diaboli nõ igno/
rauit:⁊ ſemper maluꝫ repꝛobauit:⁊ bonuꝫ ſine
errore elegit:⁊ cuius pꝛelatus ſpũalis ab om/
ni coꝛruptiõe fomitis fuit purus ⁊ ſanus ⁊ ſpi/
rituali dulcedine ſemper plenus. Nihil enim
niſi deum ⁊ preter deũ guſtauit. Unde in guſtu
ſpũali falli non potuit. Et ſic quoad diſcretionẽ
oẽs excellit. ¶ Quoad tertium.ſ.delectationẽ
que repitur in guſtu ſpũali beata Maria oẽs
antecellit. Nam vt dicit bea.Greg.in moral.ꝙ
ſapiẽtia eſt donum reficiẽs mẽtem ſpe ⁊ certi/
tudine. Sed ſpes ⁊ certitudo que reperitur in
beata Maria:⁊ haberi nõ poteſt in pſenti.ma/
xime fuit ſuper oẽs viatores. Unde ſicut inter
eſurire iuſtitiam qđ eſt bonoꝝ viatoꝝ ⁊ ſatura/
ri ea qđ eſt cõpꝛehenſoꝝ quaſi mediuꝫ eſt come
dere.ita delectatio guſtus ſpũalis in beata ma/
ria fit per modum comeſtionis. Ad quod facit
qđ dicit̃ in eius perſona in Can. Comedi fauuꝫ
cum melle meo:vt fauus comeſtus ſit delecta/
tio ex cõtemplatione humanitatis chꝛiſti:mel
ex cognitione deitatis. Plena igitur fuit ſapiẽ
tie gratie:vt dicere valeret illud Sap.vij. Ue/
nit in me ſpiritus ſapientie.

¶ Ad donum in/ .§.ij.
tellectus pertinet quedã acuta ⁊ penetratiua co
gnitio diuinoꝝ. Unde dicitur intelligere quaſi
intus legere penetrare mẽtem ad intima reruꝫ
diuinarum:vt myſteria ſcripturaꝝ diuinarum
audita vel lecta. Creaturas ſpũales.vt angelos
⁊ aĩas.⁊ ipſum deum ex ipſis rebus creatis per
veſtigium vel imaginem ẜm illud. Inuiſibilia
dei per ea que facta ſunt intellecta conſpiciun/
tur ⁊c.ad Roma.j. Sed nõ ratione naturali vt
phil.ſed lumine doni ⁊ intellectus. hoc btã ma
ria plenius ceteris habuit. Quod ſic ꝓbat Alb.
vbi.ſ. Inter cognoſcere creatum per creatuꝫ.⁊
cognoſcere creatum per increatum.mediuꝫ eſt
cognoſcere increatũ per creatum.vel ecõuerſo
creatum per increatũ. Tria iſtoꝝ repiuntur di/
uidẽtium ⁊ nihil eſt vacuũ.ergo repiet̃ ⁊ quar/
tum. Et puri quidam viatores habẽt primũ vi
dẽtes.ſ.creatuꝫ per increatũ.i.per fidem.vnde
Eſa.vj.dicitur. Ea que ſub ipſo erant replebant
tẽplum.glo.Grego. Cum mens in cõtẽplatione
ꝓſpicit nõ iam qđ ipſe eſt.ſed qđ ſub ipſo eſt con
ſpicit. Deum enim nemo vidit vnq̃. Et hec eſt
cognitio viatoꝝ. Cõpꝛehẽſores võ vident in/
creatum per increatũ.q:.ſ.vident deuꝫ per ſeip
ſum.vidẽt etiam creatũ per increatum.creatu/
ras.ſ.in deo ⁊ per deum iuxta illud.j.Coꝛ.xiij.
Tũc cognoſcam ſicut ⁊ cognitus ſum.ſ.deũ.⁊
oĩa cognoſcã in ſe.ſicut ⁊ ipſe me cognoſcit in
ſe. Ergo cum vnum medioꝝ repiatur inter ex/
trema.repietur ⁊ reliquuꝫ.videlꝫ videre icrea/
tum per creatũ. Sed cognitio media ptinet ad
ſtatum mediũ. Status aũt medius ad beatiſſi/
mam virginẽ ptinet.q: ſupꝛa puros viatores ⁊
circa cõpꝛehenſores. Fuit ergo cognitio btiſſi/
me virginis talis per donum intellectus.ꝙ co
gnoſcebat lumen increatũ.nõ quidem per ſpe/
ciem ſicut beati.nec etiam per imaginẽ vt via/
tores.ſed per lumẽ creatum. Et ſic cognoſcit in
creatum per creatũ. Et illud lumen nõ erit me/
dium ſicut per ſpeculũ vel imaginem vel veſti
gium vel ſignũ ꝓut eſt medium inter appꝛehẽ
ſiuum ⁊ ſignatum.ſed ſicut lumen ſolis eſt me/
dium cõiungẽs viſibile ⁊ viſum. ¶ Mirabilẽ
autem cognitionẽ intellectus de beata Maria
ponit Alb.vbi ſupꝛa.per nouem concluſiones
quaſi priuilegia. Harum pꝛima eſt perfecta co/
gnitio ſine medio dei trinitatis quaꝫ habuit in
via per ſpeculatiſſimam gratiam. Secunda eſt
perfecta cognitio myſterij incarnationis ⁊ hãc
habuit per gratiam ⁊ ſingularem experiẽtiaꝫ.
Tertia eſt cognitio ſue pꝛedeſtinationis quam

habuit per reuelationem ⁊ cauſam. Quarta eſt anime ſue ⁊ ſpūum per ſpecies proprias cognitio. quam habuit diſpoſitiue per naturam. cōpletiue per gratiam. Et ſm hanc vidit angelos animas ⁊ demones. Quinta eſt perfecta cognitio oīum ad ſtatum vie pertinētium. quam habuit per gratie infuſionem ⁊ inſpirationem. Et hec cōprehendit perfectam cognitionem ſcripturarum. operandoꝝ. ⁊ cōtemplandoꝝ. Sexta eſt cognitio circa ſe futuroruꝫ. quam habuit per reuelationem ⁊ in ſpeculo lectionū. Septima eſt omniuꝫ ad ſtatum patrie pertinētiuꝫ per cognitionem quam habuit per cōtemplatiōis reuelationem. Octaua eſt omnium creaturarū ſtantium cognitio. quam habuit per naturam. gratiam. ⁊ cōtemplationē. Nona eſt. ꝙ habuit vt matutinam ⁊ veſpertinā cognitionem. Matutinam per gratiam. Veſpertinam per naturā ⁊ gratiam. Et ſic repleuit eum: ſcilicet animum ſuum ſpiritu intellectus.

¶ De dono con- .§. iij.

ciliȷ ſciendum ꝙ conſilium eſt inquiſitio rationis de aliquo operabili a nobis. Et quia oīa debet homo facere cum ratione. Ideo dicit Salomon. Omnia facit cum conſilio ſcilicet rationis ſue. Et vbi non ſufficit conſilium ſuum propter dubia de illo operabili dictat ratio. vt querat conſilia aliorum: ſcilꝫ intelligentium ⁊ rectorum in illa materia. Et ideo dicitur Thob. iiij. Conſilium ſemper a ſapiente inquire. Verum quia ſunt aliqua operabilia ad que nō ſufficit humana ratio edocere ſufficiēter. ideo ponitur donum conſilij donuꝫ ſpiritusſancti. Quō ſic diffinit beatus Thom. in. iij. ſentē. Quod eſt habitus quo homo accipit quod agendum eſt quaſi per certitudineꝫ a ſpiritusſancto edoctus ſupra humanam rationem. Vel ſic ſm beatum Thom. ſecū. ſecūde. Conſilium eſt donum quo ſpiritusſanctus nos dirigit in omnibus que ordinantur in fineꝫ vite eterne. ſiue ſint de neceſſitate ſalutis ſiue non. Hoc dono ⁊ gratia plena fuit virgo beata ſuper omnes viatores. Quod ſic probat Alber. vbi ſupra. Cuꝫ venerit ille ſcilicet ſpiritusſanctus. docebit vos omnem veritatem: ſcilicet de agendis ad ſalutem. ſed ſpiritusſanctus venit improportionabiliter in beatam Mariam magis q̄ꝫ in quemlibet viatorem purum: ⁊ in conceptu filij ⁊ in die penthecoſtes cum eſſet cuꝫ apoſtolis quando venit in ſpecie ignis. ergo in agendis maxime fuit edocta per donum conſilij. Item ſm philoſophuꝫ. Cuius eſt operari eius eſt ⁊ operanda cognoſcere. Et cuius eſt in omnibus ⁊ pre omnibus bene operari eius eſt ⁊ ſuper oēs operāda cognoſcere ⁊ bene diſcernere: qḋ pertinet ad cōſiliuꝫ.

Sed beata Maria fuit perfectiſſima obſeruatrix ⁊ mandatoꝝ ⁊ cōſilioꝝ dei ſuper oēs. ergo habuit cognitionem cōſilioꝝ circa agenda per donum cōſilij. Fuit ⁊ amiciſſima ⁊ familiariſſima dño ſuper oēs. Unde ⁊ edocta de rebus ſecretiſſimis. Inter cetera dñi conſilia ſunt paupertas. virginitas. ⁊ obediētia. ſed iſta maxime obſeruauit. Nam fuit pauperrima. ita ꝙ ſi auruꝫ nō parum ſibi fuerit oblatum a magis adorātibus filiuꝫ in gremio eius. inde ad paucos dies nō habuit tm̄. ait beat⁹ Bern. vt poſſet offerre agnum p o filio oblato ad templum. ſed obtulit ſacrificium pauperuꝫ turtures vel colūbas. Prima fuit que votū virginitatis emiſit ⁊ ſemper ſeruauit ſine aliquo illicito motu obedientiſſima fuit: vt patet in ſacrificio purificationis ad quod non tenebatur in eundo in bethleem. Et in hieruſalem ad templuꝫ in feſtis. ⁊ hmōi.

¶ De dono for- §. iiij.

titudinis. Dicit pſal. Spiritu oris eius omnis virtus eorum ideſt a ſpiritusſancto procedente a filio qui dicitur os domini: q꞉ per ipſum ſunt intimata precepta dei in euangelio. Omnis virtus ideſt fortitudo celorum ideſt ſanctoruꝫ. Etiam a gentilibus fortitudo dicitur virtus a virilitate. Hoc dono ac gratia fuit plena beata Maria ſuper omnes. Hoc autem probat Alb. vbi ſupra per iſtam rationem. Quicquid eſt fortius fortiore eſt fortius infirmiore. Sicut Leo eſt fortior equo. vnde ⁊ multo magis fortior cane erit qui minus fortis eſt q̄ꝫ equus. Sed beata Maria eſt fortior tribus fortioribus omni viatore. ergo ⁊c̄. Iſti autem tres fortiores tribus fortioribus omni viatore ſunt: de⁹: mors: ⁊ diabolus. ¶ Nam quantum ad primum certum eſt deum eſſe potentiſſimum omniū. Exo. xv. Omnipotens nomen eius. Sed deum quodammodo beata Maria ſuperauit. inquantuꝫ ſcilicet humilitas eius de celis traxit ad terras ⁊ homini ſubiecit: ſcilicet matri ſue. Unde dicit Prouerbi. vltimo. Mulierem fortem quis inueniet. quaſi dicat. pauciſſimi: ⁊ quaſi nullus intelliget plene virtutem beate Marie: que eſt ita fortis ꝙ preciuꝫ eius valor ⁊ virtus eius eſt procul ⁊ de vltimis finibus. i. talis ꝙ vltimos fines in natura intellectuali cōiunget ad inuicem. ſ. deum ſūmum ⁊ hoīem infimum in vna perſona chriſti eum cōcipiendo. Et ſic fortitudo beate Marie rigoreꝫ diuini fortitudinis ⁊ ſeueritatis ſuperauit. Unde dicit Num. xxiij. Cuius ſcilꝫ dei fortitudo ſilis rhinocerōtis. Cuius robur nullū aīal domare pōt. Sed virgini ſibi occurrēti in gremio eius manſueſcit: ⁊ captiuatur. Sic de⁹ cui nemo reſiſtere poteſt: nimis effectus eſt requieſcens in virgine Maria

¶ Scd̄m fortiſſimū eſt mors que oēs creatu//
ras mortales ſupauit ⁊ ꝯſteruit. Quis eſt eniꝫ
qui viuet ⁊ nō videbit mortē. Dicit in ps. certe
nullus: quia nec ꝓprio filio dei humanato pep
cit. Mors dominū ſeruo: mors ſceptra ligoni/
bus equat. Diſſimilem ſimili cōditioni trahit.
inquit poeta. Sed beata Maria fortior morte
fuit. Sicut eni per feminā euam mors intrauit
in mundum: ita ꝑ feminā Mariam deſtructa
eſt mors. ſ. ꝑ fructū vētris ſui. Unde dicere po
terat illō Oſee. O mors ero mors tua. ¶ Ter
tium potētiſſimū eſt diabolus de quo Job ait.
Non eſt ptās ſimilis ſup terraꝫ. iſte eſt fortis ar
matus qui tenebat in pace atrium ſuū. Lu. xj. ſ.
mundū. Nullus audebat reſiſtere tentationib⁹
eius. Sꝫ bea. Maria ſupauit eum. Dicit enim
in figuram eius. Gen̄. iij. Ipſa cōteret caput tu/
um. ſ. ſerpentis antiqui. Et in qōne ꝓpoſita co//
raꝫ dario rege a trib⁹ cubicularijs regis. dictuꝫ
eſt ⁊ ꝓbatū. Mulierēꝫ fortiorem eſſe vino. ſ. vo
luptatis concupie: que omnes inebriat ⁊ rege
diabolo q venit ꝯtra ciuitatem mūdi ⁊ vallās
cepit eam. vt dr̄ Eccē. ix. Et approbata eſt ſnīa
ab oībus: veritatem tn̄ fortioreꝫ dixit ipſe zoro
babel. vt habet. iij. Eſdre. vj. Et certum eſt ꝙ ve/
ritas xp̄s fortior ⁊ perfectior eſt beata Maria.
Sed ipſa mulier virgo poſt eum. Et cū act⁹ for
titudinis doni nō ſit ſoluꝫ firmiter perſiſtere in
aduerſis: ⁊ non recedere a regula rōnis. ſed eti
am appetere ipſa aduerſa pati ꝓpter deum. Itē
act⁹ hui⁹ fortitudinis eſt terrenas cupiditates
non ſoluꝫ reprimere ſed etiā obliuiſci penitus
Hoc aūt non ꝯtingit in aliquo puro viatore. niſi
in virgine. in qua eſt extinct⁹ oīno fomes pec//
cati. Et ſō habuit hoc donuꝫ fortitudinis excel
lēti⁹ ⁊ pleni⁹ ſuper oēs. Habuit eam ad moduꝫ
patrie. ſ. fortitudinem. Un̄ Aue gratia plena.

¶ De dono ſcie/ .§.v.

tie dr̄ Eſa. v. Propterea duct⁹ eſt ꝑpl's me⁹ ca/
ptiu⁹. q: nō habuit ſciaꝫ. Et Hiere. ix. Qui glo
riatur in hoc glorie ſcire ⁊ noſſe me. Hui⁹ do/
ni ponit Alb. vbi. ē. tres actus. Prim⁹ de quo
btūs Aug. dicit. xiiij. de ciui. dei. Huic ſcie tm̄
illud tribuendū in quo fides ſaluberrima que
ad verā ducit btitudinē generat nutrit robora
tur defendit. Scire quēadmoduꝫ hoc ipm ⁊ pi
is opituleꝫ. ⁊ ab impijs defendaꝫ. eſt etiā ipſi⁹
ſcie. Hunc actū habuit btā maria ſuper oēs. ſ. ſi
dei defenſionē. eccleſia de illa teſtāte. Cunctas
hereſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo.
¶ Scd̄s actus ſcie huius eſt abſtinere a malis
ſciendo turpitudinem eorū. Unde Job. Abſti/
nere a malo. ſcientia. Cognoſcere etiam ipſum
malum ⁊ dolere. Eccli. j. Qui addit ſcientiā ad
dit ⁊ doloreꝫ. Sꝫ nulla pura creatura abſtinuit
a malis omnibus etiam venialibus. attingens
vſuꝫ rōnis niſi ipſa. Cāti. iiij. Macula nō eſt in
te. Optime eni ſciebat ꝙꝫ turpe ꝙꝫ indecēs ſit
peccare. ¶ Tertius actus eſt inter hoīes ꝯuer
ſari irreprehenſibiliter iuxta illud. j. Petri. ij.
Conuerſationē inter gētes habētes bonā. vt in
eo quod detractant de vobis tanꝙꝫ de malefa//
ctoribus per bona opa vos ꝯſiderantes glorifi
cent deum in die viſitationis. In medio natio/
nis praue dono ſcientie. ita conuerſata eſt bea/
ta maria ſuper omnes innocēter ⁊ edificatorie
ꝙ eius vita inclita cūctas illuſtrat eccliās. Nul
lum eni ſacīedorum omiſit. nil cauendoꝝ com
miſit. nulli in ſuo malo cōmunicauit. nulli bo//
num ſuū incōmunicandū coicauit. nemini ma
lum exemplū in aliquo dedit. nullius opere ini
quo ſcandalizata fuit. Un̄ bea. Amb. Habetis i
ea exempla ꝓbitatis expreſſa. vt ſciatis quid vi
tare qd eligere debeatis. Fuit ⁊ in ea donū ſci/
entie per modum patrie. quod eſt ſcire deum ꝑ
fecte ⁊ proximi glorie congaudere. quod tali
nonnulli conceſſum eſt viatorum. Unde Aue
gratia plena.

¶ De dono pie/ .§.vi.

tatis. Pietas ait ap'ls. j. ad Timo. iiij. ad oīa va
let ꝓmiſſionem vite que nunc eſt habēs ⁊ futu/
re. Huius actus ſunt tres ſm̄ Alber. Primus ē
mouere ad opere miſericordie. Scd̄s eſt ſcri//
pture non contradicere. ſiue intellecte ſiue non
intellecte. Tertius ſanctos honorare. Et in om/
nibus his beata maria omnes viatores excel//
lenter ſuperauit. Nam quoad primū actuꝫ di/
cit bea. Aug. Legi ⁊ relegi. ⁊ nunꝙꝫ inueni ho/
minem pium mala morte periſſe. Pium. i. mi
ſericordem ⁊ elemoſynariū. quia ſcꝫ opera mi/
ſericordie diſponunt eū ad gratiā ſi non habe/
ret. ⁊ non habendo moritur mala morte. que ē
mors eterna. Ideo dicit bea. Auguſti. de ciui.
dei lib. x. Pietas extendit in ſcripturis ad ope
ra miſericordie. quia ipſe deus in eis maxime
cōmendat ea ſup ſacrificia. iuxta illud Oſee
vj. ⁊ Math. ix. Miſericordiam volo ⁊ non ſa
crificium. Sed in hoc eſt differentia inter miſe
ricordiam ⁊ pietatē. quia miſericordia mouet
ad ſubleuandum miſeriam hominis inquan//
tum proximus eſt. Sed pietas donum mouet
ad impudendas elemoſynas homini. inquan/
tum eſt imago dei: ⁊ quia imago dei eſt quam
veneratur in proximo. Sed pietas que moue//
bat beatam mariam ad opera miſericordie: ⁊
compatiendum proximo. erat non ſolum quia
imago dei. ſed quaſi deus. ex quo de⁹ factus ē
hō. Improportiōabiliter eſt pietas excellētius
in ipſa vgine ꝙꝫ in oīb⁹ alijs. Unde ad eam cla
mamus i antiphona. O clemēs. o pia. o dulcis

virgo Maria. ¶ Secũs actus eſt non ↄtradice
re ſcripture ſiue intellecte ſiue nõ intellecte. ſed
humiliter aſſentire. Cum enim legimus vel au
dimus aliqua de ſcripturis que rõne intellige/
re nõ valemus. mens aſſueta rõnibus quaſi in/
cipit vacillare. quõ iſta ſe ſic hẽant. vt trinitatẽ
in vnitate ⁊ dei incarnationẽ: xp̃m in ſacro al/
taris. Sed dono pietatis illuſtramur ad aſſen/
tiẽdũ illis ſimpliciter ſine heſitatione ⁊ diſcuſ/
ſione. ſm illud ad Titum.ij. Sobrie pie ⁊ iuſte
viuamus in hoc ſeculo expectãtes btãm ſpem.
Nulla magis pia in aſſentiendo oĩbus ſcriptu
ris ⁊ diuinis verbis ꝙ btã Maria. Cũ enim an/
gelus ſibi nũciaſſet ꝙ erat ſupra oẽm rõnẽ ſu/
bito acquieuit dicens. Ecce ancilla dñi. fiat mi/
hi ſm verbũ tuũ. ¶ Tertius actus eſt honora/
re ſacta. Unde ⁊ Job ait. Pietas eſt cultus dei.
Et glo. ſup illud. Beati mites dicit. qui querũt
⁊ honorãt ſancta. ſ. loca. ſctã tẽpora. ſctã ſacra.
ſacra vaſa. ſacras pſonas ⁊ reliquias. ⁊ hmõi.
Uirgo aũt ſup oẽs ſancta honorauit oĩa. tẽplũ.
feſta. ſacramẽta ⁊c. Ipſa deniqꝫ eſt per quã oẽs
ſancti ⁊ ſancte ſunt in celeſti glĩa honorati ⁊ co
ronati: qꝛ per filiũ eius bñdictum oẽs glĩficant
⁊ honorant. Unde Apoc.iiij. ſeniores ⁊ aĩalia
quatuor mittũt coronas ſuas ad pedes ſedẽtis
ſuper thronum. quia ad humanitatem Chriſti
per pedes ſignificatam quam traxit de beata
Maria. ſciunt ſe gloria ⁊ honore coronatos.
Aue ergo gratia plena.

¶ De dono ti/ .§.vij.

moris. Per timorem dñi oĩs declinat a malo.
Cum aũt aſſignet triplex timor bonus. ſ. ſeruil/
lis: caſtus: ⁊ reuerẽtialis. qꝛ ſeruilis timor non
eſt in charitate. vt dicit Joã. in.j. cano. ꝙuis in
ſe bonus ſit: qꝛ ſicut ſetã filũ: ita talis timor in/
troducit charitatẽ. vt dicit de pe.di.ij. per bea.
Aug. Tñ quid pncipaliter aſpicit penam pꝑter
quã cauet a malo ⁊ facit bonũ. vnde non vere ⁊
pure amat bonũ. Ideo iſte nõ fuit in.b. Maria
ſicut nec in ſanctis: qꝛ eſt ſine gratia dei ꝙtum
ſ. ad ſeruitutẽ: ſed ꝙtum ad timiditatẽ fuit in
beata Maria. ¶ Secũs timor. ſ. caſtus de quo
ps. Timor dñi caſtus ſm aliam trãſlationẽ. ſm
nr̃am dicit ſanctus pmanet in ſeculũ ſeculi. nõ
tñ ad illum vſum vel actũ quo hic. Nam timor
caſtus qui eſt in electis hꝫ duos actus: vnus eſt
timere ſeparari a dilecto. ſicut honeſta ⁊ caſta
mulier timet virum: videlꝫ nõ facere aliqd vn/
de ſeparet ab amore viri. Aliꝰ eſt revereri quẽ
diligit. ¶ Quãtum igit ad primũ actũ be. ma
ria nõ habuit timorẽ: qꝛ cum ſciret per reuela/
tionẽ ſe non poſſe peccare nõ poterat timere a
deo ſeparari: cũ ſeparatio nõ fit a deo niſi per
peccatum. iuxta illud Eſa. Peccata veſtra diui/
ſerũt inter vos ⁊ deum veſtrũ. ¶ Fuit ergo in
beata Maria timor reuerẽtialis: que eſt reue/
rens mixta cum dilectione ſubiectio. Hic eſt in
beatis iuxta illud. Tremũt videntes angeli ver/
ſa vice mortaliũ. Sed iſta eſt differẽtia: quia ti/
mor iſte reuerẽtialis in beata Maria fuit meri
torius: in ſanctis nõ eſt meritorius. Talem aũt
timorẽ reuerẽtialem habuit beata Maria ſup
oẽs: qꝛ ex charitate pcedit: in qua exceſſit oẽs
ſanctos. Et notãdum ꝙ cum dr̃ Luce.j. Cum au/
diſſet Maria ſalutationẽ ſibi factam ab ange/
lo: turbata eſt in ſermone eius: Iſta turbatio fu
it quidã timor. Unde dicit ibi glo. Ex verecun/
dia pauet. Et alia ibi glo. Trepidare virginum
eſt: ⁊ ad oẽs viri ingreſſus pauere: ⁊ oẽs viri af
fatus vereri. Et be. Bern. ibi. Angelus intuitꝰ
virginẽ ⁊ varias ſecum voluere cogitatiões ſa
cillime cõprehendẽs: pauidam ↄſolatur dicẽs
Ne timeas Maria: oſtendẽs ⁊ quaſi declarãs
illam turbationẽ fuiſſe timorẽ. Timor aũt ſm
Joã. dama. repitur in verecũdia: que eſt timor
de turpi. Et in admiratiõe que eſt timor ex ma/
gna imaginatione. Et in ſtupore qui eſt timor
ex incõſueta imaginatione. Et erubeſcẽtia qui/
dem ſeu verecũdia ſeu pudor qđ idem eſt. Di/
cit Joã. dama. ꝙ eſt optima paſſio: ⁊ pcipue in
iuuenibus ⁊ mulieribus: qꝛ per hanc a multis
malis ſe abſtinẽt. Unde Ecci.xxvj. Gratia ſup
gratiam mulier ſancta ⁊ pudorata. Et de beato
Nicolão adoleſcentulo canitur. Pudore bono
repletus dei famulus Nicolaus ⁊c. Cum ergo
iſta paſſio ſit nãlis ⁊ meritoria: qꝛ eſt ↄfuſio ad/
ducens gliam. Ecci.iiij. Et chriſtus etiã eam ha/
buit: qꝛ aſſumpſit oĩa que ſunt in natura no/
ſtra niſi ignorãtiam ⁊ peccatũ. Sed verecũdia
nõ eſt ignorantia nec peccatũ in ſe: vnde ⁊ eam
aſſumpſit. Et ideo ps. in eius pſona. Tota die
verecũdia mea ↄtra me eſt. qm̃ pꝑter te ſuſtinui
obprobriũ. Cum ergo btã Maria nullius bo/
ni caruerit. ergo ⁊ hoc. ſ. verecũdiam que in ſe
bona eſt. habuit. Non aũt habuit erubeſcentiã
inꝙtum erubeſcẽtia dicit timor de turpi. quia
nil turpe. i. vitioſum ſciebat eſſe in ſe. Sed in/
quãtum eſt timor de re magna ⁊ incõſueta qui
magis pprie dici debet admiratio vel ſtupor.
Magna erat ⁊ valde magna ⁊ inuſitata tanta
laudatio in ſalutatione. Unde ⁊ cogitabat qua
lis iſta eſſet ſalutatio. ↄferens in mente ſcriptu/
ras ſup his. ⁊ inde admirabatur. ⁊ pauens ſta/
pebat. Dicit ergo Alb. vbi ſupra. ꝙ in ſermone
illo ſalutatorio laudabiliſſimo cõſolatorio. in/
ſtructorio. credibili. delectabili. vtili. honora/
bili. admirabili. In ſermone inquã eius quem
veritas miſit. qui a veritate nunqꝫ diſceſſit. qui
falli non potuit. nec fallere voluit. In iſto ſmo/
ne beata Maria fuit omnifariam mirata. In

ſenſu per verecundiam virginalem de angeli-
ca viſione in virili ſpecie. In rõne per timorẽ
cautele deceptiõe. In intellectu per lapides ad-
mirationis de pꝛomiſſoꝝ ⁊ nunciatoꝝ magni-
tudine in ſermone. Et ſic turbatio ⁊ timoꝛ non
eſt tm̃ de malo: ſed etiam de magno. ¶ De oi-
bus donis loquẽdo dicit Alb. ꝙ actus illoꝝ do-
noꝝ quoꝝ actus conſiſtit in cognitione ⁊ affe-
ctione. vt dona ſapientie. intellectus. conſilij. ⁊
ſciẽtie. habuit excellentius omni viatore. ⁊ me-
dio modo inter ſtatũ vie ⁊ ſtatum patrie. ita ꝙ
citra ſtatum patrie quãtũ ad actuũ pfectionẽ.
⁊ ſup ſtatum patrie quãtum ad meredi cõditio-
nem. Supꝛa ſtatum vie quãtum ad actuũ pfe-
ctionẽ ⁊ habituum meriti ſupgreſſionem. Do-
na võ in actione ꝯſiſtentia. vt foꝛtitudo. pietas
⁊ timoꝛ. habuit per modum patrie quantũ ad
actuum perfectionem. ſed ſm̃ ſtatum vie quan-
tum ad merendi conditionem.

¶ Quod beata maria habuit omnes gratias
gratis datas. Capitulum. xix.

Ave gratia plena.

Dictũ eſt de gratia gratum facien-
te. diſtincta in ſacramẽtalem. vĩtua-
lem ⁊ muneralem. ſeu donoꝝ. hu-
iuſqꝫ. Nũc de gratijs gratis datis quibus etiã
plena fuit beata Maria ſm̃ Albert. vbi ſupꝛa.
huiuſmodi gratie ſunt cõmunes bonis ⁊ ma-
lis. Et bene ⁊ male poteſt qs eis vti. Unde Au-
guſti. j. q. j. pꝛophetauit Saul. cum eſſet malus
⁊ ſanctum Dauid perſequeretur. Non ergo ſe
iacent qui foꝛte ſine charitate ſanctum dei mu-
nus habent. Sed videant qualem rationẽ red-
dituri ſunt deo. qui ſanctis nõ ſancte vtuntur.
Et in ca. teneamus. idem ait. Pꝛeter vnitatem
ſ. charitatis. etiam qui facit miracula. nihil eſt.
Dantur enim huiuſmodi gratie ad vtilitatem
alioꝝ ſm̃ illud apoſtoli. j. ad Coꝛ. xij. Unicuiqꝫ
datur manifeſtatio ſpũs. i. huius gratie gratis
date ad vtilitatem. ſ. ecclie. Cedũt tamen ad vti-
litatem pꝛopꝛiam meriti. ſiquis bene eis vtat.
Et oſtendit apoſtolus eſſe nouẽ iſta genera gra-
tiarum gratis datarum dicens diuiſiones gra-
tiarum ſunt idem võ deus. qui. ſ. dat eas. Alij
datur per ſpiritum ſermo ſapientie. alij ſermo
ſcientie. alij fides. alij pꝛophetia. alij diſcretio
ſpirituum. alij operatio virtutum. alij gratia ſa-
nitatum. alij genera linguarum. alij interpꝛeta-
tio ſermonum. Et ad bonum vſum earum hoꝛ-
tatur Petrus in pꝛima canonica dicẽs. Unuſ-
quiſqꝫ pꝛout accepit gratiam in alterutrum il-
lam adminiſtrantes. vt boni diſpẽſatores mul-
tifoꝛmis gratie dei.

genera graꝝ grãtis datarũ ſunt nouẽ.

¶ Eſt ergo pꝛima .§. i.

ex his gratijs. Sermo ſapientie. Ego inquit do-
minus Ieſus dabo vobis os ⁊ ſapientiã. id eſt
ſermonem ſapientie cui non poterũt reſiſtere ⁊
cõtradicere omnes aduerſarij veſtri. Luce. xj.
Qđ patuit in pꝛothomartyre Stephano. Naꝫ
doctores iudeorum nõ poterant reſiſtere ſapie-
tie ⁊ ſpiritui qui loquebatur per eum vt ſcribit
Actuum. vij. Et conſiſtit iſta gratia in cognitio-
ne ⁊ locutiõe alta ⁊ pꝛofunda de diuinis ⁊ ſub-
ſtantijs ſeparatis habita nõ per exercitium hu-
manum. vt vacantes metaphiſice ⁊ theologie.
ſed a deo infuſam pꝛout habuerũt apoſtoli qui
erant pꝛius piſcatores ydiote. ſed miſſo ſpiritu
ſancto per gratiam iſtam loquebãtur magna-
lia dei. ita vt ſtuperent oẽs etiam rabbi eoꝝ.
Ex hac gratia Ioãnes eructauit illud. In pꝛin-
cipio erat verbum. hoc inquit Hiero. doctus
Plato neſciuit. Hoc Demoſthenes eloquens
ignorauit quod Ioãnes piſcatoꝛ indoctus edo-
cuit. Quibuſdam tamẽ ſanctis doctoribus vl-
tra ſapientiam diuinoꝝ ex eminenti ingenio ⁊
laborioſo ſtudio acquiſitã: creditur ꝙ iſta gra-
tia ſapiẽtie ſupaddita: vt. b. Aug. Amb. Hiero.
Grego. magno Tho. de aquino. ¶ Hac gratia
ſapiẽtie plena fuit beata Maria in ꝯtemplatio-
ne eternoꝝ. Ipſa enim beata Maria ſm̃ Alb.
videre potuit ſpiritum increatum per ſpeciem
ppꝛiam. ergo ⁊ quẽlibet alium ſpiritum. Cum
enim dicat. b. Greg. de beatis. Quid eſt ꝙ non
videant qui vidẽtem oĩa vident: ⁊ ipſa videat
videntem oĩa. Igitur videt omnia ⁊ angelos ⁊
animas ſeparatas ⁊ ſubſtãtias reꝝ. Dicit enim
Dama. de beata virgine. A nullo illuſtriũ vin-
citur. i. ſanctoꝝ. ſ. in gratijs conceſſis ⁊ ſpiri-
tualibus bonis. Sed paulus in raptu ſcribitur
vidiſſe diſpoſitionem celeſtis hierarchie. ⁊ bea-
to Dionyſio reuelaſſe. Ergo ⁊ beata Maria vi-
dit ſtatum angeloꝝ ⁊ triũphantis ecclie. Pꝛo-
pterea philoſophus dicit ꝙ intellectus cogno-
ſcit oĩa ppter ſeipſum agnoſcẽdum. Quicquid
autem eſt ſm̃ naturam cognoſcitiuũ alicuius
cognoſcet illud niſi impediatur. Illa autẽ im-
pedimenta ad cognoſcẽdum ſm̃ be. Aug. ſunt
fantaſmata coꝛporalium rerum per amorẽ con-
glutinata: quibus abſtractis aĩa ſeipſam videt.
Sed ab his anima beate virginis potuit ſe ab-
ſtrahere. ergo potuit ⁊ ſeipſam videre per ſpe-
ciem pꝛopꝛiam. Idem philoſophus dicit ꝙ oĩ-
no ⁊ difficillimum eſt aliquam fidem accipere
de anima. Et intelligitur de anima ſm̃ ſubſtan-
tiã ſuã. Opationes enim eius ⁊ potẽtias ſuas:
⁊ accidentia eius non eſt difficillimum cogno-
ſcere. Si ergo cognoſceret animam in ſe per ſu-
am ſpeciem eſt de numero difficillimoꝝ. ergo
eſt ⁊ de numero cognoſcibiliũ. ergo etiam ſm̃
philoſophũ qui nõ habet gratiam. Poſſibile

Sermo ſapiẽ in q̃ ꝯſiſtit

eſt aīam cognoſcere per ſpeciem ſuaȝ ꝓpriam:
lȝ difficulter. Sed iſta difficultas amnouet per
abſtractionem a fantaſmatibus corporalibus.
Et iſta abſtractio fuit cōpletiſſima in contēpla
tione beate virginis. ergo ipſa vidit animas ⁊
ſpiritus in ſua ꝯtēplatione ⁊ ſubſtantias corpo
ralium. Propterea intellectus per cognitionē
creaturarum venit in cognitionē primi princi/
pij ſm ꝙ eſt cauſa oīum ⁊ ſuſcipit in ſe ſpeciem
intelligibilem ab ipſo. Et intellectus iſte acqui/
ſitus in anima oīa facit in aīa: eo ꝙ dicit intel/
lectus agens vniuerſaliter facere. non tñ cōple
te habet huiuſmodi intellectus agens: ſed ha/
bet diſpoſitionē quādam fluētem a prima cau
ſa que dicit lumē illuminās intellectum poſſi//
bilem. ⁊ ſi queraī. Cum intellectus ſit nobiliſſi/
ma pars aīe perfectiſſime cognoſcens: minus
indigēs exteriori adminiculo q̃ⱥ alie ptes aīe:
quare indigeat huius lumine. Senſus autez et
fantaſia minime hoc indigeat. Dici oportet ꝙ
nō indiget huiuſmodi lumine ad cognoſcen//
das ſpecies itelligibiles que prius ſunt fantaſ/
mata. qꝛ ſic eſſet debilioris ⁊ minoris potentie
q̃ⱥ ſenſus ⁊ fantaſmata. Sed indiget huiuſmo/
di lumine ad cognoſcendū talia que ſunt occul
ta nature que nō poſſunt apphēdi ſenſu vel fan
taſia cuiuſmodi ſunt ſubſtātie que in rebus na/
turalibus ſunt de rebus fantaſmata faciētibus
Ipſe vō fantaſmata minime facere poſſunt. Et
hmōi ſunt ſubſtātie ſeparate: vt angeli ⁊ aīe ſe/
parate quarum cognitione intellectus indiget
tali lumine a p̃mo principio infuſo: ⁊ ad cogni
tionem ipſius primi principij. Et ad hoc veruȝ
eſt qđ dictum eſt quantū ad cognitionē talium
ſpecierum: qꝛ ſicut facit lumen potētia colores
⁊ actu colores: ita huiuſmodi lumē impreſſuȝ
intellectui a primo principio facit hmōi ſpeci/
es occultas potētia intelligibiles actu intelligi
biles. ¶ Et ex his patet ꝙ etiam phice ꝓceden/
do poſſibile eſt aīam exiſtētem in corpore ſpiri
tus: ⁊ ſpiritualia ⁊ ſubſtātias corporaliuȝ vide
re etiam ſine preſentia gratie. Ergo multoſorti
us aīa beate virginis eleuata ⁊ abſtracta pleni/
tudine gratie. Hac ſapientia gratia gratis da/
ta de diuinis magnifice locuta eſt componens
canticum illud. Magnificat anima mea dñm.
Hac ſapientia freta docuit apoſtolos ſapientiſ/
ſimos de multis myſterijs fidei. ⁊ ſecretis diui
nis poſt aſcenſionem filij. Et quid mirum ſi ſa/
piētiſſima oīum fuit: que fuit mater chriſti qui
eſt dei virtus ⁊ dei ſapiētia ſm apoſtolū. Et mul
ti ſermones in libris ſapientialibus qui loquū
tur de ſapientia proprie tranſumptiue eccleſia
attribuit beate Marie: vt illud Eccli. xxiiij. In
omnibus requiem queſiui. Et Prouer. ix. Dñs
poſſedit me. Et multa alia.

¶ De gratia ſcie/ .§.ij.

tie poſtulat ꝑo. ſciētiam a deo dicēs. Sciētiam
doce me. Et ad quem finē ſubdit: vt diſcam iu/
ſtificationes: ſcilȝ facere ea que habēt iuſtifica//
re obſeruātia: ſcilȝ mandatorū ⁊ operatio virtu
tum. Nam vt dicit beat. Bern. Sunt qui ſcire
volunt vt ſciātur: ⁊ vanitas eſt glorie. Sūt qui
ſcire volunt vt ſciāt: ⁊ curioſitas eſt. Sunt qui
ſcire volūt vt lucrent: ⁊ cupiditas eſt. Sunt qui
ſcire volunt vt edificent ſe vel alios: ⁊ charitas
eſt. ¶ Cōſiſtit autez hec ſciētia prout eſt gratia
gratis data in hoc ꝙ ſciat quis eloqui de mori/ Gratia
bus ⁊ naturalibus rebus ⁊ artibus liberalibus ſcie vt
⁊ mechanicis ꝑut expedit ad ſalutem aīe ꝑcu/ ĥ accipi
rādam in primis. Et hoc nō per ſtudiuȝ huma tur in q̃
num. ſed per infuſionē dei: ⁊ per modū paſſio/ cōſiſtit.
nis trāſeuntis habet taliuȝ cognitionē magis
q̃ⱥ per modū habitus permanētis. q̃uis etiam
per habituȝ poſſet habere. j. Co꞉. j. Gratia data
eſt vobis in chriſto ieſu: qꝛ diuites facti eſtis in
illo in omni verbo ⁊ in omni ſciētia. Hāc grāȝ
ſcientie habuerūt apli docētes ⁊ moralia ⁊ etiā
naturalia exēpla ponētes: ⁊ ſapiētes mūdi per
rationes diuerſarum ſcientiarū: cum expedie//
bat ad dilatonez fidei cōfundentes. Hec a deo
infuſa eſt Salomoni nō ſoluȝ ad iudicandū po
pulum. ſed etiā differēdum de naturis rerum:
de volucribus piſcibus: ⁊ animalibus terre: de
plantis a cedro libani vſqȝ ad yſopum herbam
minimā. vt patet. iij. Regum. iiij. ¶ Gratiam
iſtaȝ dicit Alber. habuiſſe beatā Mariaȝ ſuper
alios. In me enim ait ipſa Eccle. xxiiij. oīs gra/ gr̃a ſcie
tia. Talis ſciētia dicit per apoſtolum gratia. er/ Maria
go ⁊ ipſam habuit. Unde ⁊ Prouerb. ix. dicit. hȝ ſup
Sapientia edificauit ſibi domum: ſcidit colū// omnes
nas ſeptem. Hec domus ſm Albert. fuit beata
Maria. Septē colūne. vij. artes liberales. Lau
dantur quippe plures ſancti. de hmōi ſcientia.
vt. b. Dñicus qui documētis artiū eruditus ſa
tis tranſijt ad ſtudiuȝ ſumme veritatis ſcilicet
ſacre ſcripture: ad cuius intellectum valent q̃ⱥ/
plurimū tales ſciētie: vt patet diſtin. xxxvij. de
quibuſdā. Similiter ⁊ bea. Greg. ⁊ Uincētius
⁊ beata Katherina. de huiuſmodi peritia lau//
dantur. Non autez debuit hec materia laudis
deeſſe ⁊ beate Marie. ¶ Et de grammatica ꝙ
eam ſciuit. patet ex hec quia ſup illud. Maria gr̃a oīs
conſeruabat oīa verba hec ⁊c̃. Dicit glo. Lege/ ſcie hēt
rat in diuerſis prophetijs que conferebat cum Maria
his que in facto implebantur de filio. Sciebat
ergo prophetias: qꝛ legere ⁊ non intelligere eſt
negligere. Ad intelligendum autem huiuſmo
di neceſſaria eſt grāmatica. Et Damaſce. dicit.
ꝙ beata Maria nutriebatur in tēplo. vbi vir//
gines inſtruebant. Propterea cum grāmatica

ſit ſcia recte loquendi:⁊ recte ſcribendi:⁊ ipſa
in loquendo nunq̄ peccauerit:nec in ſcribēdo
quoad parū fecit:vt epiſtolam riſalem diſtina
tam ab ea ignatio:ſequit̄ q̄ grāmaticam vtilli
me ſciuit.¶ Rhetoricā q̄ nō ignorauerit eam
oſtendit̄ ex hoc:q2 ſm bea.Aug.Scriptura eſt
plena coloribꝰ rhetoricis. Sed.b.Maria ſci/
uit perfecte ſacram ſcripturam.ergo ſciuit ⁊
illos colores pertinentes ad rhetoricam.Et ſic
eam ſciuit.¶ Item iura ciuilia ⁊ canonica que
ſcia ſpectat ad aduocatos ⁊ iudices:optime ſci
uit q̄d pʒ per effectum.Sapientia enīʒ aduoca/
ti ⁊ eloquentia manifeſtat̄ ex tribꝰ.ſ.q̄ obtine/
at apud iuſtum ⁊ ſapientē iudicem.Scd̄o con/
tra aduerſarium aſtutum ⁊ ſagacem.Tertio q̄
in cā deſperata.Sʒ v̄go Maria aduocata nr̄a
obtinuit ꝯtra ſapientiſſimum ⁊ iuſtum iudiceʒ
deuʒ.Cōtra aſtutiſſimū aduerſarium diabolū.
In cā deſpatiſſima inter deū ⁊ hominem in q̄
nullus hoīꝫ loq audebat.nec Moyſes qui de
dit legeʒ:nec Salomon ſapientiſſimꝰ ſciaʒ ope
ratam pro nobis reportauit nr̄e liberatiōis:er/
go ⁊ iura ſciuit.Logicam ſciuiſſe ſic pbatur p
Alb.Ipſa eſt vltima ad ſciam ſacre ſcripture ad
deſtructionem hereſum:ad cōfirmationē fidei
ad reddēdum rōnem de ea.ergo ipſa eſt marie
neceſſaria ſanctis.ergo nec debuit deeſſe beate
marie que cūctas hereſes interemit in vniuer
ſo mundo.Beatus Hiero.etiam ſup Io.dicit
q̄ liber iſte cōtinet ꝓpoſitiones:aſſumptiones
⁊ ꝯcluſiones.Patet etiam in aliqs libris ſacre
ſcripture.q̄ ibi ſunt diffinitiones:diuiſiones:
⁊ ꝯcluſiones.Sunt ⁊ verſus exametri vel pen/
thametri ſm Hebreos.vt in Iob ⁊ in Ps.⁊ in
canticis:q̄d eſſe videt̄ in cantico per eaʒ edito.
Magnificat aīa mea ⁊c̄.ergo ⁊ logicam ⁊ poe/
ticam ſciuit:q2 ⁊ ſcripturā in qua hec habētur
plene nouit.Et percurrendo per partes logice
tentatiuam ſciuit in ſummo:q2 nunq̄ in tenta
tione ſuccubuit.Sophiſtica non caruit:q2 oēs
aſtutias diaboli cognouit:⁊ oīa ſophiſmata dia
boli patefecit.Dyalecticam poſſedit:q2 omnia p
bleumata ſoluere ſciuit.Demonſtratiuam pop
time ſciuit:q2 nobiliſſimam ꝓpriam paſſionem
de nobiliſſimo proprio ſubiecto p ſeipſaʒ ꝯclu/
ſit.Nobiliſſimum ſubiectū eſt prima ⁊ ſumma
bonitas.Nobiliſſima ꝓpria eius paſſio eſt mi/
ſericordia.Vn̄ in oratione.Deus cui ꝓpriuʒ eſt
miſereri.Hanc ꝓpriam paſſioneʒ de hoc ſubie/
cto cōcluſit:qū per eam tanq̄ p medium ſūme
bonꝰ deus in ope noſtre redēptionis in ſe ſum/
mā miſericordiā demōſtrauit:quaſi tali vteret̄
demonſtratiōe.Quicūq3 auſert quodcunq3 ma
lum auferibile:⁊ ꝯfert oē bonum conferibile.
ipſe eſt ſumme miſericors.Deus v̄ō in noſtra
redemptione abſtulit oē maluʒ auferibile:⁊ cō
tulit omne bonū ꝯferibile.ergo eſt ſumme mi/
ſericors.Et hoc factum eſt per modū beate ma
rie de qua carnē aſſumpſit et qua incarnatus ē
fecit.¶ De phia ſeu phiſica cui ⁊ medicia ſub/
alternat̄ ſatis appet q̄ multū valet ad notitiaʒ ſcri
pturarum.Nam per diuerſas ꝓprietates lapi/
dum ſpecieꝝ lignoꝝ ⁊ animaliū ⁊ ceterarūʒ re/
rum naturaliū diuerſe figurantur intelligētie
myſterioꝝ in ſacra ſcriptura.Unde ſine notitia
ꝓprietatū talium rerum non plene pōt haberi
notitia ſcripturarūʒ.Sed btā Maria perfecte
nouit ſcripturas:vt dictū eſt ergo ⁊ naturas il/
larum reꝝ.Itē nullus morbus q̄ntūcunq3 incu
rabilis videatur eſt queʒ non valeat curare:vt
cecitas ⁊ mors.vnde ei canitur.Cecos tu illu/
mina mortuos reſuſcita:da meſtis letitiam.Ec
cleſi.xxxviij.Altiſſimus de terra creauit medi/
cinam.de terra.i.de virgine.¶ De mathema/
ticis q̄uis dicat phs q̄ in eis non eſt bonum:
q2 nec motus nec operatio.Et q2 in eis nulla vi
detur vtilitas vel delectatio:q2 de talibus cogi
tatio eſt mentis pfecte ad creaturas inclinatio:
⁊ ꝯſiter delectationis que in deo eſt interruptio:
⁊ diminutio.Tamen q2 vt dicit bea.Hiero.Ge
ometria arithmetica ⁊ muſica habent in ſua ſci
entia veritatē.di.xxxvij.Si quis arteʒ nouerit
grāmaticam:⁊ veritas proficit intellectū vt bo
num eius.Et de Abraam dicit̄ q̄ erat peritꝰ in
aſtris.⁊ egyptios docuit aſtronomiam:⁊ p eaʒ
ditatus eſt.Ideo ⁊ illas q̄ntum ad id q̄d eſt vti/
le in eis:vt per illa deueniatur in notitiam ſcri/
pturarum ⁊ creatoris ſcire ꝯgruit.¶ Et q̄ntum
ad muſicā in lege veteri ⁊ noua erant ⁊ ſunt cā
tores ordinati ad cultum dei ⁊ diuerſa inſtru/
menta ad pulſandū ⁊ melodiā excitandā.Sed
hoc pertinet ad muſicā.ergo ⁊ illius notitiam
habuit cum excitetur affectus ad deū p iſta:vt
patet in heliſeo.qui faciens pſalterium addu/
cere ⁊ pulſare:excitata eſt mens eius ad ꝓphe/
tiam.Propterea auditus filij dei nobiliſſimus
fuit:⁊ ſic ei conueniebat delectabiliſſima vox
ad audiendum.Hec autem vox matris ſue de/
lectabiliſſima ad audiendum:q2 ſumme armo
nica quod pertinet ad muſicam.Unde in Can
ti.ij.ipſe dicit.Sonet vox tua in auribus meis
Vox enim tua dulcis.¶ Quantum ad aſtro/
nomiam dicitur Gen̄.j.q̄ in principio creauit
deus celum ⁊ terram.Ubi doctores ponūt plu
res celos.⁊ infra.Fecit luminaria duo magna
ſcʒ ſolem lunam ⁊ ſtellas.Et poſuit ea in ſigna
tempora dies ⁊ annos ⁊ hmōi.Unde videt̄ ne/
ceſſaria vel ſaltem vtilis aſtronomia ad notitiā
ſcripturarum.Quam q2 beata maria plene ha
buit.Et illa videtur ei non defuiſſe.Quantum
tamen ſpectat ad ſalutem minus ceteris vide/
tur vtilis.Sed ⁊ multum curioſa ⁊ in aliqbus
ſuperſtitioſa

ſupſtitioſa ⁊ heretica:credentibus videlʒ aſtra
dominari voluntati hōium.Unͣ ⁊ be.Amb.di
cit.Qui his ſtudent:curā anime non hñt.diſt.
xxxvij.Quod aūt vtilitatis eſt in ea ⁊ valēs ad
noticiā ſcripturarū ⁊ deum ɔtemplādum hūit
be.Maria.ℭ De arithmetica que eſt circa nu
meros. Numeri ipſi in ſcripturis cōtinent ma
gna myſteria:vt pʒ in binario:ternario: q̄ter/
nario:ſenario:denario:⁊ hmōi ſm expoſitio/
nem doctorū ⁊ cōputationes ānorū de vitis an
tiquorum ibi notātur.Et ſic videtur neceſſaria
ſcientia arithmetrice ſeu algoriſmi ad eius in/
tellectum.Qđ verū eſt ſed modica pars ⁊ faci/
lis ad capiendū.Et qđ de ea fuit expediens ha
buit be.maria non ad faciēdas cōputatiōes ra
tiocinij mercatoꝝ.ℭ Geometria que eſt de mē
ſuris.cū in ſcriptura fiat mētio de diuerſis mē
ſuris.⁊ cubiti.⁊ calami.rinciridis modij.cho/
ri.in liquidis chadea.ephi.⁊ hmōi vtilis ē ad
noticiā eius.⁊ q̄ʒtum hmōi habuit eā be.Ma/
ria.ℭ Quod habuit ſcientiā theologie in ſum
mo pʒ.Dicit enim ps.A mādatis tuis intellexi.
Ubi glo.be.Aug.Impletio mādatoꝝ auget
intellectū ⁊ cognitionē operāti.Sʒ be.maria
ſuper oēs obſeruauit. ergo ſup oēs intellexit.
Item Ezech.j.dicit.Cum eleuarent aīalia ele/
nabātur pariter ⁊ rote iuxta ea.Ubi exponit b.
Grego.ꝙ cū eleuātur doctores in vita.ſ.ſpūa/
li.honorat ⁊ exaltat in eis ſcientia.Sed be.ma
ria fuit eleuatiſſima.ergo ſuper oēs habuit ſci
entiā theologie.vñ ⁊ habuit aureolā doctoꝝ
ſm doc.Et figurata eſt in arca que habebat i ſe
legē dei.Preterea intelligere omēs ſacras ſcri
pturas videt eſſe ſupra cōmunē ſtatū ſanctoꝝ
viatorū.⁊ tñ incōueniens eſt ponere.ꝙ aliquid
a ſpūſancto ſit dictū qđ a nullo fuerit itellectū.
Iuxta illud Eſa.Uerbum qđ egredietur de ore
meo.ait dñs.Non reuertet ad me vacuum.Ex
his infert ꝙ perfecta cognitio ſcripturaꝝ om/
niū ſm intellectū ipſius ſpūſancti loquētis p
ſcripturas pertinet ad ſtatū q eſt ſup ſtatū oīuʒ
viatorū.Hic aūt eſt bea.marie. ergo ipſa ſciuit
theologiā ıpꝛopoꝛtiōabiliter vniuerſis.ℭ De
artibus mechanicis ſciendū.ꝙ cū natura non
deficiat in neceſſarijs.nec abūdet in ſupfluis.
multo fortius hoc agit gr̄a que potior eſt q̄ʒ na
tura.ſed quedā artes mechanice erāt be.marie
neceſſarie vt muliebꝛes.quedā ſupflue vt viri/
les.ergo pꝛimas habuit non ſecūdas. ſicut eſt
ars militie.mercatorū lapſdicinaꝝ ⁊ huiuſmo
di.Inter muliebꝛes aūt artes vt textura.auri/
frigium ſutura:nere.⁊ alia plura hmōi.Cū hu
iuſmodi ſint ſubtilia.oꝛdināt magis ad va/
nitatē q̄ʒ neceſſitatē.non videt ꝙ be.maria il
lis intenderit.De ea enim dicit.Optimā pteʒ
elegit ſibi maria.Luc.x.Ubi glo. Bona pars
actiua.Melioꝛ ɔtemplatiua . Optima mixta
ex vtraq̄ʒ.Hanc elegit be.maria. Ergo debuit
habere opera actiua que nō repugnarent con/
templationi.Hec aūt ſunt opera groſſa. q̄ non
requirunt multā attentionem cogitatiōis.Unͣ
de ea dicitur Prouerb.vlti.Queſiuit lanā ⁊ li/
num.⁊ operata eſt conſilio manuum ſuarū.Et
manū ſuā miſit ad foꝛtia ſcilʒ opera miſericoꝛ/
die.⁊ digiti eius appꝛehenderūt fuſum.Ut in
legēda eius dicitur ꝙ certa hoꝛa diei vacabat
operi texture.Digniſſimum enī ad qđ oꝛdinā/
tur mechanice eſt veſtimentū.Pꝛimo enim aīa.
ſcđo coꝛpus.tertio veſtimentū.Et digniſſimuʒ
oīum veſtimentoꝝ fuit tunica incōſutilis.quā
fecit bea.maria filio.Et ſic ars mechanica eius
cauſabat nobiliſſimū effectum ergo excedebat
alios in mechanicis.ℭ Pro concluſione oīuʒ — Qđ ma
predictoꝝ dicit Alber.ꝙ be.maria ſufficienter — ria hūit
pſecta fuit per habitum nature ⁊ gratie in ope — gratiaʒ
rationes exire.⁊ finē cōſequi cuiuſlibet ſciētie. — ſcientie
Et hec ſcientia exiuit in actū ⁊ operationē. qñ. — theolo/
vbi qualiter.⁊ quātuʒ oꝛdinabat ſibi in ſui bti — gie.
tudinem.⁊ aliorū ſalutē.Habuit enī perfectuʒ
cognitionē oīum pertinentiū ad ſuā beatitu/
dinem ſm ſtatum vie ptinentium. Et nulloꝝ
inutiliū ⁊ ad gr̄am impertinentiū.Unͣ anima
eius beatiſſima nulla in ſe habuit inutilia vel
impertinentia.ſed per totuʒ gratia plena fuit.
Unde omnia que in ipſius aīa fuerunt.vel na/
turalia.vel acquiſita.ſic erāt gratis informata.
vel cū gratia coiuncta cum omnia iā eſſent gra
tuita.Unde omnis ſcientia eius gratuita.oīs
dilectio gratuita.oīs operatio gratuita vt ſine
omni reſtrictiōe omniſarie ſit gratia plena.

ℭ Tertia gratia .§.iij.

gratis data eſt fides que differt a fide prout eſt
virtus theologica.q: inquātum virtus theolo — Gratia
gica fides eſt qua aſſentit his que non vident. — fidei vt
Sed inquātuʒ gratia gratis data vt hic impoꝛ — hic acci
tat quandaʒ mentis certitudinem vltra cōmu/ — pit qđ
nem modum.vel quādam conſtātiam ex fide. — impoꝛ
vel ſermo de his que ſunt fidei.Et de cōſtātia — ta t.
fidei certū eſt ꝙ omnes ſuperauit.Naʒ omnes
defecerunt pre moꝛte in fide ⁊ in paſſione.ipſa
ſemper firma permāſit.Unde ⁊ de ea exponit
illud Eccē.j.Generatio preterit.ſcilʒ a fide ge/
neratio aduenit ad fidem veniens.terra auteʒ.
ideſt virgo maria que nobis pꝛotulit fructum
ventris ſui Ieſum in eternuʒ ſtat firma in fide.
ℭ Ex eius quoq̄ʒ fide ſecutus eſt effectus ipꝛo
poꝛtionabilis fidei alioꝛum.Unde ſaluatoꝛ fili
us eius ait.Si habueritis fidē vt granum ſina
pis.dicetis mōti huic.Tolle te ⁊ mitte te in ma
re ⁊ obediet vobis. Granum ſinapis eſt tenax
paruum ⁊ calidum:⁊ ſignificat fideʒ be.marie

que fides fuit ita conſtans certa ⁊ humilis: ⁊ ſine aliqua heſitatione qꝛ cuꝫ ait. Ecce ancilla domini: optans ⁊ poſtulãs vt mons qui eſt in vertice montium tolleret ſe de celo ⁊ mitteret ſe in mare huius mũdi per incarnationẽ ex ea. put ſibi angelus nũciauerat: ſubito mons ipſe ſublimiſſimus obediuit intrãs virginis vterũ. Certe nullius ſancti vel ſancte fuit vnq̃ fides ita cõſtans ⁊ feruens qꝛ iſtud petere auderet vel ipetraret. Non Abraã qui tñ daſ alijs in exẽplum fidei. Qui vt ait apl's ad Rom. iiij. Credidit in ſpem cõtra ſpẽ. Credidit qdẽ in ſpẽ repromiſſionis ſibi facte ab angelo de filio naſcituro cõtra ſpẽ quã naturaliter habebat. ſ. qꝛ nõ eẽt ammodo ei naſciturus: cũ eſſet antiquus dierũ ⁊ vxor ſterilis. Sed maior fuit fides beate marie que credidit angelo qꝛ ex ſe virgine naſceretur non hõ nũ: ſed filius dei altiſſimi. Magis eniꝫ eſt ↄtra vel potius ſupra naturã virginẽ ↄcipere pmanens virgo: ⁊ verũ deum ⁊ hoiem q̃ cõcipere vetulã ex vetuſtiſſimo ⁊ purũ hominẽ Iſaac. Ipſa de plurimis myſterijs fidei pdocuit primos pdicatores fidei. ſ. apl'os. Et qꝛ hmõi gratia fidei poſſit eẽ ſine gr̃a gratumfaciẽte pꝫ per id qđ ait apl's. j. Corin. xiij. Si habuero fidem ita vt mõtes trãſferam. charitatẽ autẽ nõ habuero ⁊c. ⁊ datur ibi exẽplum de Alexãdro magno q ex fide orans. pcurauit montes caſpios inſimul iungi: vt infra illos clauderent tribus quedam iudeorum tranſlate propter ſcelera eorum quod ⁊ factum eſt.

¶ Quarta gratia .§. iiij.

De gr̃a pphe quã habuit maria.

eſt pphetia. ſ. predicere futura vel occulta preſentia: vel pterita nũciare: que via naturali ſciri non pñt. Et qꝛ hec gr̃a non ſolũ in bonis inueniat: vt Dauid Iſaia Hieremia Ezechiele Daniele ⁊ alioꝝ: ſed etiã in malis hoibus. Patet in Saule Balaam Ariolo ⁊ Caypha. q cũ eſſet pontifex anni illius pphetauit vt dicit euãgeliſta Jo. xj. Et hãc gr̃am copioſe habuit be. maria. vñ glo. ſup illud. Eſa. viij. Acceſſi ad pphetiſſam. ſ. virginem Mariaꝫ in illa figurataꝫ. Et cõceptum ex ea filiũ iuſſit vocari. Accelera ſpolia detrahe feſtina predari qđ nomen per effectum cõuenit xp̃o cõcepto ex prophetiſſa. ſ. be. maria: ſed de ſpũſancto. Sed Joãnes baptiſta dicitur propheta: qꝛ chriſtũ digito demonſtrauit occultum alijs quãto magis dici debet prophetiſſa que eũ generauit: ⁊ toti mundo occultum deuꝫ viſibilẽ oſtendit. Joãnes dicitur propheta non ſolum ſed pluſq̃ propheta: qꝛ de eo prophetatũ eſt. Et qꝛ parentes in ſua natiuitate pphetas quodãmodo fecit matreꝫ videlicet ⁊ patrem: vt pꝫ in euãgelio Luc. j. Multo magis dici debet pluſq̃ propheta beata maria: de qua copioſiſſime ⁊ aperte per pphetas eſt prenunciata: a patriarchis deſignata ⁊ in multis generibus rerũ figurata: vt in arca: in virga: ī vellere gedeonis: ⁊ alis. Ipſa quoqꝫ videt Joãnem cõſtituiſſe pphetam. Naꝫ vt audiuit ſalutationem marie Eliſabeth. exultauit infans in vtero eius. ſ. Joan. bapti. Unde niſi qꝛ cognouit myſterium occultiſſimuꝫ omnibus ei illud oſtendit modo quo potuit. ſ. exultando: adorãdo. ⁊ tunc primum Joãnes factus eſt propheta ex voce beate marie: quinimo etiã mater repleta ſpũſancto cognouit ⁊ declarauit ipſaꝫ reꝫ occultiſſimã cunctis clamans vt omnes audirent. Unde hoc mihi: vt veniat mater dñi ad me. Nõne prophetiſſam ſe oſtendit cum ait in cantico. Beatam me dicẽt omnes generationes: que tunc erat oibus ignota: ſed futurum erat poſt tẽpora: qđ dixit. Sed ⁊ cum miniſterio nuptiarum deficiẽte vino inquit. Quodcũqꝫ vobis dixerit. ſcilꝫ filius meus facite. Ideo hoc dixit. quia preſcia futuri miraculi: ſciebat aquaꝫ in vinum conuertendum. Aue igitur gratia plena prophetie.

¶ Quinta gratia .§. v.

De gr̃a ſanitatuꝫ quã habuit maria.

eſt gratia ſanitatũ. ſ. curare infirmos non medicina naturali ſed virtute diuina. Opere diabolico vt fit in incantationib' ⁊ ſuperſtitionibus curare infirmos non pertinet ad gr̃am iſtam ſed ad peccatum. vnde ⁊ prohibitũ. xxvj. q. iij. Igitur. Sed qꝛ mali extra gratiã gratum facienteꝫ faciunt aliqua miracula ⁊ ſanẽt infirmos virtute dei. oſtenditur ex eo qđ dixit veritas illa que mentiri nõ poteſt ſcilꝫ qꝛ in die iudicij multi venient dicẽtes. Nõne in virtute tua virtutes multas fecimus. Domine aperi nobis. Et dicet illis. Diſcedite a me operarij iniquitatis qꝛ ſcilꝫ fuerunt mali illa facientes. Sed ex hac de gratia apoſtoli curabant infirmos ita copioſe. qꝛ ad vmbram petri trãſeuntis per viam infirmi tacti eius vmbra ſanabantur. Hac gratia copioſe fuit repleta beata maria. Et lꝫ non legaſ de aliquo ſanato in vita eius: tamẽ poſt morteꝫ quot innumerabiles varijs languoribus ⁊ incurabilibus detentos ipſa curauerit ⁊ curet. eccleſie ad eius honorem conſtructe ſatis docent plene imaginibus ipſas ſanitates predicantibus. Et quod copioſius eſt: qꝛ ipſa ſanauit totum hominem in anima ſcilꝫ ⁊ corpore per fructuꝫ vẽtris ſui. Unde dicitur Eccleſiaſti. xliiij. Medicina omnium in feſtinatione nebule. ¶ Nebula iſta eſt caro chriſti de terra virginali exorta: nullo peccati pondere pregrauata: vltra puritaꝫ teni angelorum eleuata: calore ſpũſancti formata. Ecce video dei potentiam venientẽ ⁊ nebulam totam terram tegenteꝫ ⁊c. Et de hac me

dicina nobis a beata Maria facta ⁊ nobis pro
poſita:totus mundus ſanatus eſt virtualiter.
vnde ⁊ bea. Bernardus. De plenitudine eius
omnes recipiunt gratiam: eger curationē: tri
ſtis conſolationem.

Sexta gratia .§.vi.

dicitur operatio virtutũ.glo.i.miraculoꝝ que
ſunt contra naturã.i.cõtra ſolitum curſum na/
ture. Et iſta eſt differẽtia inter iſtam ⁊ preceden
tem: q2 precedens videlꝫ gratia ſanitatum: eſt
circa ea ad que ſe extẽdit etiã virtus naturalis
ſcilꝫ ſanatio infirmitatum. Sed vbi per naturã
fit ſanatio mediãtibus medicinis ⁊ ſucceſſiue
per gratiam diuinam fit ⁊ ſubito. Sed opera/
tio virtutũ eſt circa ea ad que ſe non extẽdit po
tentia nature create: vt illuminatio cecorum: ⁊
reſuſcitatio mortuorũ. Solem in celo ſtatuꝫ ſta/
re vel retrocedere. Omnium aũt virtutũ ⁊ mi/
raculorum maximũ eſt deus homo. ſeu verbũ
caro de virgine factum. Vñ Hiere.xxxj. Nouũ
creabit dñs ſuper terram. Femina circundabit
virũ. Iſta femina eſt beata maria: que circunde
dit non aliũde accepit niſi a ſpũſancto corpore
formato ex puriſſimis ſanguinibus eius: ⁊ ſu
bito perfecte organizato. anima tũc creata ple/
na ſapientia ⁊ omni gratia vñ ⁊ anima ei infu/
ſa ⁊ diuinitati vnita eſt: ⁊ oia ſimul in inſtanti.
Nouũ eſt iſtud ſuper oẽs nouitates. Quis vn/
quã audiuit talia? inquit Eſa.lxvi.c. Certe nul/
lus. nec in preteritũ nec in futurũ erit. Opus
vtiqꝫ hmõi gratie virtutum fuit qđ factum eſt
ſub Ezechia. qñ ſcilꝫ ad petitionem eius in ſi/
gnum ſue ſanationis ⁊ remiſſionis cu'pe: ſol
reuerſus eſt retro per decem lineas in horolo/
gio Achaz regis. vt habetur.iiij. Regũ.xx. Sꝫ
opus virtutũ fuit iſtud. qđ fuit vmbra ⁊ figura
qꝫ maius erit ipſa res figurata. Signũ enim fu

Sol decez lineis retro ceſſit. qđ figurabat.

it datum in ſanationem ⁊ remiſſionem pecca/
ti. non vnius ſed totius humani generis infir/
mi ad mortem. ꝙ qñ ſol iuſtitie filius altiſſimi
retrocederet decem lineis tunc ſanaretur ho/
mo. Nouem linee ſunt nouem ordines angelo
rum recti ante deum. Decima linea eſt huma/
na natura. Reuerſus eſt ergo quaſi retro. quan
do Paulominus ab angelis minoratus: quia
mortalis factus: formam ſui accipiens: habitu
eſt inuentus vt homo. Et ſic in decia linea. Ho
rologium ad cuius decimam lineam reuerſus
eſt ſol. eſt beata Maria rege Achaz deſcẽdẽs.
que in ſe habuit perfectionem omnium ordi/
num angelorum ⁊ hominum. O quante vir/
tutis opus. Deus factus eſt homo: vt homo fie
ret deus: cecus illuminatus: mortuus ſuſcita
tatus: infirmus ſanatus per virginẽ Mariã.
Cecos quoqꝫ legimus eam illuminaſſe cor

poraliter. Nam vt legitur cũ quidam clericus
ei valde deuotus. qui arte ſcribendi vitã ſuam
ſuſtentaret audiens ⁊ legẽs pluries de pulchri
tudine ⁊ excellentia virginis. rogabat frequẽ/
ter vt ſemel ei ſe dignaretur oſtendere. Cui re/
uelatuꝫ eſt ꝙ tanta eſſet claritas eius vt ſi vide
ret: viſum amitteret. Qui nimis affectuoſe hoc
cupiens dixit non curare de amiſſione oculo/
rum: dum ſemel mereretur eam aſpicere. Cogi
tauit tamẽ ſibi in hoc prouidere ne amiſſione
viſu oporteret eum mendicare: ſcribere nõ va/
lendo. ſtatuens videlicet in mente ſua cũ ei ap/
pareret vnum oculorum clauſum tenere: ⁊ alte
ro eam aſpicere: vt ſaltem clauſus oculus ſibi
remaneret illeſus. Cum igitur ſuper hoc anhe
lanti quadam vice beata maria ſibi cuꝫ magna
gloria appareret. ⁊ ille clauſum vnũ oculum te
nere inciperet: tantaꝫ pulchritudinẽ ⁊ magni/
ficentiam in eo cum vno oculo aperte vidit. q
non contentus vidiſſe vno oculo: niſi eaꝫ totis
oculis vidiſſet. Etiam ſi centum habuiſſet: ape
ruit ſubito ⁊ alium: vt plenius contemplaret.
Qui ſubito ex immenſitate lucis vtroqꝫ oculo
orbatus eſt. Nec tamen ex hoc contriſtatus: ſꝫ
mirabiliter conſolatus ex huiuſmodi viſione.
Rogauit tamen beatam Mariam vt ſaltem
vnum reſtitueret: vt ex ſcriptura degere poſſit.
Hac igitur fuit plena beata Maria.

Septima gra/ .§.vij.

tia eſt diſcretio ſpirituuꝫ. Nolite inquit Joan.
in prima canonica ſua omni ſpũi credere. Sed
probate ſpiritus vtrum ex deo ſint. Nam ⁊ ip/
ſe ſathanas transfigurat ſe in angelum lucis vt
adoretur. vt patet in coll'.ij. Moyſi per plura
exempla. Et ſepe vitia ſe ingerunt et virtutes
eſſe ſimulantur: ſiue per inſtigationem diabo/
li: ſiue ſenſualitatis: ſiue mali hominis vt deci
piat. Sed per hanc gratiam diſcernuntur iſta
vera a falſis. Nam vt dicit apoſtolus.j. Corin.
ij. Spiritualis omnis iudicat.i.diſcernit agen
da a non agendis: et ſimulata a veris. Et quia
beata Maria fuit ſpiritualis ſuper omnes iđ
ſuper omnes habuit diſcretionem ſpirituum.
Sed ⁊ cum bea. Antonius in ſpiritu videns to
tum mundum plenum laqueis ſcintiiceꝫ con/
nexis exclamaſſet. O quis euadet iſtos laque
os. Reſponſum eſt ei. Sola humilitas. Beata
virgo Maria ſuper omnes viatores puros fu
it ſine comparatione humilis. Ideo ipſa ꝑ gra
tiam iſtam diſcretionis ſpirituum omnes de/
ceptiones euaſit. Propriuꝫ eſt ſpiritus nequã
tentare de ſuperbia ſpirituales. Sed nunquaꝫ
beata Maria habuit ſtimulum ſuperbie. Sic
Paulus aplſ dic.ij. Corin.ij. Non ignoramus
aſtutias eius ſcilicet diaboli. cum ipſa ſit plus

Maria habuit diſcretionem ſpũum ſup oẽs

q̃ paulus. multo magis ipſa nõ ignorauit ſed diſcreuit: ⁊ nũq̃ ab eo decepta fuit. vñ ⁊ ſalutata inſolito modo cogitabat q̃lis eſſet iſta ſalutatio mẽte reuoluens: q: aliq̃n per laudes homo decipit. Et ideo cogitabat ⁊ diſcernebat ne forte deciperet. Sed recognoſcens veritatẽ itellexit non eſſe decipientẽ miſſuz. Sed omnimodam veritatem explicantem. Unde Aue gratia plena diſcretionis ſpirituum.

¶ Octaua gratia .§. viij.

Q̃ maria habuit gr̃am linguaruz. eſt genus variũ linguarum. Loq. ſ. ſcire ⁊ intelligere idiomata varia. que quidẽ non didicit p induſtriã: ſed accepit a deo p gr̃am. Ideo ſpũs ſctũs in penthecoſte fuit datus in ſpecie lingue ignite. Iux̃ illõ Act. ij. Apparuerũt illis diſpartite lingue tanq̃ ignis ad innuendũ q̄ acceperant donũ linguarũ. ſ. loqui ad placitũ ſuum in varijs idiomatib⁹. hebraico: greco: latino: gallico: theutonico: italico ⁊ hmõi. Et q: b. maria fuit cũ apl'is orãs: qñ receperunt ſpm̃ ſanctũ. credẽdũ eſt q̄ ⁊ hoc donũ recepit cum eis. Quãuis non eſſet deputata a deo ad diſcurrendũ per mũdũ ad p̃dicandum ſicut apl'i. tñ vt nil boni ſpũalis ⁊ gr̃e ei ſubtraheret: decebit eã hac nõ p̃uari. ſic nec filius eius q̃uis nõ egeret habere donum linguarũ: q: nõ p̃dicauit niſi iudeis dicẽs. Nõ ſum miſſus niſi ad oues iſrael. nõ tñ hoc caruit ſm̃ btm̃ tho. in ſumma. Nec fruſtra ipm̃ habuit: q̃uis eo nõ ſit vſus: ſed ad excellentiam ei⁹. ¶ Preterea ipſa btã maria ⁊ ſi nõ predicaret veriſilr tñ credendum eſt. q̃uis non ſcriptum ſit. q̄ multi ex conuerſis ad fidem de diuerſis nationibus ⁊ linguis audientes m̃rem ieſu deum ⁊ hoiẽz poſt aduentũ ſpũſancti accedebãt ad eam viſitandã: venerandam ⁊ audiendam. Quib⁹ cum plena eſſet charitate nec in loquela poſſet errare loquebatur: conſolabatur. reſpondebat: iſtruebat varijs idiomatib⁹ in q̄b⁹ illi nutriti ⁊ edocti erãt. Aue igitur ⁊ hac gr̃a plena.

¶ Nona gratia .§. ix.

Maria habuit gratiaz interp̃tationum ſmonũ. d: interpretatio ſermonũ. i. expoſitio ſcripturarum: nõ per exercitium habita ex lectionibus doctorum exponentiũ: ſed p infuſionez ſpũſſcti quã habuerunt apl'i. vt pz in petro ex ep'la ſua. Hanc gr̃am habuiſſe beatã mariã pz ex hoc q: dicit Amos propheta. c. iij. Non faciet dñs verbum q̃d nõ reuelet ſeruis ſuis. Sed btã maria ſup oẽs fuit ancilla domini: quinimo m̃r dñi. Unde multo magis credendũ eſt q̄ ei reuelata fuerũt occulta myſteria ſcripturarũ. ¶ Habuit q̃z ⁊ dignitatem apl'atus. Nam ⁊ ſi non fuit de numero. xij. apl'oꝝ a xp̃o deputatorum ad predicandum: inſtruendum: ⁊ regendũ eccleſiam dei: fuit tñ magiſtra eoꝝ. ⁊ ideo dicitur Luc. ij. q̄ maria cõſeruabat oĩa verba hec vt. ſ. tempore ſuo inſtrueret apl'os ⁊ euãgeliſtas de multis vt de geſtis i ſuo ↄceptu ⁊ partu ⁊ infantia ſaluatoris que illi nõ viderãt. Preterea ſi Joan. bap. dicit. Ego ſuz vox clamãtis in deſerto. Jo an. j. q. d. nõ tñ p̃dico voce: ſed totus ſum vox exultatiõis. ita q̄ oĩa mea. vita: vict⁹: veſtit⁹ ⁊ locus predicãt pnĩam. Ita beatiſſime virgini oĩa predicãt innocẽtiã. Si ergo Joãnes hz donũ ⁊ gr̃am predicationis q: eſt vox clamantis in deſerto: multo magis. b. maria hz hoc donũ apoſtolatus: q: eſt vox clamãtis in celo. Proprietas apoſtoloꝝ iſinuata a xp̃o eſt. Uos eſtis lux mũdi Mat. v. Sz multo magis. b. maria: cuius vita inclita (vt canit eccleſia) cũctas illuſtrat eccleſias. Pauit ẽt ⁊ paſcit eccleſiã continue bñdicto fructu ventri ſui: pane angelorum in ipſa formato in ſacro altaris nobis miniſtrato vt paſtor bonus. Cõcludit igit Alber. vbi ſupra q̄ vniuerſitatẽ gr̃aꝝ gratuitaꝝ ⁊ gratis dataꝝ omnifariã habuit. Quãuis. n. iſte gr̃e precipue gratis date cõiter dent ad vtilitatẽ alioꝝ ⁊ ſui p̃fectũ: beate tñ marie fuerunt collate. etſi nõ habuerit miniſterium in eccleſia vt apoſtoli ad decorãdũ potẽtiã: ad nobilitãdũ naturã: ad honorãdũ pſonã ſuã: ⁊ ſic ad p̃fectiõis ⁊ delectatiõis augmẽtũ in materiã laudis ⁊ omnium bonoꝝ ſpũaliũ cõplemẽtũ. Iuxta illud Sapi. vij. Uenerũt mihi oĩa bona pariter cũ illa. ſ. ſapiẽtia diuina. quã alij ↄcipiũt mẽtaliter ipſa ẽt corporaliter. Et ideo Aue gr̃a plena.

¶ De gratia priuilegiorum ſingularium beate marie. Capitulum. xx.

A Ue gratia plena. Hic deniq̃ vidẽdũ eſt de gratijs ſingularib⁹ ſeu p̃uilegijs que nõ reperiunt in aliquo ſanctoruz. Quodlibet. n. bñficiũ alteri collatũ gratis dici ↄſueuit gr̃a. ⁊ tãto maior quãto magis ſingularis. vñ ⁊ Eccĩ. xxix. d. Gr̃am fideiuſſoris ne obliuiſcaris. i. bñficiũ. Et regula iuris in. vj. Q̃d alicui gratioſe ↄcedit: nõ dz ab alijs trahi in exemplũ. ¶ Sũt aũt. xij. gr̃e ſeu p̃uilegia propria beate virginis nemini cõicata. que deſignant p. xij. ſtellas corone mulieris. de qua d. Apoc. xij. Mulier amicta ſole ⁊ luna ſub pedibus eiꝰ ⁊ in capite ei⁹ corona ſtellaꝝ duodeciz. Priuilegia xij. deſignata per. xij. ſtellas. mulier hec eſt beata maria: vt dicit beat⁹ Ber. in ſermone. vbi de ea poſſunt notari tria oſtendentia magnificentiam eius.

¶ Primum ſublimiſſimũ: q: amicta ſole.

¶ Meritum excellentiſſimum: quia luna ſub pedibus eius.

¶ Priuilegium copioſiſſimum: quia in capite eius corona ſtellarum. xij.

De premio nota .§.i.

ſcti cõparantur ſtellis quare.

q ſancti compant ſtellis quarũ vna eſt lucidior altera. Sic ⁊ ſancti vnus glorioſior altero. Et hoc ẽ qd ait apls.j.Cor.xv. Sic ſtella differt a ſtella in claritate: ſic erit ⁊ reſurrectio mortuorum. q2 erit ⁊ manifeſtabit cũctis vnus ſplendidior altero. Oẽs tamẽ ſtelle lumen recipiũt a ſole. Sic oẽs ſancti lumen glorie recipiunt a xpo: qui eſt ſol iuſtitie. De plenitudine ei⁹ nos oẽs accepimus grãm pro gratia. Joh.j. idest grãm conſummatã glie pro gratia gratum faciente in pſenti habita. Sed mulier iſta beata maria q̃uis ⁊ ipſa ſtella maris illuſtret a ſole: non tñ hic dicitur illuminata a ſole: ſed veſtita ipſo ſole vt oſtendat premium eius excellentiſſimum. vt ſicut nihil ppinqui⁹ ⁊ coniunctius corpi q̃ veſtit⁹ eius: ita nil propinquius glorie xpi q̃ glia ⁊ premium beate marie. ⁊ apte: vt ſicut ipſa veſtiuit ſolem ipm in mũdo dei filium carne ſua: ſm illud Ezech.xxxij. Solem nube tegaz. ſic ipſe eam in celo veſtiat ſole exceſſiue glorie. vt dicere de ea valeat illud. Te mecum aſſumam ⁊ regnabis mecum.

Excellentiſſimũ .§.ij.

meritũ innuitur cũ ſubdit. Luna ſub pedibus eius. Luna inquãtum variabilis ſignificat mũdum. inquãtũ eclypſim ſepe patit: ſignificat defectum. inquãtuʒ lucẽs illuminata a ſole: ſignificat eccleſiã. Et ex omnib⁹ his ſignificationib⁹ oſtendit meritũ beate marie. Nam inquantuʒ ſignificat mundũ luna ppter ſue lucis varietatem: quia q̃nq3 plena: quãdoq3 media: quandoq3 vacua. Sic aliq in mundo aliqñ hñt plenaʒ pſperitatem: aliqñ medio modo. aliquando ea nudant. ſm hoc luna fuit in mũdo ſub pedibus eius per cõtẽptum pfectiſſimuʒ mũdi ſub pedibus affectus erat: vt nihil eſſet qd mũdanus violaret affect⁹ quod de nullo ſanctoꝝ dici põt. Inquãtũ ſignificat defectũ: ſic luna ſub pedib⁹ eius: quia oĩs defectus ſub ea eſt: vt iquit btũs Hiero. Sola ſine peccato actuali etiã veniali vt declarabit. Nam cuʒ eſſet plena grã ⁊ veniale non ſit vbi grã. i. q ab ea nõ procedit: ſed preter eam. Si eſſet ibi veniale: ibi eſſet aliqd vacuum a grã: ⁊ ſic non eſſet plena grã. Vñ ⁊ beatus Aug. Cũ de peccatis agit nullaʒ de ea prorſus volo haberi mentionẽ ppter honorem dñi: cuius mater fuit. Inquãtuʒ ſignificat eccleſiã: iuxta illud, pphete. Eleuat⁹ eſt ⁊ luna ſtetit in ordine ſuo. i. eccleſia ordinata ab aplis poſt eleuationẽ ſolis p aſcenſioneʒ. Et ſm hoc tñ fuit merituʒ virginis vt eccleſia ſit ſub pedibus eius: ſub protectiõe eius ⁊ dominio. Unde ipſa ait Eccli.xxiiij. In hieruſm poteſtas mea. i. i eccl'ia. Unde eccleſia ad ipſaʒ orat. Sancta maria ſuccurre miſeris: iuua puſillanimes: refoue flebiles: ora pro populo: interueni pro clero: intercede pro deuoto femineo ſexu. ſentiant omnes tuum iuuamen ⁊c̃. Cum enim nunq̃ peccaret nec ocioſa eſſet: ſed ſemper operaretur cuʒ maxima charitate: ⁊ in quolibet actu mereret valde. Ex hoc oſtenditur immenſum meritũ ei⁹. vt ipſo merito ⁊ precibus eccleſia protegat ab ea: ⁊ ſic plena gratia. vnde opus noſtrum habʒ q ſit meritoriũ. ⁊ tãto pl⁹: quãto cũ maiori grã

Priuilegium .§.iij.

copioſiſſimum eius non vnũ: ſed multiplex. ex eo q dicitur in corona capitis eius hre duodecim ſtellas: que ſunt duodecim priuilegia ſeu gratie ſingulares eius excellẽtie que corona dicitur. Et diuerſi diuerſimode aſſignãt iſta duodecim: ſed Albertus vbi.ſ. ſic.

- Quia nunq̃ peccato maculatur.
- Quia nec peccare potuiſſe inſinuatur.
- Quia in quolibet ope meruiſſe monſtrat.
- Quia ſumma puritas in ea expreſſat.
- Quia virgo virginum eſſe dicatur.
- Quia mater dei vere nuncupatur.
- Quia mater oĩum predicatur.
- Quia mater ſimul ⁊ virgo decantat.
- Quia porta celi declaratur.
- Quia paſſio xpi ei ſoli cõmunicatur.
- Quia ſup oẽs creaturas exaltatur.
- Quia regina miſericordie laudatur.

Et hec ſic de .§.iiij.

Priuilegium primũ.

clarat Albertus ibi. Quod nũq̃ peccauerit pʒ ex illo ṽbo Cant.iiij. Tota pulchra es. ſ. in anima ⁊ corpore. ⁊ macula. ſ. peccati non eſt in te. ⁊ ſi dicatur. Qui totũ dicit nihil excludit. Sed Jac.iij. dicitur. In multis offendimus omẽs. Et.j. Joã.j. ſcribitur. Sanguis eius emũdabit conſcientias noſtras ab omni peccato. glo. ibi. Non tamen debemus putare quãdiu viuimus omnino poſſe a peccatis mundari: ita intelligitur quin in aliqua incidamus: ſaltem venialia. Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum: purus ſuʒ a peccato? inquit Salomõ Prouerbio.xx. Sed vt dicit regula iuris in.vj. Generi per ſpeciem derogatur. Per ſpeciale eniʒ priuilegium conceſſum beate Marie quoad ipſam derogatur illi regule generali: q omẽs peccauerunt. ad Rom.iij. Quod declarat beatus Auguſtinus in libro de natura ⁊ gratia dicens. Si omnes ſancti ⁊ ſancte dum hic viuerent interrogati fuiſſent vtrum peccatum haberent: omnes vna voce reſponderẽt id quod Joãnes de ſe ⁊ ſocijs dicit. Si dixerimus quia peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus ⁊

veritas in nobis non eſt.excepta ſancta virgi/
ne maria. Jnde ſcimus ei plus gratie fuiſſe col
latum ad vincendū ex omni parte peccatū:que
cōcipere ⁊ parere eū meruit quem cōſtat nullū
habuiſſe peccatum. Eſt igitur hmōi priuilegiū
ſoli ei collatū reſpectu oium viatorū. Nam etſi
angeli boni nunq̄ȝ peccauerunt:non cōputanſ
ipſi in numero viatorū. ¶ Qđ aūt dicit Chry/
ſoſto. ſuper illud Jo.ij. Quid mihi ⁊ tibi ē mu/
lier? φ aliquid humani paſſa eſt:tunc bea.ma/
ria quaſi ꝓpter vanitatē voluerit xp̄ȝ inducere
ad faciendū miraculū.⁊ ideo xp̄s ſic dure vide
tur ſibi locutus. Concedit ſimplr Albertus pri
mam partē.ſ.φ aliquid humani paſſa ſit vt hō
⁊ cōpatiens hoibus in defectu vini. Sed φ ali
quid paſſa ſit vel egerit vanī:per oia falſum eſt
⁊ cōtra Auguſti. Unde per exceſſuȝ locutus eſt
Chryſoſto. Uel forte ſm opinioneȝ aſtantiū di/
xit quaſi illi hoc eſtimarent. Jđ autem nō poni/
tur priuilegiū eius φ fuit ſine originali conce/
pta q2 iſtud erat īpoſſibile niſi ꝯciperet̄ de vir/
gine.⁊ ſic mater ſua eſſet vgo. Et ſic nō eēt pri/
uilegium marie φ eſſet ſimul mater et virgo:
vt diceretur quia ⁊ mater ſua hoc habuiſſet. Pri
uilegiū ergo xp̄i ſolius fuit ꝯcipi ſine origiali.

¶ Secundum pri/ .§.v.

uilegium grē ſingularis fuit īpoſſibilitas pec
candi in ea. Un̄ bea. Bernar. in ſmone de nati
uitate. Ego puto φ copioſior gratia ſctificatio/
nis in ea deſcenderit q̄ȝ in alijs in vtero ſancti/
ficatis:que totā vitā eius īmunē ab omni pctō
efficeret qđ nemini in natis mulierꝫ credimus
eſſe donatū. Tanta igiſ gr̄a ei infuſa eſt φ pec/
care nō poterit. Sȝ cū Damaſce. dicat φ omne
Arguiſ creabile eſt vertibile ſm eē ⁊ ſm electionē. Se/
φ bea. cundū eſſe vt corpalia. ſm electionē vt rōnalia.
Maria Sed bea. virgo fuit cōpoſita ex vtroq̄ȝ. ergo vr̄
peccare fuiſſe vertibilis vtroq̄ȝ mō:vn̄ ⁊ ad pctm̄. Inſu
potuit per glorioſius habeſ qđ ex victoria habeſ q̄ȝ ſi
ne victoria. Sed vbi nō eſt pugna:nō dicif eſſe
victoria. Jn bea. aūt maria fuit nulla pugna:ſu
it ergo ⁊ nulla victoria. Jn bea. maria fuit ſum
ma gloria:ergo ⁊ victoria:ergo ⁊ pugna. Jgiſ
videſ potuiſſe peccare. Jn laudē quoq̄ȝ ſancto/
rū cātaſ. Qui potuit trāſgredi ⁊ nō eſt trāſgreſ
ſus:facere mala ⁊ nō fecit. Videſ ergo marie ⁊
hoc ei cōuenire:que ē omni laude digniſſima.
Sed ſm rei veritatē ip̄a ſola inter viatores pec
care nō potuit. Jnter poſſe eniȝ peccare ⁊ poſſe
mereri:⁊ nō poſſe peccare ⁊ non poſſe mereri:
mediū eſt nō poſſe peccare ⁊ poſſe mereri. Sed
primus ſtatus eſt cōprehenſorꝫ qui nō poſſunt
peccare nec mereri. Scđs eſt viatorū cōmuni/
ter qui poſſunt ⁊ peccare ⁊ mereri. Medius er
go ſtatus cōuenit be. marie que fuit ſimplr via
trix ⁊ ſm quid cōprehenſor. vn̄ ip̄a potuit me
reri ſed non peccare. qđ ptinet ad ſtatum medi
um. ¶ Sciendū tn̄ ſm Alber. φ non peccare p
ſe ſequiſ naturā inuertibilem. Et hoc mō deus Nō poſ
trinitas dicif nō poſſe peccare. Beatus Hiero ſe pecca
nymus. Deus ſolus oipotens dicif:qui cū oia re dicif
poſſit:peccare non pōt. de pe. diſt.ij.c.vlti. Se quatu/
cundo mō dicif non poſſe peccare qđ hȝ vnio/ or mo/
neȝ perſonalē cū natura inuertibili. Et hoc mō dis.
xp̄s homo peccare nō potuit. Un̄ Damaſce. di/
cit φ impeccabilis erat dn̄s Jeſus. Tertio mō
dicif non poſſe peccare qđ hȝ cōiunctioneȝ vel
conuerſionē totalē ad naturā inuertibileȝ per
medium qđ eſt de ſui natura inſeparabile:vt ē
habitus glorie. Et ſic ſancti in pr̄ia nō poſſunt
peccare. ps. Confortauit.i. roborauit ſeras por
tarum ſuarꝫ.ſ. ſuperne hierlm. vt nullus poſſit
exire.ſ. peccādo. Quarto modo dicif nō poſſe
peccare qđ hȝ coniunctionē ad naturā inuerti/
bilem per mediū. qđ etſi de ſui natura in ſe q̄/
dem eſt ſeparabile:ſed tn̄ oino eſt ſeparatuȝ a cō/
trario repugnāte vel reſiſtente vel impediēte.
⁊ ꝓpterea in ſuo ſummo in illo ē inſeparabile.
vt eſt plenitudo gratie que fuit in bea. maria.
Et ex hoc peccare non potuit. Un̄ Bernardus
de Joſeph dicit φ credebat potius virginem
poſſe parere q̄ȝ Mariā poſſe peccare. Et ex his
patet reſponſio ad obiecta. Pugnam auteȝ ha
buit:etſi non abintra extincto in ea fomite:tn̄
abextra per tribulationes. vnde ⁊ victoriam.

¶ Tertium pri/ .§.vi.

uilegium eſt in quolibet opere ſuo meruiſſe.
Hortamur vos (ait apoſtolus.ij. Cori.vj.) ne in
uacuum gratiam dei recipiatis. Dat deus gra/
tiam vt operando ſm eam acquirat ſibi merita
vite eterne. Qui igitur non operatur cum po/
teſt:inuacuum ⁊ fruſtra gratiam recipit. Quā/
uis autem ſancti in multis ⁊ per multa bona
opera ſe exercuerint in gratia:nullus tamē fuit
qui ſemper in omni tempore ſuo ſecutus fuer/
rit inſtinctum gratie:vt ſic ſemper meruerit in
operibus ſuis. Sed hoc fuit priuilegiuȝ ſingu
laris gratie in beata virgine Maria. ¶ Notā
dum igitur ſm Alber. φ beata Maria quolibȝ Maria
motu liberi arbitrij ad agendum vel patiendū ſemp̄ et
merebatur. Unde non merebatur motibus na in quo
turalibus inquantum naturalibus:vt oſcitan/ libȝ ope
do:digerendo ⁊ huiuſmodi. q2 ibi non cōcur/ re me/
rit liberum arbitriuȝ. ſed merebatur motibus ruiſſe q̄
rationalibus gratia informatis. vnde ⁊ moti/ mō itel
bus liberi arbitrij gratuitis vbi liberum arbi/ ligiſ.
trium ⁊ gratia operabatur. Sed liberū arbitri
um vt iumentuȝ:gratia vt ſeſſor:ſȝ Anſel. Un̄
⁊ apoſtolus.j. Corin.xv. Non autē ego:ſȝ gra/
tia dei mecum.ſ. operatur. Et ſic merebaſ quo/

libet motu quo contingit mereri in agẽdo. In paſſionibus autẽ inquãtum ipſe paſſiones ab extrinſeco inferuntur. vt iniurie vel neceſſario contrahũt ex natura. vt triſticia: timor: ⁊ hmõi. homo non meretur. ſed inqu.itũ voluntas rationalis informata gratia ab illa in ſufferentiã propria libertate inclinatur: ſic meretur eis. iuxta illud. ij. ad Timoth. Si ſuſtinebimus ⁊ conregnabimus. Et ſic beata maria in actionib⁹ et paſſionibus ex libero arbitrio pcedentib⁹: vel eo ↄcurrẽte in eis ſemp merebaẽ. Et ad hoc facit triplex ratio. Prima eſt: q: ſm phm: intellectus ſemp rectus eſt: niſi quãdo ſe imiſcet fantaſticis ⁊ deducitur ab eis. Sed intellect⁹ beate Marie nunquã ſe imiſcuit fantaſijs vt deduceretur ab eis: ⁊ ſic ſemper rectus fuit. Sed rectum dicitur cuius medium nõ exit ab extremis. ergo ſemper mens eius in ſummũ bonuz principium ⁊ finem omnium. Secunda ratio. Ubicũqz ratio nõ poteſt in diſcernendo errare: ⁊ voluntas nunq̃ʒ poteſt eligere multa: ſed eligit vltimum ⁊ optimũ. Sed vtrunqz horũ fuit in bea. Maria. Luc. x. Maria optimam partez elegit. ſ. vnum qđ eſt ſemper abſolute neceſſarium. ſ. ſummũ bonum. ⁊ ſic ſemper meruit. Tertio ratio. dicit aplſ. j. Corin. x. Siue manducatis ſiue bibitis ſiue quid aliđ facitis: omnia in gloriam dei facite. Fruſtra hoc preciperetẽ: conſuleretur: vel moneretur: ſi nullus obſeruaret. Sed nullus alioꝝ viatoꝝ hoc ſemper ſeruauit. Oportet ergo aliquez inuenire que hoc fecerit: alſ fruſtra. Et iſta fuit beata maria. Unde Odilio in ſermone. Unũ pro certo ſcimus: q: omnis marie actio ſemp intenta fuit dño. Nec tñ ex hoc equabitur ipſa xpo qui iproportionabili charitate hoc faciebat: ⁊ ſine ſui indigẽtia.

Quartum pri- .§. vij.

uilegium eſt puritas in ea in ſummo. Ad qđ facit qđ ait ei angelus. ſ. Inueniſti gratiam apud deum. grãm puritatis apud deuʒ. i. ſummam poſt deum. Dicit enĩ Anſel. q̄ ea puritate decuit vt niteret: qua maior ſub deo nequeat inueniri. Nam ſi maior in filio ſuo: hic eſt deus. Et ad hoc facit quod dicit Prouer. xxv. Aufer rubiginem de argẽto ⁊ egredietẽ vas puriſſimũ. Argentum precioſius metallũ ceteris poſt aurum ſignificat beatam Mariam albam puritate ⁊ precioſiorẽ perfectione cũctis ſanctis poſt xpm. De quo dicitẽ Cant. v. Caput eius aurum optimuʒ. Rubigo fuit peccatũ originale: quo ablato per ſanctificationem in vtero eſt effecta vas puriſſimum. Chriſtus quidem habuit puritatem. ita q̄ nullo modo nec vnquaʒ habuit in ſe originale. Omnes baptizati vel ſanctificati in vtero habent puritatem ab originali. ſ. in puritate liberati. quod quidem habuerunt quoad culpam: a qua mundati habent. adhuc originale quod fomitem. Uirgo autez Maria habuit puritatem ab originali. non quia nõ cõtraxerit illud. ſed mundata ita eſt q̄ nullo modo remanſit in ea aliquid pene eius. i. fomes. imo extinctus fuit. Et ſic maior eſt puritas eius poſt deum hominem quo ſcilʒ ad cõtrahentes originale. Nam angeli non contrahunt originale. ¶ Notandum tamẽ q̄ puritas ſʒ Albertum. non tñ dicitẽ per receſſum ab impuro. ſʒ etiam per approximationẽ ⁊ acceſſum ad ſumme purum. Pro cuius declaratione ſciendum eſt q̄ puritas vt videtur ſequitur naturaʒ luminis ⁊ luminoſi. vt quod plus participat de natura lucis plus habeat puritatis. vt ſumma lux vel ſumme luminoſum ſummie ſit lucidũ ⁊ purum. Et vbi magis proprie ⁊ vere eſt proprietas lucis. ibi etiam magis vere eſt pprietas puritatis. Unde cum ſit lux corporalis ⁊ lux ſpũalis. vt dicit bea. Augu. ſuper Geñ. ad litteram magis proprie dicitur lux ſpũalis q̃ʒ lux corporalis. Erit ergo ⁊ puritas corporalis ⁊ puritas ſpiritualis. Sed maior puritas corporalis eſt ſm maiorem conuenientiã ad ſummam lucez corporalez. Et ſic aqua purior eſt terra: ⁊ aer q̃ʒ aqua: ⁊ ignis q̃ʒ aer: firmamentum q̃ʒ ignis: celum aqueum q̃ʒ firmamentum: celum empireum q̃ʒ aqueum. Et iſtud patet ad ſenſuʒ. Similiter maior puritas ſpiritualis eſt ſm maiorez conuenientiam ad ſummam lucem ſpiritualẽ: que deus eſt. quia lux eſt in tenebris in quo tenebre non ſunt vlle. Secundum hoc ergo purior erit anima ſenſibilis q̃ʒ vegetatiua: rationalis q̃ʒ ſenſibilis. angelica q̃ʒ rationalis hũana ſm naturam. Secundum gratiam aũt que eſt quaſi lumen creatuʒ procedens a luce icreata vbi eſt maior participatio gratie. ibi maior appropinquatio ad primam lucem. Ergo vbi gratia in ſummo. ibi appropinquatio in ſummo ⁊ puritas in ſummo. Sed in beata Maria reſpectu omnium creaturarum aliarũ non vniuſ tantuʒ fugit gratia in ſummo. ergo ⁊ appropinquatio. ⁊ inde puritas in ſũmo. Itez aplſ ait. j. Timo. j. Charitas de corde puro. ſ. ẽ. Ubi ergo maior charitas ibi maior puritas. Sʒ charitas in be. maria in ſummo. ergo ⁊ puritas in ſummo. Petrus ẽt dicit in actib⁹ aploꝝ. xv. c. Fide purificans corda eoꝝ: ⁊ loquitẽ de fide formata per charitatem. Sed be. maria habuit fidez in ſummo. ergo ⁊ puritatem. Nec obſtat huic cõcluſioni q̄ puritas beate marie etiam in ſtatu vie fuit maior omniũ ſub deo. Unde ⁊ angeloruʒ ⁊ beatoꝝ hoc q̄ ſua puritas non plene apprehenderet per ſpem lucem increatã vt beati. Naʒ hoc ideo erat: q: maior lux gratie in ſbiec

De puritate be. marie vñ ⁊ quõ habuit eã in ſummo.

cio paſſibili cõiuncto corpori ⁊ paſſibili ⁊ groſ/
ſo beate Marie: minus imutat ⁊ mouet actua
liter ꝙ̄ maior lux grẽ in ſubiecto impaſſibili ⁊
glorioſo. Et hoc apparet ꝑ exẽplum a ſimili. Ui
demus ꝙ quãq̄ꝫ maior lux minus illuminat. ⁊
minor lux magis illuminat ꝑ cõiunctionẽ cuꝫ
aere obſcuro vel claro. Unde quãq̄ꝫ luna tantuꝫ
illuminat in nocte vel magis in aere ſereno ꝙ̄
tum vel ꝙ̄ ſol in die in aere obſcuro ⁊ obnubi//
lato. ⁊ tñ improportionabiliter maior eſt lux ſo
lis ꝙ̄ lune. Sic ⁊ btã Maria. ⁊ ſi nõ ita actuali
ter cõtinue videret deum ſummã luceꝫ per ſpe
ciem vt ſancti ꝓpter obſtantiã corꝑis paſſibilis
ſui tñ habebat maiorem grẽ habitum ⁊ ſubſtã
tiaꝫ ꝙ̄ ipſi. vnde ⁊ magis ꝓxima luci eterne. ⁊ i
de magis omnibꝰ pura. Hec igitur puritas in/
quit Alb. nihil aliud eſt ꝙ̄ peccati originalis de
letio: fomitis extinctio gratuitarũ ꝑfectionuꝫ
vltimatio. Et ſic in beata virgine ſm̃ ſtatuꝫ vie
fuit grã dei fortius ⁊ magis ꝙ̄ in angelis. ꝙ̄tũ
ſcꝫ ad ſubſtantiã. nõ ꝙ̄tum ad actũ qui eſt ope
ratio. ⁊ ſic puritas in ſũmo. ¶ Sed ad hãc pu/
ritatẽ ſummã quattuor gradibus aſcendit.

Maria quattuor gradi//bus ad ſũmam purita/teꝫ aſcẽdit

¶ Primo enim purificata fuit per ſanctifica//
tionem in vtero.
¶ Secundo in virtutum exercitatione.
¶ Tertio in ſpũſſancti ſuperuentiõe.
¶ Quarto in filij conceptione.

In primo eſt ꝑfectio grãrum ſacramẽtaliũ. In
ſcðo eſt perfectio virtutuꝫ. In tertio eſt ꝑfectio
donoꝝ. In quarto eſt ꝑfectio fructuum ⁊ beati
tudinũ. De prima dicit Cañ. iiij. Tota pulchra
es amica mea libera. ſcꝫ ab originali. Tota pul
chra es a mortali exempta. Macula nõ eſt in te
ſcꝫ venialis. De ſcðo in figuram eius dicit de
Heſter ꝙ erat formoſa valde icredibili pulchri
tudine ⁊ oĩum oculis gratioſa ⁊ amabilis. For
moſa. ſ. in ope per charitateꝫ que eſt forma vir/
tutum. Incredibili pulchritudine in corꝑe per
virginitati in ſolitaꝫ caſtitateꝫ. Et oĩum oculis
gratioſa: ꝑ cordis hũilitatem: qꝛ reſpexit humi
litatẽ ancille ſue. Et de pulchritudine. Sap. iiij.
O ꝙ̄ pulchra ẽ caſta generatio cũ claritate ⁊c̃.
De. iij. ꝑs. Sanctificauit tabernaculum ſuum
altiſſimus. deus in medio eius non cõmouebi
tur. Et Lu. j. Spiritusſanctꝰ ſuꝑueniet in te ⁊c̃.
De. iiij. Ezech. xliij. Maieſtas domini ingreſſa
eſt templum ad viam porte que reſpicit ad oriẽ
teꝫ. Et poſtea ſequit. Et repleta eſt gloria domꝰ
domini. Ad Heb. vlt. Adeamus cuꝫ fiducia ad
thronum gratie eius vt inueniamus auxilium
in tpe oportuno. Et ſic patet priuilegium quar
tum de puritate in ſummo.

¶ Quintum pri/ .§. viij.

uilegium gratie eſt: qꝛ ſimul eſt mater ⁊ virgo.

vñ Hiere. Inuenit populus grãm in deſerto:
grãm. ſ. ſingularis maternitatis producentis
eũ qui nobis attulit grãm ⁊ veritatẽ. In deſer/
to. i. beata maria derelicta a peccato. derelicta
in templo a parentibus: derelicta a quolibet vi
ro ⁊ incognita per quã nõ pertrãſiuit hõ: ſꝫ mr̃
eẽt ⁊ virgo. Mater inuiolata: mater icorrupta
mater intacta. Quis vnq̄ꝫ audiuit talia inquit
Eſa. vi. c. vt mater eẽt ⁊ intacta generaret. q. d.
nullus. Si queris ait. b. Amb. nature ordineꝫ.
Femina mixta viro generare ꝯſueuit. Liquet
aũt ꝙ preter nature ordinẽ ſit chriſtus natꝰ ex
virgine de ꝯſe. di. ij. reuera. Decuit aũt ꝙ talis
mater eẽt ⁊ virgo. qð eſt ei priuilegiũ ſingula//
re. Homo. n. eſt digniſſima creaturaꝝ. ergo ge
neratio hoĩs eſt nobiliſſimus effectus genera/
lis. Generatio aũt nobiliſſimi cuiuſdã hoĩs eſt
effectus hoĩs ſpẽalis. ſed nobiliſſimus effectꝰ
nõ eſt niſi nobiliſſime ſubſtãtie. Iuxta illð Lu.
vj. Ex fructu arbor cognoſcit. ergo generatio
nobiliſſimi hoĩs erit effectus nobiliſſimus no
biliſſime vel nobiliſſimi hoĩs generantis. Sꝫ
vnus eſt ſolus hõ nobiliſſimus. ſ. xp̃s. ergo vnĩ
ſoli ꝯuenit eẽ matrẽ illius. ergo huius mater//
nitas eſt priuilegiũ vnius ſolius. Itẽ effectus
huius generationis fuit perfectus in ſũmo. er
go ⁊ generatio perfecta in ſũmo. Sed perfecti
or eſt generatio vbi vnus de vno ꝙ̄ vbi vnꝰ ex
duobus. ergo in iſta generatione debuit eẽ vnꝰ
de vna. ergo illa fuit mater ⁊ virgo. Itẽ ad per
fectiſſimã generationẽ ſm̃ naturã ſequit perfe
ctiſſima maternitas. Sed perfectior eſt mater/
nitas cũ incorruptiõe ꝙ̄ cum corruptione. er/
go decuit vt in tali generatione eſſe ſimul ma/
ter ⁊ virgo. ſm̃ illud Eſa. vij. Ecce concipiet
⁊ pariet filiũ. ſ. permanẽs virgo. Item quicqd ẽ
in arte exemplari diuino totũ debet eẽ declara/
tũ ⁊ exemplatũ in exemplo creato. Sed genera
tio eſt in diuinis. ergo aliquod exemplum de/
bet habere in natura. Sed ibi vnus de vno: pa
ter de filio ſine diuiſione: corruptione: ⁊ cõmix
tione. Ergo ⁊ hic de generatione xp̃i vnus de
vna ſine corruptiõe ⁊ cõmixtione. ergo ipſa mr̃
⁊ virgo. Priuilegiũ eſt igit ſolũmodo btẽ ma
rie. ꝙ ſit mater ⁊ virgo. Nec ſua maternitas
aut virginitas fuit indifferens. Sic põt eſſe in
alijs. ſed vtrũq̄ꝫ fuit meritoriũ. Eius enim per
fectiſſima virginitas fuit perfectiſſima integri
tas cordis ⁊ corporis ex radice ſũme charita/
tis. Eiuſq̄ꝫ maternitas fuit ſibi meritũ. qꝛ ipſa
de ꝯgruo meruit fieri mater dei: merito ſue fi/
dei: ſpei: ⁊ charitatis. ac perfectiſſime humili/
tatis. ¶ Qð ſi obijciat iſtud priuilegiũ nõ ſibi
ſoli ꝯuenire ſed eccleſie ⁊ plante. Nã dicit ec//
cleſia mater ⁊ virgo. Et ſi dicat ꝙ mater ⁊ ṽgo
eccleſia dicit ſpiritualiter nõ naturaliter. Tũc

Obijcitur ꝙ nõ ſoli ei cõueniat hoc priuilegium.

ſic. Maternitas ⁊ virginitas ſpiritualis eſt per
ſectior ⁊ nobilior maternitate ⁊ virginitate cor
porali. ergo verius ⁊ perfectius dr̄ eccleſia ma
ter ⁊ virgo ꝗ̄ beata maria. Reſpondeo ꝙ eccle
ſia nõ habet in omnibus mẽbris integritatem
carnis. Et in nullo habet integritatem carnis ⁊
cordis cum ſũma fecunditate ſpiritus ⁊ corpo
ris excepta perfectiſſima virginitate ⁊ fecundi
tate beate marie. Sꝫ illã ſpirituale fecũditatẽ ⁊
virginitatẽ quã habet eccleſia in alijs mẽbris
habet in ſe ⁊ in beata maria excellẽtiſſime cõeꝫ
cũ alijs. ⁊ inſuper iſtã priuilegiatã ſingularita
tẽ. De plãtis dicit phs ꝙ eſt in eis ſexus. Eſt. n.
planta maſculina: ⁊ planta feminina. ⁊ tñ plan
ta generat plãtam ſine corruptione ⁊ cõmixtio
ne. ergo ibi eſt mater ⁊ virgo. ⁊ nõ ſolum ma
ria. Reſpondeo ꝙ planta dici poſſet ſuo modo
habere virginitatẽ ⁊ fecũditatẽ ſeu maternita
tem. ſi ſimul haberet ſcilicet ſimul virorẽ floꝝ
cũ patre fructificationis qḋ nõ ꝯtingit. vt dice
re poſſet: flores mei fructus ſicut amigdalum
que virginis matris figura fuit. Hoc ẽt in figu
ra notatur Gen. xiiij. vbi dr̄ abrae. In quarta
generatione reuertentur huc ſcꝫ ad terrã pro
Modi gñatio nis hu mani ſꝫ qͣtuor missionis ſemini abrae promiſſam. ¶ Quatu
or ſunt modi generationis humane ſm Anſ.
nec eſt inuenire aliũ modũ. Primus fuit ſine
femina ⁊ maſculo: vt adam factus a deo. Secũ
dus fuit ſine femina ex viro: vt eua ex coſta ade
Tertius eſt ex muliere ⁊ maſculo: vt eſt cõis om
nium naturalis generatio. Reſtabat quart⁹ mo
dus ſcꝫ ex femina ſine viro. Et hoc eſt virginis
marie ſolum. vnde mater ⁊ virgo. qḋ eſt ſingu
lare priuilegium. Et per hanc generationem
quartam filij abrae. i. veri fideles reuertentur
ad terram fluentẽ melle ⁊ lacte promiſſam eis
ideſt vitam eternam abundantem dulcedine
dilectionis ⁊ lacte puritatis.

¶ Sextum priui- .§.ix.

M. eſt mr̄ dei legiũ grẽ eſt. qḋ eſt mater dei Orige. ſup Mõ.
Cũ eẽt deſponſata mater eius Mat. j. Mater
vnigeniti dei. Mater creatoris ⁊ plaſmatoris
omnium. Mater eius qui eſt in celis ſine ma
tre: in terris ſine patre. Et hoc eſt ſingulariſſi
mũ oĩum priuilegioꝝ ei⁹. Figuratũ Dan. xiiij.
in Daniele exiſtẽte in lacu leonũ. cui miſſus ẽ
Abacuch miniſterio angeli de iuda in babylo
niã cũ prãdio bono. qui Abacuch itrauit ⁊ exi
uit ad danielẽ clauſo oſtio. nec daniel in aliquo
fuit leſus a leonibus ſeptẽ quo deuorabãt ali
os. Daniel. n. qui interpretaẜ cã dei. caſtiſſim⁹:
ſapiẽtiſſim⁹: ꝯtẽplatiõi deditus. ſignificat vir
ginẽ mariã totã virilẽ nil femineũ in moribus
habẽtẽ caſtiſſimã: ſapiẽtiſſimã: ⁊ ꝯtẽplatiuã. ꝗ
bene dr̄ cã dei: qꝛ mater dei. Mater. n. eſt cã et
origo filij: cuius filius deus eſt. Abacuch inter
pretatur luctator fortis. ⁊ ſignificat ieſum qui
luctã geſſit cũ diabolo nõ inanẽ. Hic cũ prãdio
bono diuinitatis angelos ⁊ hoĩes reficiẽtis ad
danielẽ. i. ad virginẽ miſſus eſt. i. incarnat⁹ ex
ea angelo nũciãte. De iudea que interpretatur
ꝯfeſſio miſſus eſt in babylonẽ que interpretaẜ
ꝯfuſio. qꝛ de celo vbi eſt ꝯfeſſio diuine laudis
in mundũ plenũ ꝯfuſione erroꝝ ⁊ peccatorũ.
Intrãte aũt ⁊ egrediẽte Abacuch clauſtra non
reſerata fuerũt: qꝛ aluus tumeſcit vͥginis clau
ſtra pudoris pmanẽt: ẽt ipſuꝫ parienti. Leones
ſeptẽ qui circũeunt querẽtes quẽ deuorent vni
uerſitas ſunt demonũ de ſeptẽ vitijs capitali
bus tentantes qui in nullo potuerunt virginẽ
matrẽ ledere. Sed alios deuorabant hoĩes et
beſtias. i. iudeos ⁊ gentiles. Ubi etiam notãdũ
ſm Alber. ꝙ nõ põt intelligi maior grã pure
creature participari ꝗ̄ eẽ matrẽ dei. maior. n.
eſt ꝗ̄ filius adoptiuus per grãm: vel angelus
vel frater dei. Et ratio primi eſt: qꝛ inter matrẽ
⁊ filiũ eſt ꝯiunctio ſubſtantialis. Inter patrem
⁊ filium adoptiuum eſt participatio accidenta
lis. ergo magis eſt eẽ matrem dei per naturaꝫ
ꝗ̄ eẽ filium dei per adoptionem: qꝛ perfectior
eſt ꝯiunctio ſubſtantialis ꝗ̄ accidẽtalis. Pro
pterea qḋ claudit alterũ in ſe plus eſt ⁊ magis
eligendum ꝗ̄ illud quod non claudit. Sed eẽ
matrem domini ſm naturam claudit in ſe eſſe
filium adoptiuum per gratiam neceſſario: qꝛ
aliter nõ fieret mater. ergo plus eſt eſſe matreꝫ
ꝗ̄ filium adoptiuum. ¶ De angelo ſic probat. M. ex mr̄nita te tali effecta eſt dñã angelorum
ad quod ſequitur maius bonum. illud eſt plus
eligendum. Sed ad eſſe matrem dei ſequitur
maius bonum ꝗ̄ eſſe angelum. Nam ex ma
ternitate tali efficitur domina omnium ange
lorum. Et ſi angelus ſm naturam ſit nobilior
⁊ perfectior homine. tamen ſm gratiam que
potior eſt natura poteſt eſſe perfectior ſicut eſt
in beata matre dei. ¶ De fratre ſic probat. Cau
ſa inquantum cauſa eſt dignior effectu inquan
tum effectus. Dignius eſt ergo eſſe cauſam bo
ni ꝗ̄ concauſatum bono. Sed mater dei ẽ cau
ſa ⁊ origo dei. ſm illud quod natum eſt. Fra
ter autem dei non eſt cauſa ⁊ origo dei: ſed cau
ſatus ab eadem origine. ergo plus eſt eſſe ma
trem dei ꝗ̄ fratrem dei. In cuius etiam ſignuꝫ
eſt ꝙ dominus dedit preceptum de honoran
do patrem ⁊ matrem. non autem de honorãdo Obijci
fratres. quia quid maius eſt mater ꝗ̄ frater. tur ꝙ
¶ Item cum maius ⁊ dignius ſit eſſe patrem non ſit
ꝗ̄ matrem. ſi aliqua pura creatura eſſet pr̄ dei maxi
ſm humanitatem. videtur tunc plus eſſe ſm mũ pui
hominem patrem eſſe dei ꝗ̄ matrem dei. ergo legium
eſſe matrem dei non eſt maximum priuilegiũ eſſe ma
quod poſſit communicari pure creature. Ad trẽ dei.

Hoc reſpondet Alber. q hoc eē nō pōt. ⁊ multa indecentia ſequerent. Dicit. n. phs q maſculus eſt qui generat in alio. Ergo ille qui eſſet pater dei aut generaret in alio aut in ſeipſo. Si in alio. ergo due eſſent vnus generans in alio. ⁊ vnus vel vna generans ab alio ſeu altero. ergo ibi eſſet maſculus ⁊ femina. Si aūt pater generaret in ſeipſo. ergo nec eſſet maſculus: nec eſſet pater. Itē nō eēt rō tunc quare diceret pr̄ q̄ mater. Itē cū nō ſit in viro locus conceptionis: formationis: ⁊ nutritionis. Et ſi fieret ſubita formatio: nō eēt generatio. Itē cū nō ſit ibi organū partus indifferens eēt rō virginitatis e ſic nō eēt filius ṽginis. nec eēt pater nec mater. Itē ſic eēt excluſus ſexus femineus ab incarnatione. Nō. n. incarnatū eſt femina. nec incarnatus eēt ex femina. Et ſic patet q maior gratia pure creature concedi nō pōt: q̄ eē matrē dei naturalis. Nā qḋ ait xp̄s Mat. xij. Qui fecerit voluntatē patris mei. ſ. ipſe meus frater ſoror ⁊ mater eſt. intelligit ſpiritualiter iſta parentela nō naturaliter. Sʒ beata maria fuit mater naturalis. vnde priuilegiū ſingulare. Item q fuerit nutrix dei. Ipſum. n. vt canit eccleſia ſola virgo lactabat vbere de celo pleno. nō eſt per ſe priuilegiū ſed pars priuilegij que includitur in maternitate dei. Ad integritatem eni maternitatis ſm Alber. exigit nō tantū materia prima corporis generandi: ſed etiā alimentum nutriendi. qḋ tātū aptū natū eſt ab alio accipi. Unde quando eſt alia mater: alia nutrix. Nutrix eſt quaſi media mater a qua aliquādo puer multū contrahit a cōplexione influente. ergo ad perfectiſſimā maternitatē exigit etiaʒ ratio nutricis. Unde cum beata maria fuerit perfectiſſima mater fuit ⁊ nutrix. ſm illud Lu. xi. Beatus venter qui te portauit vt vbera que ſuxiſti. Et ſic ſub matre dei includit nutrix dei.

Septimum pri- .§. x.

uilegiū eſt. q eſt virgo virginū. Sic canit eccleſia in letanijs. Ubi notandū ſm Alber. q p genitiuū notat duplex habitudo generalis ſcʒ et ſpālis. Rōne habitudinis quam importat generaliter notat originē. Dicit. n. genitiuꝰ a generando quaſi a prima ſui generatione a qua ⁊ nomen accepit. ⁊ notat habitudinem gignētis ad genitū vel ecōuerſo. Rōne ſpēalis habitudinis notat excellentie ſignificationem. Ratione igitur primi non conuenit xp̄o vt dicat virgo virginum. Quia etſi excellit virginitatē matris. ipſe tamē nō fuit primus virgo qui generauit alios virgines per imitationem. Sed beata maria eſt mater omnium in virginitate qr prima ſine precepto cōſilio vel exemplo glorioſum virginitatis munus deo obtulit. ⁊ per

M. dī virgo ṽginūʒ re ⁊ q̄modo itelligit

votū virginitatis: vt dicit Aug. ab ea emiſſum xxvij. q. ij. obprobriuʒ virginitatis abſtulit: qr maledicta in lege dicebat ſterilis: ⁊ eam in ſe conſecrauit. ⁊ ſic omnes virgines per imitationem ſui genuit. ergo ei ſoli conuenit q ſit virgo virginum ⁊ mater virginum. Ratione autem ſecunde habitudinis: ideſt inquantum notat excellentiam ſuper omnes virgines. ſicut roſa flos florum: quia excellit alios: ⁊ rex regū ieſus: quia excellit omnes reges. Sic ei ſoli cōuenit ita q nulla alia poteſt dici virgo virginū. Excellit autem omnes alios in fomitis extinctione: in puritate: ⁊ in fecunditate: quia nulla virgo fecunda niſi ipſa. Nec tamen ex hoc poteſt dici minus continens: quia nunq̄ fuit tentata. ex eo q philoſophus dicit in ethicis. q cōtinens patitur: ſcilicet impulſus tentationum. ſed non deducitur: ideſt non vincitur ab eis. Nam hoc habet locum ſm inſtinctum nature: vel cōmunis gratie. ſecus per extinctionem fomitis. vt in beata maria. Uictoria enim cuʒ ſit declaratio potentie ſuper aduerſarium magis. ac magis declarat potentiam quando tanta eſt ſuper aduerſarium poteſtas. q non poteſt mouere bellum vel inire conflictum: q̄ cum poſt ictus ⁊ vulnera vincit inimicum. Ex quo pʒ q maior fuit virtus caſtitatis in beata maria q̄ in qualibet alia virgine. ita q etiam angelos excellit in virginitate. quia ibi a natura hec a gratia. Illa angelorum caſtitas neceſſaria: hec gratuita ⁊ voluntaria. Illa in natura impaſſibili. hec a natura fragili. ⁊ ideo vtilior: nobilior: ⁊ laudabilior. ¶ Qu[ā]uis autem proprie ⁊ vere dicatur virgo virginum. non tamen ita proprie dici poteſt mater matrum: quia in virginitate conuenit cum alijs in integritate mētis ⁊ corporis. Sed in maternitate non conuenit cum alijs matribus: quia ille recipiunt conceptum ab alijs hominibus. Hec autem non ab alio q̄ a deo. Et ideo virgo. Unde eccleſia. Rubum quem viderat moyſes incōbuſtum conſeruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem. Rubus eſt natura humana pungitiua per vitia. In hac apprehenſus ignis diuinꝰ quia deus noſter ignis conſumens eſt. quādo ſcilicet verbum dei noſtram naturā aſſumpſit de virgine. Ignis tamen iſte humanitati vnitus non abſtulit virorem virginitatis in maria A virore enim dī virgo. Et ſicut ſpina roſaʒ genuit iudeo mariā. Figura hꝰ: de rubo in Exod.

M. nō dī mr̄ matrū ſic ṽgo ṽginūʒ

Octauum pri- .§. xi.

uilegium beate marie eſt q mater eſt omnium Unde Prouerb. viij. ipſa dicit prout introducit eccleſia in ſui laudem. Cum eo ſcilicet deo eram cuncta componēs ſcilicet per recreatio-

riem ſeu reformationem que quaſi deformata
erãt deformato hoie per peccatũ: propter quẽ
oĩa facta erãt. Vñ. b. Ber. Merito in te dña re
ſpiciũt oculi vniuerſe creature in qua ⁊ ex qua
benigniſſima manus dei quicquid creauerat
recreauit. Et ſic dici poteſt mater oium Sapiẽ.
vij. Omnium mater eſt. Nam cum ipſa ſit mater
dei: ⁊ deus eſt pater ⁊ origo oium. Quicquid
enim per ſe eſt cauſa ⁊ origo cauſe eſt per ſe ori
go ⁊ cauſa cauſati. Sed mater per ſe eſt cauſa
⁊ origo filij. Et filius per ſe origo ⁊ cã oium: qꝛ
per ipſum oia facta ſunt Jo. j. ſ. per verbum fi/
lium dei. ergo ⁊ ipſa per ſe eſt mater oium. Et
pmaxime hoium eſt mater oium genitura et
cura. qꝛ vnum hoiem genuit: per quẽ oẽs re/
creauit ſeu regenerauit. Et in illo filio ſuo no/
bis procurauit quicquid ad vitam preſentem
vel futurum nobis neceſſariuꝫ fuit. ¶ Hoc au
tem opus recreationis pter quod dicitur ma/
ter oium beate marie dñs ſm quadruplex ge/
nus cauſarum ei cõmunicauit ſcilicet efficien/
tis materialis: formalis. ⁊ finalis. ¶ Cauſa q/

M. eſt mater oium hoium

dẽ efficientis noſtre recreatiõis. ſ. ineſſe gratie
generationis poſt deum ſub deo ⁊ cum deo. qꝛ
ipſa nobis illum genuit qui nos oẽs recreauit
ſeu regenerauit virtualiter per paſſionem ſuaꝫ
virtutem gratie cõferẽtem ſacramẽtis. Et vt ip
ſum filium ſuuꝫ gigneret ſuis virtutibꝰ de cõ/
gruo promeruit. Unde Anſel. Nempe decuit
vt ea puritate qua maior ſub deo nequeat itel/
ligi: virgo illa niteret: cui deus pater vnicum
filium ſuum quẽ de corde ſuo equalem ſibi ge
nitum tanq̃ ſeipſum diligebat ita dare diſpo/
nebat vt naturaliter eẽt vnus. idemqꝫ cõmu/
nis dei patris ⁊ virginis filius. Et quam ipſe
filius ſibi matreꝫ ſpecialiter eligebat. ⁊ de qua
ſpiritusſanctus volebat ⁊ opatus erat vt cõci/
peret ille de quo ipſe pcedebat. Hec Anſel. Et
qð dr̃ de patre eterno: ita ⁊ de matre eiꝰ tẽpora
li dici põt illð Ro. viij. Proprio filio ſuo nõ pep
cit ſꝫ p nobis tradidit illũ. ſ. paſſum voluntate
⁊ affectu. Et q̃o cũ illo nõ nobis oia donauit
prinẽtia ad recreationẽ noſtrã. ¶ Cauſa mate
rialis fuit huius recreatiõis noſtre. qꝛ ſpiritus/
ſanctus de puriſſimis eius carnibꝰ ⁊ ſanguini/
bus cõſenſu mediãte carnẽ aſſumpſit quod in
corpus trãſformauit p qð redẽptio nr̃a ⁊ recre
atio facta fuit. Huius rei mirabilis figura fuit
qð habef. ij. Reg. xj. ſ. q eo tpe quo ſolẽt reges
ad bella pcedere. ſ. tpe veris. Dauid ſurgens
a dormitiõe in meridie. vidit de ſolario eiꝰ mu
liere. ſ. berſabee pulcherrimã lauãtẽ ſe. ⁊ amo/
re tractus pulchritudinis eius miſit nunciuꝫ
vt ei acqeſceret. Que aſſentiẽs ꝯcepit filium. ⁊
ſanctificata eſt mulier ab imũdicia ſua Dauid
interpretatus manu fortis ſignificat fortiſſimũ
⁊ omnipotẽtem deum. Hic quaſi a ſomno ſur/
rexit. qñ diſpoſuit incarnari. Nã prius videba
tur quaſi dormire. dũ generi humano nõ pui/
debat de redẽptiõe. Et i meridie. ſ. caloris diui
ni amoris: ſurrexit ad operãdũ myſterium. Ui
dens aũt berſabee q iterpretaẽ puteus ſeptimꝰ
vel puteus ſacietatis. i. virginẽ mariã pulcher
rimã mẽte ⁊ corpore. que eſt puteus aquarum
viuẽtiũ grẽ ſeptiformis ſupabundãs. Lauãteꝫ
ſe. nõ a maculis que nulle erãt ſed ſcripturarũ
inſiſtẽtem ac magis ⁊ magis ſe purificãtem p
opa. ſ. virtutũ quotidie magis deo ſe appro/
pinquãtem. Uidẽs ergo hãc mulierẽ oculo ap
probatiõis ⁊ miſeratiõis: tactus pulchritudĩe
tãtaꝝ virtutũ: miſſo angelo nuncio vt aſſenti/
ret in ꝯceptũ filij ipſa aſſentiẽte ꝯcepit ſaluato
rẽ mũdi. Et ſanctificata eſt mulier ab imundi/
cia ſua: ſiue qꝛ fomes qui erat in ea relegatus
tũc in ꝯceptu filij ex toto fuit extinctus. Siue
⁊ melius qꝛ libera fuit ⁊ imunis ab imundicia
que accidit in ꝯceptu filioꝝ nullo mõ eã habẽ/
do. ſed de puriſſimis ſanguinibus ſuis ꝯcipiẽ
do. ¶ Nec incõueniẽs eſt vt vitioſe geſtũ. ſcꝫ
adulteriũ Dauid ſignificet ſanctiſſimũ myſte/
riũ. vt dicit. b. Greg. in moral. lꝫ aliter ipſe ex/
ponat. Nã ⁊ deꝰ de malis elicit bona. Et h̃ for/
te eſt qð dicit. b. Amb. de facto illo dauid. qꝛ nõ
fuit iprobitatis eſtus. ſ. im̃ ſed vmbra myſterij.
de pe. di. ij. ſ. incarnationis. Licet ibi glo. ali/
ter exponat. Sic igitur cauſa materialis. qꝛ de
puris ſanguinibus ⁊ puriſſimis eius factus ẽ
recreator nr̃ ieſus. ¶ Cã formalis ẽ btã maria
nr̃e recreatõis. qꝛ cibꝰ ſue dei formiſſ. me ꝯuer
ſatõis ſpeculũ ⁊ exẽplũ ẽ reuerſiõis a tenebris
⁊ directiõis ⁊ ꝯuerſiõis ad itnitũ ꝑme lucis. vt
i figurã eiꝰ dictũ ſit Judith. xj. Nõ ẽ mulier ta
lis ſup vniuerſam terrã i aſpectu ⁊ pulchritu/
dine ⁊ ſenſu v̇boꝝ. In aſpectu. ſ. conuerſatio/
nis i ope. In pulchritudine caſtitatis in cor/
pore. In ſenſu v̇boꝝ in interioribꝰ v̇bis ⁊ puri
tate cogitatiõis in corde. Uñ. b. Ambro. Habe
tis i ea pbitatis exẽpla expſſa. Primꝰ deſcendi
ardor nobilitas ẽ magri. Quid nobiliꝰ ea quã
elegit ſplẽdor glie ⁊c̃. ¶ Cauſa finalis ẽ nr̃e re
creatiõis. qꝛ totũ opus redẽptiõis poſt deũ i ip
ſius gliaꝫ ⁊ honorẽ ordinatũ fuit. vñ Apo. iiij.
c. Seniores deponunt coronas ſuas añ pedes
agni recognocẽtes ſe oẽs coronas hũilitate et
hũanitate xpĩ quã aſſumpſit de v̇gine. Ecce. n.
ex hoc (ait ipſa) btãm me dicẽt oẽs generatiões
qꝛ. ſ. reſpexit hũilitatẽ ancille ſue de me incar/
nãdo. Omnes ergo imo omnia cũ ſint recrea
ta ⁊ renouata p eam matrem eã dñt reputare ⁊
eam ſuper oia ⁊ ſuper oẽs puras creaturas ve
nerari. Et hoc priuilegium quod nulli alij con
uenit. ſcilicet quod ſit mater omnium.

¶ Nonum priui- .§.xij.

Maria legium ꝙ eſt porta celi. Beatus Aug. in ſmo/
ne in pſona virginis ait. Porta facta ſum celi.
Janua facta ſum filio dei. Illa facta ſum porta
quã vidit in viſione Ezechiel pph̃a. Dicit autẽ
bea. Maria porta: q2 cum ꝓprietas porte ſit im
portare ⁊ exportare. i. mediũ per qđ res ab ex/
tra ad intra ciuitatẽ vel domũ portanť. ⁊ etiam
mediũ per qđ res que ſunt intus in ciuitate vl'
domo ad extra portanť ita per beatã Mariam
exiuit de celis ad nos qcquid vnq̃ grẽ creatũ
venit in mundũ. vñ ⁊ dicit mater grẽ ⁊ mater
miſericordie. Et de ea poteſt intelligi illud Sa
pien. vij. Omniũ bonoꝝ mater eſt. Et venerũt
mihi oĩa bona pariter cum illa ſcilꝫ ṽgine po/
teſt dicere mũdus. Scđo quicquid boni. ideſt
omnis qui de terris intrauit in celum vt ſancti
oẽs per ipſam vt portam ſeu medium itrauit.
Et iđ felix celi porta. q2 omnes importat in ce/
los per bñdictum fructũ filium ſuũ. Unde in
hymno canit eccleſia. Uirgo felix celi porta. Et
infra. Uitam preſta purã iter para tutũ vt videñ
tes Jeſum ſemp colletemur. ¶ Tertio dicitur
celi porta. i. celeſtis porta: quia ipſa ſapiẽtia in/
creata dei filius tanquã aqueductus intrauit ⁊
exiuit per eã veſtitus carne nr̃a. ſemper tamen
clauſa. i. virginitate nõ violata. Uñ de ea in fi/
gura dicit Ezech. xliiij. Porta hec ſemp clauſa
erit. quam ſcilꝫ in illo mirabili edificio vidit. ⁊
princeps ingredieť per eã. ſ. dñs deus. ⁊ clauſa
erit. ⁊ nullus ingredieť per eã ſcilꝫ homo. quia
virgo ante partũ in partu ⁊ poſt partuꝫ. Sicut
ſydus radium pfert ſine ſui violatione: ⁊ radi/
us per feneſtrã vitream clauſam intrat ſine ſui
ruptione. Ita ⁊ virgo be. maria dei filiũ ſine vir
ginitatis amiſſione. ¶ Dicunť ⁊ ſancti aliquã
do porte celi. ⁊ hoc inquãtũ per eoꝝ ſuffragiũ
vel vite exẽplũ nos importãt in celũ. Uñ ⁊ Jo.
in apo. xxi. vidit in celo. xij. portas. ſ. xij. aplos
vel pfectos oẽs: qui nos pre ceteris meritis et
exẽplis importãt in celũ. Sed ⁊ hoc mõ multo
magis põt dici porta celi bea. maria: pp maius
eius ⁊ pfectius ſuffragiũ ⁊ vite exẽpliũ. ¶ Iteꝫ
crux dicit porta celi: q2 p meritũ paſſionis itra
tur in celũ. de qua põt illđ itelligi. Math. vij.
O q̃ anguſta eſt porta ⁊ arta via que ducit ad
vitã. ſ. celeſteꝫ. Anguſta nimis fuit crux xpo: et
via nobis arta p imitationẽ. Et q2 nulli ita fuit
coiecta magnitudo paſſionis xpi ſicut mri. iđ
⁊ meritũ eius ad celũ inducit. Chriſtus ẽt dič.
Ego ſum oſtiũ ſiqs per me introierit ſaluabiť.
Jo. x. q2 ipſe efficiẽter vt cã pncipalis nos itro,
ducit in celũ ſcilꝫ p fidẽ ſue incarnatiõis de vir
gine implicitã vel explicitã. Uñ bea. Aug. Iſta
fides ſana eſt qua credimus nullum hoĩeꝫ ſiue

Maria legium ... porta celi. (margin:) Dicitur porta celi.

(margin:) Sancti porte celi dicuntur.

(margin:) crux porta celi dicitur.

maioris ſiue minoris etatis liberari a cõtagio
mortis ⁊ obligatione pcti. qđ pmo natura con
traxit: niſi per vnũ deũ ⁊ hoiem mediatorẽ Je
ſum xp̃m. Et bea. Greg. ſup Ezech. dicit ꝙ oẽs
electi qui fuerũt ⁊ qui ſunt in ecclia in mediato
rẽ xp̃m Jeſum crediderũt ⁊ credũt. Et ſic hui9
fides introducit in celũ mediatore nato de vir/
gine. Et iſte eſt pmus articulus fidei de media
tore nato de virgine. Et talis fides viua tamen
incarnati de ṽgine, ꝓprie nos importat in celũ.
Uñ in figurã in tẽplo erãt duo oſtia que ſimul
claudebanť ⁊ apiebanť. Et iſte due porte in tẽ/
plo ecclie ſunt xp̃s ⁊ be. Maria. Nulli aũt hoc
conuenit ſanctorũ. Ideo priuilegiũ ſingulare.

¶ Decimum pri- .§.xiij.

uilegium bea. Marie eſt. q2 regina dř miſicor
die. ſm illud qđ cantať in antiphona. Salue re
gina miſericordie. bea. Bernar. Omnibus ſi/
num miſericordie ſue aperit. Idẽ. Sileat miſe/
ricordiã tuã virgo maria. qcũq3 te inocans in
neceſſitatib9 auxiliũ tuũ ſibi ſenſerit defuiſſe.
Et ſciendũ ꝙ ſm Alber. vbi. ſ. ꝯueniẽtius dici
tur regina miſericordie q̃ grẽ regina vel glie
vel iuſtitie multiplici rõne. ¶ Et pma rõ eſt: q2
plus cõprehẽdit ⁊ ad amplius ſe extẽdit regnũ
miſicordie q̃ regnũ grẽ glorie vel iuſtitie. qđ
ꝓbať ex eo: q2 gr̃a gloria ⁊ iuſtitia per ſe tm̃ di/
cunt collationẽ boni ⁊ ablationẽ mali: vt pcti ⁊
hmõi. Sꝫ miſicordia ſe extendiť etiã ad id vbi
non eſt collatio boni grẽ vel ablatio peccati: q2
ad eos qui ſunt in iferno. Ibi enim erga dãna
tos nõ eſt collatio boni grẽ vel ablatio peccati
ſeu mali culpe. ⁊ tm̃ eſt ibi miſericordia. ⁊ ſi non
liberãs tm̃ minus q̃ merenť puniẽs. Merenť
enim ad nihilũ redigi qui tm̃ conſeruanť in eẽ
nature. vt dicere valeãt illud Thren. iiij. Miſe
ricordie eius ꝙ non ſumus cõſumpti. Ab am/
pliori autem ⁊ maiori potẽtia: dignitas maior
eſt ⁊ denominatio. Ergo a ſumma ⁊ maiori di
gnitate debet dici beata maria regina miſeri/
cordie q̃ glorie gratie vel iuſtitie. ¶ Iteꝫ ſecũ
do. Gloria tm̃ eſt in celo: nõ in terra: nõ in infer
no: non in purgatorio. Gratia eſt tm̃ in mũdo:
nec quoad omnes: quia non in malis homini/
bus. Et in purgatorio quoad omnes. non autẽ
quoad infernum vel limbũ puerorũ: vbi nulla
gratia gratum faciẽs. Sed miſericordia etiam
eſt in celo. i. mira ſuauitas rigãs corda. ſm il/
lud. Dñe in celo miſericordia tua remunerãs.
ſcilꝫ vltra cõdignum. Eſt ⁊ in terra miſerias re
mouẽs peccatoꝝ. ps. Miſericordia dñi plena
eſt terra: q2 ipſa plena eſt miſeria. Eſt ⁊ in pur/
gatorio per ſuffragia. Unde hanc poſtulãt d i/
centes. Miſeremini mei miſeremini mei ſal/
tem vos amici mei. Job. xix. Eſt in inferno et

(margin:) Maria ꝯueniẽtius dř regina miẽ q̃ regina grẽ vel iuſtitie rõ multiplex.

limbo per conſeruationē ſui eſſe ps. Nunquid
obliuiſcatur miſereri deus quoad paruulos q
gaudebunt nature non purgati ab originali.
Aut continebit in ira ſua .i. ſeuera cruciatione
miſericordias ſuas: quin ſcȝ nō conſeruet eos
ineſſe. Ergo maximū regnū eſt regnū miſeri-
cordie. Et ideo maxima regina dici debet re-
gina miſericordie. Tertio probatur ſic. Quic-
quid eſt ſuperius ſuperiori eſt ſuperiꝰ inferio-
ri. Sed miſericordia dei eſt ſuper oīa opera eiꝰ
vt habet in ps. In operibus aūt dei includunt
gratia gloria ⁊ iuſtitia: ⁊ multa alia. Regnum
ergo miſericordie ē ſuper oīa. ergo regina mi-
ſericordie determinat potentiā ſuper oīa. Sed
illa proprie conuenit beate marie. Ut potētiſſi-
ma domina. vñ ⁊ vere regine miſericordie. Itē
cū ipſa ſit ſuper patrimoniū ⁊ proprietatē filij
ſui ieſu chriſti regine. Proprietas autē filij ſui
eſt miſericordia: vt patet in orōne eccleſie. Deꝰ
cui propriū eſt miſereri ſemper ⁊ parcere. Pa-
ter etiam eſt deus miſericordiaꝝ ⁊ deus totius
conſolationis. ergo ⁊ ipſa proprie regina miſe-
ricordie. ¶ Quarto cū dicit regina miſericor-
die. obliquus ille ſcȝ miſericordie. aut conſtrui-
tur tranſitiue aut intranſitiue. Si tranſitiue. ve-
re ⁊ proprie dr̄ regina miſericordie. q2 ipſa eſt
cauſa totius miſericordie continēs tot.i miſeri-
cordi.i ⁊ releuans omnē miſeriā. Hāc poſtula-
bat Dauid dicēs ps. lxxxiiij. Oſtēde nobis do-
mine miſericordiā tuā. Et ſubdit modū. Salu-
tare tuū da nobis. i. ieſum qui datus eſt nobis
ex virgine maria. Si ɔſtruit intrāſitiue ſenſus
eſt: Regina miſericordie. i. que ē miſericordia
ipſa. Qȝ enim dicit in abſtracto de aliquo ma-
xime cōmēdat. vt de iuſto qd̄ eſt ipſa iuſtitia.
De miſericorde qd̄ eſt ipſa miſericordia. In
huius figuram legit heſter. ij. q heſter regina
que interpretat humilis dicta eſt etiā ediſſa: q
interpretatur miſericordia. ⁊ Eſaie. xvj. dicitur
Preparabit in miſericordia ſoliū eius. Solius
eſt in loco proprio regni. ergo miſericordia eſt
proprius locus regni xp̄i. Sȝ illius regni dici-
tur rex ⁊ regina. ergo proprie. b. maria eſt regi-
na miſericordie. ¶ Quinto ſic pbat Diony. in
lib. de diui. no. dicit. Regnū eſt oīs finis ⁊ orna-
tus ⁊ legis ordinis diſtributio. Sȝ hec oīa pro-
prie ɔueniūt miſericordie. ergo ei ꝓprie conue-
nit rō regni: finis diſtributio ſm iuſtitiā eſt: q2
exules facit reges. Ornatꝰ: q2 deformiſſimos
peccatores facit angelos pulcherrimos. Legis
q2 dat charitatē. ⁊ pro illa regnū. Ordinis: q2
viuus ſup angelos: hoīes ſup celos. Hȝ ergo
miſericordia ꝓprietates regni. Proprie ergo
ipſa eſt regnū. Cuius regni potiſſime. b. maria
eſt regina. Proprie igit dr̄ regina miſericor-
die: ⁊ magis q̄ȝ impatrix miſericordie: q2 hoc

M. potius regina mie q̄ȝ imperatrix mie

nomē impator eſt magis nomē timoris ⁊ rigo-
ris. Regina aūt ē magis nomē ꝓuidētie ⁊ egra-
tis. Vñ nec deus in ſcripturis dr̄ impator ſed
rex. Itē magis dr̄ regina miſericordie q̄ȝ regi-
na reginaꝝ: vel dña dñaꝝ vl' dea deaꝝ. Hec. n.
oīa importāt magis dignitatē et excellētiā re-
ſpectu ſupioꝝ ⁊ inferioꝝ. Si. n. diceref dea dea-
rū nō videref dea vel regina ſup demones vel
peccatores. Dr̄. n. ɔuenietius regina miſericor-
die q̄ȝ potētie vel ſapie: q2 in miſericordia itel-
ligit potētia ⁊ ſapia: ſȝ nō ɔuertit. Miſericor-
dia. n. claudit in ſe illa tria. potētiā ⁊ ſapiētiā ⁊
iuſtitiā. Nec ēt ita ꝓprie diceref regina pacis ⁊
dilectiōis: q2 pax ⁊ dilectio nō eſt vniuerſaliter
in omnibus regni ſui: q2 nō in malis.

¶ Undecimum .§. xiiij.

priuilegiū ē. q fuit ei paſſio xp̄i cōicata. Vñ ſy-
meon Luc. ij. Tuāipſius aīam ptrāſiuit gladi-
us ſue paſſionis vt cōiter exponit. Vñ Dam. di-
cit q dolores partus fuerāt ei reſeruati in paſ-
ſione filij. vel gladius verbi dei. i. fides fixa in
corde de crucifixo filio q deus erat. Oēs alij ⁊
alie amiſerūt tūc fidē de ſua diuinitate: qm oēs
diſcipli tūc fugerūt eo relicto. nō ſolū corpore:
ſed ⁊ fide. Et ipſa maria magdalena que plus
viſa eſt diligere ēt non credidit deū. ⁊ ꝓpterea
xp̄s reſurgēs cū ei apparuit. Noli me tangere
q2 nōdū aſcēdi ad prēm meū Jo. xxj. ſcȝ in cor-
de tuo. i. nō credis me eē equalē patri. ¶ Pro
huiꝰ maiori declaratiōe dicit Alber. vbi ſupra
q hoc priuilegiū qd̄ dr̄ cōicatio paſſionis duo
iportat ſcȝ fidē crucifixi dei ⁊ hoīs. Et p ſe paſ-
ſionē ex cōpaſſione patiētis. Et fuit q̄drupLex
diuerſitas reſpectu dñice paſſionis. Quidā. n.
nec habebāt fidē xp̄i nec cōpaſſionē. ſicut infi-
deles inſultātes: blaſphemātes: irridētes: ⁊ de-
mones. Quidā habuerūt cōpaſſionē: ſȝ non fi-
dē. ſ. q deꝰ eēt q patiebaf: ſicut apli qbus xp̄s
dixerat. Oēs ſcandalū patiemini in me nocte
iſta ⁊c. Mat. xxvj. Scādalū coꝝ fuit: q2 receſſe-
runt a fide ſue diuinitatis quā prius ɔfeſſi fue-
rant. Et mulieres ille quibus ait. Filie hieruſa-
lem nolite flere ſuper me ⁊c. Lu. xxiij. Quidā ha-
buerunt fidez vel cognitionē: ſed nō cōpaſſio-
nem. vt angeli ⁊ alij extra ſtatum vie poſiti: vt
qui in limbo patrū. Et latro qui fidem quidem
habuit ſue deitatis: ſed nō cōpaſſionē per ſe. ⁊
hoc q2 circūdatus ipſe ſua paſſione. Sola autē
beatiſſima virgo fuit que ſimul habuit fidez et
compaſſionem crucifixi dei ⁊ hominis. ⁊ ex cō-
paſſione patientis per ſe paſſionem. Et ſic ſola
fuit cui datum eſt p priuilegium cōmunicatio
paſſionis. Cui filius vt dare poſſet premiuȝ vo-
luit cōmunicare meritum paſſionis. ⁊ vt ipſaȝ
faceret participem beneficij redemptionis qua

De priuilegio cōicatōnis paſſionis qd̄ importat.

tenus ſicut fuit adiutrix redemptiõis per com
paſſionem ita fieret mater oĩuꝫ ꝑ recreationẽ.
Et ſicut totus mũdus obligaſ deo per ſuã paſ/
ſionẽ:ita ⁊ dñe oĩum per eius cõpaſſionẽ. Un̄
⁊ glo. ſup illud Eſa. lxiij. Torcular calcaui ſo/
lus ⁊ de gentibus nõ eſt vir mecũ. Torcular. i.
tormenta paſſionis. Et alia glo. Nec angelus:
nec archãgelus nec alius celeſtis ſpũs. Deniqꝫ
humani generis nullus gẽtilis vel iudeus ſo/
lus repugnat ⁊ ſupat. Sꝫ notãdũ ꝙ dicit de gẽ
tibus nõ eſt vir mecũ. excludit. n. viros nõ mu
lieres. qꝛ mulier illa bt̃a maria que ſtabat iuxta
crucẽ ſecũ fuit ad patiẽdũ ex cõpaſſiõe. Et ſic di
cimus de dño ieſu ꝙ habuit ſũmũ dolorẽ ĩ paſ
ſione ⁊ ſũmũ gaudiũ. dolorẽ qdẽ ſm ſenſitiuã
gaudiũ ſm intellectiuã:qꝛ vt dicit Damaſce/
nus. Unicuiqꝫ. ſ. potẽtie pmittebaſ agere que/
qꝫ ppria. Ita de mr̃e dñi ꝙ tũc habuit ſũmã cõ
paſſionẽ ⁊ ꝯgratulationẽ. Cõpaſſionẽ qdẽ exi/
ſtẽtẽ in natura ſimul ⁊ in rõne vt in natura. Cõ
gratulationẽ vero in rõne vt rõne. Et intelligã
tur hec v̾ba vt in materia dñice paſſionis. Uel
dicaſ ꝙ ſũmũ triſtabile in tali genere ẽ accipe
duplr. Uno mõ vt ꝯtrariũ ſũme appetitui. ⁊ ſic
infert ſũmũ dolorẽ. Alio mõ prout eſt via ⁊ me
diũ ad ſũmũ delectabile. ⁊ ſic infert ſũmũ gau/
diũ. Sic aĩa bt̃e virginis apprehendit mortẽ
filij vt ſũme ꝯtrariũ appetitui. ⁊ ſic ſũmũ ei in
tulit dolorẽ. Alio mõ vt in remediũ redemptio
nis humani generis. Et ſic intulit ei maximuꝫ
gaudiũ ⁊ delectationẽ. Et pñt hec ſimul eſſe qꝛ
vnũ eſt materia ad alterꝫ. Uel ſm alterꝫ moduꝫ
vita in alterꝫ via eſt in ipſum. Et ꝙ fuerit in ea
ſũmus dolor ꝓbaſ ſic. Omnis. n. dolor ex amo
re creaſ. Eſt aũt triplex amor:ſcꝫ naturalis:acq
ſitus:⁊ gratuitus. Naturalis fuit in ſũmo: qꝛ
quãto natura nobilior:tãto hꝫ nobiliores affe/
ctiones ⁊ operationes. Ipſa aũt habuit naturã
nobiliſſimã:vñ ⁊ amorẽ naturalẽ ſũme. Item
amor acquiſitus fuit in ea in ſũmo. Nã omnes
cauſe accidentales que inducũt matrẽ ad dili/
gendũ filiũ fuerunt in ea in ſũmo. Nunqꝫ. n.
filius aliquis tãtũ dilexit matrẽ:tantũ honora/
uit:tantũ ꝓ ea ſuſtinuit:tantũ ei dedit ſicut xp̃s
pro matre. ⁊ ſic de alijs cauſis accidentalibus
amoris acquiſiti. Ergo in ea amor fuit in ſũmo
Item amor gratuitus. Nunqꝫ. n. aliquis habu
it tantam claritatem ad filium ſicut ipſa ad ie/
ſum. ergo ⁊ hic in ſũmo. Si ergo hi tres habi/
tus amoris. ſ. naturalis:acqſiti:⁊ gratuiti elici
ant vnũ actũ amoris:erit ille in ſũmo. Illa er/
go erit dilectio intenſiſſima. Et dolor ex amore
hmõi erit intenſiſſimus. ſicut enim ſumme di/
ligit vitã in dilecto:ita ⁊ ſumme dolet de mor
te dilecti. Summum ergo dolorem habuit in
paſſione chriſti. Et quia ſumme diligebat deũ
⁊ proximum:⁊ per paſſionem ſperabatur ho/
nor dei:⁊ ſumma ſalus proximi ſequebatur:in
de habebat ſummum gaudium.

¶ Duodecimum .§.xv.

priuilegium ⁊ vltimuꝫ eſt:ꝙ eſt exaltata ſuper
omnem puram creaturaꝫ in quarta hierarchia
Sic enim canit eccleſia. Exaltata es ſancta dei
genitrix ſuper choros angelorum. Quod ſic
probat Alber. Omnes chori angelorum ſunt
de aliqua hierararchia. Sed ipſa exaltata eſt ſu
per choros angelorum. ergo ipſa eſt ſuper om
nem hierarchiam. ¶ Secunda ratio. Plus di
ſtat beata v̾go a ſeraphin in dignitate ⁊ gl̃ia qꝫ
ſeraphin a cherubin. Sꝫ ꝑ excellentiã dignita
tis ordinatur ſeraphin ſuper cherubin vno or
dine. ergo ⁊ beata maria erit ſup ſeraphin vno
ordine. ergo ſuper hierarchiaꝫ angeloruꝫ. Itẽ
plus ĩproportionabiliter differt domin⁹ a ſer
uo qꝫ ſeruus a ſeruo. Omnes angeli ſunt ad/
miniſtratorij ſpiritus:ideſt ſerui. dicit apoſto/
lus ad Heb. j. Beata maria eſt domina angelo
rum. Seraphin ergo ſe habet ad cherubin vt
ſeruus ad ſeruum:beata maria vt domina ad
ſeruos. Ergo improportionabiliter eſt ſuper ſe
raphin qui eſt vltimus ordo in ſuprema hierar
chia. vnde ſuper omnem hierarchiam exaltata
¶ Tertio ſtatus glorie eſt eleuatus ſuper ſtatuꝫ
innocentie. ergo in corporibus ⁊ animabus.
Sed ſi homo non peccaſſet:aliquis aſſumptus
fuiſſet ad ordinem ſeraphin. Nam cũ ex homi
nibus eſſent reparande ruine angelorum. ⁊ ſꝫ
aliquos doctores (quos ſequi videſ. b. Tho.)
ceciderint ex omni ordine aliqui. vnde de ſera
phin de quo dicitur fuiſſe lucifer. ergo aliquis
modo debet eleuari ſuper ſeraphin. Et hec eſt
beata maria. vnde in figuram dr̃. iij. Reg. ij. ꝙ
poſitus eſt thronus matris iuxta thronũ regis.
Cõſtat aũt ꝙ thronus veri Salomonis. ſ. chri/
ſti eſt ĩproportionabilr ſuper ſeraphin. ergo ⁊
thronus mr̃is. Et ad hoc faciũt auctoritates ſã
ctorꝫ. Hinc. b. Aug. de te o v̾go maria qd dicã
paup ingenio:cũ qcqd dixero minor laus ẽ qꝫ
tua dignitas mereaſ? Si celũ appelẽ:altior es
ſi matrẽ gẽtiũ dicã:excedis. ſi formã dei appel
lẽ:digna exiſtis. ſi dñam angelorꝫ vocẽ: ꝑ oĩa
cõprobaris. Si ergo dña angelorꝫ eſt ſup oẽs
angelos exaltata. Itẽ. b. Hiero. in ſermone de
aſſumptiõe. Hec eſt pulchra in qua meruit exal
tari ſuper choros angeloruꝫ ⁊ peruenire vltra
qꝫ humanitatis noſtre licitum ſit nature. Ubi
nõ ſubſtantia tolliſ:ſed glorie magnitudo de
monſtraſ. Ubi chriſtus pro nobis introiuit põ
tifex in eternũ. Idẽ. Hec eſt dies ĩ qua vſqꝫ ad
throni celſitudinẽ mater ⁊ virgo proceſſit:atqꝫ
in regni ſolio ſublimata poſt chriſtum glorio/

Mꝫ. ex/altata ẽ ſuper omneꝫ puram creatu/ram.

ſe reſedit. Beata itaqȝ nõ temere ſuper choros
angelorum exaltata deuotiſſime predicatur. et
creditur q̄ ſaluator omniuȝ per ſe quantuȝ da
tur intelligi totus feſtinus occurrerit: ⁊ cũ gau
dio eam ſecum in throno collocauerit. Item
ſicut in corporalibus: ita in ſpiritualibꝰ nihil
eſt vacuum. Sed inter deum ⁊ creaturam: me
diuȝ eſt creatura vnita deo. Similiter inter eē
creaturam puram ⁊ eſſe creaturam vnitaȝ: me
dium eſt creatura de qua ſumitur quod naſcit
⁊ vnitur. Et hec eſt ergo inter creaturas ⁊ filiũ
medium ſcilicet beata maria. Ergo ei debetur
medius ſtatus. vnde ⁊ ſuper omnes angelos.
Chriſtus etiam dicit pro regula. Qui ſe humi
liat exaltabitur Mat. xxiij. Et quanto quis ſe
magis humiliat: a deo exaltabitur ſaltem in re
gno beato. Propter quod dicit ſapiens quan/
to maior es: tanto te magis humilia in omni/
bus ⁊ inuenies gratiam. Unde chriſtus qui ſe
ſuper omnes humiliauit ſeipſum vſqȝ ad mor
tem crucis: imo ⁊ deſcendendo ad inferiores
partes terre. propter q̄ ⁊ deus exaltauit illum.
⁊ donauit ei nomen ⁊c̄. Sed poſt eum btā Ma
ria ſuper omnes humilis fuit: ⁊ ideo debuit ſu
per oēs exaltari. Unde ipſa ait. Quaſi cedrus
exaltata ſum in libano: que arbor altior eſt om
nibus. Sed quia de huiuſmodi exaltatiōe ple
nius dicitur in ſermone de aſſumptione: ideo
alia dimittũtur. Ex dictis patet quomodo bea/
ta maria fuit plena gratia quadrupliciter. Pri
mo quia omnes gratias generales ⁊ ſpeciales
omnium creaturarum habuit in ſummo. Se/
cundo quia illas gratias habuit a quibus om
nis creatura vacua fuit. Tertio quia ſua gratia
tanta fuit: q̄ pura creatura maioris gratie ca/
pax non fuit. Quarto quia etiam gratiam increa
tam: ideſt deum in ſe totam continuit. Et ſic p
omnem modum gratia plena fuit.

¶ Dñs deꝰ fuit cũ maria qnqȝ modis. C. xxj.

D Ominus tecũ. Do/
minus ſcilicet deus. Ubi primo ſci
endum q̄ ſm magiſtrum ſententia/
rum: deus dicitur eſſe in omnibus
rebus creatis tripliciter ſcilicet per eſſentiam:
preſentiam: ⁊ potentiã. Et in ſanctis ſuis quar
to modo ſcilicet per inhabitantem gratiam: vł
hic inchoatam vel in futuro conſummatam.
Omnibus his modis erat dominus deus in
beata maria perfectius q̄ꝫ in ceteris omnibus.

> Deꝰ dr̄ eē i oi/ bus re/ bus cre atis tri/ pliciter

¶ Dicitur enim deus eſſe in creaturis per eſ/
ſentiam inquantum per ſuum continuum influ
xum conſeruat creata ineſſe. Unde beat⁹ Greg.
Omnia in nihilum redirent niſi ea manꝰ om
nipotentis ſuſtentaret. Et ſic exponit Chryſo. il
lud Jo. j. Sine ipſo ſcilicet gubernante factum
eſt nihil: ideſt quod factum eſt nihil eſt. Quan/
to autem aliqua creatura vel in ſpecie vel in in
diuiduo habet perfectius eſſe tanto magis po
teſt aliquo modo dici deus ibi magis ineſſe p
eſſentiam: vnde magis in homine q̄ꝫ in brutis
Et q: beate marie dedit nobiliſſimum eē: quia
optime formata ⁊ complexionata ſuper omnes
Ideo dominus tecum. ¶ Per preſentiam di/
citur deus in omnibus eſſe q: nouit omnia in
tima creature. Omnia nuda ⁊ aperta oculis
eius Heb. iiij. Sed in beata virgine fuit per p̄
ſentiam: non ſolum q: ipſe vidit omnia ſecre/
ta eius effectus ⁊ cogitatus oculo cogitatiōis.
ſȝ ⁊ oculo approbatiōis oēs actꝰ eiꝰ interiores
⁊ exteriores vt ſanctiſſimos approbauit. ¶ Per
potentiam dicitur eē in rebus: q: oibꝰ dat vir/
tutem operandi Unde Jo. xv. Sine me nihil
poteſtis facere. Et quia virtutem dedit operan
di beate marie perfectius q̄ꝫ alteri pure creatu
re. ideo ⁊ perfectius q̄ꝫ in alijs dominus tecuȝ.
¶ Per gratiam eſt in ſanctis. j. Joã. iiij. Qui
manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo.
Sed certe nullus poteſt equari beate marie in
charitate Cant. j. Introduxit me rex in cellaȝ vi
nariam ſcilicet gratie ſue abundantiſſime. ⁊ or
dinauit in me charitateȝ. Sed vltra dictos mo
dos eēndi fuit mõ inaudito a ſeculis ſtupēdiſ/
ſimo. ſ. per preſentiã corporalē quãdo verbum
caro factum eſt. ⁊ de qua niſi de virgine maria
ait be. Ber. Et ſm hoc exponitur dominus te/
cũ. ſ. cito erit incarnãdus. ¶ Si dicat q̄ ſȝ phȝ
Sermones inquirēdi ⁊ faciēdi ſunt ſm mate/
riã que tractat. Unde in materia amoris nõ de
bet poni nomē timoris ſm illud Malach. j. Si
ego dñs vbi eſt timor meus. Cũ ergo tractaret
materia ſũmi amoris. ſ. incarnatio filij dei nõ
videt q̄ debuerit dicere dñs tecũ. ſed potius
pax vobis vel tecũ. Sicut ⁊ filius eius ſaluta/
bat quos diligebat. Sȝ hoc nõ obſtãte dicit Al
ber. vbi ſupra q̄ in iſta ſalutatiōe in eo q̄d dicit
dñs tecũ. duo intendunt. Unum vt pſona mit/
tentis pprie exprimat. Alteȝ vt liberȝ arbitriũ
beatiſſime virginis ad credendum ⁊ aſſenti/
endum inclinetur. Iſta autem duo perfectiſſi/
me ⁊ propriſſime exprimit hoc nomen domi/
nus. Quod a potentia imponitur ſcilicet a do/
minãdo. Unde beatus Ambroſius. Quod do
minus nomen eſt potentie. ⁊ quando abſolute
dicitur ſoli deo appropriatur. Alij vero domi/
ni dicuntur reſpectu ſerui illius vel illius ſeu
alicuius loci determinati. Ipſe abſolute dici/
tur dominus. q: eſt dominus omnium Heſter
iij. Dominus vniuerſorum tu es quod ſo/
lius dei trinitatis eſt proprium qui eſt per/
ſona mittens in hac ſalutatiōe. Et ſic perſona
mittens proprie noiat. Per idē aũt ⁊ liberȝ ar/

> Dñs te cum di xit an/ gelus ad ma. quare.

dtrium beatiſſime virginis inclinat. qꝛ ad con
ſentiendum in mirabilia marie diſponit fides
de oīpotentia: quia credit ⁊ aduertit deum om
nia facere poſſe. Acquieſcit ipſi poſſe: ⁊ naturas
mutare: ⁊ naturis imperare. Vñ cū hoc oīuꝫ no
uoꝝ nouiſſimum nunciet beate virgini. Ad
credendum ↄgruentiſſime ponit hoc nomen
dñs. quod abſolute poſitum eſt oīpotentie de/
monſtratiuū. Quia vero liberū beate virginis
etiā per ſe erat facile ad credendū paratum: nō
indiguit exprimi cū inſinuatiōe omnipotentie
vt diceretur dñs oīpotentes. Uel cum terrore.
vt dñs exercituum. Sed ſufficit leuis eius an/
nūciatio: ⁊ quaſi obſcura expreſſio potētie: qua
lis per hoc nomen dñs importatur. Dicit ergo
dñs tecum. quaſi dicat ei aperte. Nihil credas
tibi impoſſibile que ſcis te dñm in ſociuꝫ habe
re. Sed dic cōfidenter omnia poſſum in eo qui
mecū eſt. Si eni aliqui duo vnum officium de
beant opari. quid impedit ſi vnus eſt debilis.
cum alter ſit adeo fortis. vt ꝑ ſe effectuꝫ illū poſ
ſit inducere iſto etiā nō iuuāte. Et ex his patet
reſponſio ad obiectum ſcilicet quia dominus
hic ponitur ad notandum potentiam fiendi nō
timorem vel terrorem.

ℭ Secundo ſcien/ .§.i.

dum ꝙ cum dñs tecum dicit. aſſociatio denote
tur. Aſſociatio autē cum ſit in aliquo ſm Alber
tum. notari hic poteſt triplex aſſociatio que re/
peritur in rebus ⁊ domini cum beata Maria
in myſterio vite. videlicet.

ℭ Aſſociatio in eſſendo.
ℭ Aſſociatio in patiendo.
ℭ Aſſociatio in agendo.

ℭ Aſſociatio in eſſendo duplex eſſe poteſt. ſcꝫ
abſolute ⁊ reſpectiue. Si abſolute. Eſt hec ſub
ſtantiali quali ⁊ quāto. Aſſociatio in ſubſtantia
li eſt identitatis. In q̄li eſt ſimilitudo. In quāto
eſt eq̄litas. Fuit ergo aſſociatio dñi ⁊ beate ma
rie in ſubſtantiali eſſe. vna. ſ. in humanitate. qꝛ
verus hō de hoie. i. virgine vera. Unde i Gen.
Caro enim ⁊ frater nr̄ eſt. ad Phil. ij. Habitu in
uentus vt homo. Fuit etiā ſimilitudo in volun
tate: qꝛ nil volebat niſi qđ deus vellet. Fuit eq̄li
tas q̄ꝫ potentie in genere. Ipſa eni regina eius
regni: cuius ipſe es rex. Unde de ea cantt. Aue
regina celoꝝ. Uel in ipſis poteſt notari ſ. beatā
virginem ⁊ dñm filium identitatis in nature.
Similitudo in forma ⁊ figura. Eq̄litas in virtu
te naturali vel in potētia. Si autē eſt cōmunio
ſeu aſſociatio in eſſe reſpectiue. hoc eſt vel duo/
rum adinuicē. Et hec eſt in ſummo inter dñm
filium ⁊ mrēm: quia hec mr̄ ⁊ hic filius eius.
Aut hec cōmunio vel aſſociatio eſt duoꝝ vel
vnum. Et hoc triplex eſt: qꝛ vel ſm tꝑs: vel ſm
locum: vel ſm ſitum vel habitū. ℭ Aſſociatio
domini ⁊ beate Marie ſm tꝑs reperit triplex.
Fuit enim tēpus ꝓprie humiliationis. ⁊ in hoc
tempore fuit dñs filius cum matre ſua: vt in tē
pore purificationis quādo obtulit filium in tē/
plo. Lu. ij. Nā in illo humiliauit ſe mater in ſa
crificio purificationis que non egebat ea cum
eſſet ſumme pura que non ex hoie concipiens.
Humiliauit ſe filius cū ea in templo oblatus et
redemptus pecunia. Fuit ⁊ tempus perſecutio
nis in paſſiōe. ſ. in qua aſſociata eſt ei. qꝛ ſtabat
iuxta cruceꝫ mater eius. Joā. xix. Fuit tertio tē/
pus conſolationis vt in reſurrectione. in q̄ pri
mo (vt ait be. Ambro.) apparuit ſibi. Et iō non
acceſſit cum mulieribus ad monumentuꝫ que
in morte eum detineri putabāt. qꝛ vt ait beat9
Bernar. Certe expectabat eum reſurgenteꝫ vi
dere ⁊ inde conſolari. In his ergo tēporib9 do
minus ſecum. ℭ Quantū ad aſſociationeꝫ in
loco. Sciendum ꝙ triplex conſideratur locus.
qꝛ alius naturalis. alius penalis alius dignita
tis. In his omnibus dñs ſecuꝫ. Naturalis qui
dem locus fuit vterus virginis in quo fuit fili
us menſibus nouē. Matth. j. Inuēta eſt in vte
ro hñs ſcilꝫ ieſum. Locus penalis fuit exilium
gñ ſcilꝫ propter timorem herodis ne occideret
filium paruulum: ſicut tot milia innocentuꝫ vt
perueniret ad ipſum fugit cum filio in egyptū
ibi exulās per ſeptēnium: iuxta id qđ predixe/
rat Hiere. Ecce aſcendet dñs in egyptuꝫ ſuper
nubem leuem ſcilꝫ virginem que onera coniu
gij ignorauit ac ēt pondera peccati. Locus di
gnitatis eſt celum empyreū. de quo canit eccle
ſia. Aſcendit xp̄s in celum ⁊ preparauit ſue ca/
ſtiſſime matri locuꝫ in quo poſt ipſum glorioſa
reſedit: ſup omnes exaltata. In omnib9 his lo/
cis fuit ſecum. ℭ Fuit tertio ſm ſitum cum ea
omnimodo. Nā in vtero manens cum iacente
iacebat: cum ſedente ſedebat: cuꝫ ſtante ſtabat.
Secundum habitum etiā fuit cum ipſa beatiſ
ſima maria eadem carne induit deum qua ip/
ſa erat induta. iuxta illud ad Philip. ij. Habi/
tu inuentus vt homo. Et ps. Dominus regna/
uit decorem indutus eſt: indutus eſt dominus
fortitudinem ſcilicet humanitatem decoratiſſi
mam ⁊ potentiſſimaꝫ ad expugnādos hoſtes:
quam veſtem fecit ei mater ſua. ℭ Secūda aſ/
ſociatio cum domino filio fuit in patiendo. Eſt
autem triplex compaſſio ſeu ſociatio in patien
do. naturalis vt mater filio. Unde Agar ancil/
la videns filium ſuum Hiſmahel ſiti mori: ex
compaſſione quaſi non valens eum videre mo
ri: dimiſit eum. Sed dominus prouidit. Bea/
tiſſima Maria ait Thren. pmo. Attendite om
nes qui tranſitis per viam ſi eſt dolor ſicut do/
lor meus: ex compaſſione ad filiuꝫ in cruce pē/
dentem.

dentẽ. Sed ⁊ ipſe filius cõpatiens matri quaꝫ ſciebat ſumme dolere: ait matri ſue. Ecce filius tuus. Scḋa eſt paſſio accidẽtalis vt cõpatiatur ſeruus dño: ſicut cõpatiebanꝰ ſerui dauid cuꝫ filius pſequebaꝰ eum: exeuntes ciuitatem cuꝫ eo lugentes. Et ſic beata Maria cõpaſſa eſt filio vt fideliſſima ancilla dño cum ſequebaꝰ euꝫ in predicatis in quibus calũniabaꝰ: ſubſannabaꝰ: ⁊ maledicebaꝰ. ¶ Tertia eſt paſſio eſſentialis vt mẽbrũ delicatiſſimũ ſuo mẽbro compatiaꝰ. i. Cor. Si patitur vnuꝫ mẽbrum cõpatiuntur oĩa mẽbra. Et ꝑcipue capite languente omnia mẽbra dolent. Et qꝛ filius eius erat ps eius ⁊ mẽbrum precipuũ ſpũale eius cum ipſe ſit caput eccleſie. Ideo ⁊ ipſa cum eo paſſa eſt. Luc. ij. ait Symeon. Tuã ipſius aiam ptranſibit gladius. Et in his oibus fuit ꝯſociatio eiꝰ in patiẽdo. ¶ In agendo tria ſunt genera hominũ que ſibi coicant in agẽdo. ſ. cõtrahentes generãtes ⁊ adiuuãtes. Et ipſa beatiſſima virgo coicauit cum dño ⁊ aſſociauit ſe in ꝯtractu matrimonij hois ⁊ dei. Pſal. Et ipſe tanꝗ̃ ſpõſus eccleſie procedens de thalamo ſuo. ſ. vteri virginalis. A ſummo celo egreſſio eius. Aſſociauit ſe in generatione filij. Spũs enim ſctũs ſupueniet in ea: vt de puriſſimis ſanguinibus eius formaret corpus filij cum dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm verbũ tuum. In adiutoriuꝫ generis humani ſaluãdi: in cuius figuram dixit dñs Gen. ij. Nõ eſt bonum hoiem eſſe ſolũ Faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi. Et formauit Euam que dicta eſt mater oium viuẽtiuꝫ. Sed magis ꝓprie potuiſſet dici mater mortuoruꝫ: qꝛ filios ſuos ipſa occidit. Sed beatiſſima maria vere mater eſt ſpũaliter viuẽtium. Et ſic btã Maria coicauit dño in omni eo quo cõtingit aliquid alicui coicare. Et ideo in omni modo. Dñs tecum. Dñs oium per creationẽ generalr̃ Dñs hoium per recreationẽ ſpecialiter. Dominus tuus per imediatam ſuperpoſitioneꝫ chriſti hominis per vnionem. Tecum ergo dominus per eſſentiam: preſentiam: potentiaꝫ: per inhabitantẽ gratiã ⁊ corpalem pſentiam.

¶ Dominus te- .§.ij.

cum. Dñs pater inquit Athanaſius in ſymbolo dñs filius dñs ſpũſſanctus. Et tñ non tres dñi: ſed vnus eſt dñs. Tota enim trinitas. ſ. pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſctũs opata eſt myſterium incarnationis. ſ. formans illud corpus ex virgĩe aiam xp̃i ſubito creando ex nihilo: ⁊ vnionem illã humanitatis ſue cum deitate efficiendo ⁊ grãm ⁊ ſapiam quaſi infinitã ei infundendo. Inſeparabilia enim ſunt opa trinitatis de ꝯſe. di. iiij. Oẽs. ſ. ab extra licet ſolus filius non pater nõ ſpũſſanctus vnitus ſit noſtre humanitati in pſona. ¶ Et ponit Anſelmus exemplum de vna veſte quã fecerunt in ſcindẽdo: ſuẽdo: tres pſone. ⁊ tñ vna ſola ex illis illa veſte ſe induit. In cuius figurã legitur Jone. ij. ꝙ rex niniue deſcendit de ſolio ⁊ indutus eſt ſacco ad placandum iram dei ꝯtra niniuem. i. munduꝫ ſubuertendum ꝓpter ſcelera ſua. Sic dei filius rex regum deſcendit de celeſti ſolio ⁊ indutus eſt ſacco noſtre mortalitatis in quo erat theſaurus ſanguinis eius cuius precio mundi periturus: reconciliatus eſt deo. Hinc ⁊ bea. Ber. ſuper miſſus eſt. Pater inquit tecũ qui filiũ ſuum facit ⁊ tuum. Filius tecum qui ad condendum in te mirabile ſacr̃m: miro modo ⁊ ſibi ſerat ſacrarium. ⁊ tibi ſeruat genitale ſignaculum. Spiritusſanctus tecũ qui cuꝫ patre ⁊ filio tuum ſanctificat vterum. Et quia patri attribuitur potentia: filio ſapiẽtia: ſpiritui ſancto bonitas ⁊ beniuolentia. Ideo primo. Dñs. pater tecum exercens ſummã potentiam. Dominus filius tecũ: oſtendens eximiã ſapientiã. Dominꝰ ſpũſſanctus tecũ. exhibens nimiam beniuolentiam. ¶ Quantum ad primũ quia patri attribuitur potentia: ⁊ hoc opus incarnationis fuit ſumma omnipotentie. Ideo dico patrem exercuiſſe ſummã potentiã. Fecit (inquit ipſa beatiſſima Maria) mihi magna qui potens eſt. Coniuncta quippe ſunt in hoc opere tria maxime diſtantia ſcꝫ deus ⁊ limus. vt ait bea. Ber. i. hõ qui de limo ſm corpus factus eſt. Mater ⁊ virgo. que cõmuniter ſunt contraria ſimul poſita. Paries quidem filium ⁊ virginitatis non pateris detrimentum cantatur de beatiſſima maria. Fides eſt cor humanũ. Cor humanũ cõmuniter non aſſentit. i. intellectus: niſi his que ratione probantur. Sed ſupra oẽm rationeꝫ hoc eſt. ꝙ deus factus eſt homo ex virgine natus. Et tamen totus mundus hoc myſterium credidit ⁊ confeſſus eſt. Et vt dicit btũs Auguſti. In his que ſupernaturaliter ⁊ miraculoſe fiunt tota ratio facti eſt potẽtia facientis. Nam rõ deficit: mens non capit humana tantũ myſterium. Vñ ſapientiſſimus Salomon Prouerb. pe. ſic ait. Tria ſunt mihi difficilia ad cognoſcenduꝫ ⁊ quartum penitus ignoro. ſcꝫ viam aquile in celo: viam nauis in medio maris: viaꝫ colubri ſuper terrã: ⁊ viam viri in adoleſcẽtia ſua. ſm hebreos vt dicit Nico. de lyra. ¶ Ubi nota q̃tuor myſteria magne potentie ⁊ difficilia ad intelligendũ. Uia aquile in celo eſt aſcenſio xp̃i in celo: que ſua virtute aſcendit. Uia nauis in mari fuit operatio xp̃i in paſſione in qua ſumme dolebat ſm ſenſitiuam: ⁊ ſumme gaudebat ſm intellectiuam. Uia colubri ſuper terram fuit reſurrectio eius de ſepulchro. Ipſe enim aſſimilauit ſe ſerpenti dicens Joan. iij. Sicut moy

tota trinitas fuit cum Maria

De q̃tuor myſterijs ad intelligẽdũ difficilius.

ſes exaltauit ſerpentē in deſerto ⁊c̄. Quartum
autem quod dicit ſe penitus ignorare eſt via
viri ideſt quomodo Chriſtus perfectus. ⁊ ideo
vir omni virtute fuit in adoleſcentula ideſt in
virgine maria. ❡ Dominus filius tecum. oſtē
dens ſuam ſapientiam in hoc myſterio. Pſal.
Omnia in ſapientia feciſti. Cum enim ipſa ſit
ſapientia patris. j. Cor. ij. Xp̄m dei virtutem
dei ſapientiam nō niſi ſapientiſſime opus pro-
prium ſue perſone ageret. Et q: ſapiētis eſt or-
dinare ſm̄ phm̄: ordinem ſummū ſeruauit in
iſta ſua incarnatiōe ex virgine. Uenit enim vt
medicus ad curandū infirmitatē noſtram. Tol
le morbos tolle vulnera: nulla cauſa veniendi
medico ait Aug. Sic enim xp̄s ait. Nō eſt opꝰ
valentibus medico: ſed male habētibus. Sapi
entis aūt medici eſt dare medicinā tp̄e quo pro
ſit infirmo. Unde nō imediate poſt infirmitatē
contractā per pctm̄ incarnationis medicinā ex
hibuit: q: minus fuiſſet vtilis. Putaſſet eni ho
mo ꝙ infirmitas ſua leuis fuiſſet: ⁊ iō cito cura
ta. vnde ⁊ minus gratus deo fuiſſet tanti bene-
ficij. ⁊ ex ipſa tam celeri ſanatione recidiuū paſ
ſus eſſet. Non eni tp̄e legis naturalis vel etiā
legis moſaice venit vt ꝯuinceretur ſuperbꝰ ho
mo qui multū pronus eſt attribuere bona vir̄tu
ti ſue non dei. Primo de ignorātia ⁊ poſtea eti-
am de impotētia. Nam tp̄e legis nature in tan
tam cecitatē lapſus eſt homo: vt elementa ⁊ cre
aturas adorarēt pro deo oībus pene ydolatrie
deditis: excepta familia Abrae. ⁊ de peccatis
nephādis ſodomie non facerent ſibi conſciēti-
am. vt pꝫ in ſodomitis Gene. xix. Tante igitur
ignorantie ꝓuidens deus legē populo ſuo val
de multiplicato per Moyſen dedit: vt de veri
dei cultu inſtrueret ⁊ de peccatis vitandis. Sꝫ
quia lex illa adiutoriū non preſtabat ad imple-
dum quod videbat: ſed tm̄ docebat agenda. Jō
nullus plene eā ſeruare poterat ex virtute ſua
propter qđ ꝯuictus homo de ſua ignorantia ⁊
debilitate coactus eſt clamare ⁊ poſtulare aduē
tum medici qui talem medicinam inſtitueret
ſeu componeret: que adiuuaret implere quod
preciperet. Et hec ſunt ſacramenta habentia
virtutem ex paſſione chriſti que medicine di-
cuntur contentiue gratie. Auguſtinus ſuper
Joannem. Quantum eſt in medico ſanare ve-
nit egrotū ideſt hoiem quēlibet ipſe ſe interi
mit: qui precepta medici ſeruare non vult. Nō
autem differre voluit iſtum aduentū ſuū vſq̄
in finem ne homo diu expectās ⁊ poſtulans re-
medium contra ſuā infirmitatē: demum deſpe
raſſet de ſua ſalute. Et quia paucis ꝓfeciſſet ſcꝫ
tm̄ illis qui in fine fuiſſent reperti. Hec diffuſe
bea. Tho. in. iij. parte. q. j. Ad ſapiētiam etiam
medici pertinet nō ſolū tp̄s ꝯgruum ſeruare:
ſed ⁊ modū. i. per ꝯuenientia remedia. Contra
ria eni contrarijs curant. Infirmitates ex frigi
ditate ꝓuenientes per calida. Infirmitas in ho
mine ꝯtracta erat ex tumore ſuperbie. Et ideo
ſapientia dei patris curare eam voluit per hu-
milia ꝯtraria ſuperbie. Uñ aplš ad Phil. ij. Cū
in forma dei eſſet. i. verus deus: ſemetipſū ex-
inaniuit ſcꝫ formam ſerui accipiens humilia
uit ſemetipſum factus obediens vſq̄ ad mor-
tem: mortē aūt crucis. Et iſtā humiliationē in
choauit in vtero matris: quia in prima ſui ſu-
bita formatiōe inuentus eſt minor omnibꝰ par
uulis. Augu. Erubeſcat homo fieri ſuperbus:
poſtq̄ humiliatus eſt dn̄s. Talē ⁊ matrem ele-
git beatā mariā quā ex omnibus humillimā
cognouit. Et eius humilitas traxit eum de celo
vt ait Bern̄. Immo ipſa dicens. Reſpexit hu-
militatē ancille ſue. Et hoc eſt qđ di Cant. j. Cū
eſſet rex dn̄s oīum in accubitu ſuo. i. in requie
ſua: quaſi dormire videretur ⁊ nō curare de ſa-
lute humana. Oēs eniꝫ ad inferos deſcēdebāt
nardus mea dedit odorē ſuum. Nardus ē her-
ba parua: ſed multū medicinalis. Et ſignificat
beatā virginē humilē que pmaxime dedit odo
rem ſue humilitatis qñ totā ſe deo cōmittens ⁊
ſubijciens ait. Ecce ancilla dn̄i ⁊c̄. Qui odor vſ
q̄ ad celum aſcendit: ⁊ in celo accūbentem q̄ſi
euigilare fecit ⁊ in vtero ſuo qeſcere. Et ſic do-
minus tecū ſcꝫ erit in te quieſcēs. ❡ Spiritus
ſanctus tecū. beniuolentiā ſummā exhibens.
Spūſſanctus ſupueniet in te. Luc. j. excitās di-
lectionem tuā in maiorē feruorē. Neceſſe eniꝫ
erat (ait btūs Ber.) Nō modico amoris incen-
dio preueniri: que mox ꝯceptura erat dei filiū
Hec ille. Et ex hoc etiam mūdo oſtenditur dei
amor ⁊ beniuolentia. Sic eniꝫ deus dilexit mū
dum vt filiū ſuum vnigenitum daret. Joānis
iij. Ut eſſet etiā vnigenitus mr̄is marie. Augu.
Que maior cauſa veniendi deo niſi vt oſtende
ret nobis dilectionē ſuam. vt ſi amare pigebat
reamare nō pigeat. Unde ⁊ ipſe dicebat p hie
re. xxxj. In charitate perpetua dilexi te ꝓpterea
attraxi te miſerās ideſt traxi te ad me ſuſcipiēs
mortalitatem tuā. Amor autem ⁊ beniuolentia
attribuit ſpirituiſcō. propter quod dicit beatus
Greg. Ipſe ſpūſſanctus amor eſt. Et hec eſt ra-
tio quare dicitur chriſtus conceptus de ſpiritu
ſancto. Quod enim in ea natū eſt ideſt cōceptū
de ſpiritu ſancto eſt. ait angelus Joſeph de ſpō
ſa ſua btā maria. Matth. j. Non quia de maria
ſpirituſſancti ſeu ſubſtātia eius facta ſit illa hu
manitas xp̄i: ſeu ꝙ ſpirituſſanctus ſolus opera
tus ſit incarnationē illam. Sed vt dicit magi-
ſter ſentē. in. iij. q: mere ex amore ⁊ liberalitate
dei factū eſt vt deus vniretur homini nō ex me
ritis nr̄is: ⁊ amor dicit ſpirituſſanctus. Et hoc

eſt quod ait apl's ad Titū.iij. Apparuit benigni/
tas ⁊ humanitas ſaluatoris nr̄i dei non ex ope/
ribus iuſtitie que fecimus nos: ſed ſm ſuā mi/
ſericordiam ſaluos nos fecit. Unde ⁊ ſol mate
rialis per zodiacum diſcurrens ex ſigno leonis
quando eſt pferuētiſſimus calor eius ſuper ter
ram: intrat in ſignū virginis: ad innuendum
ꝙ ſol iuſtitie deus noſter ex tpe veteris teſtamē
ti quando deus vt leo rugiens erat deus vltio/
num puniens terribiliter peccatores. vt patet p
exempla in ſcripturis. Ex feruētiſſimo amoris
calore intrans in vterum virginis totus factus
eſt benignus ⁊ ſuauis ⁊ humanus. Unde ⁊ fru
ctus tunc matureſcunt ⁊ ſuaues fiunt. Conclu/
ditur ergo Dominus tecum. pater ⁊ filius ⁊ ſpi
ritusſanctus. Amen.

¶ Dominus deus fuit cum maria ad corpus
chriſti formandum ⁊ ad prolem exultandum:
⁊ ad ipſam magnificandum.

Capitulum. xxij.

Dominus tecū. Do
minus nomē eſt poteſtatis: ait bea
tus Amb. Et qr dn̄s facturus erat in
ea pertinentia ad maximam poteſta
tem: ideo ait. Dominus tecū. ſcʒ erit. Magna
potentia dei ſolius ⁊ ab hominibus honorat.
Et Job. v. dicitur. Facit ſcʒ deus magna ⁊ iſcru
tabilia ⁊ mirabilia abſqʒ numero. Magnuʒ fu
it creare celū ⁊ terram ex nihilo. Magnū in di
luuio ſaluare in archa hoies ⁊ de omni gene//
re animaliū. Magnum liberare populum de
egypto tantis mirabilibus. Magnū conduce/
re populū illum in tāto numero per deſertum.
xl. annis de celo manna preſtito. Magnū om//
nes gentes cū regibus ſuis de terra promiſſio/
nis per Joſue exterminare. Et omiſſis alijs in/
numeris veteris teſtamenti exemplis: magnū
fuit xp̄m cecos illuminare: demones effugare:
infirmos ſanare: mortuos ſuſcitare. Sʒ omnia
iſta magnalia excedit myſterium incarnatiōis
⁊ infinite potētie: quod angelus nūciat dicens
Dominus tecū erit. Et hoc tripliciter.
¶ Dñs tecū ad te incarnandum.
¶ Dñs tecū ad prolem vite exaltandum.
¶ Dñs tecum ad te magnificandum.

¶ Dominus tecū .§.i.

erit cito ad carnē de te ſumendū. Ecce enim cō
cipies ⁊ paries filium qui vocabitur altiſſimus
filius. Luc. j. Quod imediate fuit impletū cum
virgo reſpondit. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm
verbum tuū. Tunc verbū caro factum eſt. i. ho/
mo de virgine maria. Et vt dicit Leo papa i ſer
mone. Quod dixit Eſa. liij. Generationeʒ eius
quis enarrabit. nō ſolum de generatione eter//
na ex parte hoc intelligitur: ſed etiam ex matre
temporali generatione ⁊ pmaxime quō fit vni
tum verbum homini: qr nullus viator capere
poteſt. Sed aliqua dicemus ſolum quoad con/
ceptum illius corporis ieſu ex virgine. que ta//
men non ſunt predicanda quoad aliqua ꝓpter
carnalem populū: qui pure neſcit iſta conſidera
re. Dama. ſic ait. Ex patris beneplacito ⁊ coope
ratione ſpūſſancti tribuit creatori creari: ⁊ plaſ
mare ⁊ plaſmari: ⁊ filio dei ⁊ deo incarnari et
humanari ex caſtis ⁊ non coinquinatis eiꝰ car/
nibus ⁊ ſanguinibus. ¶ Pro hoꝝ declaratio/
ne dicit Alber. vbi ſupra ſm phiam naturalem
ad conſeruationē indiuidui ⁊ ſaluationē ſpeci
ei. ponuntur quatuor digeſtiones. Prima fit in
ore qḋ probant ex eo ꝙ aliquam operationeʒ ⁊
effectum plus habet res maſticata ꝗʒ non maſti
cata. Secunda fit a ſtomacho vbi ſegregat ſub
tile a groſſo. ⁊ conſtat ꝙ adhuc neutrum eſt ꝑs
corpis. Tertia fit ex epate vbi fit vlterior ſegre//
gatio puri ab impuro. ⁊ conſtat ꝙ adhuc neu//
trum eſt initiū corporis vel pars corpis. Quar
ta fit in membris vbi tranſmittitur magis pu/
rum. Et illud ad membra tranſmiſſuʒ facit tria
Primum eſt ꝙ nutrit ⁊ ſaluat ſubam ſuſcipien
tis: reſtaurando deperditum continue defecti/
onis que ex calore naturali eſt agente in ſuam
materiam. Secundum eſt ꝙ eandem ſubſtan//
tiam etiam augmentat ⁊ deducit vſqʒ ad debi
tam quantitatem. ſi eſt citra. Tertium eſt ꝙ his
duabus actionibus ſuperfluum tranſmittit ad
viam generationis. Et ſic ſemen eſt ſuperflui//
tas quarte digeſtionis. ¶ Modo queritur de
illo ſuperfluo. Aut de illo tm̄ fit deciſio: vel nō
tm̄ de illo. Si tm̄ de illo illud nunꝗʒ fuit gene//
rantis. nec pars corporis: quia i fine quarte di
geſtionis. primo vel conuertitur in corpus ſi ē
neceſſarium. vel tranſmittitur generatiue ſi eſt
ſuperfluum. Ergo ſi tm̄ de illo fit propagatio:
non erit eſſentialis ꝓpagatio: quia nec anima
de anima: nec corpus de corpore. Item nunꝗʒ
ſuperfluum illud vnitum fuit maſſe corrupte
ex cuius coniunctione contrahitur originale.
ergo ille qui generatur non habebit originale
Item ſm hoc nihil eſſet in chriſto: quia ſm eſſe
nunꝗʒ fuiſſet Adam. ergo non deſcendiſſet ab
eo ſm corpulentam ſubſtantiam quod eſt con/
tra beatum Auguſtinum. Item ſi dicatur ab ip
ſo Adam deſcendiſſe. non ꝙ aliquod ſui fuerit
in eo ſm eſſe: ſed tm̄ ſm originem anime. vege
tabilis ⁊ nutritiue q̄ ē potētia in ſemine ergo
potius dicetur deſcendiſſe a prima planta vel
a primo animali in quo primam originem ha/
buit anima nutritiua ⁊ vegetabilis. ¶ Pro//
pterea cum anima vegetabilis ſenſitiua vna fit
ſubſtantia cum rōnabili in homine ⁊ illa nullā

ab adam habuit originē ſm aīam vegetatiuaʒ
ꝛ nutritiuam nullo mō diceretur dñs deſcendiſ
ſe ab adam. Et ſi diceref ꝙ in ſemine eſt virtus
anime vegetabilis ꝛ nō ī aīa. hoc nihil eſt. Uir
tus enī non eſt ſine ſubſtantia cuius eſt virtus.
⁋ Uñ ergo ſcā fuerit iſta cōceptio. dicimꝰ cuʒ
dama. ꝙ nō tantū de ſanguine: ſed ꝛ de ſangui
nibꝰ ꝛ carnibꝰ beatiſſime virginis facta eſt. Et
dicimꝰ ꝙ duplex eſt humiditas ſui ſanguinis
in corꝑe. Una nutrimētalis: que venit a cibo. ꝛ
adhuc nō eſt corpus vel pars corporis. ſed ad/
huc pōt vel vniri vel pars fieri vl' tranſmitti ad
generationem alterius corꝑis. Preter hanc eſt
ibi humiditas ſubſtātialis: que eſt actualiter ī
oibus mēbris. ꝛ eſt pars eſſentialis corꝑis: vel
generātibus cōiuncta: vel ꝑ nutrimētuʒ in cor
pus cōuerſa ꝛ illi vnita. Et ex his vtriſqꝫ fit de
ciſio vel ꝓpagatio. Et hoc eſt qđ ſubtilr̄ tangit
phus in li. de aīa dicens. ꝙ eſt generationis fa
ctiuū. Et hoc duobus modis. Uno modo quia
ex ſuperfluitate in vltima digeſtione fit ps ſe/
mini ꝛ rei generate. Alio modo quia ꝑ alimē/
tum ſuſcipiunt completam quātitatem. tunc ꝛ
ſubſtantiā vt nō poſſit ex ipſis ↄcidere eſſentia
liorē ꝛ veriorē partē ſeminis rei generate. Alſs
ſi nutrimētū eēt tm̄ materia ſeminis ꝛ nō effe/
ctiuū: nō benediceref factiuū. qđ dicit potētiā
actiuantē. Nūc autem eſt nutrimētū ꝛ materia
ſeminis ꝗtū ad maiorē partē ipſius ſeminis. ꝛ
eſt cauſa efficiens ꝛ ↄferens membris cōplemē
tum ad decidendū de ſe partē eſſentialiorem ꝛ
veriorē. Et idē tangit damaſce. dicendo in vno
loco ex ſanguinibꝰ ꝛ nō ex ſanguine. Et in alio
loco dicit expreſſe: ex puriſſimis ſanguinibꝰ ꝛ
carnibꝰ. Et Jobis. j. c. dicif in plurali. Qui non
ex ſanguinibꝰ in plurali: neqꝫ ex voluntate car/
nis in ſingulari. ⁋ Itē ſciendū ſm Alb. vbi. ſ.
ꝙ fuit iſta conceptio per modum gñatiōis. nō
per modū creationis. Nec damaſ. dicit creās.
ꝗuis mgr̄ ſen. dicat hoc. Sed dicit Damaſ. ꝙ
nō ſeminaliter: ſed ↄditiue ꝑ ſpm̄ ſctm̄. Et alia
tranſlatio hꝫ creabiliter. quaſi diceret ꝗuis nō
ſit pure creatio: eſt tm̄ ibi proprietas ꝛ ſimilitu/
do creationis. qꝛ videlicꝫ facta fuit ſubito ꝛ im
mediate a deo qui nō indiget materia. Quam
uis enī damaſce. dicat ꝙ ſpūſſanctus deſcendit
in eā: dans ei virtutem ſuſceptiuā ſimul ꝛ gene
ratiuam nō eſt intelligendum ꝙ illa virtꝰ beate
marie fuerit cā immediata illius cōceptus: ſed
cā mediata. Nō enī a virtute creata potuit hoc
eſſe immediate: ſed a virtute increata dei qđ ꝓ
batur. quia coniūgere ea que ſunt infinite diſtā
tie: eſt potentie infinite. Eiuſdē autem virtutis
eſt oꝑari conceptionem ꝛ vnionēʒ: qꝛ ſimul fu
it in vno. Sed in iſta vnione ſunt deus homo
q ſunt infinite diſtantie. ergo hoc fuit a virtute
infinita: nec virtutes create. Nulla eniʒ creatu/
ra eſt infinita virtute. ⁋ Signāter aūt dixit an
gelus. Ecce cōcipies in vtero: nec eſt ſuperfluū — ↄcipe ī
in vtero ponere: qꝛ videf ꝙ ↄceptus nō fiat niſi — vtero ꝛ
in vtero: ꝗuis enim vterus ſit locus conceptio — ↄcipe ī
nis. tamē eſt dr̄ia inter ↄcipere in vtero. ꝛ cōci/ — vterum
pere in vterū. qꝛ oēs mulieres ↄcipiūt in vterū — differūt
recipiētes a viro ſemen in vterū. Sola aūt bea/
ta Maria ↄcepit in vtero non hoīe: ſed ſpūſan
cto in ea ↄceptuʒ oꝑante. ſm illud Hiere. xxxj.
Nouum faciet dñs ſuꝑ terram. Femina circū/
dabit virum. qđ ſm Diony. eſt nouiſſimum oī/
um nouitatum. Item in ipſo ↄceptu nō habuit
beata Maria delectationē cum libidine. vt ha
bēt coiter mulieres. Unde angelus docēs mo/
duʒ ait. Uirtus altiſſimi obūbrabit tibi. i. refri/
gerium ꝓſtabit tibi in eo ↄceptu. vt calorē libi/
dinis nō ſentias. ſicut vmbra refrigerium pre/
ſtat ↄtra calorē. Habuit tm̄ ſūmam delectatiōēʒ
ſpūalem ꝛ gaudium quale intelligi nō poſſet a
nobis. Sed ꝛ delectationē naturalē habuit tūc
in ſummo. ⁋ Nam ↄceptio iſta fuit ſimilis illi
que fuiſſet in ſtatu innocētie ꝗtum ad immuni
tatē peccati ꝛ libidinis Sed illa fuiſſet cuʒ ma
iori delectatione ꝗ̄ ſit modo que eſt cum libidi
ne. ergo ꝛ illa fuit cum maxima delectatiōe na/
turali ſine aliquo peccato. Item natura nobili/
or nobiliores habet oꝑationes ꝛ delectatones.
Sed natura non corrupta nobilior eſt nā corru
pta vt nūc. ergo maior eſt ꝛ nobilior eius dele/
ctatio. Huiuſmodi aūt fuit ↄceptus Marie. qꝛ
nō natura corrupta in ea ergo ꝛc. ⁋ Stetit aūt
in vtero virginis ſm be. Augu. iiij. de trinitate — Quāto
mēſibus nouem: ꝛ diebus ſex. Eſt dicaf ꝙ vi/ — tpe xp̄s
detur ꝙ dies. xlvj. ſteterit in vtero virginis vl/ — ſteterit
tra debitū. Et ratio eſt. qꝛ in alijs pueris in iſto — ī vtero
ſpacio dierum. ſ. quadraginta vel quadraginta — Marie
ſex. ſm alios paulatim perficif ꝛ organizaf cor/
pus paruuli in oibus liniamētis ſuis. ꝛ tūc for
mato anima de nihilo creata corpori infundif.
Sed corpus Jeſu in ſubito cum dixit btā Ma
ria. Fiat mihi ſm verbū tuum in inſtāti fuit de
puriſſimis ſanguinibus virginis corpus per/
fectum cōpletum ꝛ organizatum. ꝛ anima tunc
creata infuſa. ꝛ ſimul deitati vnita. Non tamen
ſuperfluxerūt illi dies in manendo in vtero vir
ginis. Sed infra illos vt dicit Magiſter ſentē.
in. iij. Corpuſculum illud puriſſimum ſuꝑ om/
nia corpora paruulorum in vtero exiſtentium
deuenit ad notabilem quantitatem ꝛ ſolitaʒ cō
muniter. Et ſic fuit in vtero. cclxxvj. diebus. Hę
ſunt trigintinouem hebdomade ꝛ duo dies.
Et congruentiſſimum ꝛ precioſiſſimum tēpus
eſt quo ſm ordinem nature non errantis neqꝫ
deficientis parum congruit eſſe in vtero poſt
anime infuſionem. Nec debuit dominus con/

cipi perfectione corporali:que eſſet contra mo
dum humane natiuitatis:ſed pfectione ſpūa/
li. Primo aūt homini Ade de terra terreno cō
gruebat pfectio corporalis. Scdo vo ade cele/
ſti ɔgruebat in illo ſuo principio pfectio ſpūa/
lis que intelligit per virum duz dicit in illa au
ctoritate. Femina circūdabit virum. Concepit
ergo beata Maria cum ſumma ſpūs delecta/
tione:⁊ etiā cum ſumma delectatione natura/
li. Sed naturalis fuit ibi materialis:ſpūalis fu
it formalis. ſicut ipſa ɔceptio fuit ſpūſctō ope/
rante tm̄:⁊ natura opationē ſuſcipiēte. Quam
uis aūt poſt ɔceptionē matres habeāt graue/
dinē ⁊ laborē in portando prolē in vtero(,put
dicit Thob. filio ſuo Thob. iiij.)btā tn̄ Maria
nullam grauedinē ſenſit:q: ɔcepit ſm ſtatum
innocētie.i. ſine peccato originali in prole. Uñ
ſicut in illo ſtatu innocētie nō erat grauamē in
matre portante fetum:ita nec btā Maria ha/
buit grauamen. Sicut corpus ,pprium nō gra
uat ,ppriē:ſic naturaliter corpus matris ⁊ filij
in vtero eius quaſi vnum corpus nāliter non
grauat. ℭ Item qꝛuis diſſolutio ſeu diuiſio cō
tinui ſit dolor:hoc eſt qñ ſit iſtud a pncipio ex/
tra agentē per violentiā:qꝺ nō fuit in virgine
Fuit etiam talis dolor partus datus in penam
matribus ɔcipiētibus cum libidine. Qꝺ quia
nō fuit in virgine:ideo vt canit eccleſia. Neſci
ens mater virgo virū:pepit ſine dolore ſalua/
torē ſeculoꝝ. Propterea beata Maria añ par/
tum tm̄ reficiebat ſm intellectum ⁊ tactū:intel
ligēdo ⁊ ſentiēdo in ſe hērē gaudium paradi/
ſi dñm ieſum. Sed poſt partuz reficiebatur de
eo ſm oēm ſenſum ⁊ intellectum. Uidens par/
uulum quem nouerat deum:audiens vagien/
tem quaſi guſtans cum oſcularetur adorans p
ſentem palpans ⁊ amplexans. Et ideo auctum
eſt gaudio ⁊ delectatione in partu. ℭ Item qꝛ/
uis corpus groſſum non poſſit tranſire per ali
ud corpus niſi diuidēdo: hoc eſt ſm naturaz:
tn̄ q: partus virginis Marie fuit miraculoſus
ſicut ɔceptus:ideo exiuit in mundū p portam
clauſam:⁊ pphetauit Ezechiel. Saluo ſignacu
lo virginali:virgo ante partū ⁊ virgo poſt par
tum. Sola etiā vgo lactabat vbere de celo ple/
no:nō p aliū moduz q accidit in m̄ribus. Qꝺ
dñs fuit in btā vgine p exaltationē plis.

ℭ Dominus te/ .§.ij.

cum. Scdo ad prolē de te exaltandū:qꝺ decla/
rat exprimēs qualis erat naſciturus ex ea. Uo/
cabis inquit nomē eius ieſum. Erit enim ma/
gnus ⁊c̄. Hoc nomen ieſus qꝺ ſm btm̄ Bern.
eſt mel in ore:melos in aure:iubilus in corde:
fuit ab eterno pdeſtinatuz rem nois deum pre/
ſtādo. Ro.j. Qui.ſ. ieſus factus eſt ei ex ſemine
Dauid ſm carnē qui pdeſtinatus eſt filius dei.
Fuit a ,ppheta prenunciatū per longa añ tpa.
Abachuc.iij. Ego(ait)in dño gaudebo ⁊ exal/
tabo in deo ieſu meo. Ab angelo intimatū ma
rie ⁊ ioſeph. vt hic ⁊ Matth.j. Apparuit ange
lus domini Joſeph dicēs. Noli timere ⁊c̄. Uo/
cabis nomē eius ieſum:a maria imperatū:⁊ a
Joſeph executiōi mādatum. Luc.ij. Ut circūci
deret puer vocatū eſt nomē eius ieſus. Hoc au
tem eſt nomē ,ppriū eius. ⁊ q: noīa imponūtur
rebus a proprietatibus eaꝝ. ℭ Cauſam huius
nominis īpoſitionis expreſſit angelus dicens.
Ipſe enī ſaluū faciet populum ſuū a pctīs eoꝝ.
Uñ ieſus hebraice:latine ſaluator interpretat.
Quāuis aūt ſaluare a culpa remittendo eaz ſit
cōmune tribus pſonis:q: īſeparabilia ſūt ope/
ra trinitatis:ab extra tn̄ redēptio per paſſionez
,ppria eſt filij incarnati:qui ſolus eſt incarnatꝰ.
Et ſm hāc filius ſolus ſanguine ſuo ſaluum fe/
cit populū ſuū a peccatis eoꝝ. Unde ipſe ſolus
dicitur ieſus.i. ſaluator. Itē qꝛuis vnum ,ppri/
um non poſſit eſſe pluriū propriuz:tn̄ vniꝰ poſ
ſūt eſſe plura ,ppria. vt riſibile:diſciplinabile:⁊
ſuſceptibile hominis. Unde cū verbū incarna/
tum habeat plures ,pprietates ſibi ſoli cōueni/
entes ⁊ nulli alie pſone:pōt a qualibet earū de/
nominari. Uñ plura noīa que dicunt de deo:
vt Eſaias. Uocabitur nomē eius Emanuel. Et
vocabit admirabilis:ɔſiliarius:fortis ⁊c̄. con/
ueniunt ei ratione diuerſaꝝ ,pprietatum:⁊ a q̄/
libet eaꝝ poteſt denominari. Cum vnūquodqꝫ
ab vltimo ⁊ optimo precipue habeat denoīari.
Finis autem eſt vltimū in vnoquoqꝫ. dz vnum
quodqꝫ propriiſſime a fine denominari. Et cū
finis incarnationis ſit ſaluatio humani gene/
ris per verbū incarnatum. Ubi filius dei incar
natur recte vocatus eſt ieſus potius qꝫ alio no/
mine. Similiter qꝛuis mirabilitas ⁊ fortitudo
⁊ conſiliuz cōmunia ſint diuinis pſonis:tn̄ mi
rabilitas cōceptus ⁊ natiuitas de virgine:for/
titudo in morte. ɔſiliatio in doctrina:vbo ⁊ exē
plo ſolum conueniūt ieſu. ſicut propria eſt ei in
carnatio. Unde hac rōne non ɔueniunt pdicta
nomina trinitati:ſed verbo incarnato. ℭ De
iſtis duobus coniunctis ieſus xp̄s: dicit Alb.
nominant vnā pſonam a duabus naturis que
inuenta eſt ſm humanitatē:ſaluator ſm diuini
tatem humanitati cōnexam. ℭ Quantum aūt
incarnatū ex virgine dñs exaltauerit oſtendit
apls ad Phil.ij. dicēs. Deus exaltauit illum et
donauit illi nomē qꝺ eſt ſuper omne nomē ⁊c̄.
Et hoc angelus gabriel expoſuit ſubdens poſt
qꝫ dixit virgini. Uocabis nomen eius ieſum.
Erit enim magnus ⁊c̄. quoꝝ expoſitio ſequitur
de magnitudine prolis ɔcipiēde a virgine.i. ie
ſu. Erit inquit magnus. Et primo locutio iſta vi

De īpoſitione nomie ieſus ab angelo

detur incõgrua. Nam cum magnitudo ſit du/
plex ſcʒ molis ſeu q̃titatis materialis ⁊ virtu/
tis. Et de magnitudine corpali nõ ſit intelligẽ/
da locutio: q: illa eſt indifferens. Uñ Samueli
dictuʒ fuit de vno ex germanis Dauid. Ne re/
ſpicias vultũ eius: nec altitudineʒ ſtature eius
q: abieci eũ. j. Reg. xvj. Ergo de magnitudine
virtutis. Sed eũ qui nunciaſ ↄcipiendus ſit de
us: deo aũt nihil accreſcat: nulla virtus per in/
carnationẽ. Quicqd enĩ põt homo põt deus ⁊
plus. ergo qcquid põt mõ: potuit ⁊ prius. quo
factus eſt magnus. Uñ ⁊ bea. Ber. Quare erit
⁊ non potius eſt magnus: qui ſemp equaliſ eſt
magnus: ⁊ nõ hʒ quo creſcat vt q̃ſi maior poſt
ↄceptum futurus ſit q̃ʒ ante ſit. quinimo potiꝰ
paruus videbatur nunciandus. ſm illud Eſa.
ix. Paruulus natus eſt nobis. Uñ ⁊ bea. Ber.
Non laudatur dñs magnus ⁊ laudabilis val/
de: ſed ⁊ paruus dñs ⁊ amabilis valde. Propſ
quod etiã dicit ps. Minuiſti eũ paulominꝰ ab
angelis. Quod apls ad Heb. ij. exponit de ver/
bo incarnato. Ad hoc rñdet Alber. vbi ſupra.
Dñs in incarnatione factus eſt magnus ⁊ par/
uus: q: deus ⁊ hõ. Magnus inquantum deꝰ: ⁊
paruus inq̃tum homo. Ergo vna ⁊ eadem p/
ſona eſt magnificata ⁊ paruificata. Qʒ auteʒ p/
ſona diuina ſit magnificata: hoc hʒ rõne huma
nitatis. q: ſcʒ ipſa humanitas deo cõiuncta eſt
magnificata ⁊ exaltata. Nam diuina natura nõ
habet quo creſcat: cum infinita ſit. Paruificata
autem ⁊ exinanita dicitur diuina perſona rõ/
ne diuinitatis: non ex diminutione diuine na/
ture in aliquo que minui non poteſt: ſed cum
inferiori vnitione. Sicut ⁊ magnificatio non ẽ
nature extra metã ppriã eleuatio: ſed cũ ſũma
natura pſonalis ↄiũctio. Et ſic erit magnus.

¶ Primo altiſſima nobilitate.
¶ Scdo excellentiſſima dignitate.
¶ Tertio imenſiſſima poteſtate.
¶ Quarto diffuſiſſima famoſitate.
¶ Quinto copioſiſſima vtilitate.
¶ Sexto inauditiſſima nouitate.
¶ His ſex modis erit magnus.

¶ De nobilitate .§. ij.

eius d᷑ prouer. xl. Nobilis i portis vir eius ſcʒ
eccleſie. cuiꝰ ſponſus eſt ieſus cũ ſederit cũ ſen
oribus terre. Et Luc. xix. in parabola. Nobilis
quidã abijt in regionẽ longinquã accipere ſibi
regnum ⁊ reuerti. Hic vtiqʒ magnus. Nã ps.
de eo. Magnus dñs ⁊ lau. ni. ⁊ magni. ⁊c. Et
quis magnus ſicut deus nr̃? Job. Altior celo ẽ
pfundior inferno: latior mari: ⁊ longior terra
menſura eius. ſcʒ ſpiritualis vʒ in pñtia ſubli/
mitate. In ſapiẽtie lipiditate. In charitatis v/
ſceroſitate. In permanentie eternitate. Bern.
Plane magnus: q: tam magnus q̃ altiſſimus.
Altiſſimus enim p᷑ eius eſt. Quã alius autem
p᷑ ſit nõ potuit inequalẽ ſibi gignere filiuʒ. Fe
cit vtiqʒ angelũ magnũ ſed nõ quantus eſt ipe
⁊ fieri non potuit altiſſimus: qd ſibiipſi vſurpa
re voluit di. Similis ero altiſſimo. Solũ auteʒ
vnigenitũ quẽ non fecit: ſed genuit oĩps oipo/
tentem: altiſſimus altiſſimum: coeternus coeſ/
num: ipſum ſibi per oĩa cõparari. nec rapinam
eſtimat nec iniuriaʒ. Uñ ⁊ angelus poſtq̃ ma/
gnus dixit: ſubdidit. Filius altiſſimi vocabiſ.
Ecce nobilitas altiſſima expreſſa. Quãuis autẽ
dicaſ in li. Eccl. Eris filius altiſſimi. obediens
ſcʒ mandatis dei. Aliter tñ q̃ʒ iſte. Nam ſancti
viri ⁊ obedientes diuinis mãdatis: ſunt filij p
adoptionem ſm illud apli ad Gal. Miſit deꝰ
filiũ ſuum natũ ex muliere ⁊c. vt adoptioneʒ fi/
liorum reciperemus. Hic auteʒ filius altiſſimi
per eternam generationem. Uocabiſ ait altiſſi
mi filius. Aliter q̃ʒ alibi. Nam alij vocanſ noīe
illius impoſitiõe. Hic aũt ⁊ nominis ⁊ rei diui
ne nature per operũ declarationeʒ. Uocabitur
altiſſimi filius eterna nominatione ps. Dñs di
xit ad me filius meus es tu: ego hodie. i. eter/
naliter genui te. Scripture atteſtatiõe: Joãnis
pphetatione. Operum pbatiõe. Patris eterni
declaratiõe. Columbe oſtenſione. Petri confeſ
ſione: ⁊ demonum ſuſpitiõe. Doctrine ſingula
ritate: q: nunq̃ ſic locutus eſt hõ. dixerunt mi/
nistri miſſi ad capiendũ eum. Jo. vij. Facile eſt de
his auctoritates ſcripture habere ob breuitatẽ
dimiſſas. Uocabitur ergo ab hominibus ex p/
dictis altiſſimi filius. Unigenitus in eſſe natu/
re. Primogenitus in donis gratie. Summus
in eſſe glorie. Unum erit in eſſentia cum patre
Erit a patre eterna generatione. Unum princi/
pium in cõi inſpiratione.

¶ De excellentiſ/ .§. iij.

ſima dignitate ait per os Dauid. ps. ij. Ego cõ/
ſtitutus ſum rex ab eo. Et Apoc. xx. d᷑. Qd ha/
bet ſcriptum dei filius in femore ſuo ideſt hu/
manitate: rex regum ⁊ dñs dominantium. Qd
etiam oſtenſum fuit in viſione Nabuchodono
ſor in lapide illo exciſo a monte ſine manibꝰ. q
percutiens ſtatuam illaʒ: ſignantẽ quatuor mo
narchias mũdi ex quatuor partibꝰ eius diuer/
ſe materie confectã: ad nihilum redegit. ⁊ factus
eſt mons magnus dominãs oĩbus. vt habetur
in Daniele. Uñ ⁊ angelus ſubdit dabit illi dñs
ſedem Dauid patris eius ideſt dignitatẽ regi/
am. ¶ Sed poteſt merito dubitari de quo re/
gno loquatur. videlicet ſpũali ſeu tẽporali. De
temporali nõ videſ intelligendũ cum ipſe dixit
Regnũ meũ non eſt de hoc mundo. Joã. xviij.
Unde cum turbe poſt miraculum factũ ſatian

do quinq; milia hominū ex quinq; panibus: voluiſſent eum facere regē: aufugit. Jo.vj. Sz nec de ſpirituali quo ſcȝ regnat per grām in eccleſia: quia inqn̄tum homo non ꝯfert grām. In quantum deus ſemꝑ habuit tale regnū ſpirituale. ⁊ ſic ei non fuit datum quod habebat. Sed reſpondetur ꝙ xp̄us regnū tēporale ⁊ ſpirituale recepit in ſua incarnatione. Nam etiā inquātum homo datum fuit ei dñium totius mūdi: Sed non eo vſus pauperrime degens: vt nos ſuo exemplo induceret ad cōtemptū mūdi. beatus Augu. Omnia terrena cōtempſit hō xp̄us: vt cōtemnenda eſſe demonſtraret. ⁊ exēplificat per particularia. Et iſto modo regnū eius non fuit de hoc mūdo. Regnū ſpirituale inquantū homo habuit. inqn̄tum caput eſt eccleſie merito paſſionis nobis grām procurans ⁊ exēplo eccleſiā regens ⁊ verbo. ꝓpter quod ait pilato. Tu dicis q: rex ſum ego. Ego in hoc natus ſuȝ vt teſtimonium perhibeā veritati. Joan. xviij. Unde glo. ſuꝑ dicto verbo. Dabit ei dñs ſedē dauid ⁊c̄. dicit. In p̄ſenti vita corda inhabitās ſcȝ per grām regnabit ad gl'iam vocans vt regnemus cū eo in patria. Hinc ⁊ Leo papa ī ſermone. Agnoſce o chriſtiane dignitateȝ tuam ⁊ diuine conſors factus nature noli in veterē vilitatem degeneri conuerſatiōe redire. Memēto cuius capitis ⁊ cuius corporis ſis membruȝ Reminiſcere q: erutus de poteſtate tenebrarū tranſlatus es in dei lumē ⁊ regnum. Non ſolū autē hominū ſed ⁊ rex eſt ⁊ dñs angelorū. Unde Matth. iiij. dicit. Acceſſerunt angeli ⁊ miniſtrabant ei: vt ſcȝ dño ſuo. Et ad Heb. j. Cum introducit primogenitū ſcȝ chriſtuȝ in orbem terrarum dicit. Adorent eum oēs angeli eius. Et in hymnus. Tremūt videntes angeli verſa vice mortaliuȝ. Culpat caro: purgat caro. ſcilicet xp̄i: regnat deus dei caro. Et iterum ad Heb. j. Sedet ad dexterā maieſtatis in excelſis ſcilicet xp̄s tanto melior angelis effectus: quanto differentius pre illis nomē hereditauit. Cum igitur deus nominet ⁊ ſit ⁊ deus ſit rex angeloruȝ ergo ⁊ chriſtus eſt rex angelorum. ❡ Sed pro huius pleniori declaratione ſciendum ſm̄ Alber. vbi. ſ. ꝙ de dño ieſu xp̄o poſſumus loqui ſm̄ q̄tuor modos. Primo de ipſa yppoſtaſi ſeu perſona diuina ſcȝ filio dei. Scdō de natura. i. pſona ipſa rōne diuine nature que eſt in ea. Tertio de pſona rōne humane nature aſſumpte ſcȝ ſm̄ ꝙ eſt in vnione cū diuina. Ex his tribus modis xp̄s eſt ſuꝑior omni angelo ⁊ rex angelorum. Quarto modo ſm̄ ꝙ in ſe eſt ipſa humana natura circūſcripta diuinitate: ⁊ ſic eſt inferior angelo. ſm̄ illud. Minuiſti eū paulominus ab angelis. Quod verum eſt ſm̄ naturam ſeu perfectionem naturalē. nam natura intellectualis ſuperior eſt rationali. Sed ſm̄ gratiam infuſam anime eius ⁊ gloriam maior eſt omni angelo ſine comparatione. Unde ⁊ ſedere dicitur a dextris dei. Mar. vlti. ideſt in potiori gloria ſuper omnes homines ⁊ angelos.

xp̄s diſuꝑior ⁊ rex ãgelorum.

❡ De imenſa eius .§.v. poteſtate.

Ps. Quis deus magnus ſicut deꝰ noſter. noſter ſcȝ frater effectus per incarnationeȝ tu es deus qui facis mirabilia. notam feciſti in populis virtutem ideſt potentiam tuā. Poteſtatem habeo ponendi animā ſcȝ per mortē. ⁊ poteſtatem habeo iterū ſumendi eam. ait ipſe Jo. x. ſcȝ propria virtute reſurgendo. Dicit be. Augu. Maius eſſe iuſtificare peccatoreȝ. quod fit remittendo peccata: q̄ȝ creare celum ⁊ terram quod eſt imenſe potentie. Nam per creationeȝ res producitur ad eſſe nature. Sed per iuſtificationem ad eē gratie. Potior autem eſt gratia q̄ȝ natura ait be. Amb. Filius autem hominis habet poteſtatē in terra remittendi peccata ait ipſe. Matth. ix. Immo vt ait Augu. de conſe. di. iiij. Nemo tollit peccata niſi xp̄s qui ē agnꝰ dei tollens peccata mundi: ſua deitate effectiue ſua humanitate meritorie. De diabolo dñs dicit ad Job penul. Non eſt poteſtas ſimilis ei ſuper terram. Sed dñs Jeſus fortis ⁊ potens: dominus potens in prelio eum ſuperauit magnitudine potētie ſue. Dum fortis potentia naturali armatus malitia experimentali cuſtodiret atrium ſuū ſcȝ mundi: in pace omnia poſſidebat. vt dicitur Luce. xj. c. Tyrannice ſibi vſurpato dñio: nō reperiebat qui ei reſiſteret ex defectu virtutis in humano genere. Sed superueniens fortior eo. pugnans cum eo manu inermi ⁊ affixa cruci: debellauit inquit bea. Augu. aereas poteſtates ⁊ vniuerſa arma eius ī quibus confidebat abſtulit ſcilicet malitias detegens verbo ⁊ exemplo: ⁊ ſpolia eius diripuit animas captiuas ab eo liberando. Sed ad hanc ſuam magnam poteſtatem diſcipulis cōmunicans ait. Ecce dedi vobis poteſtatem ſuꝑ omnia demonia ⁊c̄. Luc̄. ix. Data eſt mihi ī ge omnis poteſtas in celo ⁊ ī terra Mat. vlt. Que quidem poteſtas ſm̄ magiſtrū in. iij. ſentē. ſibi collata eſt a principio ſue conceptionis. Sed reſurgenti aſſerit ſibi collatam: quia tunc fuit ſibi manifeſtatum. Nam ſicut ipſe fuerat potens in opere miraculorum ⁊ ſermone corā deo ⁊ oī populo Luc̄. xxiiij. Ita conceſſit aplīs vt in nomine eiꝰ demonia eycerēt. Linguis nouis verba exprimerēt. Serpentes tollerent: venena ꝓpellerent: infirmos a varijs languoribus curarent: cecos illuminarēt: mortuos ſuſcitarēt: cōfortati potentia virtutis eius. In celo data ē eis poteſtas: q: his qui credūt in noīe eiꝰ dedit po

teſtatem filios dei fieri. Joh. j. Et ptās eiᵘ ptās eterna. vt dicitur Dan. ix. Recte ergo dr̄ ei danda ſedes dauid. qui interpretaṫ fortis robore: Et figuraṫ regnum xp̄i ſuper eccleſiam militantem ꝑ regnū dauid. qꝛ huius regnum eccleſie eſt in bello ꝯtra vitia. ⁊ ī effuſione ſanguinis: ⁊ caſtigatione corporis ⁊ crucifixiōe carnis a vitijs. ſicut ⁊ regnū dauid fuit cum bellis ⁊ laboribus. Sedes ergo dauid eſt ei dāda. ſ. ſpūalis regni ſacerdotij: magiſterij: iudicij: cōnnuij. Et dicitur ſedes iſta dauid. vt dicit Albertus ꝓpṫ carnis ꝓpagationem. qꝛ ab eo deſcendit. Propter diuinam electionem. Elegi hoīem ſm̄ cor meū. ait dn̄s de dauid. Propter humilem exaltationem. Ex paruo aſſumptᵘ eſt in regnuꝫ humilis valde. Unde ait Uilior fiam plus q̄ȝ factᵘ ſum: ⁊ humilis ero in oculis meis dixit ipſe michol. ij. Reg. vj. Propter hoſtium deuictioneꝫ qꝛ plurimos hoſtiū ſubiecit. Propṫ ſanguinis effuſioneꝫ multos occidēs: p̄cipue golyath. Propter diuini cultus augmētationē. vt pꝫ. j. Paralip. j. Propter ſpiritualem promiſſioneꝫ. ps. De fructu ventris tui ponam ſup ſedem tuam. Propter virtutum ſimilitudineꝫ ⁊ charitatis magnitudinē. Et figuraṫ per regnuꝫ xp̄i ſuper eccleſiam militantē ꝑ regnum dauid. quia eius regnū eccleſie eſt in bello ꝯtra vitia ⁊ in effuſione ſanguinis ⁊ caſtigatiōe corporis ⁊ crucifixione carnis a vitijs. ſicut ⁊ regnum dauid fuit cum bellis ⁊ laboribus.

¶ De vtilitate .§. vi.

marima eius dr̄ in libro ſapiētie. Magna ſunt iudicia tua dn̄e: ⁊ ienarrabilia verba tua. Magnificaſti pplm̄ tuuꝫ ⁊ honoraſti. Uere magnᵘ dn̄s ⁊ magna miſericordia eius: q dat donum equale ſibi. inqͥt btūs Aug. Deus enim factus eſt hō vt homo fieret deus. Unde petrus in canonica epiſtola. Maxima ⁊ p̄cioſa donauit nobis deus: vt ſimᵘ diuine nature ꝯſortes. Quis maior honor eſſe pōt que maior vtilitas. Unde Leo papa in ſmone. Redijt in honoreꝫ ſuū ab antiquis ꝯtagijs purgata natura mors morte deſtruiṫ: ⁊ natiuitas natiuitate reparaṫ. Quiſquis igitur pie ⁊ fideliter xp̄iano noīe gloriaris reconciliationis huius gratiā iuſto ꝑpēde iudicio Tibi enī quōdā abiecto: tibi excluſo a paradiſi ſedibᵘ: tibi ꝑ exilia lōga morienti: tibi in cinerē ⁊ in puluerē diſſoluto: cui iā nō erat ſpes vlla viuēdi. ꝑ īcarnationē vbi ptās data ē: vt quo de lōginq̄ ad tuū reuertaris auctorē: recogſcas parentē: liber efficiaris ex ſuo. de extraneo promouearis in filiū: vt q ex corruptibili carne natus es: ex dei ſpū renaſcaris: ⁊ obtineas ꝑ grāꝫ quod non habebas ꝑ naturam. Et mali conſciē tie abſolutᵘ reatu celeſtia regna ſuſcipias ſi volūtatem dei facias: diuino fultus auxilio. Hec ille. Et ideo Eſa. ait. Paruulus natus eſt nobis filius datus eſt nobis. Et angelus ad paſtores. Luc. ij. Natᵘ eſt vobis ſaluator qui eſt xp̄s dn̄s i. ad veſtri vtilitatē. Unde. b. Bern. Magnificeṫ a nobis paruus ⁊ magnus dn̄s. quos vt faceret magnos factus eſt paruus. Paruulus inquit Eſa. natus eſt nobis. nō angelis qui cū magnū haberēt. paruū nō requirebāt. nobis ergo natus nobis datus: qꝛ ⁊ nobis neceſſarius. Et ideo de nobis nato, vel dato faciamus id ad qđ datus eſt nobis. Utamur nr̄o ad nr̄am vtilitatē: vt de ſaluatore ſalutē operemur. Hec. b. Ber.

¶ Tūc aūt ſaluteꝫ ꝯſequemur: ſi vitā eius imitamur. Nam vt ait. b. Aug. in ſermone. Homo ſequēdus nō erat: qui videri poterat. Deus ſequēdus erat qui videri nō poterat. vt ergo homini exhibereṫ qui ab hoīe videreṫ: quē homo imitareṫ: deus factus eſt homo: qui oīa bene fecit. Unde ⁊ angelus dixit. Regnabit in domo iacob in eternū. Qđ quidem de domo materiali iacob intelligi non pōt: quia illa nō manet in eternū. Sed de domo ſpūali ſm̄ interꝑtationeꝫ noīs. Interpretaṫ enim iacob ſupplātatio. In illa ergo domo. i. mēte regnat ieſus per gratiam ꝑducēs inde ad gl'iam. que diabolū ſupplantat i. ſupat mūduꝫ: ⁊ carnē cum cōcupiſcētijs ſuis. Qui vt iacob patiēter ſuffert iram fratris: vitat ſcādala primi. Simplex eſt ⁊ domi cōſciētie ſecum manēs: qui p̄iam ⁊ parētes ad voluntatē patris. ſ. dei deſerit: qui vt aduena ꝑegrinatus in terra vigilās die ac nocte: eſtu vritur. ⁊ gelu ſup gregē ſuoꝝ ſubditoꝝ. vel ſaltē ſenſuuꝫ ⁊ cogitationum ſuaꝝ ne aliqua occidaṫ a lupo iſernali. qui ditatus virtutibus ⁊ multiplicatus in filijs bonoꝝ operum. ex lya actiue ⁊ Rachel ꝯtēplatiue. Demum diſponēte deo ad p̄iaꝫ ſupernam regredū in lucta angeluꝫ vincēs malum. tū qui. ſ. p̄liaṫ in fine nobiſcuꝫ. Unde nomen mutat iſrael. quod interpretaṫ vidēs deū. ſ. per gl'iam. Regnabit in domo iacob: miſeris miſerēdo: malos extirpādo: bonos exaltādo: oībus impēdo: hoſtes ſubiugādo: curias celebrando: iura ꝓmulgādo: regna dilatando. He ſunt conditiones magni regis quas habuit ⁊ in vtilitatem noſtram exercuit rex Jeſus: quoniam deus magnus dominus.

¶ De diffuſiſſi .§. vij.

ma famoſitate: magnus erit. Prius dicebatur a ps. In iſrael magnuꝫ nomen eius. ſ. veri dei. Nam alijs nationibus etiaꝫ romanis in qͥbus erat monarchia declinātibus ad idolatriā paruum ⁊ pene nulluꝫ habebatur nomen veri dei cuꝫ multos colerēt deos. Sed poſt verbi incarnationeꝫ impletū eſt qđ Malachie primo p̄e

nũciatum eſt. ſ. A ſolis ortu vſq3 ad occaſu3 magnum nomen meu3 in gẽtibus. i. magna fama vbiq3 diffuſa. de magnitudine veri dei incarnati. Quod etiam ſignatũ fuit in principio ſue natiuitatis veniẽtibus ex oriente tribus regibus magnis in ſapientia. ⁊ ideo magis dictis adorare recenter natum: ex muneribus oſtẽdẽtibus veram fidem diuinitatis eius: ex thure mortalitatis aſſumpte: ex myrrha regie dignitatis naturaliter ⁊ ſpiritualiter ex auro. ad innuendum q̃ ex tribus mundi partibus. aſia. aphrica. ⁊ europa: venturi eſſent ad veram fidẽ eius reges ⁊ ſapientes cum populis ſuis. quia nõ ſoli venerunt. Et in occidente. die ſue natiuitatis oſtenſo paruulo circa ſpheram ſolis in gremio puelle: a ſybilla Octauiano monarche mundi: reuerentiam ei exhibuit ⁊ ſacrificiũ. vt narrant hiſtorie. Magnus ergo dñs ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudinis eius. ſ. fame nõ eſt finis. Nam per longum ⁊ latum totius terre: ⁊ per profundum inferni ⁊ altitudinem celi. diffuſa eſt fama infinite bonitatis ⁊ perfectionis eius. Beatus Hiero. gallia ⁊ britãnia ⁊ aphrica ⁊ perſis oriens ⁊ india. vnum chriſtum adorant: vnam ſequuntur regulam veritatis. diſt. xciij. legimus. Lic3 nũc multe ex his nationes receſſerint a veritate fidei ⁊ vnitate eccleſie. vt india ⁊ aphrica oriens ⁊ perſis. In huius figuram legitur. iij. Regum. x. ca. Quia magnificatus eſt rex Salomon ſuper omnes reges terre: ⁊ omnis terra deſiderabat videre vultu3 eius. Beatus Bern. Vere magnificatus eſt. quia magnificauit eum dñs in conſpectu regu3 vt adorent eum omnes reges terre: omnes gẽtes ſeruiant ei. In ſe quide3 nihil factus eſt maior. q2 adeo maximus erat vt creſcere nõ poſſet. Sed factus eſt magnus in mentibus hominum: et opinione ⁊ laude: qui prius nullus putabatur Unde ⁊ regina Sabba audita fama eius glorie ⁊ ſapiẽtie que deſignat gẽtilitatem. Veniẽs ad eum vidẽdum: cernens magnificẽtia3 eius ⁊ curie ſue. adeo ſtupuit vt vix in ea remanerẽt alitus. Dixitq3 ei. Maior eſt gloria ⁊c̃. Viciſti famam virtutibus tuis. Beati ſerui tui q̃ ſtant coram te ⁊c̃. ❡ Et regnu3 Salomonis figurat regnu3 eccleſie triũphantis in quo regnat chriſtus cum ſanctis ⁊ in ſanctis: in gloria: in ſuperna hieruſalem que interpretatur viſio pacis. Ubi eſt perfecta pax in qua regnat rex pacific⁹ Salomon. Nam regnauit multo tẽpore in maxima pace ⁊ gloria: ſicut regnum Dauid quod fuit in bellis ſignificat regnum ſpirituale eccleſie militãtis. Sed de ſuperno regno veri Salomonis dicitur Eſa. xxxij. Sedebit populus in pulchritudine pacis in requie opulenta. Et de hoc ſimpliciter intelligitur qđ ait angelus. Regni eius nõ erit finis. Nam regni quo regnat Regni in eccl'ia militãti eſt vtiq3 finis. qñ. ſ. finiet mun ei⁹ non dus. tũc non erit amplius eccleſia militãs: ſed erit fi triũphans efficietur. Et finis nõ erit talis regni nis quõ in quo xp̃s regnat cum ſanctis ⁊ ſancti cu3 eo. intelligatur.

❡ Sũma nouitate erit magnus. Nouu3 enim faciet dñs ſup terram. Femina circũdabit virũ Et Dionſ. dicit. q̃ hoc eſt oium nouoꝝ nouiſſimum. Magnus inq3 erit. ait Alb. ſm oẽm modũ dicere. Magnus deus ↄſilio ⁊ incõprehẽſibilis cogitatu. Magnus ſm ſbam. q2 deus magnus. ps. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis in ciuitate dei nr̃i. Magnus ſm q̃titatem. quia oĩps nomẽ eius. ⁊ ideo glioſe magnificatus eſt Exo. xv. Magnus etiam ſm qualitatẽ: q2 ſumme bonus. ps. Magnus dñs ⁊ magna virtus eius. ſ. bonitatis. Magnus ſm relationẽ. q2 filius altiſſimi dei. ij. Regũ. vij. Ego ero ei in patrem ⁊ ipſe mihi in filiu3. Magnus ſm qñ. q2 eternus. Eccl̃i. j. Fons ſapiẽtie verbu3 dei in excelſis. Magnus ſm vbi. q2 vbiq3. b. Aug. Deus vbiq3 eſt non locis: ſed actionibus. ps. Quo ibo a ſpiritu tuo ⁊ quo a facie tua fugiam. Magnus ſm ſitum. q2 vt ait Eſa. lxvi. Celũ mihi ſedes eſt. terra ſcabellũ pedum meoꝝ. Et ſedet ſuper cherubin: ⁊ volat ſup pẽnas ventoꝝ. Sedet quoq3 ad dexterã patris ⁊ interpellat pro nobis Magnus ſm habitũ. q2 veſtimẽta eius ſunt alba ſup niuem ⁊ qualia non põt facere fullo ſup terrã. Fortitudo ⁊ decor indumentũ eius. Prouerb. vlt. Magnus ſm actionem. q2 in principio creauit deus celũ ⁊ terram. Gen. j. ideſt filium genuit: in quo oia creauit ⁊ recreauit ⁊ glorificauit. Ipſe opa fecit que nemo alius fecerat: que teſtimonium phibent de eo q̃ filius dei ſit. Magnus paſſione. Vidimus enim eum (dicit Eſa. liij.) nouiſſimũ viroꝝ ⁊ viru3 doloꝝ. Qui paſſus eſt pro peccatis noſtris bea. Bern. Et tu quidem virgo paruulu3 pariẽs: paruulum nutriẽs: paruulum lactãs. Sed videns paruulu3 magnu3 cogita. Et infra. Ecce paruulus in medio ſtatuiſ. O paruulus paruulus deſideratur O vere paruulus: ſed malitia nõ ſapiẽtia. Studeamus effici ſicut paruulus iſte. Diſcam⁹ ab ipſo: q2 mitis eſt ⁊ humilis corde: ne magnus videlic3 deus factus ſit ſine cauſa homo paruulus. Et ſic paruus eſt ⁊ magnus. Leo ⁊ agnus. Leo de tribu Juda. ⁊ agnus qui tollit peccata mundi. Dominus ergo tecum ad magnificandum filium ex vtero tuo.

❡ Quãtu3 ad ter .§. viij tium principale. dñs tecũ. ad te virginẽ matrem magnificãdum. Et hoc ipſa expreſſit in cantico ſuo dicens. Fecit mihi dñs magna qui potens eſt. Ideo magna: q2 dñs fortis ⁊ potẽs eſt. Et vt

De.xij. magniſ que fec̄ dñs in Maria

notat dñs Joānes dñici ſuper magnificat in di
cto.v.Duodecim magna dicuntur in ſcriptura
que dñs fecit in Maria: ſignata per duodeciʒ
ſtellas:que habebat in capite mulier amicta ſo/
le.Apoc.xij.Primo fecit magnum patriarchā
vehemēter affectum.Scdo fecit magnū ꝓphe/
tam a dño dilectū. Tertio fecit magnū monar/
cham diuinitus effectū.Quarto fecit magnam
feminā venerādam.Quinto fecit magnā crea/
turam inhabitandā.Sexto fecit magnā verita
tem imitandā.Septimo fecit magnū obiectuʒ
realis bonitatis.Octauo fecit magnum ſubie/
ctū diuine claritatis.Nono fecit magnum ꝯce
ptum eternalis vnitatis.Decimo fecit magnā
auem altius ſcādētem.Undecimo fecit magnā
edem ſanctius habētem.Duodecimo fecit ma/
gnam vocē latius currēteʒ.Hec oīa fecit in ma
ria magna.Et ideo aptiſſime dicit̄.dñs tecum.
ad te tam magnificāduʒ.¶ Quātum ad pmuʒ
fecit dñs abraham magnū patriarchā.de quo
ſcribit̄ in Gen̄.ꝙ ibat ꝓficiens atqꝫ ſuccreſcens
donec vehemēter magnus effectus eſt cuiqꝫ di
xerat dñs cuius figuram tenebat in ſua ꝑſona.
Ego ſum merces tua magna nimis.Magnus
vtiqꝫ poſſeſſiue.Magnus expectatiue.Ma/
gnus cui facta eſt repromiſſio magna.Uidiſti
magnuʒ factum ſub vmbra ꝛc̄.Intuere hoc fa/
ctum illi cui dñs fecit magna in re certa ꝛ luce
ꝑclara.Abraham patriarcha quaſi patrū arca:
qm̄ ex eo patres ꝓdierūt in mūdum.Ecce plus
ꝙ̄ Abraham in maria.ex qua nati ſunt ſpūali/
ter oēs patres etiam abraham.ſ.in fide filij.Et
potēs fuit deus ſuſcitare filios abrahe ſpūales
de lapidibus iſtis gentilibus:vt dicit baptiſta.
Abraham ꝯcha patrū.Maria ꝯcha dei.Abra/
ham pro mercede deū expectat:iam illa euʒ ha
bebat.Quāpulchre abraham dictus eſt ſuccre/
ſcēs.i.ex ſubiectione creſcēs:vel ſucceſſiue cre/
ſcēs.Quis dubitat in veteri teſtamēto abrahā
ſignificare patrem celeſteʒ.qui vnus in natura
cum filio ſe ſubdidit in filio vni puelle:qui par
uus erat in orbe terrarū.Sed magnificatus eſt
per mūdum vniuerſum.vt a ſolis ortu vſqꝫ ad
occaſum laudabile nomen eius.¶ Scdo fecit
dñs Moyſen ꝓphetam magnuʒ.Sic enim de
eo habet ſcriptura.Fuitqꝫ Moyſes vir magn⁹
valde in terra egypti.Ergo a maiori maximus
fuit in terra viuētiuʒ.Preludebat hic chriſtoꝛ
qui factus eſt in Maria.In egyptum venit qn̄
mūdum intrauit areolam repit aromatū.ſ.ma
riam que irrigabat̄ ſicut paradiſus deliciaruʒ:
qui intrauit vt paſcatur ibi ꝛ lilia colligat.In
hac areola factus eſt:ꝛ genitus ille ꝓpheta ma/
gnus de quo clamabat turba.Propheta ma/
gnus ſurrexit in nobis.Luc̄.vij.Hoc fecit dñs
magnum in Maria.Quod vtiqꝫ vere magnū
eſtimauit helīſabeth.ꝙ eēt a matre dñi ſaluta/
ta.Unde exclamauit.Unde hoc mihi vt veniat
mater dñi ad me.Ad hāc aūt venit deus nō trī
bus mēſibus apud eam māſurus:ſed nouē im
mo in eternuʒ.Uenit nō viſurus ſed vidēdus.
Nō trāſiturus ſed māſurus.Non vt cognatus
ſed vt filius ꝛ dñs deus meus.Nō ſolum illu/
minaturus ſed ꝓphetiſſam facturus.Cum ex ꝭ
btā̄m me dicēt oēs gn̄ationes.Nec miruʒ.Si
enim ad vocē Marie helīſabeth ꝓphetauit.ꝛ
paruulus ioānes in vtero eius exultauit factus
ꝓpheta.q̄to magis dici ipſa dꝫ ꝓphetiſſa:pro/
phetas faciēs.Fecitqꝫ dñs monarchā magnuʒ
dauid.Unde de eo dicit.Fecitqꝫ tibi nomē grā/
de iuxta nomē magnoꝝ.ſ.principū qui ſunt in
terra.Que tn̄ magnitudo terre eſt inſtar pūcti.
Sed mūdus talis nuncupat̄ magnos.qꝛ veſti/
gia gerunt magni dei.qui eſt rex regum ꝛ dñs
dñantiū.Ecce capaciſſima vgo dicit.Fecit mi/
hi dñs magna.Dedit enim ſibi nō vt ancille vel
nutrici vel doctrici.ſed vt dilecte matri dñium
vniuerſoꝝ cuius regni nō erit finis.Ad cuius
aſpectū angeli tremūt:celi nō capiūt:elementa
pauēt:venerat̄ oīs mūdus:inferna ſuſtinere ne
queūt.Hic factus eſt in maria:ꝛ inde maria im
peratrix ꝛ monarcha mūdi.¶ Fecit de⁹ quar/
to cuidā ꝙ eſſet magna femina.ſ.ſunamitis il/
la coiugata:eo maioꝛ quo cenaculum in domo
ſua meruit edificare.In quo ſuſciperet heliſeuʒ.
qui interpretat̄ deus ſaluatoꝛ meus.Sed dñe
nr̄e Marie fecit dñs nō ſolum vt eſſet magna
femina:ſed ꝛ maxima virgo.In cuius vteri ſā
cti cenaculo reciperet helyſeus.i.ſaluatoꝛ de⁹ me
us nō figurate ſed expreſſe.vt ſaluū faceret po/
pulū ſuū a peccatis eoꝝ.Nam ſup defunctū ge
nus humanum expādit ſe:ꝛ facta ſunt organa
hoīs mēbra diuina diſcurrēs hincinde per iu/
deam ſamariā:ꝛ galileā:calefecit verbis exem/
plis ꝛ miraculis:atqꝫ oſcitās ſepties:totiēs p̄e
ſtās.ꝙ eſſet ꝓpheta ꝓmiſſus in lege:tādeʒ collo
catus in lecto crucis:ſurrexit qui erat mortuus
ꝛ cepit loqui dicens.Uere filius dei erat iſte:ac
reſtitutus eſt matri ſue.que ſtabat iuxta crucē.
Hoc munus expectās hoc reputauit ſibi ꝙ̄ ma/
gnum.vnde dicere potuit.Fecit mihi dñs ma/
gna filiū reddēs viuuʒ.¶ Quintū magnū qd̄
fecit deus eſt terra ꝛ celuʒ ꝛ in eo luminaria ma
gna.iij.Eſdre.viij.Magna eſt terra:excelſum
celuʒ:velox curſus ſolis.Et magnificus qui fe/
cit iſta.ſ.deus.Terra eſt btiſſima virgo quoad
corpus terrenū humile ꝛ fructiferū.Celuʒ ipſa
quoad aīam totā celeſtē plenā claritate ꝛ ſyderi
bus virtutū.De his celo ꝛ terra dicit dñs.Eſa.
vlt.Celū mihi ſedes eſt ꝛ terra ſcabellū pedum
meoꝝ.In aīa enim eius ꝓp maximā puritateʒ
requieuit deus.Et in corpe eius terreo fuit ſca/

belluꝫ vbi ſteterũt pedes eius.i.humanitas aſ
ſumpta in vẽtre eius. Ibi ꝛ ſol maximus. Sol
iuſtitie xp̃s deus noſter. Et quẽ celi cape nõ po
terãt ſuo gremio ꝯtinuit. Et quẽ totus nõ capit
orbis in ſua ſe clauſit viſcera factus homo. Fe
cit ergo mihi magna qui ꝛc̃. ¶ Sextũ magnũ
eſt veritas. vnde tres cubiculary qui mouerãt
q̃ſtionem quid eſſet oibus fortius. Cum vnus di/
xiſſet vinũ. alter rex. tertius.ſ. Zorobabel dixit
mulierem oĩbus p̃dictis fortiorem. Sed erat ꝛ
quartũ adhuc fortius. Magna eſt vẽitas ꝛ for/
tior oibus. Et hoc declarãs per rõnem aſſenſe/
rũt oẽs rex cum p̃ncipibus ſuis dicentes. Ma
gna eſt veritas ꝛ p̃ualet.iij. Eſdre.viij. Mulier
magna ꝛ fortis eſt beata maria. ob cuius amo/
rem ꝛ deuotionem multi ſe exponũt laboribus
mortis. Multi qui rapuũt ei.i.eccleſijs eius: ꝛ
imagini offerũt. Ipſa p̃curat veſtes virtutũ ho
minibus. ipa gignit reges ſpũales ꝛ vineas co
lẽtes.ſ. p̃latos merito ſui ꝛ exẽplo. Tamen forti
or eſt ipſa ꝛ maior veritas chriſtus qui ait. Ego
ſum veritas. Sed veritas (ait p̃s) de terra orta
eſt.i. de vĩgine. ꝛ iuſtitia exinde.ſ. iuſtificatio de
celo p̃ſpexit. ¶ Septimũ eſt magnum obiectũ
ſ. aĩa iuſtificata ꝛ timorata. Roman.viij. Quos
iuſtificauit hos magnificauit. dicẽte ſancta Iu/
dith. Qui timent te. magni erunt apud te. Hec
aũt vĩgo beatiſſima humillima: cum qua timor
filialis cõtraxerat fedus. ita vt cum angelo ſibi
loquente turbaret in eius ſermone.i. metueret
anteq̃ȝ angelus ei dixiſſȝ. Ne timeas maria ꝛc̃.
fuerat a tota trinitate preſcita ſimplici ſciẽtia et
p̃deſtinata electiõis noticia ꝯformis futura in/
carnati magni vẽbi. plus q̃ȝ oĩs alia creatura cũ
ſit filius eius imago p̃ris in celis: ꝛ m̃ris in ter
ris religionis p̃petatẽ in vtroq̃ȝ ꝯſeruans. Hec
fuit a p̃re vocata per angelũ in ſpõſaȝ. vt rebec/
ca per Eliezer p̃curatorẽ abrae in ꝯiugiũ yſaac.
A ſpũſancto ſcĩficata ab oĩ titillatione poſſibili
q̃ȝtucũq̃ȝ nunima. A filio ſuo magnificata ſicvt
altior diceret omĩ ente finito. Hec eſt ab angelo
venerata: deſiderata a p̃triarchis: a p̃phetis p̃e
nũciata. queſita a regib⁹. a ſacerdotibus figura
ta. exaltata ab aplis. martyribus admirãda. lux
ꝯfeſſorib⁹. a vĩginibus imitanda: ꝛ inuocãda a
cũctis nationib⁹ que ſub celo ſunt. Proculdu/
bio ceciniſſet. fecit me magnã niſi aſtitiſſet hu/
militas p̃fundiſſima. ꝛ diuinas laudes narrat
nõ ſuas dicẽs. Fecĩ mihi dñs magna. ¶ Octa/
uuȝ magnũ.ſ. ſbm vocat ſcriptura diuina circa
qđ p̃ncipalius verſat intẽtio ſua ad hoc volen/
tes diſcipulos vocat ꝛ ait. Audite me: q: de re/
bus magnis locutura ſuȝ. puer.viij. Tres ſunt
res p̃ſonales magne: de q̃bus p̃ponat oẽm ſer
monẽ. Pater ꝛ filius ꝛ ſpũſſcũs. ꝛ hi tres vnuȝ
ſunt. Sed p̃ticulariter tres res magne dicũtur
caro: ſpũs ꝛ vẽbũ. que ſunt vnus hõ. Erga queȝ
ſicut ꝛ finẽ ſpecialius eloquia diuina vẽſant. Eſt
enim xp̃s deus ꝛ hõ finis omni credẽti ꝛ ſcribẽ
ti ad ſalutẽ. Cui oẽs turbe precedẽtes ꝛ ſequen
tes noui teſtamenti ꝛ veteris clamant oſanna.
Necnõ vigintiquatuor ſeniores qui ſunt oĩuȝ
librox veteris teſtamẽti ſcriptores certi capitũ
coronas eox ad huiuſmodi agni pedes appo/
nũt. ſicut ille de ſe cũcta ſcripta fuiſſe teſtaſ cum
ait. Cõſummatũ eſt. ꝛ gloſa quã fecit poſt ſuam
reſurrectionẽ cum apuit illis ſenſum vt intelli/
gerẽt ſcripturas dicẽs. Qm̃ op̃ȝ ipleri oĩa que
ſcripta ſunt de me in lege ꝛ p̃phetis ꝛ p̃s. Luce
vlt. Veruȝ quãto facta ſunt potiora verbis vel
ſcriptis: tãto ſunt maiora oſtenſa in Maria q̃ȝ
in ſcriptura per deum. Nam ſcripture dedit vt
xp̃m loquaſ. Marie ꝯtulit vt per eã xp̃s pãda/
tur. Ibi eũ multiplex tegit figura: hic veſtit euȝ
marie caro pura. Ibi p̃nunciaſ: hic oſtẽdiſ. Ibi
latet in mortua charta: hic pȝ in carne monſtra
ta. Ibi dicta ſunt magna: hic facta ſũt magna.
q: fecit mihi (inquit) dñs magna qui potẽs eſt.
¶ Nonũ eſt magnus ꝯceptus ꝛ nr̃ p̃ſectus pie
tatis increate: qui dĩ mĩſicordia ſua. q: ſm ma
gnitudinẽ ſuã ſic mĩſicordia eius cum ipo eſt.
Magna.n. eſt mĩſicordia dei ſolius: dicit Ec/
cleſiaſticus. Hec ita lata eſt q̃ miſericordia dñi
plena eſt terra. ita lõga q̃ vniuerſe dñi vie miſe
ricordia ꝛ veritas. Ita p̃funda q̃ ad infernũ ad
eſt. p̃pha Abachuc.iij. Cũ iratus fueris. miſeri/
cordie recordaberis. Ita ſblimis q̃ in celo dñe
mĩſicordia tua: ꝛ mĩſicordia eius ſup oĩa opa
eius. Ita domeſtica q̃ cõplet viſcera ei⁹. Luc.j.
Per viſcera mĩſicordie dei nr̃i ꝛc̃. Ita mulipli
cabilis q̃ mĩa eius a p̃genie in p̃genies. Luce
j. Ita durabilis q̃ mĩas dñi in eternũ cantabo.
Hãc nedũ magnã ſed ꝛ maximã fecit in vĩgine
pia vt merito noſcetur mater miſericordie ꝛ re/
gina eius. Unde in antiphona. Salue regina
miſericordie. Hãc qui petit ſine ipſa duce: ſine
pẽnis ſeu alis tentat volare. Si mirantur iudei
mõtani laudãtes deum: q: deus magnificauit
miſericordiã ſuã cum Heliſabeth partũ ſterili
tribuẽdo: quãto debẽt laudibus dignis. deum
efferre chriſtiani: qui virgini tãte talẽ miniſtra
uit ꝯceptũ ꝛ partũ nouũ p̃ntibus p̃teritis ꝛ fu/
turis recordatus mĩſicordie ſue. ſicq̃ȝ fecit ſibi
magna. Magnã aũt.ſ. aquilã chriſto ſub figu/
ra regis cuiuſdaȝ licet mali Ezechiel propheta
Joãnem euãgeliſtaȝ demonſtrat: cui fuit taȝ al/
te volãdi data poteſtas: vt de medio cedri me/
dullam eius cum frõdibus ſuis que ſignificat
mediã in trinitate perſonã cum frondibus ver
boruȝ ſuorũ. que ſunt ad ſanitatẽ gentiũ. ꝛ por
tauit in vrbem negociatoruȝ: ideſt credentiuȝ
dicens. In principio erat verbum ꝛ verbum

erat apud deū ⁊c̄.vſq3 Uerbum caro factu3 eſt
⁊c̄.Ecce p̄mo volauit maxima auis virgo:⁊ nō
cōtinuit alas quouſq3 perueniret apud deum.
Inueniſti enim grām(ait angelus)apud deu3.
Ipſa virgo parauit viā Johanni:portas aperu
it.reſerauit arcana.Quid ſi dixero virginē fuiſ
ſe Johannis doctricē:vt per hanc diuinitatis
noticiam ſecundata inferior p̄facta diſcipulus
xp̄i ⁊ filius recōmendatus marie puenerit ad il
lud ſcire ſupremū.Mater fuit facta iohannis
teſtimonio filij ſui.Matris eſt docere filium:fi
lij eſt auſcultare matrem.Et q2 noluit q̄ mater
ſua publice predicaret oiu3 mulierū norma fu
tura:qbus predicare nō licet dedit marie vt io
hannes filius eius edoct⁹ ab ea per orbē poſtea
verbū diſſeminaret diuinum.Et quia deus eſt
qui operatur intus in docendo ſiue ſit angelica ſi
ue lingua humana.Jō per hoc non intelligitur
quin ipſe iohānes vt aqla grandis tulerit me
dullam cedri potās de ſacro diuini pectoris fon
te.Fecit ergo dn̄s aquilam grandem magnarū
alarū iohēm:ſed mariam maiorem que eū edo
cuit.Fecit ergo dn̄s magna.¶ Undecimum
magnū ponit Agge⁹ propha.ſ.domum dei:di
cens.Magna erit gloria dom⁹ iſti⁹ nouiſſime
plus q̄3 prime:dicit dn̄s exercituū.Quod dictū
de materiali domo dei.ſ.templo intelligi non
pōt:cum longe inferior gloria ⁊ magnificentia
illius templi materialis in hierlm poſt Aggeū
vſq3 ad vltimam deſolationem ⁊ deſtructionē
eius per romanos q̄3 fuerit añ tempora ſalomo
nis ⁊ aliorum regū.Hinc eſt q̄ exorās vnus de
reedificatorib⁹ primis narrat fleuiſſe ſeniores
q viderant gloriam magnā domus prioris:vi
dentes vere infelicitatem ſequētis dicte dom⁹.
Hec ergo gloria magna dom⁹ per prophetam
demōſtrata:de alia domo clarius exponatur.ſ.
virgine glorioſa.de qua canit eccleſia.Domus
pudici peccatoris tēplum repente ſit dei.Hec
ergo domus dn̄i ex patrum lapidibus conſtru
cta polita ⁊ picturata v̄tutib⁹.coopta p totū au
ro charitatis tāto glioſior eſt domo ſeu tēplo ſa
lomōis:q̄3to fili⁹ ihabitator ei⁹ eſt plus q̄3 ſalo
mon.tanto glioſior ē:q̄3to eius caro pura eſt di
gnior petra dura.tanto glorioſior q̄3to aīa eius
excellentior q̄3 fuerit ſanctorū ſancta.tanto glo
rioſior q̄3to diuina natura p̄ſens eſt potior pro
piciatorio.tanto glorioſior q̄3to angeli compre
henſores ſunt meliores q̄3 illius miniſtri viato
res.tanto glorioſior:q̄3to victima figurata.ſ.ie
ſus gratior eſt figura.ſ.vituli concremati.que
magna virgo recepit in vtero.Dicat ergo illō
Baruch.iiij.O iſrael q̄3 magna eſt dom⁹ dei:
ingens locus paſſionis ei⁹:magnus ⁊ immen
ſus meritis grā ⁊ gloria.Dicat ergo v̄go btā.
Fecit mihi dn̄s magna qui potens eſt ⁊c̄.Duo

decimū ſepe ſermo diuinus noī magnum ad
iungit:vt dicat etiā.ps.In iſrael magnum no
men eius primo:deinde predicata catholica fi
de addat per Malach.j.c.Magnū nomē meū De tri
in gentibus.¶ Triplici aūt mō dr̄.magnum. plici mō
Magnū.i.precioſum.magnū quaſi virtuoſu3 dicendi
⁊ magnū.i.famoſum.¶ Magnū p̄cioſu3:qa magnū
incōicatum mira includens.ſicut nomen Ado
nai nō indicatū patribus.vel nomē Tethagrā
maton imenſa ſacramenta ⁊ diuinas p̄fectiōes
includens.Hoc modo dr̄ magnū nomē Ma
rie.Et dimiſſis quatuor interpretationib⁹ iam
vulgaribus notis hoc nomen aſcribiſ hebrai
ce qnq3 litteris ſicut latine.⁊ quid ſignificēt ha
bes ſupra in ſermone de noīe Marie.¶ Sed
per aliū modū nunc oſtendemus q̄3 ſit magnū
ideſt precioſum nomē iſtud maria ex interp̄ta
tione v3 qnq3 litterarū quibus cōponitur iſtud
nomen Maria ſm hebraicū alphabetum.Pri
ma ergo lr̄a huius nominis maria eſt M.que
apud hebreos diciſ mem.Sed iſta lr̄a m apud De iter
hebreos peritos duplicatur.diciſ eni3 mem ⁊ p̄tatiōe
men.Et men nūq̄3 ponitur in p̄ncipio alicuius nomis
dictiōis nec in medio:niſi in iſto nomine Ma Marie
ria.q2 de vna tm̄ verificaſ apud eos:quib⁹ oīa ſm q̄n
in figuram ↄtingebant qm̄ illa3 figurabat que q3 lr̄as.
nec ſimilem viſa eſt:nec hēr ſequentē.Eſt aute3
differentia apud hebreos inter mem ⁊ men.q2
primū eſt apertū ſuperius ⁊ clauſum inferius.
Secundū ecōtra eſt clauſum ſuperius ⁊ apertū
inferius.Uide q̄3 ſubtiliſſime ſpūſſanctus dixit
virginē mariam incognitam futurā viro.prole
tn̄ fecundandā de celo:⁊ ſic apertā deo.clauſa3
viro.quod nulli alteri foret aſcribēdū:cu3 nul
lum aliud nomen cū men lr̄a tali ſumat initiū.
Si vero aliorū noīa terminātur per men:nimi
rum q2 oēs beati futuri ſint virgineo corpore:
quia ſc3 ibi neq3 nubent neq3 nubenſ.Interp̄
tatur autem men ſm Ambro.ſuper Beati ima
culati:viſcera vel ex ipſis in quo tam dignitas
q̄3 charitas marie oſtenditur.Dignitas quip
pe:qm̄ in viſceribus eius fuit aliquando rea
lis habitatio chriſti vt dicatur tēplu3 dei:ſacra
rium ſpirituſſancti.Charitas vero actiue ⁊ paſ
ſiue oſtenditur in ea.Actiue quidem:q2 pieta
tis viſcera gerit ad ſingulos intercedēs pro oī
bus.Charitas paſſiue.ſcilicet q̄ fuerit ab om
nibus deſiderata ⁊ amata oſtendit alia iterpre
tatio ſupradicta ſc3 ex ipſis.q2 v3 ex parentib⁹
ſuis eſt expectata:cōmendata:⁊ progenita vi
ſceroſe.A:que eſt ſecunda littera in noīe maria
apud hebreos dicitur aleph.⁊ interpretatur a
leph doctrina in quo eius vtilitas predicatur.
Eſt enim omnium viuentium ſub deo rōnabili
ter doctrina ſalutaris:⁊ ſpeculum directiuū to
tius hūane vite.¶ Tertia lr̄a ē R.quā hebre⁹

dicit reſ: ⁊ interpretaſ caput. in quo denotatur
ipſius capacitatis immēſitas glioſa. Caput enī
oium deus. Caput noſtrū eſt chriſtus ꝑles eius
Caput enim eſt quodāmodo noſtre ſalutis: que
caput nutriēs ſalutare: caput antiqui ſerpentis
cōtriuit. Capit oēs ſpūs intelligētie que mater
eſt ſapiētie. Capit oēs gradus glie: que regina
eſt vie ſimul ⁊ patrie. Capit oēs modos indul/
gētie: que caput eſt miſicordie. ¶ Quartū ele
mētū ſeu lr̃a eſt. J. que eſt minima figura apud
eos. ⁊ dicif ioth. ⁊ interpretaſ ꝯfeſſio ſeu ſcien/
tia. Ubi coloraſ virginis humilitas ꝓfunda et
virtuoſa que nihil ſibi attribuit: ſed oīa cōfiteſ
a dño accepiſſe. ¶ De quinta lr̃a. ſ. A. iam dcm̄
eſt. Ex his etiā quinqʒ lris hebraicis ſimul ⁊ la
tinis eliciēdo numeros ſignificatos per eas ſꝫ
latinos ⁊ hebreos. Uerbigr̃a. Prima littera. ſ.
M. ſignificat apud nos mille: apd̓ hebreos. l.
ſimul ꝯiungēdo numeros iſtos ſurgunt in nu/
merū duoꝝ miliū ⁊ cētum. Et a ꝓmiſſione facta
primo abrae: q: in ſemine eius bñdicerenſ om/
nes gētes terre qd̓ eſt Chriſtus: vt ait aplus ad
Gal. q: Maria mater xp̄i ex abraham ſeminali
ter deſcēdit vſqʒ ad natiuitatē eius fluxerūt an
ni duo milia cētum ⁊ nō vltra: vt notat ꝑfatus
Joānes dñici: qui etiaʒ declarat qūo iſte nume
rus colligiſ ex dictis litteris Maria per ſingu
las deſcēdēdo cuius eſt totus iſte ſermo de duo
deciʒ magnis rebus ſup Magnificat. v̓. Quia
fecit mihi magna. Exceptis his que habenſ in
quinto magno. Quod etiā nomē Marie ſit vir
tuoſum contra pericula ⁊ mala ⁊ famoſum per
omnia patet ex dictis ſupra.

¶ De quadruplici benedictione beate Uir/
ginis. Capitulum. xxiij.

Benedicta tu i mu/
lieribus. Et ṗmo occurrit dubiuꝫ:
q: aut iſtud addit ad id qd̓ ṗus di/
cꝰuz eſt: gr̃a plena. aut nihil addit.
Si addat: ergo id qd̓ addit aliquid eſt. ergo il/
la gratia cui addiſ plena nō fuit: ⁊ ſic angelus
nō videſ verū dixiſſe cum ait: gratia plena. Si
nil addit quin ibi cōtineaſ: ergo ſupflue dicif.
Itē natura eadē eſt in ea in mulieribus. ergo ſi
alias excedit hoc eſt in gr̃a. Sed hoc ꝯtinet cuʒ
ait: gratia plena. Ad qd̓ dici poſſet ꝙ nō fruſtra
hoc dicif. Naʒ cum dicif gr̃a plena: ꝑcipue in/
telligiſ de gratijs datis a deo. In eo ꝙ dicif: bñ
dicta tu in mulieribus: notanſ quedaʒ que ꝑti/
nēt etiam ad gr̃am humanā. ſ. laudari ⁊ bñdi/
ci ab hoībus. cōprehēdit etiam iſta bñdictio oī
um aliorum bñdictionē ſine dubio ſm̄ Alber.
Quid enim magni aut miri ſi habuit bñdictio
nē oīum gētiū: que bñdictiones oīum angelo
rū habuit ⁊ gr̃as. Et dicit Damaſ. A nullo illu/
ſtriū vinciſ. i. ſcōꝝ ⁊ ſcāꝝ excellētiū: ſed oēs ip/
ſa ſupat ⁊ excellit. ¶ Pro cuius declaratōe ſm̄
Alb. ſciēdū eſt ꝙ quadruplex eſt rō bñdictiōis. de quadrupli/ci rōne benedictionis
¶ Prima bñdictio eſt maledicti euacuatio.
¶ Secūda eſt fecunditatis ampliatio.
¶ Tertia eſt ſingularis gratie collatio.
¶ Quarta eſt ꝯgratulātiū gr̃e collaudatio.
¶ De ṗma ṗs. Bñdixiſti dñe terram tuā. i. hu
manā nām excludēdo ⁊ euacuādo maledictuꝫ
culpe illatuꝫ a deo cum ait Geñ. iij. Maledicta
terra in ope tuo. ¶ De ſcd̓o habeſ Geñ. ij. Bñ/
dixit eis dicēs. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ re/
plete terrā. ¶ De tertia. ſ. bñdictione gratie ſin
gularis dr̃. Geñ. xij. Bñdixit dñs abrae. ⁊ pſal.
Bñdixit oībus qui timent dñm. ¶ De quarta
dicif Matth. xxj. ꝙ pueri hebreoꝝ clamabāt ⁊
laudabāt cum magno gaudio xp̄o ieſu. Bñdi/
ctus qui venit in noīe dñi. ſm̄ oēm moduꝫ bñ/
dictionis fuit benedicta virgo Maria in mu/
lieribus ideſt ſup omnes mulieres. vt ly tu no/
tet excellentiam ſuper alias.

¶ De prima bene/ .§. i.

dictione qua. ſ. euacuaſ maledictū. Sciendū ꝙ
hec eſt triplex ſm̄ ꝙ triplex maledictū excludi/
tur. Unde Hiero. Totum maledictum qd̓ intu/
lerat Eua. abſtulit benedictio marie.
¶ Eſt enim maledictum nature.
¶ Eſt maledictum culpe.
¶ Eſt maledictum pene.
¶ Naʒ vt ait Amb. Pudor eſt feminis nuptia
rū ṗmia nō habere. i. filios. Ideo maledictū na
ture eſt obprobriū ſterilitatis: quibus hec ſola
eſt cā nubēdi. xxxij. q. ij. c. j. Propter qd̓ phenē/
na exprobrabat anne eo ꝙ ſterilis eſſet. ⁊ male/
dicta diceba ſterilis que fructū nō faciebat ſm̄
legē. Hāc maledictionē abſtulit beata Maria:
que virginitatē ſterilem in mūdo nobilitauit ⁊
exaltauit ac dedicauit in ſe virginitatē vt rem
excellētē ⁊ a deo bñdictā: que ſi nō replēt terrā
vt nuptie: replēt paradiſum tn̄. ¶ Maledictū
culpe eſt triplex. ſ. libido impregnantis. Unde
be. Hiero. ſup Matth. dicit ⁊ habeſ. xxxij. q. ij.
Cōnubia legitima carent quideʒ peccato: non
tn̄ tēpore illo quo ꝯiugales actus gerunſ ꝑſen/
tia ſpūſſancti datur. etiā ꝓpheta eſſe videaſ qui
officio generationis obſequitur. Hec ille. ⁊ hec
eſt ꝓpter libidinem. i. delectationē inordinataʒ
illa qua ratio abſorbeſ ſm̄ phūm. Feditas cōci
pientis Job. xiiij. Quis pōt facere mūdū de im
mundo cōceptum ſemine? Peccatum naſcētis
ṗs. In peccatis ꝯcepit me mater mea. be. Aug.
in li. de fide ad petrum. de ꝯſe. diſt. iiij. Firmiſ/
ſime crede ⁊ nullatenus dubites omnē hoīem
qui cōcubitu viri ⁊ mulieris ꝯcipitur: cum pec
cato originali naſci: impietati obnoxium mor

tiꝗꝫ ſubiectuꝫ. ¶ Ab hac triplici maledictione
fuit excluſus ↄceptus Marie. ⁊ ratio eſt: qꝛ nõ
fuit ſimilis alijs. Nõ enim ex humano ſemine:
ſed myſtico ſpiramine verbũ dei factum eſt ca/
ro de virgine Maria. Unde impregnans fuit
ſpũſſanctus. qꝛ ipſe opatus eſt illam vnionem.
Cõcipiens fuit virgo. Ecce virgo ↄcipiet. ſ. per
manẽs virgo. Et ↄceptus eſt deus. Matthei. j.
Uocabiᷓ nomẽ eius emanuel: qđ eſt interpreta
tum nobiſcum deus. Deus aũt peccare nõ põt:
nec in eum cadit peccatũ. ¶ Maledictuꝫ pene
eſt triplex. ſ. dãni virginitatem perdẽdo que. ſ.
recuperari nõ poteſt. cui premium ſpeciale con
ceditur: nec aliter mulier cõcipere põt vel pare
re. ¶ Secũdum maledictũ pene eſt laboris in
portãdo fetum. ſubijcitur enim multis paſſio/
nibus mulier in portando in vtero proleꝫ. Un/
de ⁊ Thob. dixit filio ſuo. iiij. cap. Memor eſſe
debes quãta pericula ſuſtinuit propter te. ſ. ma
ter in vtero ſuo te portans. ¶ Tertium eſt do/
lor in partu. Gene. iij. In dolore paries filios.
Sed ab iſta triplici maledictione euacuata eſt
⁊ liberata beata Maria. Naꝫ vt eccleſia canit.
Neſciens mater virgo virum: peperit ſine do/
lore ſaluatorem ſeculoꝝ. Et ſic nec virginitateꝫ
amiſit: nec dolorem: ſed ſummuꝫ gaudium in
partu habuit. ſm illud Eſa. Germinans germi
nabit. i. pariet letabũda ⁊ laudãs. Nec illum la
borem ſenſit in portando: ſicut nec in beatitu/
dine dolor reperiᷓ. Et beatus venter qui te por
tauit: exclamauit quedam mulier de turba ad
chriſtuꝫ Luce. xj. Apte igitur diciᷓ. Benedicta
tu in mulieribus: qꝛ per tuam bñdictioneꝫ ex/
cluſa eſt a te oĩs maledictio mulierum.

¶ Secunda bene/ .§. ij.

dictio eſt fecũditatis ampliatio ſeu ſuperexalta
tio. ⁊ hec poteſt eſſe triplex.
¶ Primo ex parte agentis.
¶ Secundo ex parte generatiᷓ.
¶ Tertio ex parte gignentis. Quelibet iſtaruꝫ
eſt triplex. ¶ Et quãtuꝫ ad primũ. Agẽs in iſta
ↄceptione fuit deus pater ibi exercẽs ſuam po
tẽtiam deus filius oſtendẽs ſuam ſapiẽtiaꝫ ſpi/
rituſſanctus exhibẽs ſũmam beniuolẽtiaꝫ. pro
ut ſupra declaratum eſt in precedẽti ſermone.
Exaltata vtiꝗꝫ eſſet ſup oẽm generationẽ ⁊ am
pliata illa gñatio. in qua ſolũ pater eſſet agẽs.
Sed plus exaltata ⁊ magnificata vbi ⁊ filius ⁊
ſpũſſanctus etiaꝫ opatus eſt. ¶ Ex pte autẽ ge/
nerati tripliciter eſt ampliata gñatio iſta. Nam
cõceptus eſt vir perfectus in naturalibus. non
enim vt alij ↄcepti in vtero matris diſtulit per
tẽpora ad habẽdum vſum rationis. Alij pueri
per plures annos manent anteꝗꝫ intelligãt vel
loqui poſſunt. Unde ⁊ infantes dicuntur. Sed

De bñ/ dictiõe ſuperexal tate fe/ cũdita/ tis ma/ rie.

ſubito chriſtus ↄceptus habuit cõpletum vſuꝫ
rõnis ⁊ memoriam tenaciſſimã: intelligẽtiam
acutiſſimã: ⁊ volũtatem prõptiſſimaꝫ ad omne
bonuꝫ ⁊ loqui pfectiſſime potuiſſet ſi voluiſſet.
Scđo eſt ampliata ⁊ magnificata iſta genera/
tio. qꝛ ↄceptus eſt vir ſanctus grã ⁊ virtutibus
pfectus. Aĩa noſtra naſciᷓ vt tabula raſa in qua
nihil pictum eſt: nullus enim in ea habitus vir
tutis vel ſciẽtie: ſed in tẽpore cum multo labo/
re acquiruntᷓ virtutes ⁊ ſciẽtie vel infunduntᷓ a
deo. Nõ ſic xp̃s ↄceptus nõ ſic. ſed qñ verbum
caro factũ eſt. i. homo de virgine Maria in in/
ſtanti aĩa illa repletaꝫ fuit omni gratia virtute ⁊
ſciẽtia immo ⁊ glĩa. Unde viator ⁊ cõprehẽſor.
Uiator ꝗꝫtum ad paſſibilitatẽ ⁊ actum morien
di. nõ pro ſe: ſed pro nobis. Cõprehẽſor limpi/
dius ↄtẽplans gliam dei. ꝗꝫ quicũꝗꝫ i patria ſi/
ne cõparatione. Tertio adhuc magis exaltata
eſt ſup oẽs generatio iſta. Cõceptus eſt ſũmus
deus Eſaias. Uere tu es deus abſcõditus. ſ. in
carne noſtra. Sic igitur exaltatᷓ ſup oẽs genera
tiones multeꝝ generatio Marie. ⁊ ideo bñdi/
cta tu ⁊c. ¶ Ex parte gignẽtis. ſ. virginis eſt ſu
perexaltata fecũditas eius ſup alias mulieres.
qꝛ virgo ↄcepit: virgo pepit: virgo lactauit de/
um pariter ⁊ homem. In cuius figurã eſt ſignuꝫ
datum gedeoni de victoria habẽda ↄtra inimi
cos populi dei videlꝫ vt vellus ponereᷓ in aera
per noctem. ⁊ de mane repiretur vellus plenuꝫ
rore. area aũt arida ⁊ ſicca per totuꝫ. Uellus eſt
pellis aĩalis mortui: ⁊ ſignificat noſtrã morta/
lem humanitatẽ. Iſtud in nocte vite pñtis poſi
tum in area vteri virginalis. reperitur plenum
rore celeſti. ſ. deitatis vniti cum ea queꝫ rorem
optabat Eſaias dicẽs. Rorate celi deſuper ⁊c.
Area tamẽ. i. corpus virginis remãſit arida. qꝛ
nõ humectata alicuius ſemine. ſed v̓go in par
tu: virgo in ↄceptu: virgo in lactatione. Unde
canit eccleſia. Sola virgo lactabat. ſcꝫ dñm Je/
ſum chriſtum vbere de celo pleno: non alio mo
do. Illud autem vellus plenum rore expreſſuꝫ
in torculari crucis: impleuit ↄcham eccleſie ro
re celeſtis gratie: per quaꝫ habitat in nobis. Et
hoc myſterium eſt ſignum ↄfortans nos ad ha
bendã victoriam de inimicis infernalibus qui
infeſtant populum dei. ergo benedicta tu ⁊c.

¶ Tertia benedi/ .§. iij.

ctio eſt ſingularis gratie non ſolum gratum fa
cientis ⁊ gratis date. ſed excellentie cuiuſdã ſu
per alios. Et hoc tripliciter.
¶ Primo ꝙ eſt caput ⁊ principium feminaꝝ:
¶ Secundo ꝙ eſt mater omnium.
¶ Tertio ꝙ eſt domina vniuerſorum.
¶ Quãtum ad primum dicitur beata Maria
caput ⁊ principiũ feminarum. qꝛ quicquid bo/

De tri/plici bo/no qd̃ ſuit in Maria qd̃ repi/tur in ſe/minis.

nſ fuit in feminis: ipſa habuit. ⁊ in ſummo gra du. ⁊ aliqd̃ bonum habuit q̃ nulla alia habuit. Triplex aũt bonum reperitur in feminis. Bo/num virginitatis: bonũ ꝯiugalitatis. ⁊ bonũ viduitatis. Beda Bona eſt caſtitas ꝯiugalis: melior continẽtia vidualis: optima integritas virginalis. ℭ Et in virginitate eſt triplex bo/num. Carnis incorruptio: nulli viri ſubiectio: angelica ꝯuerſatio. ℭ De primo dicitur Sap. vj. Carnis incorruptio facit primum deo. ⁊ ra/tio eſt. q2 ſcḋm Greg. in omel. Tãto vnuſquiſq2 a ſuperno amore diſiungitur. quanto in infimis delectaꝰ. Unde ⁊ per ꝯtrarium tãto vnuſquiſq2 deo magis approximatur ⁊ cõiungitur. quãto magis a delectationibus terrenis abſtrahitur: ⁊ q2 per virginitatem abſtrahitur homo a ma/ximis delectatiõibus. ideo magis approxima tur ⁊ ꝯiungitur deo. Unde ⁊ Sybille etſi gen/tiles propter virginitatem credimus eis colla/tuʒ ſpũm prophetie. Sed beata Maria in hoc omnes virgines exceſſit. quia nullum ſtimuluʒ carnis ſenſit: nec cogitationem turpem admi/ſit: ſed in ſumma puritate etiam angelos ſupe/rauit. ℭ Scḋm bonũ virginum eſt. q2 nulli vi/ro virgo ſubijciꝰ. Eue eius ꝯiugate cum oĩbus alijs feminis ꝯiugatis dictũ eſt. Sub viri pote ſtate eris: ⁊ ipſe dñabiꝰ tui. Gen̄. iij. Et. b. Aug. dicꝰ. xxxiij. q. v. voluit q̃ dñs ſtatuit coniugatas eſſe. quaſi famulas viroꝝ. ſ. in diſpõne domus ⁊ familie. Sed v̓gines libere ſunt ab hmõi ſer uitute. j. Cor. vij. c. Que v̓go eſt cogitat que dei ſunt. quõ placeat deo: vt ſit ſcta mente ⁊ corpe. Unde ⁊ libera eſt a ſuitute viri. Beata aũt ma/ria nõ ſolum viro ſubdita nõ fuit. ⁊ ſi ioſeph vi/rũ haberet. ſed dña eius ⁊ ipſe ſuus eius. ſcie/bat eniʒ ⁊ teſtis erat ſue v̓ginitatis. vnde ⁊ ma/ternitatis dñi. quinimmo ipſe rex reguʒ ⁊ dñs dñantiuʒ ieſus filius eius ipſe erat ſubditus ei. vt ſcribiꝰ Luc. ij. ⁊ Apoc. xix. ℭ Tertiũ bonum in v̓ginibus eſt angelica ꝯuerſatio. Om̄e eniʒ ſile appetit ſibi ſile. Angeli ſunt v̓gines. ⁊ ideo delectanꝰ ꝯuerſari cum v̓ginibus. Uñ Hieroꝰ. Angelis ſemp cognata eſt virginitas. in carne enim pter carnẽ viuere angelicũ eſt non huma nũ. Et angelus apparẽs Ioãni v̓gini oſtendit ei illa mirabilia que ſcribit in Apocal. Et Gabriel Danieli caſtiſſimo duplicẽ aduẽtuʒ ſaluatoris manifeſtauit. Sed nulla vnq̃ pura creatura ita familiariter ꝯuerſata eſt cuʒ angelo ſicut beata maria. Nõ. n. ſolũ ea vice q̃n incarnationẽ nun ciauit: ſed frequentiſſime. Bñdicta ergo tu in

De tri/plici bo/no in v̓/ginibꝰ.

mulieribus v̓ginibꝰ. i. pre cũctis ⁊ ſup cũctas virgines ꝓpter p̄dicta. ℭ In ꝯiugatis repitur triplex bonum. ſ. fides: ples: ⁊ ſacrm. vt ait be. Aug. Et in oĩbus his tribus exceſſit beata ma/ria coniugata oẽs cõiugatos. Et fides quidem

De tri/plici bo/no i cõ/iugatis

intelligiꝰ vt alter alteri ſeruet fidelitatẽ: non cõ miſcẽdi ſe cum altero vel altera. Sed btã Ma/ria nõ ſoluʒ cum altero ſe nõ cõmiſcuit: ſed nec cum ſpõſo ſuo Joſeph de cõi ꝯſenſu votuʒ vir/ginitatis emiſerũt: ⁊ vterq2 in virginitate per/mãſit. vt dicit beatus Aug. xxvij. q. ij. Tãto con iugium eſt ſanctius: quãto caſtius. nec ideo Jo ſeph voluit dimittere eam: vt Mattheus euan geliſta dicit. c. j. cum videret eam pregnantẽ q2 eam ſuſpectã haberet de adulterio. ſed vt dicit Bern̄. reputabat ſe indignum cum tam ſancta manere. quoniã cum ſciret eam plenam omni honeſtate ⁊ modeſtia ⁊ ſanctitate: eſtimauit eaʒ nõ de viro: ſed a ſpũ ſancto impgnatã. ℭ Bo/num prolis ſequeꝰ ex ꝯiugio. ⁊ ꝓpter hoc eſt in ſtitutũ matrimoniũ. non hoc bonum defecit in btã Maria: ſed ſuper oẽs ꝯiugatas eſt cuʒ vir/ginitatis honore gaudium matris habẽs. Un/de nec primam ſimilẽ viſa eſt nec habere ſequẽ tem. Proles autem cõiugatarũ eſt pura creatu ra ⁊ peccator: ſed proles virginis eſt deus ⁊ ho mo ſanctiſſimus. ℭ Tãtuʒ ergo diſtat inter ꝓ/lem huius virginis ⁊ prolẽ ꝯiugataruʒ: quan/tum inter deuʒ ⁊ hoĩem. ℭ Tertium bonuʒ in cõiugatis eſt ſacramentũ. Unde apoſtolus. hoc aũt dico magnũ ſacramẽtum in chriſto ⁊ eccle/ſia. Significat enim ꝯiunctionẽ chriſti cum ec/cleſia quoad cõſenſum mutuum volũtatis ex/preſſum per verba. cõiunctionẽ chriſti cum ec/cleſia. ſ. bonis fidelibus per dilectiõeʒ. Quo au tem ad ꝯiunctionẽ corpoꝝ per copulaʒ ſignifi/cat cõiunctionẽ dei cum noſtra humanitate in vna pſona. ⁊ ſic indiſſolubilis eſt talis ꝯiũctio. Nunq̃ enim ſeparata eſt deitas ab humanita/te poſtq̃ eam ſibi vniuit. Hinc eſt q̃ matrimo/nium cõſũmatum per copulam: nunq̃ diſſolui põt vt correſpõdeat ſignum ſignato. Hoc autẽ ſacramẽtum impletuʒ eſt in vtero virginali: in quo facta eſt talis vnio ⁊ permaxime bonũ iſtõ coniugatoꝝ reperitur in virgine. ℭ In viduis auteʒ reperitur triplex bonum. ſciʒ libertas cõ Triplex bonũ i viduis repitur tẽplationis. Unde de Anna ꝓphetiſſa vidua di ciꝰ Luc. ij. q̃ tẽplum frequẽtabat deo ſeruiens in orationibus die ac nocte. ℭ Secũduʒ bonũ eſt carnis maceratio. Naʒ vt ait apoſtolus. j. ad Ti. iiij. Uidua in delitijs viuẽs mortua eſt. Uu de ⁊ ſancta Judith vidua ieiunijs inſiſtebat cõ tinuis. ℭ Tertium eſt q̃ exercitium in operi/bus pietatis ⁊ miſericordie. vt oſtẽdit aplus in v. c. Et vidua illa ſarreptena Helyaʒ de cibo ne ceſſario pauit. Hec omnia ſine cõparatione fue rũt in beata Maria. nam ieiunia nõ ſolum in lege mãdata ſeruabat. ſed ⁊ ſcḋm beatũ Ambro. alia addebat tota dedita erat orationi ⁊ contẽ/plationi chriſtum mendicũ ⁊ pauperem de ſua paupertate nutriuit. Quod aũt mater ſit oĩum et

domina patet: quia mater eſt eiꝰ qui omnia cre
auit: ⁊ qui nos redemit ſua paſſione. Bene er/
go dicitur. benedicta tu in mulieribus: quoad
gratiam ſpecialem ſuper omnes.

¶ Quarta bene/ .§. iiij.

De quarta bñdictiõe .ſ. ꝯgratulationis laudantium.

dictio dicitur congratulatio laudantium. de qua in
cantico trium puerorum qui orabãt in camino
ignis. Dañ. iij. Bñdicite oĩa opa dñi dño lau/
date ⁊c. Hec triplex eſt in btã maria ſuper oẽs
mulieres. ¶ Collaudate quippe ſunt alique mu
lieres ex virtutibꝰ ſuis. ⁊ bñdicte ab hominibꝰ
vt iudith ⁊ alique alie: ſed nulla eatenus vt ma
ria. Collaudatur enim ab angelis: ab homini/
bus: ⁊ ab omnibus corporalibus rebꝰ. Ab an/
gelis quidẽ vt hic. Benedicta tu in mulieribꝰ
⁊ merito. quia genuit angelorum reſtauratorẽ
conciuium ſuorum redemptorẽ. Reſtrauauit
eum filius ſuus reddẽdo per equipollentiã deꝑ
ditum: multiplicando numerum: ⁊ augmentã
do ſuperadditũ. ſ. quartam hierarchiã in qua
ipſe cũ matre ſua ſup oẽm hierarchiã: per quẽ
laudant angeli atq; archangeli ⁊c. in pfatione
maieſtatem dei. ⁊ aſſumpta ipſa btã maria: lau
dantes angeli benedicunt deum. ¶ Laudant
hoĩes ⁊ benedicunt btãm mariam p elizabeth
dicẽtes. Lu. ij. Benedicta tu in mulieribꝰ: ⁊ be
nedictus fructus ventris tui. qui fructus ven/
tris ſui factꝰ eſt hominibꝰ ſuis ſapiẽtia iuſtitia:
ſctĩficatio ⁊ redemptio. j. Cor. Sapiẽtia. ſ. in do
cẽdo iuſtitia in virtuoſe ⁊ pfectiſſime cõuerſan
do oſtẽdẽs quomodo iuſti efficiamur p eiꝰ imi
tationẽ. Sanctificatio ſacramẽta iſtituẽdo que
nos ſanctificãt. Redemptio per paſſionem a di
abolo cuius captiui eramꝰ ĩ redimẽdo. ¶ Lau
dant quoq; oĩa corpora beatam mariam: quia
in ea immutauit cauſaliter inouãdo. Ecce ego
creo celos nouos ⁊ terram nouam ait filius eiꝰ
us in Apoc. ac etiã nobilitando: ⁊ omnia quo
dãmodo in xpi corpore vniendo: quia corpus
ipſa ei dedit. quod cum oĩbus corporibus ali/
quo modo cõuenit ⁊ excedit. Et ideo quia iſtis
de cauſis bñdicta eſt in mulieribus: ſuper om/
nes mlieres benedicta ⁊ puras creaturas: ſicut
dicimus de domino. Bñdicite omnia opa dñi
domino. ita ⁊ dicere poſſumus beate marie.
Benedicite omnia opera domine omnium.

¶ De bñdictiõe beate Marie virginis apud
omnem generationem. Ca. xxiiij.

Benedicta tu i mu/

lieribꝰ. Altius ⁊ copioſius iſtã vlti
mã benedictionẽ laudatiõis ⁊ ma/
gnificatiõis reaſſumendo. Tu inqt
exiſtens in numero mulierum quoad ſexũ nõ
virorum ſimpliciter es benedicta: omnem con
tinens in te benedictionẽ ſanctoꝝ. Quamuis
autẽ collatio temporalis felicitatis etiam dica/
tur benedictio quedam. Unde ⁊ Jacob dixit
Eſau filio ſuo benedictionẽ poſtulanti potius
temporaliũ q̃ ſpiritualiũ In pinguedine terre
erit benedictio tua. Geneſ. xxvij. Et ſathan ad
dñm de Job ait. Operibus manuũ eius bene/
dixiſti. quod quaſi declarans ait. Poſſeſſio eiꝰ
creauit in terra. Tamen potior benedictio ſine
cõparatione eſt operatio vel collatio beatitudi/
nis vere diſpoſitiue vel cõpletiue que oĩa bona
comprehendit. Unde apoſtolus ad Eph. pmo.
Benedictus deus qui benedixit nos omni be
nedictione in celeſtibus: ⁊ dominus dicet in fi/
nali iudicio. Uenite benedicti patris mei per/
cipite regnũ vobis paratũ Matth. xxv. Ideo
benedicti q: bona opera egiſtis: quibus para/
tum eſt regnum beatũ. Hanc benedictionẽ bti/
tudinis in preſenti ⁊ futuro ſuper oẽs poſſedit
beatiſſima maria ⁊ hoc ipſa exprimit in cãtico
ſuo dicens. Beatã me dicent omnes generati/
ones. ⁊ Salomon Prouer. vlti. Surrexerũt fi/
lie ſcz per imitationẽ eius anime ſancte: ⁊ bea/
tiſſimam predicauerunt: ⁊ ſic oẽs generatiões
benedicũt beatã mariã collaudantes de bonis
ei collatis. Eſt aũt triplex gñatio nãe itellectiue.
¶ Prima generatio eternalis.
¶ Secunda generatio angelicalis.
¶ Tertia generatio humanalis.
¶ Harum proprium eſt benedicere.

¶ De eternali di/ .§. i.

cit deus pater ad filium per ꝓ. Ante luciferũ
genui te. De qua Eſa. liij. c. Generationem eius
quis enarrabit. ſcz eternam. quaſi diceret nul/
lus. Ipſe igitur deus poſtq̃ cũcta creauit p ver
bum ſuum: ⁊ cum ſpiritu ſancto benedixit bea/
tiſſime Marie in figuram. ⁊ beatam dixit quã
do benedixit diei ſeptimo in qua requieuit ab
omni opere qꝺ patrarat. Gen. j. Eſt autẽ iſta be/ M. ge/
nedictio operũ conſummatio a peccatis vaca/ neratio
tio eterne requiei prefiguratio que omnia ple/ eternalis
ne reperiuntur in beata maria. Fuit enim i btã bñdixit
maria perfecte operum conſummatio: quãdo quomõ
omnia creata in vno homine vniuntur cũ crea
tore. ⁊ primum fit ⁊ vltimum: ⁊ vltimũ fit pmũ
non enim eſt perfectio motus vel operis niſi in
circulo. Eſt ſcd̃o ibi. ideſt in virgine vera a pec/
catis ceſſatio. In eius enĩ voluntate peccatum
nullum fuit nec eſſe potuit. Tertio requies etiã
huius non fuit future requiei ſignũ tñ: ſed eti
am cauſa. Si ergo ſeptima dies eſt benedicta
propter ſabbatũ dei. ideſt ceſſationem ab ope/
ribus: ⁊ tamen excellentior eſt ſabbatiſmus re/
creationis qua ſcz requieſcens in virgine mun
dum recreauit ſabbato creationis: ergo ⁊ bene
dictio maior.

dictio maioꝛ. In omnibus enim requiē queſi/
uit.⁊ in ipſa ſola inuenit.in qua inuenit omīa
quecūqȝ queſiuit.Unde ⁊ in tabernaculo eius
requieuit Eccli.xxiiij.¶ Poſtq̄ autē ipſe eter/
naliter genitus de virgine natus:conuerſatus
eſt in mundo ſemel predicās mulieri exclamā/
ti ⁊ dicenti. Beatus venter qui te portauit ⁊c̄.
Subdit ipſe quinimo beati qui audiunt v̄buȝ
dei:⁊ cuſtodiunt illud.quaſi diceret.non ſoluȝ
illa que me portauit.beata. ſed oēs qui audiūt
verbum dei ⁊ obſeruant:⁊ implent opere illō.
Et qꝛ ipſa perfectius audiuit ⁊ obſeruauit om
nia mandata domini ⁊ cōſilia.ideo beatiſſima
⁊ benedicta pre cunctis:bn̄dicta ē tu in mulie/
ribus.¶ Primus ſmo xp̄i ad diſcipulos eru

M.ex/ercuit act⁹ oc/to beatitudinū in ſummo q̄ modo.

diendos fuit verbū de beatitudinibus. de qui
bus Matth.v.Que beatitudines octo ſunt p̄/
fecti actus virtutum diſponentes ad ſupernaȝ
⁊ eternam beatitudinem.Ad quos actus exer/
cendos xp̄s exhoꝛtat⁹ eſt in diuerſis locis euā/
gelij ſiquis inquirere velit.que oīa verba bea
ta Maria perfectiſſime impleuit.vt docet per
ſingulos Alber.vbi.ſ.Et pⁿma quidē eſt. Bea/
ti pauperes ſpū.vbi glo.pauperes ſpū ſunt.qa
non neceſſitas:ſed fides ⁊ deuotio beatos facit
vt contēptis omnibus dn̄o viuāt.Impoꝛtat er
go abdicationem rerū.Hec autē abdicatio fuit
in ſummo in beata Maria.Naȝ hec abdicatio
fit duobus modis.ſ.per rerum ſubiectionem.
vel per rerū omnimodā abiectioneȝ. Sed ma/
gna eſt paupertas per rerū ſubiectionē: maioꝛ
per rerū abiectionē. Maxima autem que eſt ex
vtriſqȝ cōpoſita.de qua dicit apl's.ij.Coꝛin.vj.
Nihil habentes ⁊ oīa poſſidentes. Hoc autem
non potuit eſſe niſi in beata Maria omnimo/
de:⁊ perfecte ⁊ ꝓpꝛie.Omnes alij ſi res abiece
runt.non retinuerunt:etſi retinuerūt non abie
cerunt:qꝛ tm̄ procuratoꝛes ⁊ fructuarij ⁊ non
domini fuerunt.Beata aūt mater dei v̄go exi/
ſtens ⁊ regina celi ius ⁊ dominiū ⁊ vſufructuȝ
poſſeſſionis habebat in rebus filij ſui.Unde et
bene potuit relinquere ⁊ omnia poſſidere:re/
linquere quātum ad vſum ⁊ fructuȝ.poſſidere
quātum ad pꝛopꝛietatē ⁊ ius dominij.⁊ ſic bea
tiſſima virgo potuit habere pfectiſſimaȝ paup
tatem.Item in rerū abiectione eſt oꝛdo ⁊ gra/
dus.⁊ ponit Alber.nouem gradus pauperta/
tis in doībus.Primus gradus paupertatis ē
dare ſuperflua pſone.pꝛout perſona ſonat idi/
gnitatem.Scd̄s eſt dare ſupflua non ſolū per/
ſone:ſed ⁊ ſuperflua nature Luce.xj. Quod ſu
peſt,date elemoſynaȝ glo. pꝛeter victuȝ ⁊ veſti/
tum. Tertius gradus eſt dare non ſolum ſuper
flua:ſed neceſſaria.glo.dicit etiam valde neceſ
ſaria:cuȝ primis diuidamus. Quartus eſt oīa
neceſſaria:⁊ ſuperflua ſimul dare:ſed ſemetip/
ſum retinere.ideſt non pꝛopter deum.quod et
phī fecerunt.vt dicit Hierony.de Socrate.xij.
q.ij.Gloria.Quintus eſt omnia dare ⁊ ſemetip
ſum addere.ſm̄ illud Matth.xix.Si vis perfe
ctus eſſe vende omnia que habes ⁊ da paupe/
ribus.⁊ ſequere me.ſ.te dando.Sextus eſt om
nia dare ⁊ ſemetipſum relinquere . vel vltra h̄
laboꝛare manibus vt tribuat neceſſitatem pa/
tienti:vt fecit Paulus qui laboꝛabat manibus
ſuis.vt ipſe dicit ad Coꝛin.vt ſibi ⁊ socijs ſub/
ueniret.Septimus eſt omnia dare etiā ſeipm̄:
⁊ ſpiritu ⁊ coꝛpoꝛe laboꝛare.vt paſcat primum
ſpūali cibo.Qui gradus eſt melioꝛ pꝛioꝛi.quia
melius eſt reficere animā ſemper victuram,ait
be.Grego.q̄ȝ coꝛpus moꝛiturū.Octauum au/
tem ponit eſſe in beatiſſima virgine perfectio/
rem ceteris qui eſt relinquere omnia ⁊ ſeipſuȝ
⁊ de ſubſtantia coꝛpis ſui accipe ⁊ ad refectio/
nem animarum pꝛoximis dare. Hoc eniȝ fecit
ſola beatiſſima Maria.que de puriſſimis car/
nibus ⁊ ſanguinibus ſuis viaticum.nobis cō/
fecit.Panem ⁊ vinum qui de celo deſcendit.q
eſt vere vita queȝ qui religioſe manducauerit
moꝛtem non guſtabit in eternuȝ hunc toti mū
do mendico ipſa dedit.Nonus gradus perfe/
ctiſſimus eſt filij ſui Jeſu:qui eſt oīa dare coꝛ/
pus ⁊ animam ꝓpꝛiam ⁊ diuinitatē habēs vni
tam pꝛoximis dare in cibum anime:ſub ſpecie
tamen aliena.⁊ hoc fuit opus ſumme miſicoꝛ
die ⁊ ſummū paupertatis domini Jeſu in via.
Nec attenditur perfectio paupertatis penes ꝓ
pinquationē ad ſummū defectum rerū.ſed pe
nes deuotionem:voluntatē ⁊ perſone dignita
tem.Si enim eque parū habent miles ⁊ ruſti/
cus:paupérioꝛ dicetur miles q̄ȝ ruſticus. imo
quod ruſtico diuitie:militi paupertas.⁊ quod
militi diuitie pꝛincipi eſt paupertas. Ergo cuȝ
beatiſſima virgo Maria pꝛecellerit oēs digni
tates.qꝛ regina celi: mater domini ⁊ omniū in
equali paupertate oēs excelleret.Ergo benedi/
cta tu es ⁊ beata in pauptate ſpiritus.¶ Quā/
tum ad ſcd̄am beatitudinem diſpoſitiuam.di/
cit glo.ſuper illō.Beati mites Matth.v.Mi/
tes ſunt qui malis moꝛibus dominātur.⁊ alia
glo.Mitis ſeu māſuetus eſt q nec irritat.nec
irritatur:nec nocet:nec nocere cogitat.Ad hāc
hoꝛtatur Jeſus xp̄s exemplo ſui dicens Mat/
thei.xj.Diſcite a me:qꝛ mitis ſuȝ ⁊ humilis coꝛ
de:hec in excellentia habuit beata maria ſuper
omnes.Nam perfectum dominū habuit.qm̄
malis moꝛibus dominabaṫ ſine pugna interio/
ri.Omnium autem alioꝛuȝ dn̄ium huius mū
di fuit cum pugna.Similiter nullū hominem
irritauit nulli nocere cogitauit.ſed oībus pꝛo
deſſe ſtuduit.Diſcurre per totam ſeriem euan/
gelij.⁊ nunquā inuenies.ait beatus Bernar.

verbum durū ⁊ aſperum egreſſum de ore ei⁹.
Omnia beata virgo equanimiter aduerſa ſu/
ſtinuit excellentiſſime quod facit mitis ſ3 glo.
⁊ ideo mitiſſima. Unde canit eccleſia in hym/
no. Uirgo ſingularis inter omnes mitis: nos
culpis ſolutos mites fac ⁊ caſtos. Nō obſtat qđ
dicitur de moyſe Nume. xij. c. Erat moyſes mi
tiſſimus hominum ſuper terram, in ſuplatiuo
gradu: qr intelligitur de illis qui tunc erant ſu
per terram: non de virgine. ¶ Quantū ad ter
tium de beatitudine luctus. ſm illud. Beati q
lugent ad oſtendendū. q̄ nec iſta ei defuit: ſed
alios excellit. ſicut ⁊ in alijs. Nota q̄ ait beat⁹
Augu. xxviij. q. j. Jam vero. Ea ſunt in noſtris
officijs gratiora. ſ. que cum liceret nobis nō im
pendere. dilectionis tamē cauſa impēdimus.
⁊ hoc ſicut quoad homines: ita quoad deum.
Sed beata Maria non erat debitrix ad lugen/
dum pro peccatis: qr nullū in ſe habuit: luge
bat tamen ex dilectione peccata populoꝝ. ⁊ qn̄
vt ait beatus Greg. Stabat mater doloroſa. iu/
xta crucem lachrymoſa. dum pendebat fili⁹ nō
minus lugebat peccata crucifigentium q̄3 affli
ctionem filij. Unde ſicut in cruce orauit. vt ait
apoſtolus ad Hebre. cum lachrymis ⁊ clamore
valido. ſ. pro peccatis humani generis relaxan
dis: ita ⁊ mater eius beata maria fontes fecit la
chrymarum de ſuis pudiciſſimis oculis. vt ait
Anſelmus. in illa paſſione quā ſuſtinere noue/
rat pro peccatis hominum. Sed ⁊ pro incola/
tu preſentis miſerie quare non magis lugebat
q̄3 Dauid dicens. Fuerunt mihi lachryme mee
panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie
vbi eſt deus tuus. ⁊ permaxime poſt aſcēſionē
filij. Unde ob conſolationem ſui ſm beatū Hie
ronymum. viſitabat loca ſepe vbi filius aliqđ
magni egerat. Uere ergo benedicta tu in mu/
lieribus ⁊ beata beatitudinis luctu. ¶ De qr/
ta ſcilicet Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſtitiā.
Nulla pura creatura magis deſiderauit iuſtiti
am bonorum operum in ſe et in toto humano
genere ſicut beatiſſima maria. Eſurire eſt ope/
ra iuſtitie difficiliora feruenter appetere. Siti/
re eſt opera iuſtitie cōmuniora ⁊ feliciora deſi/
derare: ſicut laborioſius ⁊ tardius comeditur
q̄3 bibitur. Qui edunt me adhuc eſurient: ⁊ q
bibent me adhuc ſitient: ait diuina ſapiētia Ec
cleſiaſti. xxiiij. c. Et quia magis ſibi incorpora/
uit diuinam ſapientiā ⁊ gratiam q̄3 aliquis vel
aliqua: ideo magis eſuriuit ⁊ ſitiuit iuſtitiā bo
norum operum. Eſurire quippe ꝓprie eſt viato
rum ⁊ ſitire. Saturari ⁊ inebriari eſt cōprehen
ſorum. vt oſtendit ps. Satiabor ⁊c̄. ⁊ iebriabū/
tur ab vbertate domus tue ⁊c̄. Inter eſurire au
tem ⁊ ſatiari eſt medium ſcilȝ comedere. Sȝ cū
nihil ſit vacuum ⁊ illa ſint extrema: extat ⁊ me
dium. Medium autem pertinet ad ſtatum me
dium. Ille autem ſtatus eſt ſtatus beate virgi/
nis. Habebit ergo beata maria iſtam beatitudi
nē circa cōprehēſores ⁊ citra viatores. ¶ De
quinta beatitudie videlȝ. Beati miſericordes
in qua excellit ſine cōparatione omnes. Quod
patet ex hoc: qr dicitur ipſa ⁊ predicatur mater
miſericordie: qđ nulli alij ꝓprie cōuenit. Dicū/
tur aūt aliqui viri miſericordie: qui oēs habēt
cōparationē ad miſicordiā per modum origi/
nis eſſentialis ⁊ per modū miris. Cōuenientia
aūt eſſentialis iproportionabiliter excedit mo/
dū inherētie p modū accidētis. Un̄ vniuerſos
excellit miſericordia. ¶ Item qcqđ eſt cā cau/
ſe: eſt cā cauſati. Beatiſſima aūt vgo eſt cauſa fi
lij. filius aūt eſt cā totius boni ⁊ oīs miſericor/
die. ergo ⁊ mater eſt cā totius miſericordie. qđ
alij nō ꝯuenit. Item illud qđ eque ꝓprie ⁊ pnci
paliter hȝ duas naturas incōfuſas. eque ⁊ pro/
prie hȝ ꝓprietates duarū naturarū. Un̄ ⁊ iſte
eque ꝓprie ſunt. xp̄s eſt deus. Chriſtus eſt hō.
ergo ⁊ hec. Chriſtus natus eſt a deo. Chriſt⁹ na
tus eſt ab homine. ergo etiā ⁊ hic. Chriſtus eſt a
deo. Chriſtus eſt ab hoie. Sȝ xp̄s oēs operatio
nes attribuit patri a quo ipſe eſt. ergo ⁊ matri a
qua ipſe eſt attribuent operationes eius q̄ con/
ueniunt ei rōne humane nature: ſicut ⁊ pri ope
rationes que conueniūt diuine nature. Sȝ ſm
humanā naturā xp̄s exhibuit nobis officium
ſumme miſericordie in paſſione. ergo ⁊ beatiſ
ſime virgini attribuuntur effectus ſūme miſe/
ricordie. qđ etiā pȝ in modo loquendi eccleſie.
Hodie mortē quā femina intulit: femina fuga
uit. ⁊ que dānauit ſaluauit ipſa. Bñdicta ergo
tu in miſericordia. ¶ De ſexta ſcilȝ Beati mū
do corde. dicit glo. Mundi corde ſunt quos cō
ſcientia non arguit peccatoꝝ: ſeu qui ſibi nihil
cōſcius eſt ſed hoc fuit potiſſime: imo ſingula/
riter in be. maria. ergo ꝑmaxime fuit mundo
corde. Itē actus fidei purificat. ſȝ illud petri in
actibus. Fide purificās corda eorū. Sed beatiſ
ſima maria habuit fideȝ ꝑfectiorē cūctis. ergo
⁊ puritatē que mundi cā eſt. Itē ſm Dioń. tres
ſunt actus hierarchie. purgare: illuminare: ⁊ ꝑ
ficere. ⁊ ſūt ita ordinati vt magis purgatus ſit
magis illuminatus ⁊ magis ꝑfectus. Sed bea
tiſſima Maria fuit maxime perfecta ⁊ illumina
ta. ergo ⁊ maxime purgata ⁊ munda. ¶ De ſe
ptimo ſcilȝ beati pacifici. dicit glo. pacifici ſunt
qui omnes motus animi rōni ſubijciunt: quia
his nihil repugnat ſimiles patri ſuo qui eſt in
ſumma quies. Sed hoc fuit in ſummo in bea/
ta virgine. Item alia gloſa. Dum lex carnis re/
pugnat legi mentis nō modo alieni: ſed nec no
bis pacifici eſſe poſſumus. Sed in beata Ma/
ria caro nō rebellauit aduerſus ſpm̄. ergo ipſa

marime ſuit pacifica. Item ſi pacifici dicuntur
qui faciunt pacem inter alios. qđ ꝛ fecit filius
dei. paceʒ faciens hijs qui ꝓpe ꝛ hijs qui longe
erāt. mediū vniuerſale per qđ fuit facta par in/
ter deū ꝛ hoīes: fuit beata virgo mediatrix ꝛ re
cōciliatrix omniū. ergo ꝛ ipſa in ſummo pacifi
ca. Benedicta ergo tu in pace. ¶ De octaua. q̄
dicit. Beati qui pſecutionem patiunt ꝓpter iu
ſtitiam. Dicit Alber. ꝙ non intelligit de quacū
qꝫ pſecutione ſed de ea que eſt per martyrium.
Sed videt ꝙ hanc non habuit q: martyriū nō
Arguit habuit. Doctores tamē dicunt ipſam cōſecutaʒ
cōtra. fuiſſe aureolam martyrij in pſecutione mortis
filij. beat⁹ Bernar. Longe plus q̄ȝ martyrē cē/
ſemus: in qua paſſionis ſenſuʒ compaſſionis
ſupauit affectus. Joānes damaſcenus etiaʒ ap
pellat eam martyrem in paſſione filij. Probat
aūt ſic. Dationi anime debetur aureola marty/
rij ergo dationi precioſiſſime anime ꝛ dilectiſſi
me debetur precioſiſſima aureola martyrij. Sʒ
precioſiſſima virgo Maria dedit ꝑcioſiſſimaʒ
ꝛ dilectiſſimam aīam. ergo habebit precioſiſſi
maʒ aureolā. Mediū probat. dedit enim dile/
ctiſſimā animaʒ. i. vitam filij. Ipſa enim in infi
nitū plus dilexit aīam. i. vitam filij q̄ȝ bea. Pe/
trus aīam. i. vitam ſuiipſius. Qđ dedit precio/
ſiſſimaʒ pʒ: q: datio huius anime. i. vite filij fu
it precium totius mundi: ꝛ redimibilis creatu
re. ꝛ ſic dedit animā in infinitū plus dilectam.
ergo ꝛ hʒ precioſiſſimaʒ aureolaʒ martyrij. Itē
dolor cauſatur ex amore: vt quātum quis plus
aliquid amet: tāto plus doleat de amiſſiōe ei⁹.
Dolor autem ſanctoꝝ in martyrijs eoꝝ cauſa/
batur a natura ꝓpter ſeparationē anime a cor/
pore. Dolor aūt beate Marie a natura ꝛ gr̄a: ſʒ
maior etiam a gratia. Sed fortior ꝛ perfectior
eſt cauſatus a gr̄a q̄ȝ a natura. ergo impropor/
tionabiliter maior fuit dolor eiūs in paſſione
filij q̄ȝ martyris cuiuſqꝫ in ſua paſſione. ergo ꝛ
potiſſima in hac pſecutiōis beatitudine. Et ſic
pʒ ꝙ generatio eterna. i. filius dicet eā beataʒ:
q: audiuit verbum ſuum. ꝛ ſeruauit verba ſua
ſ. de iſtis octo beatitudinib⁹ quas perfectiſſime
habuit ſuper omnes. ꝛ ſic beatam me dicent et
benedictam benedictione optima omnes gene
rationes. vñ benedicta tu in mulieribus.

¶ De generatione .§.ij.

De gn̄ā angelica poteſt exponi illđ Geñ. i. Iſte ſunt ge-
tiōe an/ nerationes celi ꝛ terre. ꝛ dicitur ibi generatio
gelica creatio a deo. ꝛ generatio celi eſt creatio ange//
quō bñ lorum. Sic beatus Auguſtinus ſuper geneſim
dicant ad litteram exponit illud. In principio creauit
Mariā deus celum ꝛ terram. celum. i. angelicam natu
multi// ram. Hec aūt generatio celi. i. angeli creati bea
pliciter tificant: laudāt ꝛ benedicūt multipliciter virgi

nem glorioſiſſimam: ꝛ Gabriel pro omnib⁹ an
gelis laudans inquit. Aue gratia plena. cum ſi
bi nunciauit conceptum filij dei ad partum vo
eius. poſtquā angelus cum magna luce appa/
rens nunciauit paſtoribus cuʒ magno gaudio
natiuitatem filij virginis: facta eſt cū ipſo mul
titudo militie celeſtis. ideſt angelorum canen/
tiuʒ. Gloria in altiſſimis deo. ꝛ in terra pax ho/
minibus bone voluntatis. Luce. ij. quaſi dicat
gloria paratur in celis propter deuʒ natum ex
virgine Maria ꝛ pax reconciliationis cum eo
hominib⁹. ſ. habentibus bonam voluntatem.
¶ In aſſumptione vero eius cum aſcendit ad
celum gaudent angeli: canit eccleſia: ꝛ laudan
tes benedicunt deum ꝛ admirantes de tam ex
cellenti gloria dicunt. Que eſt iſta que aſcendit
ſcilʒ in celum de deſerto mundi. ſ. huius dere/
licto ꝛ priuato bonis virtutum. vbi ſunt beſtie
ſiluestres demonum ꝛ malorum hominum de
litijs affluens. ſ. omni ſuauitate ꝛ perfectione
virtutum inixa ſuper dilectum ſuum. ſ. filium.
ideſt coniuncta cum eo omnem tranſcendens
hierarchiam noſtram. ¶ Tempore quoqꝫ bea hiſtoria
ti Gregorij magni cum ipſe in proceſſione pro
grediens per vrbem cum omni clero ꝛ popu/
lo ad rogandum deuʒ pro ceſſatione ſeuiſſime
peſtis que romaʒ inuaſerat: deferri faceret quā
dam tabulam vbi depicta erat imago bea. ma/
rie pro vexillo ante proceſſionem. viſi ſunt an/
geli circa figuram beate virginis canentes in
laudem eius. Regina celi letare alleluya. quia
queʒ meruiſti portare alleluya. reſurrexit ſicut
dixit alleluya. Cui addidit beatus Gregorius.
Ora pro nobis deum alleluya Quod interpre
tatur laudate dominum. Surrexerunt filie ſy/
on ꝛ beatiſſimam dixerunt. regine ꝛ concubi
ne laudauerunt eam vt dicitur Canticoruʒ. vj.
Filie ſyon ſunt ſubſtātie ſeparate. ideſt angeli
qui dicuntur filie. non propter ſexum: ſed pro/
pter intelligentiam. filie auteʒ ſyon propter cla
ram ſpeculationem ꝛ continuam diuinorum.
Syon interpretatur ſpeculatio: et ad hoc ſunt
creati. Surrexerūt aūt ad venerandū eā quam
intuent ſuper ſe. quā ibi vocat vnā columbā ſuā
electā genitricis ſue: q: ſola fuit tota cū dei vo/
lūtate vnita. colūba ſine felle pcti: dealbata niue
cādidior: meritoꝝ ſplendorib⁹ ſpūſſancti ſecū/
data: munerib⁹ electa: ꝛ preelecta ex oībus ge/
nitricis ſue. i. ſynagoge: ex qua nata eſt. Regi/
ne auteʒ ſunt aīe ſancte: que rōne bene hic ſe ꝛ
alios rexerūt. Concubine aūt ſunt anime repro
borum. que cū non habeāt deū in ſpōſuʒ gene/
rant filios illegitimos. ſ. maloꝝ operū quibus
non debetur hereditas ſuperna. ꝛ hi etiam re
probi laudant beataʒ virginem. vt dicet in. §.
ſeq. Sed filie ſyon. i. angeli magis laudant: q:

eam magis ſpeculantur ⁊ pfectiones eius. Un
de in ſuperlatiuo gradu beatiſſimam dicunt. ⁊
ſic beatam me dicent omnes generationes eti-
am angelorum. Benedicta ergo tu in mulieri-
bus a generatione omni angelica.

De generatio- .§.iij.

ne hūanali dicit Salomon Eccli. j. Generatio p
terit. ſ. hominū p mortem. ⁊ gñatio aduenit. ſ.
per natiuitatē alioꝝ hominū. terra aūt in eter-
num ſtat quā inhabitāt. Et Matth. j. Liber ge-
nerationis ieſu chriſti: abraam genuit yſaac:
yſaac ⁊c. Hec autem eſt triplex.

de tripli ci gñatiōe hu manali que be nedicit mariā.

Generatio praua reproboruꝫ.
Generatio recta electorum.
Generatio inſcyta doctorum.
Et oēs he btām dicunt ⁊ benedicunt de ea.
Uñ aptiſſime bñdicta tu in mulieribus. De pri
ma dicit xps Matth. xv. Generatio praua ⁊ ad
ultera ſignū querit. Et moyſes in cāticis Gene-
ratio eniꝫ pūerſa eſt ⁊ infidelis. Deut. xxxij. In
fideles enim filij dei tm̄ per creationem: dicūt
beatā virginem ⁊ benedictam: benedicētes de
ea. Licꝫ adultera ſit talis generatio: a deo vero
recedens. vt iudei: gentiles: greci ⁊ latini: ſara
ceni: turchi: armeni: indiani: georgiani: neſto-
riani: heretici: ſciſmatici: ⁊ mali xpiani benedi
cūt eam. Joſephus maximus hyſtoriographus
hebreoꝝ bene dicit de ea. Multi conuerſi ex iu
daiſmo ex miraculis virginis beatā dixerūt dū
legūt in ſynagogis ſuis mirabilia que ſcriptu-
re ⁊ palā ⁊ in figura dicūt de ea velint ⁊ nolint
bñdicūt. Et cū i fine cōuertenſ ad veſpaꝫ circūi
būt ciuitatē eccleſie: ad veritatē fidei recipiēdā:
plene beatā dicent eam oēs ille generationes.
Nō eniꝫ preteribit generatio hec (ait ieſus Lu
ce. xxj.) donec oīa fiant. Saraceni ⁊ turchi bene
dicunt virginē adorantes eam in tēplis ſuis ⁊
thurificantes. ⁊ nomen eius in tali reuerentia
eſt: q blaſphemātes eaꝫ graui pena mulctanſ.
Fatenſ enim xp̄m de ipſa virgine natū: celum
viuū aſcendiſſe: nō mortuū fuiſſe: ⁊ demum in
fine mundi mundū iudicaturuꝫ. vt pꝫ in alcho
rano lege eorum. De latinis gentilibus Uir
gilius. Jam redit ⁊ virgo: redeūt ſaturnia re-
gna. Jaꝫ noua pgenies e celo mittiſ alto. Nate
mee vires mea tu potētia ſolus. Et te ſiqua ma-
nent ſceleris veſtigia noſtri. Irrita ppetua ſol-
uent formidine terras. Quāuis autem beatus
Hieronymus dicit Uirgilium nō hec intendiſ
ſe dicere de xpo: tamen poſſibile eſt etiam q ſi-
cut Cayphas pphetauit de ſalute mundi per
mortem vnius. ſ. xpi non hoc intendens nec in
telligēs: ita ⁊ Uirgilius de xpo ⁊ mr̄e eius be-
ne dixerit: vt ſentit beatus Augu. Ouidius q̄ꝫ
poeta in libro de vetula ait. O virgo felix vgo:
virgo ſignata per ſtellas. Quis mihi tantū det
viuere vt dignus poſſim laudum tuarum fer-
re preconia? Nā niſi tu fores: deus nō ſumeret
carnem. ex te hic deus omnipotens. Nō tn̄ cre
ditur Ouidium illum libꝝ feciſſe: ſed aliquis
fidelis Ouidio intitulans. Ex grecis fue-
runt cōiter ſibylle. Unde ⁊ Lactātius ponit eo
rum verba de chriſto in greco: ⁊ poſtea in lati-
no. he laudāt btām mariā. Sciſmatici ⁊ he-
retici etſi in multis errent: vel q diuiſi ab vni-
tate eccleſie: vel q male ſentiunt de aliquibus
articulis: venerātur benedictā ⁊ btāꝫ dicūt vir
ginem glorioſam exceptis illis qui aſſerunt ip
ſam habuiſſe alios filios ex Joſeph. quod bla-
ſphemum eſt ⁊ hereticum dicere. Sed ⁊ ma
li chriſtiani modo ſuo benedicunt virginem.
Nam ⁊ homicide: adulteri: inceſtuoſi: blaſphe
mi: proditores: ⁊ omni vitiorum ſpurcicia in-
fecti: aliqui venerantur ⁊ benedicunt beatam
mariam. Jeiunantes in honorem eius ſabba-
tis vel per totum annum diem annunciatiōis
vel vigilias feſtiuitatum eius in pane ⁊ aqua.
Et multi videntur magis beatam virginem in
veneratione habere q̄ꝫ chriſtum filium eius ma
gis ex ſimplicitate moti q̄ꝫ ſcientia. Sed q ho
nor matris in filium redundat: patientiam ha
bet huius ſimplicitatis. Eccleſie plurime di
ſperſe per orbem terrarum ad honorem beate
marie dedicate plene imaginibus: oſtendit de
uotionem eximiam ſtipendiorū ⁊ hominum
preditorum ad beatam mariam cui ſe recōmē
dantes cum votis gratias innumeras percipi-
unt beneficiorum ac euaſionis ex maximis pe-
riculis. Generationes ergo reproboruꝫ bea
tam eam dicunt ⁊ benedicunt. Secunda ge
neratio eſt rectorum ⁊ electorum. de qua in ps
Generatio rectorum benedicetur. Et in alio.
Hec eſt generatio querentium dominuꝫ Sap.
iiij. O q̄ꝫ pulchra eſt caſta generatio cum cha-
ritate vel cum claritate. Hec generatio compre
hendit eccleſiam cum omnibus bonis fidelibus
Hi mirabiliter quantum poſſunt etſi nō quan-
tum merentur: venerantur beatam mariam ⁊
benedicunt. Unde eccleſia ſtatuit dici in diui-
no officio ⁊ horas canonicas dicen ni ad hono
rem eius ſicut ad honorem dei officium illud.
⁊ ita ſunt in precepto quoad obligatos. Addit
quoqꝫ eccleſia omnibus ſabbatis cum vacant
eam in miſſis vel officio toto honorari ſolēni-
ter ⁊ cuꝫ ſequentijs. ⁊ ſicut honoratur dominus
filius in dominicali officio ob ſuaꝫ reſurrectio
nem: ita ⁊ ipſa honoratur domina mater in ſab
bato. quia illa die. ſ. ſabbati mortuo filio ⁊ fide
extincta de eius diuinitate in omnibus diſci-
pulis ⁊ alijs: ſola vera cognitio ſue diuinitatis
in ea requieuit illa die. Nam ſequente die re-

cuperauerunt plures. Statuit inſuper eccleſia
ſingulis diebus pulſari ter campanas eccleſia-
rum de ſero: et iterum de mane. Ad quid niſi vt
honoraref beata maria et laudef ex ſalutatione
angelica. ¶ Generatio hec electorum. eccleſie
benedicetur: et beatiſſimam dicūt virginē hāc
ex multitudine eccleſiarum dedicatarū ſub ti/
tulo eius per totum orbeʒ. Que ciuitas: quod
caſtrum: que villa eſt que non habeat eccleſiā et
ſolēniorem in eius noīe fabricatam? Certe nec
in nomine ſaluatoris: nec in honorē aliquorū
ſanctorum reperiuntur in tanto numero. Sed
et in ipſis eccleſijs vel domibus priuatis nō de
ficit alibi imago beatiſſime marie benedicte.
Et vbi in eccleſijs in parte inferiori earū quaſi
in ſancta ponitur imago crucifixi tanquā cāde
labrum ad illuminanduʒ et incitandum ad ſui
imitationem. in parte ſuperiori ſeu ſacrario q̄/
ſi in ſancta ſanctorum et in loco propiciatorij. ſ. ta
bule altaris: cōmuniter ponitur figura beatiſſi
me Marie cum filio in vlnis: vt ab ipſa ſpere/
mus ꝓpiciationem a peccatis noſtris apud fili
um ſuum. Hoc aūt ſalubriter inſtitutum eſt: vt
dum ſacerdos diuina ſacramenta ptractat ma/
riam intuens penſet qualis fuit: cui creditum
eſt ſolo verbo verbum carnem efficere. Et qua/
lis debet eſſe ſacerdos qui debet ex v̄bo ſuo (vl
potius chriſti a ſe prolato) corp⁹ xp̄i in ſangui/
nem eſſ cere ex ſubſtantia panis et vini. Et exē/
plo ſue humilitatis et puritatis diſcat purā ge
rere mentem et humilem: ac mediatricē ponat
pro ſe ad interpellendū ad digne et fideliter mi
De cā i/ſtitutio/nis pro/ceſſiōis/ī duab⁹/feſtiui/tatibus/bea.ma/rie vir/ginis. niſtrandum tantū ſacramentum. ¶ Fiunt pro
ceſſiones annuatim ad honorem ſaluatoris in
aſcenſione et die palmarū in eccleſiis: ſimiliter
bina vice ad honorem beate marie. ſ. in die pu
rificationis per correſpondentiam ad diem in
ramis palmarum. Nam ſicut tunc portanf ra/
mi oliue cum palmis in ſignuʒ victorie chriſti
de morte per reſurrectionē: oſtendentes etiam
nos victoriam de vitijs per pniam ad vitā gra
tie reſurrexiſſe. ita in die purificationis cande/
las accenſas geſtamus in manibus lumē ardē
tiſſime charitatis virginis deſignantes: et eam
viuam in noſtris operibus habere ꝑteſtantes.
Scd'a autem vice proceſſio fit in aſſumptione
beate marie: quādo tota celeſtis curia cuʒ filio
ſuo domino ſaluatore obuiam venit ad aſſociā
dum in celum in thronū ſuum. Hāc quoqꝫ bea
tam predicant et benedicunt omnes ſermocinā
tes et predicantes xp̄icolis. exordium pro gra/
tia impetranda a ſalutatione angelica facien//
tes. ¶ Demum octo ſunt ſolēnitates particula
riter deo ſub tali feſto ſacrate. ſ. natiuitatis do/
mini circūciſionis: epiphanie reſurrectiōis: aſcē
ſionis: trinitatis: penthecoſtes et corporis xp̄i.

Et totidem ſunt celebritates virgini ſanctiſſi/
me dedicate. ſ. feſtuʒ ſctificationis in vtero: qd
quidam dicunt conceptionis. feſtum natiuita/
tis ſue: in qua nata eſt ſancta. feſtum annuncia
tionis quādo deus ex ea factus eſt hō. vñ maxi
mum in quo facta eſt mater dei et regina celorum
et angelorum magis tamē dies illa denominaf
ab ea cōmuniter: vt dicatur dies annūciatiōis
q̄ƺ incarnationis feſtum viſitationis: quādo. ſ.
viſitauit cōcepto deo Eliſabeth et Joānes tunc
ſanctificatus fuit et propheta inſtitutus. quod fe
ſtum inſtituit Urbanus papa circa annos dñi
M.ccclxxxv. Feſtum purificationis quādo. ſ.
quadrageſima die natiuitatis filij obtulit eum
in templo iuxta mandatum legis offerens ſa/
crificium pro eo: et euʒ redimens. qd dicif ma/
ria candelaria. Feſtum aſſumptionis quādo in
celum aſcendit. Feſtum niuis qd inſtitutū fuit
a Liberio papa. vt habetur in hyſtoria ex quo//
dam miraculo qd contigit rome. Nam cū qui- Exēpla
dam ciues prediues nō habens prolem cogita
ret quō ſubſtantiam ſuā expenderet ad honorē
dei genitricis: cui deuotiſſimus erat mēte per
tractans de edificando eccleſiā ad ſui honorē:
beatiſſima virgo ſibi locum deſignauit in quo
conſtrueret templum ſibi per ſignū tale: vbi. ſ.
nix eſſet denſa in illa parte cōſtrueret. cuʒ tamē
tunc eſſet de menſe auguſti in quo nullibi ap//
pareret nix vel deſcendit: cum ſit intēſus calor
ſuper terram. ſ. quinta auguſti. Et ex hoc ſigno
papa Liberius cōſtruxit ibi templuʒ quod ſan
cta maria maior nuncupaf. Una ex quatuor ꝓn
cipalibus vrbis eccleſijs. Diſpenſatiue autem
hoc diſponit diuina ſapiētia vt in tali die niuis
agatur feſtuʒ beati Dominici patris noſtri: qui
filius ſingularis adoptiuus fuit ipſius. Nā na
turalis dictus eſt dñs: ipſe aūt adoptiuus Dñi
cus. cui ob eximiam puritatem habitum dedit
album vt niuem. deſuper tamē nigrā cappam
deſignantē humilitatem. nec enim vna ſine al/
tera eſſe valet. Ipſa a filio ſuo tribus lanceis cō
tra mundum vibrantē ꝓpter tria vitia. ſ. auari/
tiam: ſuperbiam et luxuriam: ad deſtructioneʒ
ſe parante indulgentiam impetrauit et dilatio
nem pnīe: offerens ſe miſſurum ipſum filium
Dñicum cum alio ſibi adiuncto Franciſco. ſ. q
cum filijs ſuis munduʒ ad pniām reducerent.
Octauuʒ et vltimū feſtū eius ē qd antiquus di/
cebatur ſancte marie ad martyres. qd feſtuʒ ce
lebratur certa die in ſancta Maria rotūda. Sʒ
poſtea a Boniſacio papa aucta eſt ſolēnitas vt
vbi prius fiebat ſolum Rome ad honorē. ſ. ma
rie et oium martyrum: poſtea inſtitutū eſt vt ce
lebraretur ad honorem omniū ſanctorū vbiqꝫ
terrarum ꝓma die nouēbris. et ita ſeruaf. In qua
ſolēnitate ipſa eſt ꝓcipue oīuʒ ſctōrum honorata.

¶ Tertia genera/ .§.iiij.

De ter/tia gñatione.ſ. ſctõꝝ doctoꝝ que bñ/dicit b. mariã.

tio eſt ſanctorũ doctorum. De qua apl'o ad Co/
rin. ¶ In chriſto vos genui per euangelium.
Generare igitur dicuntur doctores ⁊ predica/
tores eccleſie ⁊ plati: eos quos ſua doctrina tra
hunt ad bene operandum. Et primo ponemus
doctores ſeu auctores ſacre ſcripture. De hac
ſub figura ruth moabite ex qua nata eſt virgo
maria. Bñdicta es tu filia a domino. Ruth.iij.
ſequit Boos. In libro quoqꝫ Judith. Ipſa quo
qꝫ interficiens Holofernem ſeuiſſimũ tyrannũ
⁊ inimicum populi dei figurauit beatiſſimam
virginem caſtiſſimam: pulcherrimam peremi/
ptricez diaboli. Que propter hoc benedicta fu
it ⁊ collaudata fuit multipliciter. Unde Ozias
princeps populi iſrael dixit ad eã. Benedicta
es tu filia a domino deo excelſo pre omnibus
mulieribus ſuper terrã. Benedictus ſit domi/
nus qui te direxit in abſciſione capitis princi/
pis inimicorum noſtroꝝ: quia nomen tuuz ita
magnificatum eſt vt non recedat laus tua de
ore hoium: qui memores fuerint virtutis tue.
Judith.xiij. Et imediate.ã. dicitur ꝙ vniuerſi
adorauerunt dominum dicentes ad eam. Be/
nedixit te deus in virtute ſua: qꝛ per te ad nihi
lum redegit inimicos noſtros. Achior quoqꝫ
ex gentili factus iudeus ad eam dixit. Benedi
cta tu a domino deo tuo: qm̃ in omni gente q̃
audierit nomen tuum magnificabitur deus iſ/
rael ſuper te. Et in.c.xv. dicitur ꝙ Joachiz pon
tifex ſummus de hierlm venit bethuliã ad vi/
dendum eam cum presbyteris ſuis vniuerſis:
⁊ benedixerunt illã omnes vna voce dicentes.
Tu gloria hierlm: tu leticia iſrael tu honorifi/
centia populi noſtri: qꝛ feciſti viriliter ⁊ confor
tatum eſt cor tuum: ⁊ ideo eris bñdicta in eter
num. ¶ Quod oĩa hec perfectius ſint impleta
in Maria figurata q̃ʒ Judith figura de ſe pa/
tet. Omiſſis aũt alijs prophetijs ⁊ figuris: ſo/
lum nunc tangatur id qđ dixit Eſa.xj.c. Egre/
dietur virga de radice ieſſe: ⁊ flos de radice ei'
aſcendet: ⁊ requieſcet ſuper eum ſpũs dñi. qđ
exponens eccleſia in officio ait. Uirgo dei geni
trix virga eſt: flos filius eius. ſuper quem reqe
ſcet ſpũs almus. Signanter autem dicit floreʒ
non de virga aſcendere: ſed de radice eius ad
tollendum errorẽ eorum qui dixerunt chriſtuʒ
corpus attuliſſe de celo. vnde ⁊ celeſte. vel ſm
manicheos hereticos corpus habuiſſe fantaſti
cum non verum. propterea dicit florem.i.xpm
aſcendiſſe ortũ fuiſſe de ieſſe qui fuit pater da/
uid ad oſtendendũ ꝙ ſm corpulentã ſubſtanti
am aſſumptã proceſſerat a ieſſe: nõ ex aere vel ex
materia celeſti: ſʒ ex ſubſtãtia corporis v̾ginis
glorioſe. que v̾go per ꝓpagationeʒ carnalẽ de/
ſcẽdit a ieſſe. Aſcẽdit iſte flos campi terreſtris
ſemper proficiendo nõ in ſe: qꝛ ſuper eum reqe
uerat ſpiritus almus ab initio ſue conceptiõis
cum plenitudine ſumme gratie ⁊ veritatis. ſʒ
aſcendit merendo pro nobis quouſqꝫ aſcendit
crucẽ incluſiue: qui poſtea reſurgens refloruit
in carne ſua: ⁊ aſcendens in celũ factus eſt flos
campi celeſtis. ¶ Dicitur autẽ beata Maria
virga: quia ſemper erecta fuit nunquã inclina
ta ad terrena ſed ſemper erecta ad celum. Hec
virga eſt multipliciter benedicta in figuris ſa/
cre pagine. Uirga Joſeph cuius faſtigiuʒ ado/
rauit Jacob moriens Mariam deſignãs: quã
debet mereri quilibet moriens vt ab ea tuaf.
Ipſa enim eſt virga de qua Eſaias cecinit. Pa/
uebat aſſur. ideſt diabolus virga percuſſus ſuf
fragij.ſ. virginalis. hec eſt virga Moyſi q̃ ver
ſa in ſerpentem ſumme prudentie: in myſterio
incarnationis filij ſui ⁊ inſtructionis apoſtolo/
rum deuorauit ſerpentes magorum.i. confuta
uit ſapientiam ſapientuʒ huius mundi: ⁊ pru/
dentiam prudentum reprobauit: ac hereſes cũ
ctas interemit. Synagoga autem ſignificata p
Moyſen que prius ab ea fugit: vt a re horribi/
li. demum in finem reſumentur ⁊ reuertentur
in virgam. Cognoſcens illud Pſ. Uirga tua.
ſciʒ virgo maria. ⁊ baculus tuus.ſ. crucis filij
eius. ipſa me cõſolata ſunt. hac virga plurima
miracula geſta ſunt hac virga extenſa ſup ma/
re rubrum huius ſeculi peccatis rubricati. ſub
mergit egyptios demones. ⁊ hebreos. ideſt ele
ctos letos eduxit. Hac virga percuſſa petra cor
ſciʒ durum ⁊ obſtinatum precibus ⁊ meritis
eius aquas lachrymarum affluẽter emittit. O
q̃ʒ pulchre oſtenditur virgaʒ fuiſſe Aaron que
arida in tabernaculo domini poſita cũ alijs vir
gis ſola inuenta eſt viruiſſe floruiſſe ⁊ fructuʒ
feciſſe. Deſcendẽs enim ipſa non ſoluʒ ex tribu
regali: ſed ⁊ ſacerdotali. dedicata ab īfantia in
templo domini cum alijs virginibus ipſa ari/
da.i. virgine permanente: non humectata hu/
mano ſemine viruit. Uirtutem generãdi a ſpi/
ritu ſancto ſuſcepit: floruit chriſtum concipien
do. fructũ fecit bñdictum ventris ſui ipſuʒ par
turiendo. Hec vt miraculũ precipuuʒ reponit
in ſacrario diuino. Hec eſt virga regis aſſueri:
qui interpretat beatitudo qua extenſa ſup illuʒ q
ingrediebat ad eũ ſaluus erat. ⁊ q nõ tãgebat
ab eo: occidendus eijciebat. Accedẽtes eñi ad
deũ oratiõe vel in morte tot ſunt demerita nr̃a
ꝙ niſi interueniãt p̃ces virginis reprobant vt
pſumptuoſe orõnes noſtre ⁊ rei mortis iudica
mur niſi ipſa ſubueniat. Mãdauit quoqꝫ dñs
Jeſus primis prelatis ⁊ p̃dicatoribus diſcipu/
lis ſuis in via portare virgã.ſ. ſpeʒ ſuffragij vir
ginis glorioſe. Et breuiter alia omittẽdo: vt di

in libro ſapientie. Bñdictum lignum. ſ. huius virge per qḋ fit iuſtitia. Imitando enim eā iuſti efficimur. ⁊ ſicut ſequēdo virgam ligneā recte ſcribimus ⁊ alia agimus. ita recta opa facimus imitādo veſtigia eius. Juſtitia etiā per eā facta eſt virga: q: ab iniuſto poſſeſſore diabolo detenti iuſti per filiū eius liberati ſumus. Sancti quoq; doctores eccleſie ſtupētes ſatiari non valent collaudare bñdicere ⁊ pdicare hanc virginem glorioſiſſimā que virginitatis glīa permanente huic mundo lumen eternum effudit Jeſum xp̄m dñm noſtrum. Beata es maria (inquit vt puto Gregorius) que dñm portaſti creatorem mundi: genuiſti eū qui te fecit ⁊ in eternum permanes virgo. Benedicta ⁊ venerabilis eſt virgo Maria que inuēta es mater ſaluatoris. Beatus Bernar. ſuper illud. In plenitudine ſanctorū detentio mea ait. Merito in plenitudine eius erat detētio ſua. cui nec fides defuit patriarcharum: nec ſpiritus prophetarū: nec zelus apoſtolorum: nec conſtantia martyrū nec ſobrietas confeſſorum: nec caſtitas virginum: nec fecunditas coniugatorum: nec puritas angelorum. ¶ Idem de plenitudine eius ideſt bonorum virginis marie recipiunt vniuerſi. Eger curationem: triſtis conſolationem: captiuus redemptionem. peccator veniam: iuſtus gratiam: angeli leticiam: tota trinitas gloriam: deniq; filius dei carnis ſubſtantiā. beatus Hieronymus in ſermone de aſſumptione. Talibus decebat virginē oppignerari muneribus. vt plena eſſet gratia que celis dedit gloriam: terris deum pacēq; refudit: finē vitijs: vite originem: moribus diſciplinam. Beatus Auguſtinus. De te o virgo Maria quid dicā pauper ingenio: cum quicqd dicam minor eſt laus tua q̄ mereatur dignitas tua. Si celum appellarem altior es. Si matrem gentium dicam excellis. Si formam dei appellem digna exiſtis. Si dominam angelorum vocem per omnia comprobaris.

¶ De triplici fructu benedicte Marie virginis. Capitulum. xxv.

BEnedictus fructus ventris tui. Hec verba appoſuit eccleſia in ſalutatiōe angelica que fuerunt Eliſabeth. Quando enī beata Maria concepto filio eam viſitauit. Exclamauit ipſa Eliſabeth repleta ſpirituſancto. dicēs. Benedicta tu inter mulieres. ⁊ benedict⁹ fructus ventris tui. Ideo autem angelus non dixit illud. ſcilicet benedictus fructus vētris tui. quia nondum fructus ventris fuerat quando ſalutauit: ſed ipſum quaſi premiſſiuum in hoc dixit. Benedicta tu in mulieribus fructum cōprehendat. Eccleſia autem vt iam exhibitum ⁊ maxime beate Marie virginis cōmēdatiuū hoc appoſuit. ¶ Ponitur autem cōiunctio copulatiua. ſcilicet ⁊ benedictus ⁊c. que continet finem ad angelicam ſalutationem ⁊ adiectionem ad perſonam filij pertinentē. Et vt notet inter benedictionem filij ⁊ matris aliquam diſtinctionem: ipſa enī benedicta eſt propter benedictionem fructus. Unde ſua benedictio deſcendit a benedictione filij. Et hoc eſt quod beatus Bernardus ait. Non ideo benedictus fructus ventris tui. quia tu benedicta. ſed ideo tu benedicta: quia benedictus fructus vētris tui. quoniam ille in benedictionibus te preuenit.

¶ Signanter autem dixit potius fructus ventris q̄ filius tuus q: filius eſt quid cōmune ad ſpiritualem ⁊ carnalem generationē: fructus autem plus determinat ⁊ carnalem: marie cū hac determinatione ventris qui eſt locus generationis carnalis. propter quod etiam dixit nō corporis ſed vētris. vt veritas generatiōis magis exprimeretur. Habuit autem iſte fruct⁹ vētris beate Marie. ideſt dominus Jeſus omēs dignitates ſue matris vel in ſe vel in equipollenti excellentiſſimo cōgruenti. Habuit bonū coniugale: quia ſponſus vniuerſalis eccl'ie. Itē virgo fuit ⁊ pater qui verbo veritatis nos genuit: ex aqua quoq; ⁊ ſpirituſancto: ex ipſa eccleſia omnes fideles regenerauit. Item ſicut ipſa mater dei. ita ipſe filius dei ⁊ plus eſt eſſe filium dei q̄ matrem dei. ¶ Concedendum inſuper q̄ ipſa a fructu ventris ſui. ideſt filio in omnibus priuilegijs excellit. Nec in hoc laus matris diminuitur: ſed exaltatur in eo q̄ non tm̄ filium genuit ſibi equalem: ſed in infinitū meliorem. quod etiam ex hac parte quodammodo infinitam inſinuat matris bonitatem. Omnis enim arbor ex fructu cognoſcitur ſuo. vt dicitur Matthei. vij. Infinita ergo bonitas fructus que eſt in Jeſu quodammodo inſinuat infinitam bonitatem arboris producentis Marie. Hec oīa Alber. ¶ Sꝫ ad dilatādū māſ dici pōt q̄ triplex eſt fruct⁹ vētris Maria bñdict⁹.

Bñdictus fructus vētris tui dicitur quare.

¶ Eſt fructus naturalis vētris ſui corporalis: benedictus per diuinam vnionem.

¶ Eſt fructus virtualis ventris ſui mentalis: benedictus propter ſummam perfectionē.

¶ Eſt fructus ſpūalis ventris ſui exemplaris: benedictus propter ſanctam imitationem.

De triplici fructu vētris benedicti marie.

¶ Hec pñt notari in illa auc̄te Eccī. xxiiij. Ego q̄ſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris: ⁊ flores mei fruct⁹ honoris ⁊ honeſtatis. Primus fructus ibi notatur. fructificaui ſuauitatē odoris. ſcilꝫ xp̄m qui eſt ipſa veritas afficiēs intellectiuam. ſcḋs ibi. Flores mei fruct⁹ honoris ⁊ honeſtatis. terti⁹ vo ibi. Ego q̄ſi vit. ⁊c. vt patebit.

De .xij. magnificis que fecit dñs in Maria

notat dñs Joánes dñici ſuper magnificat in di
cto .v. Duodecim magna dicuntur in ſcriptura
que dñs fecit in Maria: ſignata per duodeciz
ſtellas: que habebat in capite mulier amicta ſo/
le. Apoc. xij. Primo fecit magnum patriarchã
vehemẽter affectum. Scdo fecit magnũ pphe/
tam a dño dilectũ. Tertio fecit magnũ monar/
cham diuinitus effectũ. Quarto fecit magnam
feminã venerãdam. Quinto fecit magnã crea/
turam inhabitandã. Sexto fecit magnã verita
tem imitandã. Septimo fecit magnũ obiectuz
realis bonitatis. Octauo fecit magnum ſubie/
ctũ diuine claritatis. Nonofecit magnum ↄce
ptum eternalis vnitatis. Decimo fecit magnã
auem altius ſcãdẽtem. Undecimo fecit magnã
edem ſanctius habẽtem. Duodecimo fecit ma/
gnam vocẽ latius currẽtez. Hec oĩa fecit in ma
ria magna. Et ideo aptiſſime dicit̃. dñs tecum.
ad te tam magnificãduz. ¶ Quãtum ad pmuz
fecit dñs abraham magnũ patriarchã. de quo
ſcribit̃ in Geñ. ꝙ ibat pficiens atq ſuccreſcens
donec vehemẽter magnus effectus eſt cuiq di
xerat dñs cuius figuram tenebat in ſua pſona.
Ego ſum merces tua magna nimis. Magnus
vtiq poſſeſſiue. Magnus expectatiue. Ma/
gnus cui facta eſt repromiſſio magna. Vidiſti
magnuz factum ſub vmbra ⁊c. Intuere hoc fa/
ctum illi cui dñs fecit magna in re certa ⁊ luce
pclara. Abraham patriarcha quaſi patrũ arca:
qm̃ ex eo patres pdierũt in mũdum. Ecce plus
ꝙ Abraham in maria. ex qua nati ſunt ſpũali/
ter oẽs patres etiam abraham. ſ. in fide filij. Et
potẽs fuit deus ſuſcitare filios abrahe ſpũales
de lapidibus iſtis gentilibus: vt dicit baptiſta.
Abraham ↄcha patrũ. Maria ↄcha dei. Abra/
ham pro mercede deũ expectat: iam illa euz ha
bebat. Quãpulchre abraham dictus eſt ſuccre/
ſcẽs. i. ex ſubiectione creſcẽs: vel ſucceſſiue cre/
ſcẽs. Quis dubitat in veteri teſtamẽto abrahã
ſignificare patrem celeſtez. qui vnus in natura
cum filio ſe ſubdidit in filio vni puelle: qui par
uus erat in orbe terrarũ. Sed magnificatus eſt
per mũdum vniuerſum. vt a ſolis ortu vſq ad
occaſum laudabile nomen eius. ¶ Scdo fecit
dñs Moyſen pphetam magnuz. Sic enim de
eo habet ſcriptura. Fuitq Moyſes vir magnꝰ
valde in terra egypti. Ergo a maiori maximus
fuit in terra viuẽtiuz. Preludebat hic chriſtor
qui factus eſt in Maria. In egyptum venit qñ
mũdum intrauit areolam repit aromatũ. ſ. ma
riam que irrigabat̃ ſicut paradiſus delitiaruz:
qui intrauit vt paſcatur ibi ⁊ lilia colligat. In
hac areola factus eſt: ⁊ genitus ille ppheta ma/
gnus de quo clamabat turba. Propheta ma/
gnus ſurrexit in nobis. Luc. vij. Hoc fecit dñs
magnum in Maria. Quod vtiq vere magnũ
eſtimauit heliſabeth. qñ eẽt a matre dñi ſaluta/
ta. Unde exclamauit. Unde hoc mihi vt veniat
mater dñi ad me. Ad hãc aũt venit deus nõ tri
bus mẽſibus apud eam mãſurus: ſed nouẽ im
mo in eternuz. Venit nõ viſurus ſed vidẽdus.
Nõ trãſiturus ſed mãſurus. Non vt cognatus
ſed vt filius ⁊ dñs deus meus. Nõ ſolum illu/
minaturus ſed pphetiſſam facturus. Cum ex h
btãm me dicẽt oẽs gñationes. Nec miruz. Si
enim ad vocẽ Marie heliſabeth pphetauit. ⁊
paruulus ioãnes in vtero eius exultauit factus
ppheta. qñto magis dici ipſa dz pphetiſſa: pro/
phetas faciẽs. Feciq dñs monarchã magnuz
dauid. Unde de eo dicit. Feciq tibi nomẽ grã/
de iuxta nomẽ magnoꝝ. ſ. principũ qui ſunt in
terra. Que tñ magnitudo terre eſt inſtar pũcti.
Sed mũdus tales nuncupat magnos. qꝛ veſti/
gia gerunt magni dei. qui eſt rex regum ⁊ dñs
dñantiũ. Ecce capaciſſima vgo dicit. Fecit mi/
hi dñs magna. Dedit enim ſibi nõ vt ancille vl
nutrici vel doctrici. ſed vt dilecte matri dñium
vniuerſoꝝ cuius regni nõ erit finis. Ad cuius
aſpectũ angeli tremũt: celi nõ capiũt: elementa
pauẽt: venerat̃ oĩs mũdus: inferna ſuſtinere ne
queũt. Hic factus eſt in maria: ⁊ inde maria im
peratrix ⁊ monarcha mũdi. ¶ Fecit deꝰ quar/
to cuidã ꝙ eſſet magna femina. ſ. ſunamitis il/
la cõingata: eo maior quo cenaculum in domo
ſua meruit edificare. In quo ſuſcipet heliſeuz.
qui interpretat̃ deus ſaluator meus. Sed dñe
nr̃e Marie fecit dñs nõ ſolum vt eſſet magna
femina: ſed ⁊ maxima virgo. In cuius vteri ſã
cti cenaculo recipet helyſeus. i. ſaluator deꝰ me
us nõ figurate ſed expreſſe. vt ſaluũ faceret po/
pulũ ſuũ a peccatis eoꝝ. Nam ſup defunctũ ge
nus humanum expãdit ſe: ⁊ facta ſunt organa
hoĩs mẽbra diuina diſcurrẽs hincinde per iu/
deam ſamariã: ⁊ galileã: calefecit verbis exem/
plis ⁊ miraculis: atq oſcitãs ſeptiens: totiẽs pre
ſtãs. ꝙ eſſet ppheta pmiſſus in lege: tãdez collo
catus in lecto crucis: ſurrexit qui erat mortuus
⁊ cepit loqui dicens. Vere filius dei erat iſte: ac
reſtitutus eſt matri ſue. que ſtabat iuxta crucẽ.
hoc munus expectãs hoc reputauit ſibi ꝙ ma/
gnum. vnde dicere potuit. Fecit mihi dñs ma/
gna filiũ reddẽs viuuz. ¶ Quintũ magnũ qđ
fecit deus eſt terra ⁊ celuz ⁊ in eo luminaria ma
gna. iiij. Eſdre. viij. Magna eſt terra: excelſum
celuz: velox curſus ſolis. Et magnificus qui fe/
cit iſta. ſ. deus. Terra eſt btiſſima virgo quoad
corpus terrenũ humile ⁊ fructiferũ. Celuz ipſa
quoad aĩam totã celeſtẽ plenã claritate ⁊ ſyderi
bus virtutũ. De his celo ⁊ terra dicit dñs. Eſa.
vlt. Celũ mihi ſedes eſt ⁊ terra ſcabellũ pedum
meoꝝ. In aĩa enim eius pp maximã puritatez
requieuit deus. Et in corpe eius terreo fuit ſca/

belluʒ vbi ſteterūt pedes eius.i.humanitas aſ
ſumpta in vētre eius. Ibi ⁊ ſol maximus. Sol
iuſtitie xp̄s deus noſter. Et quē celi cape nō po
terāt ſuo gremio ꝯtinuit. Et quē totus nō capit
orbis in ſua ſe clauſit viſcera factus homo. Fe/
cit ergo mihi magna qui ⁊c̄. ¶ Sextū magnū
eſt veritas. vnde tres cubicularij qui mouerāt
q̄ōnem quid eſſet oībus fortius. Cum vnus di/
xiſſet vinū.alter rex.tertius.ſ.Zorobabel dixit
mulierem oībus p̄dictis fortiorem. Sed erat ⁊
quartū adhuc fortius. Magna eſt v̄itas ⁊ for/
tior oībus. Et hoc declarās per rōnem aſſenſe/
rūt oēs rex cum p̄ncipibus ſuis dicentes. Ma
gna eſt veritas ⁊ p̄ualet.iij.Eſdre.viij. Mulier
magna ⁊ fortis eſt beata maria.ob cuius amo/
rem ⁊ deuotionem multi ſe exponūt laboribus
mortis. Multi qui rapiūt ei.i.eccleſijs eius:⁊
imagini offerūt. Ipſa p̄curat veſtes virtutū ho
minibus.ipa gignit reges ſp̄ūales ⁊ vineas co
lētes.ſ.p̄latos merito ſui ⁊ exēplo. Tamen forti
or eſt ipſa ⁊ maior veritas chriſtus qui ait. Ego
ſum veritas. Sed veritas(ait p̄s)de terra orta
eſt.i.de v̄gine.⁊ iuſtitia exinde.i.iuſtificatio de
celo p̄ſpexit. ¶ Septimū eſt magnum obiectū
ſ.aīa iuſtificata ⁊ timorata. Romañ.viij. Quos
iuſtificauit hos magnificauit.dicēte ſancta Iu/
dith. Qui timent te.magni erunt apud te. Hec
aūt v̄go beatiſſima humillima:cum qua timor
filialis cōtraxerat ſedulo.ita vt cum angelo ſibi
loquente turbaret̄ in eius ſermone.i.metueret
anteq̄ꝫ angelus ei dixiſſꝫ. Ne timeas maria ⁊c̄.
fuerat a tota trinitate preſcita ſimplici ſciētia et
p̄deſtinata electiōis noticia ꝯformis futura in/
carnati magni v̄bi.plus q̄ꝫ oīs alia creatura cū
ſit filius eius imago p̄ris in celis:⁊ mr̄is in ter
ris religionis p̄petatē in vtroq̄ꝫ ꝯſeruans. Hec
fuit a p̄re vocata per angelū in ſp̄ōſaꝫ.vt rebec/
ca per Eliezer p̄curatorē abrae in ꝯiugiū yſaac.
A ſp̄ūſancto ſcificata ab oī titillatione poſſibili
q̄ꝫtūcūq̄ꝫ minima. A filio ſuo magnificata ſicvt
altior diceret̄ omī ente finito. Hec eſt ab angelo
venerata:deſiderata a p̄triarchis:a p̄phetis pre
nūciata.queſita a regib⁹.a ſacerdotibus figura
ta.exaltata ab ap̄lis.martyribus admirāda.lux
ꝯfeſſorib⁹.a v̄ginibus imitanda:⁊ inuocāda a
cūctis nationib⁹ que ſub celo ſunt. Proculdu/
bio cecíniſſet.fecit me magnā niſi aſtitiſſet hu/
militas p̄fundiſſima.⁊ diuinas laudes narrat
nō ſuas dicēs. Fec̄ mihi dn̄s magna. ¶ Octa/
nuꝫ magnū.ſ.ſōm vocat ſcriptura diuina circa
qd̄ p̄ncipalius verſat̄ intētio ſua ad hoc volen/
tes diſcipulos vocat ⁊ ait. Audite me:q: de re/
bus magnis locutura ſuꝫ.puer.viij. Tres ſunt
res p̄ſonales magne:de q̄bus p̄ponat oēm ſer
monē. Pater ⁊ filius ⁊ ſp̄ūſſcūs.⁊ hi tres vnuꝫ
ſunt. Sed p̄ticulariter tres res magne dicūtur
caro:ſp̄ūs ⁊ v̄bū.que ſunt vnus hō̄. Erga queꝫ
ſicut ⁊ finē ſpecialius eloquia diuina v̄ſant̄. Eſt
enim xp̄s deus ⁊ hō finis omni credēti ⁊ ſcribē
ti ad ſalutē. Cui oēs turbe precedētes ⁊ ſequen
tes noui teſtamenti ⁊ veteris clamant oſanna.
Necnō vigintiquatuor ſeniores qui ſunt oīuꝫ
librorꝫ veteris teſtamēti ſcriptores certi capitū
coronas eorꝫ ad huiuſmodi agni pedes appo/
nūt.ſicut ille de ſe cūcta ſcripta fuiſſe teſtat̄ cum
ait. Cōſummatū eſt.⁊ gloſa quā fecit poſt ſuam
reſurrectionē cum apuit illis ſenſum vt intelli/
gerēt ſcripturas dicēs. Q̄m opꝫ ipleri oīa que
ſcripta ſunt de me in lege ⁊ p̄phetis ⁊ p̄s. Luce
vlt. Veruꝫ quāto facta ſunt potiora verbis vel
ſcriptis:tāto ſunt maiora oſtenſa in Maria q̄ꝫ
in ſcriptura per deum. Nam ſcripture dedit vt
xp̄m loquat̄. Marie ꝯtulit vt per eā xp̄s p̄dda/
tur. Ibi eū multiplex tegit figura:hic veſtit cuꝫ
marie caro pura. Ibi p̄nunciat̄:hic oſtēdit̄. Ibi
latet in mortua charta:hic pꝫ in carne monſtra
ta. Ibi dicta ſunt magna:hic facta ſūt magna.
q: fecit mihi(inquit)dn̄s magna qui potēs eſt.
¶ Nonū eſt magnus ꝯceptus ⁊ nr̄ p̄fectus pie
tatis increate:qui dr̄ miſericordia ſua.q: ſm̄ ma
gnitudinē ſuā ſic miſericordia eius cum ipo eſt.
Magna.n.eſt miſericordia dei ſoli⁹:dicit Ec/
cleſiaſticus. Hec ita lata eſt q̄ miſericordia dn̄i
plena eſt terra.ita lōga q̄ vniuerſe dn̄i vie miſe
ricordia ⁊ veritas. Ita p̄funda q̄ ad infernū ad
eſt.p̄pha Abachuc.iij. Cū iratus fueris.miſeri/
cordie recordaberis. Ita ſublimis q̄ in celo dn̄e
miſericordia tua:⁊ miſericordia eius ſup oīa opa
eius. Ita domeſtica q̄ cōplet viſcera ei⁹. Luc.j.
Per viſcera miſericordie dei nr̄i ⁊c̄. Ita multipli
cabilis q̄ mīa eius a p̄genie in p̄genies. Luce
j. Ita durabilis q̄ mīas dn̄i in eternū cantabo.
Hāc nedū magnā ſed ⁊ maximā fecit in v̄gine
pia vt merito nominetur mater miſericordie ⁊ re/
gina eius. Unde in antiphona. Salue regina
miſericordie. Hāc qui petit ſine ipſa duce:ſine
pēnis ſeu alis tentat volare. Si mirantur iudei
mōtani laudātes deum:q: deus magnificauit
miſericordiā ſuā cum Heliſabeth partū ſterili
tribuēdo:quāto debēt laudibus dignis.deum
efferre chriſtiani:qui virgini tāte talē miniſtra
uit ꝯceptū ⁊ partū nouū p̄ritibus p̄teritis ⁊ fu/
turis recordatus miſericordie ſue.ſicq̄ꝫ fecit ſibi
magna. Magnā aūt.ſ.aquilā chriſto ſub figu/
ra regis cuiuſdaꝫ licet mali Ezechiel propheta
Iohānem euāgeliſtaꝫ demonſtrat:cui fuit taꝫ al/
te volādi data poteſtas:vt de medio cedri me/
dullam eius cum frōdibus ſuis que ſignificat
mediā in trinitate perſonā cum frondibus ver
lioꝛitatem ſcitoꝛum.vt ſi delectatio eſt in ſcien
do naturalia inferioꝛa:multo maioꝛ delectatio
eſt in ſciendo altioꝛa.vt trinitatem:deitatē:bea
titudinem pꝛopꝛiam:⁊ huiuſmodi.quia nobi
lioꝛa ſunt iſta omnibus inferioꝛibus.⁊ imper/
fecta cognitio hoꝛum magis delectat q̄ʒ perfe/
cta cognitio inferioꝛum ſʒ philoſophū. ¶ Ter
tio per modum ſciendi perfectioꝛem.vt ſi ſciat
per reuelationem a deo maioꝛ ſequetur delecta
tio q̄ʒ ſi per acquiſitionem humanam.Sʒ bea/
tiſſima virgo ſemper habuit maioꝛem certitu/
dinem ſm omnem iſtum triplicem modum.⁊
ſic habuit maioꝛem fidem ceteris ⁊ ex ea maio
rem delectationem. ¶ Differt ergo fides put
eſt fructus a fide pꝛout eſt virtus theologica:
quia ſcilicet vltra cōmunem aſſenſum ad credi
bilia pꝛout eſt fructus impoꝛtat quandam cer/
titudinem de eis:non tamen eo modo quo in
patria.pōt etiā hic fides dici fidelitas ad ꝓmiſ
ſa.que etiaʒ fuit ꝓmaxime in virgine maria.
¶ Decimus fructus eſt modeſtia.hec ſm glo.
in dictis ⁊ in factis ꝯſiſtit.vt.ſ.ita moderet vt
nō fiat exceſſus vel defectus.⁊ ꝑcipue quoad
victū ⁊ habitū ⁊ geſtus exterioꝛes.In v̄tutibꝰ
politicis dicit Alber.vbi ſupꝛa.Uirtus eſt me/
dietas duoꝝ extremoꝝ.Un̄ in his modus eſt
circa mediū Ber.Tene mediū ſi nō vis perde
re modū.In theologicis aūt tāto maioꝛ eſt vir
tus.quāto maioꝛ eſt.eleuatio ⁊ extenſio ad con
ſecutionē finis.Nā tāto maioꝛ eſt fides:quāto
magis eleuat potētiā ad credendū.⁊ tāto ma/
ioꝛ ſpes:quāto magis eleuatur mens ad ſperā
dū.Et modus in delectatiōe ē ſine mō diligere
ſʒ Ber.Si ergo modeſtie ē tenere modū:mo/
deſtiſſimū erit in ſūmo tenere modū in ſūmo.
ſūmꝰ aūt modus in via ē eleuare potētiā ad ꝑ/
fectiſſimū actū q pōt eē in ſtatu vie.Hoc aūt fu/
it ſūme in beatiſſima v̄gine.Itē in alijs viato/
ribus modeſtia eſt cohibitio ⁊ reſtrictio appe/
titionū ioꝛdinataꝝ a ꝯcupiſcētia ſurgētium:⁊
fructꝰ modeſtie ē refectio ſpūalis ⁊ delectatio
de hmōi cohibitiōe ⁊ reſtrictiōe.Un̄ ē quaſi de
lectatio pugnatoꝝ poſt victoriā.Sʒ modeſtia
btē virginis nō ē de reſtrictiōe appetituū inoꝛ
dinatoꝝ q in ea nō poterāt eē:ſʒ ꝑfecta ſubie/
ctio ſenſualitatis ad ſpm̄.⁊ iō fructꝰ modeſtie
in ea nō ē icohertiōe ī oꝛdinatoꝝ appetituū:ſʒ
delectatio ſuꝑ eo ꝙ dicti motꝰ inoꝛdinati nō in
ſunt nec eē pn̄t.Et ſic ſua refectio ī modeſtia eſt
ꝑ modū inocētie:in alijs ꝑ modū pn̄ie.Sʒ ſta/
tus inocētie ꝓcellit ſʒ dignitatē ſtatū pn̄ie.⁊ in
delectatōe ſpūali.ergo marie modeſtia. ¶ Un
decimus fructus eſt ꝯtinētia.⁊ ſm glo.hec eſt
abſtinere a placitis bonis.⁊ itelligit̄ de placi/
tis ſm ſenſum.Nō.n.eſt bonū v̄tutis abſtinu/
iſſe a bonis placitis ſm itellectū.Illa eniʒ ſunt
bona ⁊ ſm virtutem appetenda.A bonis autē
ſenſibus delectabilibus eſt abſtinendum.Sū/
me vero delectabile ſm ſenſum eſt actus gene
rationis.Et ideo ab hoc abſtinere eſt maximū
virtutis.Qđ pōt eē tribꝰ modis:qꝛ per abſtinē
tiam ab huiuſmodi perfectā.vt in ꝯiugatis:vt
ſcʒ ab alijs abſtineāt extra ſe.Aut abſtinentiaʒ
perfectioꝛem:vt in viduis.Aut perfectiſſimaʒ
vt in virginibus.Hoc autē fuit in beatiſſima
virgine in ſūmo.⁊ ideo perfecte ꝯtinens.Pre
terea virtus eſt circa arduum ⁊ difficile.Sed
maxime arduum ⁊ difficile videtur eſſe abſti/
nere ab actu generationis nature coꝛruptibi/
litate.pꝛecipue circa illaʒ partem.Unde Salo
mon.Non poſſum eſſe continens niſi tu dede
ris mihi inquid ad deum.⁊ hoc ſcire donum
dei eſt.vbi ergo eſt illa abſtinentia in ſuma.

moꝛibi ⁊ continentia in ſummo. Sed hoc in in virgine maria. ergo ⁊c. Pꝛeterea augmẽtat virtutem cõtinentie abſtinere nõ ſolum a rebꝰ bonis ⁊ licitis: ſed etiã debitis ⁊ quãto magis debitis. tanto maioꝛ cõtinentia abſtinere ab illis. Sed beata virgo abſtinuit ab honoꝛibꝰ ſibi debitis ſuper oẽs. Unde eliſabeth viſitauit ⁊ pꝛima ſalutauit vt minoꝛ que tamẽ erat maxima: quia mater dei effecta. vnde ab alijs abſtinuit. ergo ⁊c. ¶ Duodecimꝰ eſt caſtitas. hec ħ3 glo. eſt recte vti licitis. Apls. Siue mãduceritis ſiue bibatis vel aliud facitis: oĩa in gloꝛiã dei facite. Oẽs ergo actiões humane ſunt referibiles ad deum. Ille ergo pfectꝰ in ſũmo erit qui omnes actus ſuos in deũ referre ⁊ hmõi. ſic referre eſt vti. Unde magr ſen. in. j. diſ. i. dicit ꝙ vti eſt id qd in vſũ venerit referre ad id qd fruẽdũ eſt. ſ. deo q ſolus fruẽdus eſt. Sicut autẽ contingit referre differrenter ita cõtingit vti differenter. Nam viatoꝛes ꝯtingit referre in deu3 omnia. eos dico q ſunt boni habitualiter. Sed beata Maria omnia ſemp actualiter referebat in deum Odilio Cluniaceñ. Unu3 p certo ſcimus ꝙ omnis marie actio ſemp intenta fuit in dño. Quod aũt nullus viatoꝛ omnia ſemp retulerit in deum patet. q2 nullus potuit ſe abſtinere ab oi veniali. ⁊ p tunc nõ actualiter illd referebat in deũ in quo peccabat etiã venialiter. Ipſa ergo ſola ſemp vſa eſt licitis. ideo caſtiſſima fuit ab eo ſaltem cauendũ eſt quod dicit beatꝰ Aug. Nihil peius ꝙ̃ vti fruẽdis: ⁊ frui vtendis. Utitur fruẽdis qui deo ſeruit ꝓpter tẽpoꝛalia. Fruitur vtendis qui finẽ vltimũ ponit in creatura. ⁊ hoc pꝛopꝛie nõ eſt vti ſed abuti. Ex pdictis patet quõ fructus honoꝛis ⁊ honeſtatis pꝛoduxit venter mentalis virginis glorioſe fructus. ſ. duodecim ſpũs figurati p duodecim filios Jacob: qbꝰ bñdictionẽ dedit ipe ſignificans deũ. Et ideo benedictus fructus ventris tui.

¶ Eſt ⁊ alius vẽ- .§. ij.

tris affectionalis viſceroſe cõpaſſionis fructus eiꝰ in ꝯceptu zelus honoꝛis diuini ⁊ ſalutis animarũ. In parturiẽdo laboꝛ ⁊ doloꝛ p huiꝰ executione. ſ. ſalutis alioꝝ. Unde apoſtolus. Filioli quos iterũ parturio donec xpus foꝛmetur i vobis. Hanc affectionẽ ſup omnes habuit beatiſſima maria ad dei honoꝛẽ ⁊ hoīum ſalute3. Unde ⁊ mater oīum dicit. quos. ſ. concepit per affectum dilectionis ⁊ pepit p laboꝛes ⁊ doloꝛes in paſſione filij. Uñ mulier illa habẽs in capite coronã. xij. ſtellarum. qd expoſitum eſt. ſ. de virgine maria. ⁊ eius. xij. ſingularibꝰ gratijs ⁊ pꝛiuilegijs. exponit a btõ Bern. ⁊ Alber. deſignare virginẽ mariã. Et ibi dicitur Apoc. xij. ꝙ habebat i vtero ⁊ clamabat vt pareret ⁊ cruciabatur. Draco aũt ante mulierẽ ſtabat vt deuoꝛaret partum eius: ſed non potuit. Nam cũ pareret maſculum: ſubito raptus eſt puer ante thronũ dei. Concepit vt dictum eſt affectu eximio omnes electos dei: ſignatos per maſculum ꝓpter vnitatem eoꝛum ⁊ virilitatem. Clamauit deſiderijs ⁊ ſuſpirijs oꝛationibus ⁊ meritis vt pareret. ita ꝙ omẽs veri fideles. diabolus draco querit quem deuoꝛet. Sed electi cum moꝛiunt tunc naſcuntur in celis: ⁊ ſtatuunt ante thronũ diuine maieſtatis in gloꝛia. Et draco vacuus et confuſus remanet. Unde ⁊ viti aſſimilatur cu3 dicit. Ego quaſi vitis fructificaui: ſimul enī fuit filio ſuo dicẽti. Ego ſu3 vitis ⁊ vos palmites. ſ. apli ⁊ ceteri fideles. Qui manet in me. ſ. vnitꝰ hic fert fructum multum bonoꝝ operu3. Pꝛoducitur palmes a vite vt filius pꝛoducitur a patre. Uñ ⁊ ipſe Jeſus dicit pater noſter in hymno. Pꝛeſta pater pijſſime: patriq3 compar vnice. ſic mater eius vt vitis pꝛoducit palmites ſibi herentes per deuotionem: vt mater omniu3 ⁊ imitationem. ¶ Et notandum ꝙ ſicut nulla arboꝛ pꝛoducit ſpecioſioꝛum fructu3 vite. ita nulla eſt ita pꝛoclitus ad terrã ex ſe: niſi per alium eleuetur ſicut vitis. ¶ Nulla ẽ ita turpis et deiecta in trunco vt ipſa ad deſignandũ ꝙ humilitas que facit hominem pꝛocliuu3 ad terrã ex vera ſui recognitione ⁊ deiectum ⁊ vile3 in conſpectu alioꝛum ſm apparentiam exterioꝛẽ: ⁊ ex ſe non aſcendentem ad altum honoꝛum ⁊ ⁊ dignitatum. niſi ab alio eleuetur pduxit pꝛecioſiſſimum fructum. ſ. dominum noſtrum Jeſum chꝛiſtum fructum copioſiſſimũ perfectoꝝ operum: fructum pꝛocurationis ſalutis hominum. q2 reſpexit humilitatem ancille. ait ipſa: ancille ſue. His fructibus electoꝝ quoꝛu3 beata Maria dicitur vitis ⁊ mater: datur benedictio a domino. dum dicitur in ps. Benedixit omnibus qui timent dominum. ⁊ demum dicetur eis. Uenite benedicti patris mei percipite regnum vobis paratum Matth. xxv. Benedictus ergo ⁊ fructus iſte ventris affectionalis beate Marie. ¶ Sciendum etiam ſm Albertum ꝙ in iſta ſalutatione annunciatur beatiſſime virgini perfectiſſima beatitudo: ⁊ per ipſa3 ⁊ in ipſa toti humano generi. Perfectio aute3 batitudinis conſiderari poteſt vel quantu3 ad ſubſtantiam vel quantum ad cauſam vel quantum ad efficientiam. Si quantum ad ſubſtantiã: vel eſt a malo excluſio: ⁊ hoc notatur in aue vel eſt ad bonum inductio. ⁊ hoc compꝛehenditur in gratia plena. Si attendatur quantum ad cauſam ſic dicitur dominus tecum. Si quantum ad efficientiam. vel hec eſt mediata. et ſic eſt. benedicta tu in mulieribus. vel ex cauſa immediata. et ſic eſt. bñdictus fructus vẽtris tui.

¶ De viſitatione

¶ De viſitatiōe.b.Ma.fctā eliſabeth.C.xxvij.

Exurgens Maria
abijt in montana iudee cum feſti
exurge natione.Luce.j.c.In ſacra ſcrip
re qs dr tura dr qs exurgere tripliciter.
tripl'r. ¶ Primo eni dr̄ exurgere qs a ſomno culpe.
¶ Aliqñ dr̄ exurgere penitēs in ſpe venie.
¶ Tertio mō dr̄ exurgere ad pfectum grē.
¶ Peccatori enim dicitur qḋ ait aplus. Sur
ge qui dormis ⁊ exurgere a mortuis ⁊ illumi
nabit te xp̄s. In peccatis pmanens dicitur dor
mire: q: ſicut in ſomno dormiens: nil merito
rij opis h3: q: vſus liberi arbitrij eſt ligat⁹. ita
peccator in tali ſtatu qḋ opus agat de genē bo
nor̄ nihil meretur ad vitā eternā valens. Et ſi
cut dormienti in ſomnis videtur ſibi aliqñ ha
bere multas diuitias ⁊ delitias ⁊ in eis gaude
re. ſed euigilans ſe illis vacuum videt ⁊ quaſi
illuſum vnde ɔtriſtatur. Ita peccatori videtur
iſta bona mundi tenere ⁊ poſſidere. ⁊ dum ſpe
rat ſe in eis pmanere in morte quaſi euigilat:
⁊ tunc cernit illa fallacia fuiſſe ⁊ tranſitoria: ⁊
eis carere ſeu ea dimittere per mortem affligi
tur ⁊ nimis ⁊ dolet. Pſal. Dormierūt ſomnuʒ
ſuum ⁊ nihil inuenerūt oēs viri diuitiaruʒ in
manibus ſuis. Cuʒ aūt peccator reuertitur ad
penitentiā dr̄ ſedere per humiliationē ſui. Nā
⁊ de more loquēdi eſt: vt cum quis humiliatur
dicit̄ poſitus ad ſedēdum. Unde xp̄s per pſal.
humiliationē ſue paſſionis vocat ſeſſionē duʒ
ait. Tu cognouiſti ſeſſionē meā. i. approbaſti ⁊
gratā habuiſti humiliationē meā. Tali igitur
humiliato in penitentia. Unde ⁊ ſedenti dicit̄
vt ſurgat ſcʒ ſperando veniā peccator̄: ⁊ adiu
torium gratie ad bene agēdum. Nā vt ait bea
tus Ambro. de pe. di. j. Nemo digne pōt agere
pniām: niſi qui ſperauerit veniā. Talibus igit̄
penitētibus dicit pſal. Surgite poſtq̄ ſederi
tis qui māducatis panē doloris. i. vos qui pa
ſcimini dolore ⁊ lachrymis compunctionis:
poſtq̄ ſederitis. i. humiliaueritis vos. ſurgite
ad ſpem venie. Proficiētibus quoq̄ ⁊ pfectis
dr̄. Surgite ⁊ ite: q: nō habetis hic requieʒ. di
cit ppheta. Surgite affectu ad patriā ſupernā
ɔtemplādo ⁊ deſiderādo ſupna ⁊ ad ipſa feſti
nādo: ⁊ iſto mō loq̄t ſpūſſctūs aīe a deo dilecte.
Surge ⁊ ppera amica mea colūba mea formo
ſa mea ⁊ veni. iā hyems trāſijt. iber abijt ⁊ rece
ſit: flores apparuerūt in terra noſtra ⁊c̄. Ut ſur
gat dr̄ ad ɔtemplationē ⁊ amorē ſupnor̄ ⁊ p
fectionem virtutum. Amicā vocat aīam pp̄ter
charitatem que eſt in amicicia vera dei cuʒ ho
mine. columba mea pp̄ter ſimplicitatē: q: co
lumba fel malicie nō habet. formoſa mea pro
pter mor̄ honeſtatē. ppera ait: q: neſcit tarda
molimina ſpūſſancti grā. i. nō pmittit tardare
ad bene opandum. Et ſubdit rōnem aptitudi
nis ad illum pceſſum ad ſuperna: q: iā trāſijt
hyems frigida peccator̄ que deleta ſunt. Im
ber abundans paſſionum ⁊ tētationuʒ receſſit
nō ita frequēter moleſtant flores ſanctor̄ deſi
derior̄ manifeſtant̄ in terra viuētium. Tēpus
putatiōis aduenit ſcʒ reſecādi ſuperflua ⁊c̄. Et
iſto tertio mō ſurrexit maria cū dr̄. Exurgens
maria abijt cum feſtinatiōe in montana iudee.
Sunt autē tria montana que trāſiuit maria.
¶ Primus mons vere humilitatis.
¶ Scd̄s mons fraterne charitatis.
¶ Tertius mons ſuperne contemplatiōis ⁊ ſu
perne iocunditatis.

¶ Quantum ad pri . §. i.
mum ideſt de vera humilitate pōt exponi illud
Geñ. xix. dictū Loth. In monte ſaluum te fac.
Nam vt ait Gratianus de pe. di. j. §. taciturni Humi
tas. Sine humiliate nemini poteſt eē ſalus. Di litas dr̄
citur aūt humilitas ⁊ vallis ⁊ mons diuerſis re mons ⁊
ſpectibus. Nam vallis dr̄ que eſt in imo: q: per vall' di
eaʒ habetur vera cognitio pprie vtilitatis: qm̄ uerſis
puluis ⁊ cinis inſtructuoſus. Eſt eni humilitas reſpecti
(ait bea. Ber.) virtus qua hō veriſſima ſuiipſi⁹ bus.
cognitiōe ſibi vileſcit. Et ſm hoc dicit ps. Emit
tis ſcʒ tu deus fontes vʒ grāarum in cōuallibus
ideſt mentibus humiliū. Mons vero dicit̄ hu
militas inquantū per eā eleuatur mens ad co
gnitionē dei ⁊ aliar̄ virtutū: ⁊ demū exaltatur
in celū: quia qui ſe humiliat exaltabitur: ait do
minus ieſus. Matth. xxiij. Et ſm hoc ait anſel
mus in libro de ſimilitudinibus. vocat eam: ⁊
aſſimilat monti ad quē aſcendit̄ ſeptem gradi
bus de quibus habes. s. in. ca. de humilitate.
¶ Sed vt breuius loquamur: glo. ſuper illud
Matth. iij. Sic decet nos implere oēm iuſtitiā s. ti. iiij
dicit ideſt perfectiſſimā humilitatē. cuius gra c. xij. §.
dus ſunt tres ſcʒ ſubijcere ſe ſuperiori. quod ē ij. q̄ſi in
neceſſariū ad ſalutē. Secūdus ſubijcere ſe eq̄li fine.
quod eſt humanū ⁊ quietū. Terti⁹ ſubijcere ſe
inferiori quod eſt exemplū perfectiſſimuʒ ſicut
fecit ieſus petens ⁊ ſuſcipiens baptiſmū a ioan
ne baptiſta. rex a milite: dñs a ſeruo: ſanctifica
tor a ſcificato: ⁊ poſtea etiā lauans pedes diſci
pulor̄. ¶ Per hunc montē exurgens maria a
bijt in montana iudee. que interpretatur cōfeſ
ſio. q: per hanc hō nihil ſibi attribuit: ⁊ totum
deum eſſe cōfitetur quando viſitauit Eliſabeth
humiliauit ſe inferiori pergens regina ad va
ſallaʒ. domina ad ancillā. mater ſponſi dei ad ma
trem ſerutuli. quod intelligens Eliſabeth viſita
ta ⁊ a ſpirituſancto edocta ait. Unde hoc mihi
vt mater dñi mei veniat ad me? quaſi diceret
non eſt hoc decens: ſed potius q̄ ego venirem

ad te vt dominam meam ⁊ matrē domini mei.
Et non ſolum iuit:ſed ⁊ prior ſalutauit.⁊ nō ſo/
lum ſalutauit ſed cum ea tribus menſibus ſte/
tit:vt in partu tunc futuro ei ſeruiret. Et qs vn
q̄ʒ audiuit talia vt regina maximi domini gra/
uida pergat ad ſeruam ſuam ad miniſtrandū
ei in partu eius? Unde exemplo eius debēt ho
mines etiā inferioribus humiliari ⁊ ſeruire aliqñ.

¶ Secundus eſt .§.ij.

mons charitatis qua quis ꝯſitetur deū. ⁊ ideo
mons iudee ſummi bonū ⁊ ſibi munificentiſſi
mum. Hic eſt mons in quo beneplacitū ē deo
habitare in eo. Et enim dn̄s habitabit in finem
in ps. Non eniʒ ſumus (ait apl's) in quos fines
ſeculorum deuenerūt. Et in iſto ſeculi fine ꝓpt
nimiam charitatē qua dilexit nos deus verbū
caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis. Et de mō/
te exiuit lex euāgelica vt pdixerat Eſaias que ē
lex charitatis xp̄o cū apl'is recūbente cuʒ diſci/
pulis ſuis in monte ſyon ⁊ dicente. Hoc eſt pre
ceptum meū vt diligatis inuicē. Et ad hanc vt
ad fineʒ reducit lex decalogi data in monte ſy/
nai vt mons altiſſimus ipſa charitas eleuans
nos ſuper cherubin ⁊ ſeraphin:⁊ cum deo vni
ens. Habet eniʒ amor vim vnitiuaʒ:inqt Dio/
ny. qd ⁊ ipſum nomē inſinuat. Charitas dr̄ q̄ſi
chara vnitas. nec aliqua vnitas creature ē cha
rior ea nec ꝓcioſior. ¶ Habet ⁊ iſte mons gra/
de gra/dibus montis ſcʒ cha/ritatis. dus ſuos quibus aſcēditur ad ſummum eius.
¶ Primus eſt incipientiū:quoꝝ officiū eſt tē/
tationibus reſiſtere viriliter:ac a criminalibus
abſtinere. ¶ Scd's ꝓficientiū:quoꝝ exercitiuʒ
eſt non ſolū vitia euitare:ſed aſcēſiones in cor/
de ſuo diſponere in valle lachrymaꝝ huius vi/
te. vt in ſtatu virtutū in quo eſt nō quieſcere: ſʒ
in anteriora ſe extendere ⁊ ꝑfectiora opa. Naʒ
ſm bm̄ Ber. in via dei non ꝓgredi eſt regredi
In cuius figura illa aialia de qbus loqtur Eze
chiel in prima ſua viſione ſcōs deſignantia (vt
exponit bea. Greg.) dicit q̄ cū ambularēt nō re
uertebant:ſed vnūquodq̄ʒ ante faciē ſuā gradi
ebatur. Ezech. j. ¶ Tertius gradus eſt deo ihe
rere feruētiſſimo amore. vt cum ps. dicat. Quē
admodū deſiderat ceruus ad fontes aquarum
ita deſiderat aïa mea ad te deus ⁊c̄. Et cū apl'o.
Cupio diſſolui ⁊ eſſe cū xp̄o. Et ne videatur ꝓ/
ximum non curare cū eodē ad Rom. ix. dicere
Optabā ego anathema eſſe a xp̄o pro fratribꝰ
meis. Quod tñ ſane intelligendū eſt. Non eni
optabat ſepari a charitate xp̄i ꝓpter ſalutē ꝓxi
morum. Anathema eni ſeparationē importat q̄
hoc fuiſſet ꝯtra ordinē charitatis: ſed optabat
⁊ ope agebat vt ad tps ſepareť ꝯſolationibus
⁊ quaſi fruitiōe xp̄i ex dulcibꝰ ꝯtēplationibus
eius eas dimittēdo frequēter. vt ꝯuerſioni ⁊ ſa
luti aïarum inſiſteret ꝑdicādo ⁊ diſcurrendo.
¶ De ipſis gradibus charitatis dicit b. Aug.
de pe. di. ij. ſi qs. Charitas cum fuerit nata nu/
tritur:cū fuerit nutrita roborať:cū fuerit robo/
rata ꝑficitur:cū fuerit ꝑfecta qd dicit? Mihi vi
uere xp̄s eſt ⁊ mori lucrū. De his gradibus ha/
bes in titulo de charitate. Per montē iſtū exur g.ti.vj.
gens maria abijt viſitando Eliſabeth:vt mutu c.ij.§.ij
is affatibus adinuicē ꝯſolareť vt a verecundie
pena Eliſabeth ſubleuaret. Erubeſcebat eni (vt
dixit euangeliſta) ſe grauidā reperiri i ſenectu/
te:⁊ carnalibus actibus operā dediſſe. ⁊ iō oc/
cultabat ſe. Et ꝯfortata ex verbis btē virginis
que prius verecūdabať eſſe grauidam: poſtea
in dn̄o gl'iabať ſe ꝓphetam ediđiſſe. Uenit vt ⁊
de bonis ⁊ donis collatis ſibi a dn̄o ei reuela/
ns fecunditatis ſue ei ꝯgauderet. Uenit vt filiꝰ
ſuus Joannes in vtero ſanctificareť: ⁊ iam filij
ſui ieſu xp̄i ꝓpheta inſtitueret:⁊ ipſa ꝓpheiſ/
ſa efficereť. Nam poſt Eliſabeth per ſpm̄ pro/
phetie oñdit ſibi notū qd erat oībus occultum
ſcʒ virginē dei matrē effectam. De filij ſui ꝓfe/
ctu ait. Ut facta eſt vox ſalutationis tue in auri
bus meis exultauit infans in vtero meo. Credi
tur tunc Joannem qui ſex menſes habebat in
vtero matris acceleratū obtinuiſſe vſum liberi
arbitrij. iuxta illud eccleſie. Accelerať ratio in
paruulo nōdum nato inſtinctu ſacri pneuma/
tis:⁊ tunc ſanctificatū fuiſſe purgatum ſcʒ ab
originali dei gratia repletū vt predixerat patri
archangelus in templo dei:⁊ cognouiſſe ſalua
toris ſui in vtero virginis exiſtentis aduentū.
⁊ ideo exultauit modo nobis ignoto in vtero.
Et qd voce nō poterat:nondū natus ope exulta
tionis vt ꝓpheta xp̄m demonſtrauit.

¶ Tertius mons .§.iij.

eſt cōtemplationis in qua reperitur maxima io
cūditas de quo dn̄s per Eſaiam. Et faciet domi
nus in monte hoc ſcʒ cōtemplationis diuinoꝝ
conuiuiū pinguium:cōuiuium medullatoruʒ
ideſt refectionē ſpiritualem plenā iocunditate
⁊ dilectione. Et figuratur mons iſte per montē
thabor:ad cuius ſummitatē ducens ieſus Pe
trum: Jacobum:⁊ Joannē:transfiguratus ē an
te eos:oſtendens aliqualiter gloriam ſuaʒ. Ex
cuius viſionis ſuauitate iebriatus Petrus ait.
Domine bonum eſt nos hic eſſe. ¶ Ad huiuſ
modi aſcēſum oportet ducere Petrū qui inter/
pretatur diſcalciatus. Jacobum qui interpreta
tur ſupplantans:⁊ Joannē in quo eſt gratia in
terpretatus ideſt mūdi contēptum:diaboli ten
tationū:ſupplantationē:⁊ carnis caſtimoniam
gratioſam. Et per hanc cōtemplationem aſcen
dit mens humana vſq̄ ad exercitiū patrie ſup
ne. de quo Eſaias. Gaudium ⁊ letitia inuenie/

tur in ea gratiaruꝫ actio ⁊ vox laudis. ¶ Per
hunc montem contemplationis tranſiuit bea/
ta virgo in quo eſt cōfeſſio laudis diuine ⁊ gra
tiarum actionis ⁊ ſummū gaudiū quando poſt
ꝙ intrans domū zacharie ſalutabat Eliſabeth
Ipſa quoqꝫ Eliſabeth repleta ſpiritu ſancto cuꝫ
filio ipſam matrem domini cognoſcens mira/
biliter collaudauit. Unde tunc in altiſſimaꝫ cō
templationem diuinorum aſcendēs ⁊ ſummo
gaudio repleta canticum canticorum intonuit
dicens. Magnificat anima mea dominum ⁊c.
vbi magnitudinem diuine maieſtatis contem
plans exultauit in domino. ¶ Ubi ſciendū vt
notat per totum dominus Ioannes domi.car/
dinalis ſup Magnificat. circa principiū. Cau/
ſa materialis gaudij ē vox laudis ex letitia cor
dis proueniens. vt dicit Iſido.̄ in lib. etymo.
¶ Et notandum ꝙ canticorum. quedā ſūt obū
bratica. quedam figurata. quedā iubilata. Pri/
ma ſunt omnia cantica veteris teſtamenti: quia
omnia in figuram contingebant illis. j Corin.
x. ¶ Secunda ſunt omnia cātica noui teſtamē
ti: quia nunc nox preceſſit. dies autem appro/
pinquauit. Sunt autem non ſolum figurata ꝑ
cantica veteris teſtamenti. ſed etiam iſta canti/
ca quodāmodo figurāt cantica vite eterne. Eſt
enim ſcḋm Dion. Status noui teſtamenti medi/
um inter ſtatum veteris teſtamenti qui erat ſo/
lum figuratiuus: ⁊ ſtatum patrie vbi nil figure
ſed omnia in luce clareſcunt. Nam in nouo te/
ſtamento ⁊ exhibetur res figurata per vetus te
ſtamentum. ⁊ eſt etiam figuratiua eorum que
ſunt in patria. ¶ Tertia autem cantica ſunt ea
que cantantur in vita eterna. de quibus dicitur
in Apoc. ꝙ cantabant ſancti canticum nouum
ante ſedem dei ⁊ agni. ¶ Item canticoruꝫ alia
ſunt cantica ſolum: alia ſunt cantica canticorū.
⁊ in veteri teſtamento notum eſt. In nouo can/
tica tria ſunt ſcꝫ Benedictus. ⁊ Nunc dimittis
tertium eſt. Gloria in excelſis. quod eſt canticū
canticorum. Et cātica quideꝫ ſunt de victorijs:
ſed cantica canticoꝝ de premijs. Cātica veteris
teſtamenti ſubordināt canticis noui teſtamē
ti figuratiue. qḋ intuenti ſatis lucide patet. Nā
omnia illa cantica cōpoſita ſunt pro grāꝝ acti/
one: aut ex hoſtium proſtratione. ſicut Cātem
dn̄o glorioſe ⁊c. Exo. xv. ⁊ quedā alia. Aut pro
quadam liberatiōe. vt illud Ezech. Ego dixi in
dimidio ⁊c. Eſa. xxxviij. Aut ꝓ donoꝝ receptio
ne vt illud anne. Exultauit cor meū in dn̄o ⁊c.
j. Reg. ij. Et qꝛ vera victoria patuit dn̄o duce na/
to. ideo eius milites angeli cecinerunt. Gloria
in excelſis deo. Inſpecta autē libertate ſui ⁊ po
puli zachariꝫ cecinit. Benedictus dn̄s deus
iſrael. Cū autē ſymeon donū maximū in vlnis
ſuſcepit. ⁊ ipſe canticum cecinit. Nunc dimit/
tis. Cantica aūt canticoꝝ Salomonis ſubordi/
nantur huic cantico canticoꝝ virginis ſcꝫ ma/
gnificat. Et vt docet egregius Origenes ſuper
cantica canticoꝝ non ſtatim a principio ſunt cā
tata cantica canticoꝝ. ſed prius egypto calcato
⁊ mari rubro tranſmiſſo hoſteqꝫ proſtrato can/
tatum eſt. Cantemus dn̄o glorioſe ⁊c. Sed nō/
dum ventū eſt ad canticum canticoꝝ. ¶ Notā
dum igitur ꝙ ſicut illa cantica canticoꝝ Salo/
monis ſex famoſa cantica preceſſerunt ſex gra/
dus ſignificantia: qbus ad cantica canticorum
mens poteſt aſcendere humana. Sic ſex actus
famoſos huic cantico cāticoꝝ virginis ſcripta
circa virginem almaꝫ deſcribit euangeliſta vt
euidenter eluceſcat ꝙ illa iſti vt vmbra deſerui
unt. Preceſſit primo cāticū moyſi. Exo. xv. Cā/
temus dn̄o ⁊c. ſignificat libertatē peccatorum
ideſt a peccatis. Scḋo cāticū populi iſrael. aſcē
dit puteus ⁊c. Nu. xxj. Et notat largitatem gra
tiarum vel donoꝝ. Tertium canticuꝫ delbore.
Qui ſponte obtuliſtis animas veſtras ⁊c. Iudi
cum. v. Et inſinuat obedientiam ſubditorum.
Quarto canticum aliud moyſi illud Audite ce
li que loq̄r. Deut. xxxij. ⁊ demōſtrat iſtructionē
diuinorum eloquiorum. Quinto canticum an
ne. illud. Exultauit cor meuꝫ. ⁊ ſignificat vber/
tatem gratuitorum. Sexto canticum quodlibꝫ
Dauid in ps. quod ſignificat venuſtatem ⁊ va/
rietatem dulcium ſonorum ideſt gaudiorum
mentium. Poſt que ſequitur canticum cantico
rum Salomonis. ergo virginem ſacraꝫ deſcri/
bit euangeliſta cantatricem. A vitijs denudatā
primo dicens. Aue ideſt ſine veh. gratijs fecū/
datam: cum ſubdit. gratia plena. dei ſolius im
perio ſubiugatam cum ſubinſert: dominus te/
cum: benedicta tu in mulierib᷒ quaſi dicat mu
lieres ceteri ſub viri poteſtate ſunt. tu ſoli do/
mino qui eſt tecum diuinis eloquijs illuſtra/
tam. quando cogitabat qualis eſſet iſta ſaluta/
tio: ruminans ſcripturas: ⁊ iteruꝫ querēs. quo
modo fiet iſtud. Tanti filij delitijs impregnatā
quia inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſcō.
modulatis gaudijs predotatam cum intrans
domum zacharie ⁊ ſalutans Eliſabeth auditis
ab ea laudibus ſuis totam a deo recognoſcens
⁊ ad montem contemplationis ⁊ diuine lau/
dis aſcendens ait. Magnificat anima mea do
minum. ¶ Et aduerte fideliter. quia quicquid
in illis obumbratis canticis canticorum petit:
aut factum eſſe deſcribitur: totuꝫ hic lucide ha
bitum inſinuatur. Nam ibi petitur oſculum.
Oſculetur me inquit oſculo ⁊c. Hic habe/
tur coniunctio ſcilicet diuine nature cum hu/
mana. Ibi poſtulabatur tractio. Trahe me in/
quit ⁊c. hic habetur diſcurſio. nam maria per/
git cū filio in vtero ad Eliſabeth. Ibi q̄ritur lo/

cus paſtus ⁊ acubit⁹. hic habetur cubans in al/
uo paſt⁹ alimentis virginis. Ibi videbaſ longe
ſaliens in mõtibus. hic feſtinanter in montana
duciſ realiter. Ibi querebaſ in lectulo ⁊ non re
periebaſ. hic clauditur in corpuſculo ⁊ predica
tur. Mater ibi vocabaſ dilectus vt deſcendat.
hic humanaſ vt ſe oñdat. Ibi cõuerſio eius ad
humanã naturam ſperabaſ. hic iaȝ facta deno/
minatur. Ibi natus fact⁹ petebatur ad oſcula ⁊
amplexus: hic ĩcarnatus alitur vt pariaſ: ⁊ de
tur oĩbus eius deſiderantib⁹ amplexus. Et ſic
lege oĩa cantica canticoꝝ ſalomonis. ⁊ qđ ibi
repis obumbratum: in virgine videbis ſub car
ne reuelatum. Et qꝛ dicebaſ ꝙ hoc precioſuȝ cã
ticum canticoꝝ. ſ. Magnificat ſubordinaſ can/
ticis vite eterne. ¶ Sciendũ ꝙ pͥmus gradus
⁊ ſummus btitudinis eſt viſio ipſa diuinitatis
ex qua tanꝗ̃ ex forte oĩs alius gradus beatitu
dinis accidentaliter deriuaſ. vt noſter ſctũs do
ctor in. iiij. ſentẽ. aſſerit. di. xlix. In qua viſione
ſup extrema aĩa rapta mox magnificat deũ vt p
mus verſus inſinuat. Et qꝛ tanti boni viſio ſine
ĩmenſo gaudio eſſe non põt: ſtatiȝ exultat ſpũs
in deo ſalutari ſuo. vt dicit ſcđs verſus. In hoc
aũt lumĩne ⁊ gaudio aĩa ſeipſaȝ cognoſcit. ⁊ vi
det ſe illa tãta glĩa ĩdignã. ⁊ ſic fateſ ſe hũilẽ an
cillã vt tertius verſus ſonat. Hinc cõparat pre/
mia premiatum ad premiantẽ. Et addit. Qꝛ fe
cit mihi magna: mihi indigne magna pͥmia ⁊
⁊ premiãs potens eſt. vt habeſ in quarto verſu.
Inde vero pſpicit nõ ex meritis humilitatis: ſȝ
ex mera miſericordia oẽs beatos beatitudineȝ
cõſecutos: ⁊ dicit in q̃nto verſu. Et miſcordia
eius a progenie in pgenies ⁊c̃. Poſtmoduȝ de
ipſa improportionata pportione. ſ. pͥmij. ⁊ pre/
miate aĩe diſſerens cum anima habeat vltra id
qđ de ſui natura cõſequi põt. fatetur id euenire
ex mera dei potentia dicẽs in ſexto verſu. Fecit
potentiã in brachio ſuo: Sed ipſa potẽtiſſima
manu intueſ equiſſimã iuſtitiam malos meri/
ſos puniẽtẽ. ⁊ dicit diſperſit ſuperbos mẽte cor
dis ſui. Et q̃m non eſt parua portio illius ſũme
felicitatis: ſocietas beatoꝝ repleta ad ſupabun
dantiã ⁊ inebriata ab ubertate domus de ip/
ſos intuetur. ⁊ ait in verſu ſeptimo. Eſurientes
impleuit bonis ⁊c̃. Q̃m vero iſta eſuries nõ eſt
in pͣ̃a ſed fuit in via. ibi intuetur pmiſſiões fa
ctas ſub duplici teſtamento teſtante ps. Sicut
audiuim⁹ ſic vidimus. Exultatq̃ȝ ĩ tali pſpectu
iuxta illud Cañ. j. Exultabimus ⁊ letabimur in
te memores vberum tuorum. i. teſtamentoruȝ.
Et ſicut ſunt duo teſtamenta: ſic ſubmittit duos
verſus. ſ. Suſcepit iſrael puerum ſuuȝ. Et ſicut
locutus eſt p nouo teſtamento. ¶ Sicq̃ȝ igitur
canticum canticoꝝ iſtud. ſ. Magnificat omnia
cãtica cõtinet paradiſi. vbi effectualiter ſine ceſ
ſatione cantaſ cãticum nouũ. Magnificat. ſm
illud ps. Cãtate dño canticũ nouũ: laus eius in
eccla ſcõꝝ. Qđ cãticum dr̃ nouũ nouitate vni/
uerſitatis. qꝛ factũ a matre omniuȝ ⁊ dña illud
Magnificat. Nouitate poteſtatis: qꝛ nunꝗ̃ vi
ſa eſt tãta poteſtas. Nouuȝ faciet dñs ſuper ter/
rã ⁊c̃. Nouitate iocũditatis. nullũ cantũ cãtaſ
in eccla tanta iocũditate ⁊ ſolẽnitate ſicut ma/
gnificat. Sic ergo exurgẽs maria ab oĩbus ter
renis abyt in mõtana confeſſionis diuine. hoc
enim interp̃taſ iudea. vt dictuȝ eſt in celeſtibus
iocũdiſſime ɔtẽplãs diuina. Et in hoc mõte io/
cundo contẽplationis ſita ait. Magnificat ani
ma ⁊c̃. Hec omnia Joãnes dominici.

¶ De cãtico beate Marie virginis in quo ali/
qua dicuntur magna tripliciter. Cap. xxviij.

Magnificat aĩa mea

dñm. Beatiſſima maria ex pͥncipio
huius cãtici allicit aĩos oĩum vt au
dire inclineſ que cãtat premittẽs.
Magnificat. i. magna dei pdicat. Sic ⁊ ſapia
cũctos ad ſe ɔgregare cupiẽs de ſummis excel
ſiſq̃ȝ v̾tutibus inquit. O viri ad vos clamito.
Vox hoĩum ad filios hoĩuȝ. ⁊ ſequitᷣ: q̃m de re/
bus magnis locutura ſum. ¶ Vbi eſt breuiter
notandum ꝙ aliqua dicunſ magna tripliciter.
¶ Primo priuatione. ⁊ hec ſunt expulſiua.
¶ Scđo eſtimatione. ⁊ hec ſunt dubitatiua.
¶ Tertio vera pfectione. ⁊ hec ſunt attractiua. magna dicunſ triplr̃.
¶ Magna puatione ſunt vitia ⁊ peccata. Vn/
de. ij. Eſdre. viij. dicitur. Sumus in magno pec
cato vſq̃ȝ in diem hanc. Et dicũtur magna pec
cata: qꝛ priuant magnis bonis: ſciȝ gratia dei
⁊ gloria. Et horũ magna ſpiritu diabolico can/
tica cõponunt poete comedias: tragedias: ⁊ ſa/
tyra obſcena. quoruȝ mũdus hodie eſt plenus.
⁊ que ſunt de ſe fugitiua videnſ allectiua cum
hodie vulgus a veritate aures auertãs ſcriptu/
rarum ⁊ ad fabulas conuertanſ. quibus poteſt
inuehi illud Chriſti. Joan. viij. Propterea vos
nõ auditis magnalia dei: quia ex deo nõ eſtis:
ſed ex patre diabolo. ¶ Magna eſtimatiõe di/
cuntur diuitie ⁊ huiuſmodi tẽporalia de qui/
bus Prouerbio. xv. dicitur. Theſauri magni ⁊
inſatiabiles. que tamen in rei veritate modica
ſunt: ⁊ quaſi nihil. Eccleſiaſtes. j. Omnia vani
tas ⁊ horuȝ vſus malus multa bona aufert: qꝛ
difficile eſt immo impoſſibile diuitem intrare
in regnum celorũ. Mathei. xix. Intelligendo
de illis diuitibus qui ponũt finem in eis ⁊ abu
tuntur eis. Sed bonus vſus eoruȝ magna bo/
na acquirit. Juxta illud. Facite vobis amicos
de mãmona iniquitatis. Horũ cantica compo/
nunt auaritie dediti que eſt idoloruȝ ſeruitus.
Horuȝ ſchole ſunt plene ita vt dicatur per. Hic

remiam prophetam. A maiori vſq; ad mino/
rem. A ſacerdote vſq; ad leuitā omnes auari/
tie ſtudēt. ſed fallaces eas appellat ſaluator: q:
promittunt leticiam ⁊ parant triſticiam. ¶ Ue
re aūt res magne ſunt que magnis conceduntur.
Ue res ſunt magne. maiores. ⁊ maxime.
Magne res ſunt virtutes ⁊ dona que hic ha/
bentur. Maiores ſunt virtutes que habentur
in patria. Maxime vō pater ⁊ filius ⁊ ſpūſan/
ctus. Maxime dico perſone. De reb⁹ magnis
⁊ maioribus dicit Apoſtolus.j. Corinthi.xiij.
Nunc manent fides: ſpes: charitas: tria hec.
Maior autē hoꝝ eſt charitas. Ecce ꝙ charitas
eſt maior illis. ergo ⁊ fides ⁊ ſpes magne res
ſunt: q: omne comparatiuū preſupponit ſuū
poſitiuum. Charitas aūt que ibi deſcribit que
nunꝗ excidit: eſt charitas patrie. ⁊ hec maior
dicitur. ſ. virtutibus que habentur in via. De/
us aūt eſt maximus: ⁊ qđ habetur ipſe a nobis
per gratiam vel gloriam eſt maximum donū.
Unde apoſtolus Petrus epiſtola.ij.cap.j. ait.
Uocauit nos propria virtute: per quam maxi/
ma ⁊ precioſa nobis donauit promiſſa: vt per
hec efficiamur diuine nature conſortes: q: er/
go inſerta eſt mentibus hominū veri ſummi
ꝗ boni cupiditas: vt ait Boe. de phi. conſol.
Bonum cognitum mentem trahit. Magnū
bonum magne trahit: maius bonū magis tra/
hit. Sed maximum bonū maxime trahit. Ut
ergo virgo ſancta ad ſcholas ſuas omnes tra/
heret. dimiſſis peccatis ⁊ fabulis ſpretis mun
danis tradere promittit de maximis delitijs ⁊
ait. Magnificat anima mea dn̄m. ps. Magni
ficabo eum nimis in ore meo. Et in alio pſalo.
Repleatur os meum laude tua: vt cantem tota
die magnitudinē tuā. In quo verſu p̄mo tria
pn̄t ꝯſiderari circa illud canticū canticoꝝ.
¶ Primo cā materialis ſubiectiua. magnificat.
¶ Scđo cā actualis ⁊ effectiua. anima mea.
¶ Tertio cauſa finalis ⁊ obiectiua. dn̄m.

¶ Quātum ad pri/ .§.i.

mum materia huius cantici eſt tradere magna
lia dei. Unde dicit Magnificat. Unde notan/
dum ꝙ ſicut oium rerum ꝯſtantium determi/
nata ē magnitudo ⁊ q̄ntitas. teſte pho in.iij.⁊
iiij. phiſicoꝝ. Sic oīs create nature eſt deter/
minata potentia: cum ſolius dei dicatur poten
tia infinita. Cum igitur humanus intellectus
dicatur ⁊ ſit aliqua creatura: nulli dubium eſt
quin eius potentia ſit finita ⁊ limitata: ita vt ſu
pra ſe aſcendere non poſſit niſi diuino lumine
ſuperiori ductus. dicente ps. In lumine tuo vi/
debimus lumen. Tria autem ſunt que intelle/
ctui noſtro obijci poſſunt.
¶ Primo vilia ⁊ mechanica.
¶ Secundo media ⁊ phiſica.
¶ Tertio premia ⁊ theologica.
¶ Et per vſum quidem ⁊ occupationem me/
chanicorum: vt eſt textoria ⁊ cementaria ⁊ hu
iuſmodi: virtus intellectiua hebetatur vt expe
rientia notum eſt. Unde ⁊ dicuntur mechani/
ce artes a mechor mecharis ſm̄ Alber. q: intel
lectus quaſi mechatur ⁊ degenerat a ſua nobi/
litate: cū magis ſit inclinat⁹ ad naturalia ꝗ di
gniora. Un̄ qui diutius ſe dederunt hmōi me/
chanicis etiā ſubtilibus ⁊ ingenioſis: vt pictu
re: ſculpture: ⁊ hmōi ſpeculatiuis: magis īepti
ſunt. ¶ Media vero ideſt ipſoꝝ naturaliū ꝯſi
deratio ⁊ iugis ſpeculatio magis iuuat intelle
ctiuam: q: verſat circa ꝓprium obiectū: qđ eſt
veritas abſtracta a materia. Sed iſtoꝝ naturali
um ſpeculatio eſt duplex. Una eſt que conſiſtit
in ipſis rebus qualis vocatur ſciētia naturalis
que ſpeculatur curſus ſtellaꝝ: herbaꝝ vires na
turas aīalium: ⁊ hmōi. Et hec eſt imperfecta: ⁊
minus virtuoſum reddit intellectū. Secūda ē
que reꝝ fines ⁊ cauſas inueſtigat pro poſſe ſcđa
quo res ipſe ſunt: ⁊ ad quē finē vltimū facte ſūt
⁊ quem repreſentāt preloquuntur. Et iſta ē ve/
ra phia naturalis. ſm̄ deſcriptionē etiā ipſius
phi.j. phyſicoꝝ in principio. ad quā tn̄ ſpecula
tionem ipſe nō deuenit. ꝓpter qđ vocatur me/
thaphiſica vel theologia: ſꝫ ꝓprie ſit naturalis
q: inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que
facta ſunt intellecta cōſpiciuntur. Sempiterna
quoq; virtus ac diuinitas. ad Rom. . Qua via
nullo alio lumine illuſtrati antiqui phi venerūt
in cognitionē ipſius dei: vt oſtendit diuus Au
gu. in. viij. de ciui. dei. Et hinc eſt ꝙ deū eſſe di
citur per ſe notū. neq; contineri ſub articulis fi
dei: q: in lumine naturali demonſtratur deum
eſſe. vt optime ꝓbat doctor noſter ſcūs Tho. de
aqui. in p̄mo cōtra gentiles. Hec ſpeculatio iu/
uat intellectum non parꝝ: dicente ps. Mirabi/
lia teſtimonia tua ⁊c̄. Sed aliqua ⁊ tertia obijci
untur intellectui que voco premia ⁊ theologi/
ca. ſub quo membro intelligo omnia que natu
rali lumine intelligi non poſſunt. vt eſt eterna
felicitas. quam nec oculus vidit nec auris au/
diuit ⁊c̄. Simplicia eterna trinitas perſonarū
Judicia dei que incomprehenſibilia ſunt dicit
apls. Myſterium incarnationis: ⁊ alia huiuſ/
modi que fidei tn̄ ſubduntur. ⁊ hec ſunt q̄ ma/
xime intellectū perficiunt: intantū vt dicat ſpi
ritusſanctus per os Eſaye. Niſi credideritis nō
intelligetis. Hec ſunt que ſummo ſtudio ⁊ vigi
lantia attendenda ſunt ⁊ audiēda. Et de his cā
trix noſtra perfecte loqui ⁊ docere promittit di
cens. Magnificat anima mea dominum. qua/
ſi diceret. dominum dictura ⁊ doctura eſt ani/
ma mea. Hec ſunt illa magna qbus premi me/

tuebat ille ſapientiſſimus Job dicens.ca.xxiij.
Nolo multa fortitudine ↄtendat mecum:neq̃
magnitudinis ſue mole me premat. Eſt enim
magnus in fortitudine ⁊ iudicio ⁊ iuſtitia:⁊ e/
narrari nõ põt.ait idẽ.c.xxxix.Et tñ tantã auda
ciam tribuit ei ſpũſſanctus vt hec virgo paruu
la puella audeat enarrare ⁊ magnificare.⁊ ſpre
tis mechanicis vilibus ⁊ naturalibus medijs i
ſiſtit theologicis ſummis. Sed nec mirũ virgo
ſancta ſi magna loqueris de deo:qꝛ iaꝫ magnꝰ
in medio tui ſanctus iſrael. Eſa.xij.Sed hec po
qua dicit magnificare ſe dñm:eſt admiratiua ⁊
diſputabilis. Nam ſcimꝰ ꝙ magnus dñs ⁊ lau
dabilis nimis:⁊ magnitudinis eius non eſt fi/
nis.Unde dꝛ Ecci.xliij.Terribilis dñs ⁊ ma/
gnus vehementer:⁊ mirabilis potentia eiꝰ.glĩ
ficantes eum ⁊ exaltate illũ q̃ntum poteſtis ſup/
ualebit adhuc:⁊ admirabilis magnificẽtia eiꝰ.
Ex quibus verbis videtur ꝙ nec magnificari
poſſit nec vt magnus eſt enarrari. Unde ergo
virgo ſancta ſe dñm magnificare taꝫ audacter
profitetur:cuꝫ ipſa potius videatur minoraſſe.
quia quem celi capere non poterãt in ſuo cor/
puſculo comprehendit. Pro quo ſciendum ꝙ
eſt triplex magnitudo.

Prima intẽſiua ⁊ virtualis.

Scd̃a extenſiua temporum ⁊ localis.

Tertia diuiſiua ⁊ corporalis.

De prima magnitudine dicitur in ps. Ma
gnus dñs ⁊ magna virtus eius.⁊ ſm hãc dñs
dicitur infinitus.qꝛ infinita eſſentia ĩfinita bo/
nitas:infinita ſapientia:infinita charitas: ⁊ q̃c
quid bene dici poteſt de deo:cum infinito dici
dꝫ:nec tamen illud etiam q̃cquid ſit exprimit.
Et qꝛ infinito nihil addi põt:deus ſic eſſentiali
ter magnificari non poteſt. Et ad iſtum ſenſum
predicta verba Ecci.dicuntur. tñ iſte virtutes
dei diminute apprehendebantur a paucis: q̃s
virgo prefata magnificentius expreſſit.ſi quis
verba eius diligenter attendit. Et ideo etiã iſto
modo aliqualiter dicitur. Magnificat aĩa mea
dñm. Scd̃o dicit aliqua magnitudo extenſi
ua loco vel tpe.ſicut dꝛ tempus magnum:annꝰ
menſis:vel dies:⁊ hoc ſcꝫ qꝛ per magnũ ſpaci/
um tẽporis durat. Et locus dicitur magnus qꝛ
multum ſpacium occupat.vt in ps. Hoc mare
magnum ⁊ ſpacioſum. In hac duplici magni/
tudine dicere põt virgo ſancta illud magnifi/
cat. Nam iam venerat magnitudo tpis ⁊ om/
nia temporanea ⁊ ſub tempore:lauſq̃ꝫ diuina i
terris ſuo magno ſilentio latebat. Ut enĩ ait de
uotus bea. Ber. in quodã ſermone de aduẽtu.
Angelus non loquebatur amplius hoĩ: patri/
archa defecerat:deerat propheta:ſacerdos auari
tie ſtudebat:dux non inueniebatur qui veniret do
minus:intantũ vt diabolus auderet dño dice/
re omnia regna mũdi eſſe ſua. Matth.iiij. Et
ipſe dei filius cum iam predicare cepiſſet:ait ſe
non habere vbi caput ſuum reclinaret.erat enĩ
dominus non ſolum paruulus:ſed fere nullus
in ↄſpectu ⁊ conuentu hominum: qꝛ defecerat
laus eius quaſi totaliter laudabãtur idola non
verus deus. Hãc vero quaſi extinctã alma vir
go reſuſcitans:primo ſub nouo teſtamento cã/
tico ⁊ vocali laude dei ſic magnificat dominuꝫ
q.d. Magnificate dñm in eternum:vt quilibet
amplius dicat.ſemp̲ laus eius in ore meo. Ma
gnificat etiã localiter. Nam olim notus in iu/
dea deus in iſrael magnuꝫ nomen eius. Sola
enim ſynagoga in terris diuinas laudes vteu/
q̃ decantabat. In alijs enim regionibus mun/
di idola ⁊ demones colebantur:⁊ ipſa laudibꝰ
efferebantur. At vbi per os virginis diuina la/
us inſonuit:cepit per alia loca diuulgari ⁊ cõ/
municari in eius figura:non in ſua ciuitate: ſꝫ
peregrina in montanis exiſtens laudare cepit ⁊
peregrinari.qꝛ magnificentia eius peregrina/
ri debebat:⁊ extra iudeaꝫ effundi. Laus enim
eius ab extremis terre. Tertio modo magni
tudo eſt ſenſitiua ⁊ corporalis.ſicut dicitur ma
gnus hõ qui eſt magne ſtature ⁊ hmõi. A ſecu/
lo non eſt auditum neq̃ intellectuꝫ ꝙ dñs iſto
modo potuit magnificari:⁊ tñ diis deus factꝰ
eſt paruus:ſine manibus humani ſeminis ab/
ſciſus:⁊ demum creuit in montem magnum.
Dañ.ij. Dic ergo o virgo benedicta:factor me/
us factus eſt paruulus:filius meus clauſus eſt
in viſceribus meis. Creſcit ⁊ magnificat ⁊ ma/
gnus efficitur:alimentis meis nutritus. Cum
magnifico ideſt magnũ facio:donec per partũ
requieſcat in vlnis meis. tunc etiam illum pa/
ſcens lacte pectoris mei faciam illum magnuꝫ
donec magnus vir ſit aptus ad magnum ſacri
ficium verum. Ergo intellige poſt multa Ma/
gnificat anima mea dominum ⁊c̃.

Secunda cauſa .§.ij.

huius cantici ſcꝫ actualis ⁊ effectiua notat cuꝫ
dꝛ aĩa mea.vbi canticum illud deſcribitur.

Primo ſuauitate dulcis armonie.

Scd̃o ſerenitate lucis theologie.

Tertio integritate nudate theorice.

Et per hec omnia trahit ad auiditatẽ talis
melodie. Ad ſentiendũ tamen quod dictum ẽ
excitande ſunt ⁊ aperiende aures cordis ⁊ non
corporis tñ.vt enim ait bea Greg.in omel. ſu/
per illud Lu.viij.Si quis hꝫ aures audiẽdi au
diat. Sunt alie aures q̃ꝫ corporales quibus aĩa
vtitur. Ubi ergo anima loqtur anime auditus
exigitur qꝛ tales potentie regruntur qualia ſũt
obiecta capienda. Omne enĩ ſimile ad ſuum ſi
mile inclinatur Ecci.xiij. Et impoſſibile eſt non

coꝛpus coꝛpe moueri.vt dĩ in li.ſex ꝑncipioꝝ
Uolens igitur alma iſta cãtatrix docere: quibꝰ
auribus opus ſit ad ꝑcipiendũ quod dĩ. dixit
cauſam inſtrumentaliter agentẽ huius cantici
foꝛe animã:vt aĩa ſeparet ad id qđ naturali eti
am voce exprimitur.qꝛ ex abundantia coꝛdis
os loquiꝛ. Hinc eſt ꝙ plerũqꝫ huius cantus ſua
uitas non ꝑcipitur qꝛ ad eum audiendũ ⁊ itel
ligendum ſole coꝛpoꝛe aures aperiuntur ⁊ ite/
rioꝛes clauduntur. Audi ergo o aĩa quia aĩa lo
quitur. Magnificat igr aĩa mea dñm. nõ ſolũ
coꝛpus ⁊ lingua ſed aĩa ⁊ lingua eiꝰ. ⁊ hinc ſu/
auitas exprimitur qđ eſt p̄eminꝫ. ¶ Ad cuius
euidentiam p̄mittendũ eſt ꝙ armonia tripli/

De tri/plici or/gano q̄ armõia cantaꝛ.

ci oꝛgano cantatur. ſcꝫ materiali:vocali ⁊ men
tali. Materiale oꝛganum eſt tuba:lyra: cytha/
ra. ⁊ hmõi moꝛtua ⁊ inſenſibilia. Uocale autēꝫ
oꝛganum eſt ipſa lingua cũ pertinentijs ſuis q
bus vocalis cãtus foꝛmatur. Sed ſpirituale oꝛ
ganum eſt ipſa mens inflãmata ⁊ irradiata. De
qua aplĩs pſallã ſpiritu pſallam ⁊ mente. Inter
hec autem dulcis eſt armonia inſtrumentalis
dulcioꝛ vocalis. dulciſſima mẽtalis. De primis
duabus Eccl.xl. Tybia ⁊ pſalterium dulceꝫ fa
ciunt melodiã. Et ſuper vtranqꝫ lingua ſuauis
⁊ hoc patet manifeſte. Nam inſtrumenta muſi
calia que dulcioꝛa ſunt vt oꝛganum pſalteriuꝫ
cythara:tybia. ⁊ hmõi. tunc ſuauis ſonare dicũ
tur cuꝫ vocali melodie magis appꝛopinquare
videntur. Uñ etiã in cõmendatiõe huius ꝯſue
uit dici: videꝛ ꝙ loqtur. De iubilo aũt coꝛdis ⁊
mentali melodia dĩ Eccl.xxx. Nõ eſt ſenſus ſu/
per ſenſum ſalutis:⁊ non eſt oblectatio ſup coꝛ
dis gaudium. Quis ergo erit tante ſufficientie
vt valeat explicare: vel ꝑcipere q̄ꝫte melodie eſt
canticum. qđ inſtrumentaliter virginis ſancte
aĩa cantat. Cõſidera ſi vales qualis ſit cythare./
da: qualis cythara: q̄lis ⁊ cãtici materia. Nam
⁊ bonus cantoꝛ ſi voce rauca vtaꝛ: male cantat
⁊ bonus cythareda fracto inſtrumento: male cy
tharizat: nec etiã ſufficit vox pulchꝛa ⁊ inſtrm
nobile: ſi auctoꝛ artis ſit imperitus. Ad hoc eti
am datis perita artis ⁊ inſtroꝝ cõpoſitiõe per/
fecta vbi materia ſit diſplicibilis. de ſuauitate
cytharizantiuꝫ vel cãtantiũ aliquid ſubtrahit.
In iſto aũt cantico cythareda eſt ſpũſſanctus q
etiam in omni inſtrumento inepto ⁊ vili ſuaui
ter ſonat. Tetigit enim puerꝝ cytharedam. Da/
uid ⁊ pſalmiſtã facit: tetigit ⁊ puerũ iunioꝛum
Danielẽ: ⁊ iudicẽ ſenũ conſtituit. Paſtoꝛem ar
mentoꝛum Amos ⁊ pꝛophetam conſtituit. Pi/
ſcatoꝛem Petrũ: ⁊ pꝛincipem apłoꝛum oꝛdina
uit. Thelonearĩũ ⁊ publicanũ Mattheũ ⁊ apo
ſtolum ⁊ euãgeliſtã creauit. Perſecutoꝛẽ fideli
um. Saulũ ⁊ in ꝑdicatoꝛem gentium paulum
conuertit. Qualiter autẽ cantabit ⁊ armoniza/
bit ſpũſſanctus. vbi inſtrm eſt aĩa virginis ſan/
ctiſſime. Sicut eni moꝛtua charta reſonare nõ
põt perfecte qđ viua vox expꝛimit dicente bea
to Hiero. ad Paulinũ. Habet neſcio quid latẽ/
tis energie viue vocis actus: ve in aures di//
ſcipuli ex auctoꝛis voce tranſfuſa foꝛtius ſonat
Exemplum ſubdit de eſchino. Sic ⁊ oẽs coꝛpꝛ
actus etiam ad hoc in vnũ ſimul collecti nõ poſ
ſunt ꝑuenire ad hoc vt perfecte expꝛimere vale
ant quod ipſa ſpiritualis anima alte cognoſcit.
Hinc eſt qđ Paulus loqui non potuit: quod pa
radiſo anima ſua cognoſcit. Hoc ergo nobiliſ/
ſimo inſtrumento quod eſt aĩa nõ qualiſcunqꝫ
ſed virginis beatiſſime vtiꝛ ſpũſſanctus ad ca/
nendum qđ diciꝛ. Magnificat aĩa mea domi/
num ⁊c̃. Adde his diebus nobiliſſimo cytha/
reda ⁊ ſuauiſſimo ⁊ optimo inſtrõ precioſam ⁊
delectabilẽ materiã: qꝛ hic canunꝛ magnalia di
uine laudis: ⁊ tũc q̄ꝫuis a longe auribus aĩe ꝑ/
cipies ad ſuauitatẽ huius cãtici Magt anima
mea dñm. ¶ Scđo cũ diciꝛ anima mea oñdiꝛ
ſerenitas ⁊ ꝓfunditas theologice veritatis ⁊ in
hoc cantico ꝯtenta: vt dicit bea. Augu. Diuĩna
lux que puriſſima eſt: nõ niſi a puris oculis po
teſt intueri. Uñ ⁊ ſaluatoꝛ Mat.v. Beati mun
do coꝛde. qm̃ ipſi deũ videbũt. Quod demon/
ſtrari põt tã rõne q̄ꝫ experientia exẽplari. Rati/
one quidẽ qꝛ vnũquodqꝫ recipiꝛ per modum
recipiẽtis. Lux ergo que eſt deus: qꝛ erat lux ve
ra. Joan.j. Nõ recipit lux niſi a luce: vel anima
luce illuſtrata. Lux aũt anime eſt ipſa puritas ſi/
cut tenebꝛe eius eſt pctm̃ ꝓpter quod diciꝛ Jo/
an.j. Lux in tenebꝛis lucet ⁊ tenebꝛe eã non cõ
pꝛehenderunt. Et hoc tota die ad ſenſum patet
Quanti eni quotidie audiũt vocẽ v̄bi dei: ⁊ nõ
eam non appꝛehendunt: qꝛ ſunt in tenebꝛis
pctõꝝ. ⁊ qui minus his tenebꝛis peccatoꝝ par
ticipant: magis a luce veritatis verbi dei mo//
uenꝛ. Propter qđ quaſi ſatis notum eſt ꝙ ſoli
boni audientes melioꝛes efficiunꝛ ꝓpter ver//
bum dei. mali autẽ etſi audiunt: aure coꝛpoꝛis
audiunt: ⁊ in ſuis malitijs perſeuerant. patet
idem exemplo. Eſt enim ⁊ quodlibet coꝛpꝰ ali/
ud q̄ꝫto purius ⁊ terſius: tanto magis ſolis ra
dios recipit: ⁊ tanto clarius in oppoſitum coꝛ/
pus per reuerberationem reſplendet. Hinc eſt
ꝙ ⁊ dominus maioꝛem luceꝫ veritatis illis tri
buit. qui purioꝛes fuerũt. vt etiã ſybillis paga/
nis merito virginitatis ſpũm ꝓphie mirabili/
ter tribueret: vt dicit beatus Hiero. contra Jo/
uinianum. Et Joannes purioꝛ ceteris altiꝰ in
diuinam cõtemplationem aſcendit dicẽs illõ.
In ꝑncipio erat v̄bum ⁊c̃. Hec igitur increata
ſapientia que in animas ſanctas ſe transfert: et
amicos dei ⁊ pꝛophetas conſtituit. Ut dicitur
Sap.vij. quantum irradiauerit anime puriſſi/

me virginis in qua etiā perſonaliter habitabat
humani ſenſus nō eſt exprimere. Et dum exp/
mi non pōt: euidentiſſime deducit. ꝙ hec niti/
diſſima virgo lucide nouit diuina magnalia:
que exprimit voce animā eius dicens. Magni
ficat aīa mea dominū. taliter. ſ. vt dicat auda/
cter. Cōfitebor domino nimis in ore meo: ⁊ in me
dio multoꝝ laudabo eum. ps. cviij. Nimis in/
quit nō reſpectu magnificati: ſed reſpectu audi
entiū q magna capere nequeunt. ¶ Tertio vo
in eo qō dicit anima mea oſtendit integritatē
theorice cōtemplationis. quaſi diceret nō ſolū
anima: que ꝯtemplationē exprimit. ſed anima
mea anima talis: aīa tāta: anima libera. Ubi eſt
attēdēdum ꝙ nullus poteſt dicere anima mea
ꝓprie niſi qui totaliter habet animam liberam
ab oī ſeruitute que triplex eſt a qua oportet eſſe
immunem, vt ſit anima ſua.

Triplex libertas ſiue im/mūitas neceſſa/ria aīe pfecte contem/planti.

¶ Prima ſeruitutis criminis ſeu vitioꝝ
¶ Scđa ſeruitutis ſanguinis ſeu ꝓpinquoꝝ.
¶ Tertia ſeruitutis mercedis ſeu terrenoꝝ.
¶ De pma expreſſe dī Joh. viij. Qui facit pec/
catum ſeruus eſt peccati. Sed peccatū ſicut tri/
plex eſt. ita ⁊ ſeruitus ei⁹ triplex. Eſt enim pecca
tum mortale qō perfecte facit hominē ſeruum
peccati ⁊ diaboli pfecte. i. complete. Juxta illud
Pe. A quo quis vict⁹ eſt ei ſeruus addictus eſt.
Et vt dicit btūs Aug. tot dominoꝝ quot vitio
rum. ⁊ hoc maxime impedit animā ne poſſit in
via deo vacare. Per originale autem pctm̄ ſen
ſus hoīs ⁊ cūcta cogitatio eius ꝓna ſunt ad ma
lum ab adoleſcentia ſua. vt dī Gen̄. vj. Nec libe
ratur anima ab impedimēto talis ſuitutis pu/
gne carnis ꝯtra ſpiritum. Unde non poteſt ita
libere volare ad deū p contēplationem ⁊ vaca/
re diuinis. nec aliquo ſacramento circūciſionis
vel baptiſmatis vel alterius liberat a tali ſerui/
tute: licz ſubleuet plus ⁊ minus ſed ſemp rema
net pugna carnis que animā captiuā ducit ſub
lege peccati ſm inclinationē: ⁊ ſi non dominet
oīno. Ueniale autem tepefacit animā: ⁊ pigrio
rem reddit ad aſcendendū in deum: feruorem
tollens ſpiritus. ¶ Scđa ſeruitus que eſt pro/
pinquoꝝ etiam animā aliqualiter tenet capti/
uam: ne in deū totaliter vadat ſicut pz de illo q
xp̄m ſequi cupiebat: ſed tn̄ retinebatur ne eum
ſequeret dicēs. Permitte me prius ſepelire pa
trem meū ⁊ ſequar te. Matth. viij. Contra quē
defectū. ſ. nimie affectionis ad parentes. Uenit
dn̄s mittere gladiū ſeparationis dicēs. Ueni ſe
parare filiū aduerſus patrē. ⁊ filiam aduerſus
matrem ſuam ⁊c̄. Matth. x. Et hoc ideo. quia
caro ⁊ ſanguis regnum dei non poſſidebūt ſm
apl̄m. vnde ⁊ be. Amb. Hec eſt vera ſacerdotis
fuga abdicatio domeſticorum: ⁊ quedam alie/
natio chariſſimorum vt ſuis ſe abneget q deo

ſeruire gliſcit. xij. q. j. Cui portio. ¶ Tertia ſer/
uitus que eſt mūdialium rerum ſpinis ſuis ſol
licitudinū aīam ligatam tenet ne libere deo ſer
uire valeat. vt pz de illo qui dn̄o ſeruire cupie/
bat pfecte habēs multas poſſeſſiones. Cui cū
dn̄s interrogāti quid ſibi deeſſet ad pfectionē
diceret. Si vis perfectus eſſe vende oīa que ha
bes ⁊ da pauperibus: ⁊ ſequere me. retroceſſit
triſtis diſcedens ab eo: qꝛ multas habebat poſ/
ſeſſiones. Matthei. xix. Neceſſe. eſt ergo vt aīa
que vult intelligere magnalia dei ⁊ in cōſpectu
eius ſoruus ſemper meditari a iugo cuiuſlibet
harum ſeruitutū eſſe exutam ⁊ liberatā. Jn cu/
ius figuram dixit dn̄s abrahe Gen̄. xij. Egrede
re de terra tua ideſt de mūdanis cupiditatibus
tuis. ⁊ de cognatione tua. i. de amicis ⁊ de atti
nētibus ⁊ de domo patris tui. i. de vitijs ⁊ cri/
minibus: per que quis efficitur filius diaboli ⁊
de domo. i. familia eius. Juxta illud Joā. viij.
Uos ex patre diabolo eſtis. ⁊ deſideria pr̄is ve
ſtri. i. diaboli vultis facere. ⁊ veni in terrā quā
monſtrauero tibi. terram. ſcz contēplationis et
ſuauis perfectionis. Hinc eſt etiam ꝙ dn̄s vo/
lens oſtēdere viā perfecte ꝯtēplationis aſſum/
pſit Petrum diſcalciatū ꝯtra amorem terreno
rum. Jacobum ſupplātantē ſr̄em cōtra amorē
ꝓpinquoꝝ. Joānem gratiam cōtra nequitiam
peccatoꝝ que ſunt ei ꝯtraria ⁊ duxit in mōtem
ꝯtra cupiditatem vallis mūdialis. excelſum cō
tra iniquitatem ꝓfundi infernalis. ſeorſum cō/
tra vinculum ꝓpinquoꝝ ſeu affectionis parēta
lis. ⁊ ibi trāſfiguratus ante eos oſtēdit gloriā
ſuā. Matth. xvij. Talis pōt dici filius dei rena/
tus nō ex ſanguinibus iniquitatū neqꝫ ex volū
tate carnis neceſſarium amicoꝝ: neqꝫ ex volun
tate viri mūdi vanitatū. Et talis pōt dicere aīa
mea ⁊c̄. ¶ Cum autē nullius creature pure aīa
ſit que nō fuerit ſubiugata peccato. qꝛ ſi dixeri/
mus: qm̄ peccatum nō habemus ipſi nos ſedu/
cimus: ⁊ veritas in nobis nō eſt. vt dicit Jo. in
canonica excepta ſancta virgine. vt ait. b. Aug.
Et parētum amorē oblita eſt ſegregata ab eis
in ſua infantia ⁊ deo totaliter mancipata vt hi/
ſtoria natiuitatis eius docet: ⁊ ab omni terre/
na cupiditate elōgata. Jn cuius ſignum eſt: qa
magnū theſaurum auri ſibi a magis impenſū
paupibus per ioſeph diſpēſatum. ita paupcu/
la remāſit vt inde ad paucos dies. ſ. in die puri
ficationis agnum emere nō poſſet ad offerēdū
in ſacrificium: ſed obtulit ſacrificiū paupum. ſ.
par turturum: aut duos pullos colūbarū. Luce
ij. Reſtat vt talis virgo ab omni iugo ſuitutis
excuſſa totam aīam ſuā poſſideret: ⁊ dicere ſola
potuerit aīa mea: ⁊ tota cecinerit vſqꝫ in finē.
nos aūt id facere nō valemus nedum vnū inte
grum canticū: ſed nec vnū feſtinatū. Pater no/

ſter. Ut heñius exēpluz in legēda beati Berñ.
quin aut iuguz peccati: aut cura rei familiaris
aut repñtatio alicuius amici vel ꝓpinqui men
tem intercidat: ꝛ aut multū aut parum reuocat
Ab his aūt oibus beata virgo totaliter ſemota
fuit. nec te moueat ꝙ trium generum peccatoꝝ
dixi iugo non teneri quaſi in originali non vi/
deatur eſſe ꝯcepta. qꝛ etſi in eo ꝯcepta tamē ab
ipſo totaliter liberata nō ſicut ceteri ſed ſpecia/
Ipſa enim humillima: ipſa patiens: ipſa virgo
puriſſima vt imitemur ei' veſtigia: ⁊ pcipiam'
eius mĩe ſuffragia. Dicit eñi Eccl.xxiiij. Qua-
ſi oliua ſpecioſa in campis. Fructus oliue oleũ
eſt: miſẽicordiã ſignificans. Ad hunc ergo fru
ctum bonũ colligendum ex ea omnes accedere
poſſunt. Et ideo in campis dicitur loco omni-
bus patenti. Bernar. in ſermone. Quis miſeri
cordie tue o benedicta: longitudinem: latitudi
nem: ſublimitatem ⁊ profunduʒ queat inueſti-
gare? Nam longitudo eius vſq; in nouiſſimũ
diem vacantibus eã ſubuenit vniuerſis. Lati-
tudo eius replet orbem terrarum vt tua miſeri
cordia plena ſit omnis terra. Sic ⁊ ſublimitas
eius ciuitatis ſuperne inuenit reſtaurationẽ et
profundum eius ſedentibus in tenebris et in
vmbra mortis obtinuit redemptioneʒ. Per te
celum repletum eſt: infernus euacuatus inſtau
rate ruine ſuperne hierl'm expectantibus miſe
ris vita perdita data. ¶ Quis iuſtus vel pec-
cator ad hanc ſtellam aſpexit deuote inuocãs:
ad quem oculos ſuos miſericordes non cõuer
terit? Ipſa Leoni pape manum reſtituit quam
ſibi abſciderat: eo q cõmunionem populo mi-
niſtrans: ⁊ inter alios mulieri cuidam cuʒ ma
num obſculata de more fuiſſet ſtimuluʒ carnis
vehementem perſenſit. pp̃ter quod eſt ex zelo
ſeuerus in ſe vltor extitit. Ipſa quendam mili-
tem de faucibus diaboli extraxit: ⁊ vxoreʒ a pe
riculo liberauit. Nam cum talis ex diuite pau- Exẽplũ
per effectus propter ſuam pdigalitatem diabo
lo ſe tradidiſſet ſi ei diuitias conferret. ac etiã
vxorem ſuam virgini deuotiſſimaʒ hoc diabo
lo poſtulanti ad certum locũ deſertum determi
natum ducere pmiſiſſet. docuit diabolus locuʒ
in domo eiuſdẽ. quo effoſſo theſaurum inueni
ret. q̃d ⁊ factum eſt. Tempore igitur ſtatuto mi
les ille volens adimplere promiſſum: vxorem
ſecum duxit equeſter ſub ſpecie alicuius pieta-
tis. In via aũt inuenientibus quãdam eccleſiã
cum vxor cepiſſet timere: rogauit virũ vt ſine-
ret equuʒ deſcendens intrans eccleſiam vt ali-
quã breuẽ orationẽ faceret. Quod cũ obtinuiſ-
ſet ingreſſa eſt in oratione ipſa obdormiuit. Et
beata Maria eius effigiem ſumens egreſſa eſt
ad militem illum foris expectantem que equũ
aſcendens cum eo eſtimantẽ vxorẽ ſuam eſſe p
ſecutus eſt iter ⁊ ad locum veniẽs deſtinatum:
vocauit aperte diabolum. At ille ſubito appa-
rens viſa virgine totus furibũdus ⁊ fremens
in militem: cepit eum contumelijs aggredi et
fallax eſſet ⁊ proditor: quia non vxorem duxiſ-
ſet: ſed maximam inimicaʒ ſcilicet domini ma
trem. Ad quod ille quaſi ſtupidus fact' obmu-
tuit. beata autem Maria cuʒ terribiliter incre-
pans q ſibi deuotis nocere tentaret in abyſ-
ſum abire precepit: illumq; militem vt de ſuo
exceſſu peniteret admonuit: ⁊ ad illam eccleſi-
am in quam intrauit vxor ad orandum redi-
ens: ibi eam inueniret. Quo facto reuerſi do-
mum ſanctam duxerunt vitam.

¶ Tertia ſtella eſt .§.iij.

Qr fides ēt dicit ſtella

fides q̄ia pōt exponi illud Eccli.xliij. Species celi, i. viri celeſtis eſt glīa ſtellaꝝ.i.claritas virtutū ꝑs. Qui.ſ.deus numerat multitudinem ſtellaꝝ.i.virtutū:ꝛ eis nōia vocat. ¶ Inter q̄s prima dr̄ fides. Hanc videntes magi in corde ſuo:gauiſi ſunt nō ſolū gaudio magno: ſed et valde. Nā niſi fidē diuinitatis habuiſſent ex viſione pueri vl̄ matris eius:paꝝ gauiſi fuiſſent Sed propter fidē credentes deū eē ꝛ ſummuꝫ bonū:gauiſi ſunt valde. Et propter iſtā veram fidē procidentes adorauerunt eū. Nō.n.adoratur niſi deus Deut.vj. Dn̄m deū tuū adorabis ꝛ illi ſoli ſerues ꝛc̄. Adorabis cultu interiori recognoſcendo eū vt principiū ꝛ finē tui ꝛ omnium:ꝛ iſti ſoli ſeruies cultu exteriori vt domino ſūmo eius precepta ſeruando. Cognouerūt igit̄ iſti per verā fidē hunc eē deū.ꝛ propterea adorauerūt. Vn̄ Chry. in omel. Uideamus q̄d glorioſum magi videntes in puero gauiſi ſūt. Nunquid viderūt palaciū marmoribus ſplendidū. nūquid matrē eius diademate coronatā aut in lecto aureo recūbentem. Nunqd puerū auro inuolutū. Nūquid reginam diuerſis populis perſonantē. Nō. Sꝫ qd. Pādochiū vtiqꝫ tenebroſum ꝛ ſordidū:ꝛ magis aīalib⁹ q̄ȝ hominibus aptū. Matrē eius vix tunicā vnā habentē nō ad ornatū corporis:ſed ad tegumētū proficiētē:ꝛ qualē poterat hr̄e carpētarij vxor peregre conſtituta: Uiderūt ꝛ puerum pannis ſordidiſſimus inuolutū:in preſepio ſordidiori poſitū. Si terrenū ergo regē querentes veniſſent magis ꝯfundendi erant q̄ȝ gauiſuri: nūc aūt q: celeſtē querebant.ꝛ ſi nihil regale videbant in eo ſolius tn̄ ſtelle teſtimonio ꝯtēti erāt. Oculi coꝝ ꝯtemptibilem aſpicere nō poterāt. q: ſp̄us in corde coꝝ eū terribilē demōſtrabat putas ne adoraſſent infantē niſi itelligerēt adorationis honorē. niſi aliquod diuinū crediſſent in eo. Ergo nō puerile honorē dederunt: ſed diuinitati eius oīa intelligenti. Hec Chryſoſt. Ex hac ſtella fidei proceſſit radius perfecte pietatis:prout.ſ.pietas eſt dei cultus. vt dicit Iob. Quā pietatē ex muneribus oſtenderunt. Ex munere auri venerantes in eo ꝑſonā regiā In thure diuinā. In myrrha mortalē naturam eius aſſumptā: vel ēt quaſi proteſtātes eū auctorē totius ſapie.ꝛ ſi puer eēt. vt dicit Gratia. dī.xxxvj.ſ.naturalis:rōnalis:ꝛ moralis:a quo ſuā ſapiaꝫ habuiſſent. Vn̄ ꝛ magi dicti. Ab his diſcamus offerre deo integrā fidē nr̄am : non in parte. Qui.n.credit xp̄m nō eē deū:ſed creaturam. vt Arrius:vel iudeus aut paganus hic non offert thus:quod de eo offertur . qui non credit eum fuiſſe verum hominem ſed fantaſticum. vt Manicheus. nec fuiſſe mortuum. vt Sarracenus ꝛ Turchus. hic nō offert myrrhā mortalitatē ſignificātē. Qui nō credit xp̄m ēt vt hoīem nō fuiſſe ꝛ eē dn̄m ꝛ regē oīum ꝛ dominiū hr̄e rex ꝛ ꝓprietatē. vt fraticelli aſſerunt falſum:nō offerūt auꝝ. Qui dicunt deū nō hr̄e ꝓuidētiā oīum: vt dn̄m vniuerſoꝝ ꝛ ſapiētiſſimū nō offerūt auꝝ. Qui nō hn̄t amaritudineꝫ pnie pctōꝝ ſuoꝝ:nec mortificāt paſſiōes ſuas ſed eas ſequunt̄. hi offerūt myrrhā. Qui deuotas oꝛ̄ones ꝛ preces ad deū nō dirigunt. hi in thure deficiūt. Imitādi igit̄ iſti magi ſunt. ꝛ ad radiū pietatis ex fide coꝝ adorem⁹ xp̄ꝫ cū vera fide ꝛ ope dilectiōis deuotōis ꝛ mortificatōis.

¶ In purificatione beate Marie:ꝛ de multiplici lumine. Capitulum.xxxiiij.

Paraſti ante faciem oīum ꝓploꝝ lumē Lu.ij. Q: ꝑm⁹ angelus ꝛ ꝑm⁹ hō lumē gr̄e amiſerunt ꝓpter ſupbiā ſuā lumē volētes rapere diuine glīe ꝓpſiim⁹ de⁹ hoīem q in tenebris ſedebat hui⁹ mūdi:ꝛ lumē celi videre nō poterat. vt dixit Tobias raphaeli angelo Tob. v. decernes illuminare ꝛ viā ducentē ad lumē glorie v̄bo ꝛ exēplo oſtendere: lumē v̄bum ſcꝫ diuinū de lumine p̄re genitū: miſit in mundū obumbratū:ꝛ quaſi humiliatū carne humana ſm̄ illud qō ꝓmiſerat ꝑ Ezechielē ꝓphām dicētē. Solē nube tegā illud deitatē v̄bū nube humanitatis. Qui ꝛ humilitatē docuit dicēs. Diſcedite a me quia mitis ſum ꝛ humilis corde Mat.xi. Et hodie facto in ſe oſtendit. Nā in tēplo eſt p̄ſentatus ipſe q ſuos electos facit ſibi tēplū. Quinqꝫ ſiclis tanq̄ȝ ſeruus eſt redēptus q dn̄s extat vniuerſoꝝ ꝓ eo ſacrificiū eſt oblatū vt pctōꝝ expiādus oblatiōe. qui cūctoꝝ pctā purgauit a mr̄e virgine vt paruulus: ꝛ infirmus eſt deportatus. q īmēſus oīa portat ꝛ ſuſtentat v̄bo v̄tutis ſue. Vn̄ ꝛ.b. Amb. in ſermo. Offer beata maria virgo tanq̄ȝ legē obſeruās in tēplo quē edidiſti. vt nō omnib⁹ ſed paucis reuelet̄. Quis ē quē genuiſti. O q̄ȝ paruus. O q̄ȝ magnus eſt quē genuiſti: paruus in humanitate:magnus in diuinitate:paruus in regno iudeoꝝ magn⁹ in regno gētiū. Quis putas nobis poſſet indicare inter hmōi obſeqa ai tui ſenſum cū hic cerneres ex te natū tātillū infantē illinc attēderes deū imēſum:hinc creatuꝫ: illinc creatorē. hinc infirmū: illinc fortiſſimum. hinc alēdū. illinc alētē. hinc nō loquētē : illinc angelos docētē. Quis inquā tui pectoris archana reuelare valeat. qb⁹ modis cogitatuꝫ ad vtraqꝫ flectebas cū vnū eundēqꝫ dei atqꝫ hoīs filiū cū manib⁹ tenēs hinc adorares vt dominum. illinc oſcularer is vt paruulū. Quis ad tā

ineffabile miraculum non obſtupeſcat. qs non
pene elinguis fiat. Tenet puella ſuum ⁊ omni
um creatorem. Nutrit ſuum ⁊ omnium nutri
torem portat ad templum ſuum ⁊ omnium re
ctorem. O admirandum ſpectaculum ad qđ
non ſolum humana verumetiam angelica ſtu
peſcit natura. Hec ille. Lumen igitur ante faci
em omnium paratum ad producendum ad lu
men glorie eſt humilitas vera. ſm illud. Hu
milem ſpiritu ſuſcipit gloria. ⁊ ideo bene dici
tur paraſti ante faciem omnium populoꝝ lu
De tri- mē. Ubi notādū triplex lumē nob paratū hodie.
plici lu- ¶ Lumen ſolare prolis generoſe.
mine ¶ Lumen lunare virginis fecundoſe.
nob pa- ¶ Lumen ſiderale ſenectutis virtuoſe.
rato. ¶ Et ſic proponitur lumen ante faciem omni
um prime medie ⁊ vltime etatis. Nam pueris
proponitur puer ieſus oblatus: iuuenibus vir
go iuuencula offerens: ſenibus antiquis dierꝫ
ſymeon oblatum ſuſcipiens: quolibet tamē ho
rum omnes habet illuminare mentes.

¶ Primo igit̄ lu- .§.i.

men ſolare ſeu ſolis eſt ieſus: non quidem ſo-
lis materialis: ſed ſolis ſpiritualis de quo Ma
lac. iiij. Uobis timentibus nomē domini orie
tur ſol iuſtitie. Sol iuſtitie chriſtus deus noſter.
canit eccleſia. Lumen iſtius: ſcilicet ſolis para
tum vtiqꝫ eſt ante faciem omnium populoꝝ.
Xp̄s Sicut autem ſol materialis habet inter ceteras
aſſilat triplicem proprietatē: ita ⁊ ſol ſpiritualis xp̄s
lumini deus noſter ſpiritualiter erga nos homines.
ſolari ¶ Prima habet enim in radio illuminationē.
ꝑꝑ tria ¶ Secunda tenet in medio ſituationem.
¶ Tertia exhibet in ſinu calefactionem.
¶ Dicit. n. Eccli. xlij. Sol illumināſ ꝑ oia re-
ſpexit; ⁊ glīa dñi plenū eſt opus eius. Cū. n. de
mane orit̄ extēdit radios ſuos ꝗſcūq̄ ab orien
te vſqꝫ ad occidētē ⁊ cūcta illuminat. Sic ſol iu
ſtitie xp̄s erat lux vera que illuminat oēm ho-
minē venīētē in hūc mūdū Jo. j. lumine fidei
⁊ grē ſue. Et hoc qꝛ nullus aliūde illuminatur
vel illuminari pōt niſi ab eo. ⁊ ſic eſt ibi diſtri-
butio accōmoda. ibi oēm. vt de illuminatis in-
telligat̄. Nā etſi multi fuerint vel ſint ꝓbi ma-
gni in ſcia ⁊ morib᷒. nullus vnqꝫ habuit verū
lumē dei: lumē fidei: lumē grē niſi in xp̄o ⁊ ꝑ
xp̄m. Ap̄ls ad Ro. Iuſtificati grā ipſius ex fide
Et hoc nō ex nobis donū enim dei eſt. Proceſ-
ſum aūt iſtius illuminationis. ſ. mūdi in ſuo or
tu. ſol iſte oñdit. Nā ꝑmo illuminati ſunt paſto
res ad eū cognoſcēdū. deinde magi. demū ho
die ſenes ſymeon ⁊ anna acceperūt ad ſignifi-
candū. vt dicit. b. Tho. ſu. iij. pte. q. xxxvj. qꝙ
ſol iſte xp̄s illuminauerit ꝑplm iudeorum. de
quo ꝑpl's fuerūt paſtores qb᷒ angelus apparēs
cū magna claritate manifeſtauit natū mundi
ſaluatorē xp̄m in bethleē. Quo ſtatim eunies
cognouerūt de vbo hoc qꝙ dictū fuerat illis. pri
mi. n. ꝯuerſi ad fidē ⁊ gratiā xp̄i fuerūt ap̄li et
alij diſcipuli. Et poſt aduētū ſpiritusſancti mul
ta milia ꝑdicatiōe ap̄loꝝ q̄ cōiter fuerant ſim-
plices hoies. nō ſcribe aut phariſei aut princi-
pes ſacerdotū quoꝝ pauciſſimi ꝯuerſi ſunt. Ju
deis aūt reliqs ꝑmanētib᷒ in ꝑfidia ⁊ ꝑſequē-
tibus ap̄los ⁊ oēs xp̄icolas. ap̄li trāſierunt ad
gētes. Uñ ap̄ls Pau. ⁊ Barnabas cū iudei cō
citaſſent ſeditionē ꝯtra eos vt expellerentur de
quodā loco dixerūt. Uobis oportebat ꝑmum
loq vbū dei: ſꝫ qm̄ illud repellitis ⁊ indignos
vos iudicatis eterne vite. Ecce ꝯuertimur ad
gentes Act. xiij. Que vtiqꝫ terraꝝ diſꝑſe ꝑdi-
cantibus eis diſcipulis chriſti ꝯuerſe ſunt ad
fidē quoꝝ ꝑmitie fuerunt magi gentiles. q die
natiuitatis. xiij. ad xp̄m natū ꝑuenientes. Pro
cidētes adorauerūt eū vt veꝝ deū. Et hi magi
magni erant in potentia. qꝛ reges. ⁊ in ſapien-
tia qꝛ aſtrolgi: q̄m nō ſolū ſimplices ⁊ plebeiꝭ
ſed magni principes ⁊ reges ⁊ imꝑatores: ac-
ꝓbi gētiliū ꝯuerſi ſūt ad fidē ⁊ illuminati grā
chriſti. Demū circa fidē mūdi mortuo antixp̄o
quē iudei recipiēt in ſuū meſſiā vidētes ſe er-
raſſe ⁊ in cecitate fuiſſe ꝯuertent̄ ad xp̄m ⁊ illu
minabunt̄ fide ⁊ grā eius ſm qđ ꝑdixit ꝓs. dī
cens. Cōuertent̄ ad veſperā. ſ. mūdi finem. Et
Eſa. qđ allegat ap̄ls ad Ro. ſi fuerit numerus
filioꝝ iſrael quaſi arena maris relique ſalue fi-
ent. ſ. q in fine erunt mūdi ꝯuerſi ad chriſtum.
Et hi ſignificant̄ in iſtis antiqs ſymeone ⁊ an-
na q hodie illuminati ſunt ad cognoſcendum
paruulū ieſum eē chriſtum. Illuminat etiā ſol
iſte chriſtus oēm hoiem mūdi vel quantum in
ſe ē. Nam oib᷒ ꝓponit mādata ſua oib᷒ notaꝫ
fecit fidē ſuā: qꝛ in oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ
oib᷒ ſe ꝑparantib᷒ ⁊ facientib᷒ qđ in ſe eſt: para
tus eſt dare lumē grē ſue. Sꝫ qꝙ pauci illuminē-
tur grā eius. hoc eſt ex defectu hoīum ponenti-
um diuerſa obſtacula peccatoꝝ. Sic etiā radi᷒
ſolaris vbiqꝫ illuminat. ſꝫ ſi claudis feneſtras
⁊ oia ſpiracula domus vtiqꝫ nō eā illumina-
bit: ſed tenebroſa manebit. ⁊ hoc eſt ex defectu
tuo q claudis aditus eius. nō ex defectu ſolis.
Paraſti igit̄ ante faciē oium ꝑploꝝ lumē: ⁊ iđ
aperi potētias aie que ſunt feneſtre ⁊ porte ei᷒
⁊ illuminaberis. Ap̄ls. Surge a mortuis ⁊ illu
minabit tibi xp̄s. ¶ Scđo ſol materialis hꝫ ſi-
tū ſuū in medio. ſ. planetaꝝ. Nā vt dicūt nā-
les infra ſe hꝫ tres planetas. ſ. lunā: mercuriū:
⁊ venerē. Supra ſe hꝫ alios tres. ſ. martē: iouē:
⁊ ſaturnū. cūctos tñ illūinat. ſic ſol iuſtitie xp̄s
mediator ē dei ⁊ hoīum. vt ait ap̄ls ſupra ſe ha
bens tres hierarchias angeloꝝ. infra eos enim

eſt rōnē mortalitatis aſſumpte quā ipſi nō hn̄t
nā gl̄ie gloria ſuper oēs eſt. infra ſe hʒ tres ſta
tus eccleſie. ſ. ɔiugatos ɔtinentes ⁊ virgineos:
qui longe ſunt infra ſe meritis ⁊ pfectione vir,
tutū. Oēs tn̄ illuminant gr̄a ſua. qui ſcʒ in ce,
lo manēt. i. ɔuerſatione celeſti bonoꝝ moꝝ ſm̄
illud apli ad Philip. iij. Noſtra ɔuerſatio i ce,
lis eſt. Qui aūt ſunt extra hos ſtatus vt inconti
nentes a xp̄o nō illuminant. Sicut aūt medi,
um participat de extremis: ita ⁊ extrema de me
dio: participat xp̄s cū angelis ſūmā puritatē ⁊
cū hoībus participauit penalitatem quam in
ſuo ortu inchoauit. vn̄ dicit pmā vocē emiſi ſi,
milē alijs oīs plorās ⁊ nos igit debem⁹ par,
ticipare de ɔditionibus eius vt auſteritates ſu
mamus penitētie a pueritia incipiēdo. Nam
Quo ſemel eſt imbuta recēs ſeruabit odorem
teſta diu ac inocētiā ⁊ puritatē ad tēplū ducē,
do pueros ad diuina: ſicut ⁊ xp̄s hodie ad tem
plū eſt ductus. ¶ Tertio ſol generat calorē. nō
ꝙ ipſe ſit calidus vel frigidus: qꝛ his qualitati
bus eſt alienus: ſed radio reuerberādo terram
inde ex illa reuerberatione generat calor in ter
ra ⁊ aere vicino. Vn̄ dixerūt filij iſrael. j. Reg.
xj. Cū incaluerit ſol: erit vobis ſalus. Sic iſte
ſol iuſtitie xp̄s hodie in tēplo pſentatus caleſe
cit ſenes illos ſymeonē ⁊ annā amore diuino:
vt amplexaret pueꝝ ⁊ i pace iā peteret dimitti
⁊ reſolui a vinculis corporis. Qd̄ ⁊ pnunciās
malachias ait. c. iij. Statim veniet ad tēplum
ſanctū ſuū dn̄ator quē vos queritis ⁊ angelus
teſtamenti quem vos vultis. Et quis ſtabit ad
videndum eum. Ipſe enim quaſi ignis ɔflās
ſcilicet omnes qui ad eum appropinquant.

¶ Secundum lu[illegible] §. ij.

M. d̄ lumina re min⁹ quare ⁊ quō

men eſt lunare. ſ. lune. fecit. n. deus luminare
minus vt pēeſſet nocti. ſ. lunā Gen̄. j. Hec eſt ſpi
ritualiter. b. maria de qua d̄ Can̄. v. Iſta pgre,
ditur vt aurora ɔſurgēs: pulchra vt luna illu,
minās viatores q ſunt in nocte hui⁹ mūdi te,
nebroſi. Et vt refert. b. Aug. ſup pſ. Alij dicūt
lunā a ſe hr̄e lumē ſuū. alij vero nō a ſe ſʒ a ſole
Et hinc eſt ꝙ cū ſol reſpicit eā ex directo ex his
ſcilicet in occaſu: ⁊ ipſa in oriente apparet ple,
na tota luminoſa. Sed cum non ita directe ap,
paret nō tota ſʒ corniculata. Iſta igitur luna lu
men ſuum gratie vtriqʒ a ſole iuſtitie recepit: vt
ipſa ait Lu. j. Fecit mihi magna q po. ē. ⁊. ſ. n.
eius. Et quia vicinior eſt nobis luna ꝙ̄ alij pla
nete. ideo magis ⁊ ſenſibilius in iſtis inferio,
ribus influit ⁊ opat: ſicut appet in infirmis gra
uiter in ſumēdis medicinis: in arborib⁹ inci,
dendis ⁊ huiuſmodi: ſic iſta luna virginalis
plus in nobis influit ⁊ operatur merito ⁊ vite
ſue exēplo ꝙ̄ alij ſancti. Sed pcipue in tribus.

¶ In actu obedientie.
¶ In opere beneficentie.
¶ In facto reuerentie.
¶ Quātū ad obediētiā multū ad hoc inducit
exēplū ſuū hodie. Nā cū eēt a deo mādatū in le
ge ꝙ pariēs maſculū in capite. xl. die x: accede,
ret ad tēplū ad offerēdū ſacrificiū purificatiōis
que vʒ mulier ɔcepiſſet ex viro. vt pʒ Leuit. xij.
Cū ergo btā maria nō ex virili ſemine ſʒ myſti,
co ſpiramine. i. ope ſpiritusſancti ɔcepit xp̄m
nō erat obligata tali pcepto legis obedire. Et
tn̄ vt exēplū obediētie nobis daret: obſeruare
ad plenū voluit. Quāto. n. qs maior eſt auctori
tate ⁊ melior in ſanctitate: tāto magis debʒ le,
ges iuſtas ſeruare. etſi eēt exēptus ppter exem
plū alioꝝ. Vn̄ Iſid. di. ix. Iuſtū eſt principē ob,
tēperare legibus ſuis. tūc. n. ab oīb⁹ exiſtimet
leges ſuas ſeruādas: qn̄ primus eis reuerētiā
pbet. ſ. ſuādo. Et lʒ hoc mulieres cōiter adhuc
obſeruēt. vt. ſ. poſt. lx. dies a partu maris vel fe,
mine ab acceſſu eccle abſtineāt. nō qꝛ in lege
moyſaica cerimoniale mādatū: cū hoc eēt iu,
daizare ⁊ mortifer: ſʒ pp humilitatē: qꝛ i pctō
ɔcepit. ⁊ vt gr̄as agat de filio ſibi dato ⁊ euaſio
ne piculi. tn̄ ſi q̄ nō ex arrogātia ſʒ humilr acce
dit ad eccliam poſt partū ꝙ̄citi⁹ nō peccat. Vn̄
b. Greg. di. v. ait. Si mulier eadē hora q̄ genue
rit gr̄as deo actura intrare eccliaʒ voluerit nul
lo pctī pōdere grauat. ſi ēt ſuare vult morē eccle
ſue in differēdo. xl. dieb⁹ nō offendit. ex̄ de pu.
poſt partū. c. j. Scd̄o illuſtr⁹ hui⁹ lune v̄ginalis
p exēplū ſuū i iferiora ē opus būficētie. nā bo,
nū ꝙ habebat ſūmū filiū ſuū ad horā cōicauit
ſymeoni i vlnis ſuis, put deſiderauit. Inſup cū
nō agnū i ſacrificiū obtuliſſet: ſʒ par turturꝫ aut
duos pullos colūbaꝝ. qd̄ erat ſacrificiū paupe
rū q nō habebāt ad emēdū agnū cū paucis die
bus añ magi adorātes paruulū obtuliſſent et
auꝝ ⁊ nō modicū: qꝛ diuites ⁊ reges erāt: nec
decebat magnos pua donare. poſſet merito qs
admirari ⁊ q̄rere qd de illo auro feciſſet. Sʒ re
ſpōdet. b. Ber. ꝙ qꝛ liberalis erat ⁊ miſericors
bn̄faciēs oīb⁹ ꝙ̄citi⁹ illō paupib⁹ p ioſeph ero,
gauit: paꝝ ⁊ nihil ſibi reſuās: i q̄ ipaʒ debem⁹
imitari: tpalia ⁊ ſpūalia nr̄a alijs cōicādo pri,
mis vt hortat pnceps aploꝝ i epla ſua dicens.
vnus ſq ſqʒ put accepit graʒ i alterutꝝ illā admi
niſtrātes. ⁊ Pau. ad Heb. xiij. būficiētie ⁊ cōio,
nis nolite obliuiſci. Reuerēs qꝛ fuit tēplo eius
miſtris ad ipʒ tpe debito accedēs ⁊ ſacerdotib⁹
ēt mal̄ ſe pſtabat. ⁊ ꝙ lex ipauerat vota ⁊ ſacri
ficiū offerebat eiſdē. Intelligēs miſtros eccleſie
⁊ ſi mali ſint: nō eē ɔtēnēdos i ſacris ⁊ officijs
eoꝝ. Spūalis. n. v̄tus ſacri inqt. b. Aug. vt lux
puriſſima ab illuminādis excipitur: ⁊ per im,
mundos trāſiēs nō coinqnat. j. q. j. ſi fuerit.

M. qd fecerit de auro ſibi ob,lato

Tertium eſt .§.iij.

ꝺ lumie ſtellari. ⁊ q̃ ſcti aſſimilãle. tur v'l di canſ ſtelle q̃re ⁊ q̃do.

lumen ſtellare. ⁊ iſtud eſt ꝯuerſatio ſcti ſenis ſymeonis. Scti eniꝫ viri in ſcripturis dicunſ ſtelle. Vñ. Eccl. xliij. Spẽs celi gloria ſtellarum .i. pulchritudo eccleſie eſt ex clara conuerſatione ſctõruꝫ. Et .j. Cor. xv Stella differt a ſtella in claritate .i. ſanctus a ſctõ in merito premio. Parauit igiſ dñs ⁊ aliud lumen ante faciem oium pplorũ .ſ. ſctm̃ ſymeonem. vt ſi propter lippitudinem oculoꝝ noſtrorum aſpicere nõ poſſum⁹ ſn ſolis ⁊ lune lumẽ eoꝝ perfectionem imitando. vel ſaltẽ ad iſtum ſctm̃ ſenem attendamus lumen ꝯuerſationis eius ſequendo. Ex ipſo .n. triplex ſplendor emanat ꝑut de eo ſacer euãgeliſta enarrat. Ecce homo erat in hierl'em cui nomen Symeon vir iuſtus ⁊ timoratus expectãs redemptionẽ iſrael. Ubi tria de eo notanſ .ſ. q̃

¶ Iuſtitiã exercebat ad proximum. q: iuſtus.

¶ Timorem tenebat ad ſeipm̃. q: timoratus.

¶ Fiduciã habebat ad deum. q: expect. is ⁊c.

¶ Iuſtitia ꝑprie eſt ad alterum ⁊ ad ꝑximũ. Et (vt ait ſapiens) mirabiles ſplẽdores ſunt in ea. Neq3 heſperus neq3 lucifer eſt ita clarus. ⁊ iuſtitiaꝫ quidẽ diſtributiuã exercere tenenſ rectores. ſm illud Sap. j. Diligite iuſtitiam qui iudicatis terraꝫ: vt honores diſtribuanſ ⁊ officia ⁊ beneficia ſm merita hoium. nõ ſm acceptionẽ ꝑſonarum .i. reſpectu parentele vel amicicie. Pene ⁊ ſupplicia inferanſ malis ſm qualitateꝫ culparum: non ſm ꝑces ⁊ munera. Iuſtitiaꝫ cõmutatiuam exercere debẽt hoies in contractibus: vt emendo: vendendo locando mutando ⁊ hmõi. ita vt nulli fiat iniuria: dolus vel fraus in cõuerſando. Non offendaſ ꝑximus per contumelias: detractiones: vſurpationes: rixas ⁊ hmõi. Iuſte iudica ꝑximo tuo. ait dñs. ſꝫ vt ait ps. Mendaces filij hoium in ſtateris iudicioꝝ ⁊ cõmutationũ: vt decipiant ipſi de vanitate .i. falſitate ꝑcedens in idipm̃: ipſi incidunt vt decipianſ. Iuſtus erat iſte ſymeon ad oẽm ꝑximũ ſuum. Timor cuſtodit hominem in ſeipſo. Nã per timorem domini vnuſquiſq3 declinat a malo. ait ſapiens. Et niſi tenueris te inſtanter in timore domini. cito ſubuerteſ domus tua. ſcꝫ ꝯſcieñ in peccata ruẽdo. Quis nõ timebit o rex gentium ait hier. ſ. conſiderando potentiã tuã: memorãdo iudicia tua quibus mundũ diſponis punitiões. flagella que in pctõres immittis. Debet tamẽ amor iſte eſſe filialis: non ſeruilis. quo caueſ ne deus offendatur: ne virtus amittaſ. Nam vt ait Oratius. Oderũt peccare boni ꝟtus amore. Oderũt peccare mali formidine pene. Talis erat timor huius ſcti ſymeonis. Cuius ratio eſt: q: vt dicit euãgel. ſpũſſanctus erat in eo. Timor vero ſuilis nõ eſt cuꝫ ſpũſctõ ſed ſolũ timor filialis. ¶ Fiduciaꝫ opꝫ habere ad deũ. Hiere. xvij. Bñdictus vir qui ꝯfidit in dño: erit dñs fiducia eius ⁊ erit tanq̃ lignũ qḋ ad humorẽ mittit radices. Cõfidere dꝫ q̃libꝫ in dño q̃ non deficiat ei in neceſſarijs ſaluti aie. nec etiã in neceſſarijs corpis: ſi expediet ſaluti aie eius. Qḋ enim multis deficiãt neceſſaria vite corporalis ħ ideo eſt: q: non hñt fiduciam in dño vt debent. vel q: non expedit ſaluti aie. qḋ etſi nõ intelligimus q: īfirmi. ipſe tñ cognoſcit q: medicus ſapientiſſimus ⁊ piiſſimus. ¶ Fiduciaꝫ hře debemus in ꝟbis dñi: q: fidelis dominus in oibus verbis ſuis. ait ps. Omnia ꝑmiſſa adimplẽs ꝑmiſerat deus per ꝓphetas ſuos miſſurum filiũ ſuum qui mundũ de ſeruitute diabolica liberaret. Qḋ intelligẽtes ſcti viri multum anxie expectabant hmõi ꝯſolationeꝫ futuram inter quos fuit iſte ſanctus Symeon. Unde vt dicit beat⁹ Amb. dicebat quotidie in orationib⁹ ſuis putas ne videbo: putas ne durabo? O ſi me inueniat hic illius natiuitas per quẽ oculi cordis reuelabunſ: feliceꝫ me eſtimabo: nec vltra viuere mihi cure eſt illo viſo. quẽ expecto ad mei ⁊ ꝑpli conſolationẽ. Frequẽter vt imaginari põt corde ⁊ ore dicebat. Mitte illam ſcilicet diuinam ſapiẽtiam de celis ſanctis tuis ⁊ de ſede magnitudinis tue. vt mecũ ſit .ſ. incarnata ſapiẽtia: ⁊ mecũ laboret. Eſtuans ergo hoc deſiderio rñſum accepit a ſpũſancto reuelante non viſurũ ſe mortẽ niſi prius videret xp̃m domini. vt dicit euãgeliſta. Et in hoc fiduciam hñs ⁊ nil dubitans: ſed expectãs ꝯſolationem: non ſolũ ſuã: ſed ꝑpli ſui ⁊ honorẽ diuini cultus dilatandi: cũ inducerẽt ꝑuerũ Jeſuꝫ parentes eius in tẽplũ .ſ. porticib⁹ tẽpli ꝟgo beatiſſima in vlnis cũ geſtans cognouit in ſpũ q̃ ħ iſans erat qui expectabaſ ad ꝯſolãdũ ⁊ ſaluãduꝫ genus humanũ. Et accepit cũ in vlnas ſuas a ꝟgine ſanctiſſima: eũ ei ad horã in mãib⁹ dimittẽdo. Qui repletus ſctõ feruore cãtare cepit. Nũc dimittis dñe ſeruuꝫ tuũ in pace: q: viderunt oculi mei ſalutare tuũ. Et nobis quoq3 ſi cũ iſto Symeone iuſtitiã habeamus timoreꝫ ⁊ reuerentiã dabiſ xp̃s etiã manib⁹ operũ non ſolũ in ore per ꝟbũ. In cui⁹ per repñtationẽ daſtur hodie fidelibus cunctis candele bñdicte ac cenſe. Cãdela hmõi ſigñt xp̃ꝫ in quo eſt cera carnis ſine cõmixtiõe genita: ſicẽ ⁊ apis ꝑducit cerã faciẽs: ⁊ lychnũ album: ⁊ leue aie puriſſime ab oi pcti onere libẽ. eſt ⁊ ignis deitatis de⁹ nr̃ ignis ꝯſumẽs ẽ ait moyſes. Deute. iiij. Cũ igiſ xp̃i fidẽ hẽm⁹ ĩ mãib⁹ opeꝝ ſm illã ꝯuerſando vere xp̃m tenemus ⁊ cũ Symeone dicere poterimus. Nunc dimittis dñe ſeruum tuuꝫ in pace: mundũ deſerendo. quia paraſti ante faciem oium populorũ lumen glorie poſt gratiam.

¶ In purificatione

¶ In purificatione btẽ Marie. Sermo alius de rõne numeri variatione purificationis: ⁊ de interpretatione nominis. Caplm.xxxiiij.

Impleti ſunt dies purgationis Marie Luce.ij. Dicit Iñõ.diſ.ix. Iuſtũ principẽ obtẽperare legibus ſuis. Tunc enim iura ſua ab oĩbus obſeruanda exiſtimet qñ primus ipſe eis reuerentiã prebet.ſ.obſeruando in ſe. Decretalis etiã dicit pro quo quis iure vtitur in alterũ ipſe eodem debet vti. Cum ſapientis dicat auctoritas. Patere legez quã tuipſe tuleris. extra de pſti. Cũ oẽs. Sicut egit Saul cũ eſſet rex ⁊ bonus occidere volens filiuz Ionathan. q: trãſgreſſus fuerat mãdatum ſuum factuz ſub pena mortis.j.Reg.xiiij. Sic ⁊ Caleuchus paganus qui cũ ſtatuiſſet legẽ vt adulteriuz cõmittẽs oculis priuaref deprehẽſuz filiũ cuz ppl's pro eo rogaret vt ſibi parceret a dicta pena. ⁊ pplm in parte exaudiuit: ⁊ legẽ ſeruauit: vnũ oculũ eruens filio: alterũ ſibi. Non ſic impij non ſic: ſcz agunt: ſed tanq̃ puluis leuis quez pijcit vẽtus a facie terre: ita vento elationis vel paſſionis: vel precũ alterius hincinde mouenť a ſtabilitate legũ ↄtra eas agẽtes: xps aũt q: legem venerat non ſoluere ſed implere. vt ipſe ait Math.v. legem quã ipſe deus ſtatuerat in veteri lege de purificatiõe mulieris poſt partuz voluit: ⁊ in ſe preſentato in templo ⁊ in matre ſe purificãte adimplere. De qua dicitur impleti ſunt ⁊c. Ubi tria nota.

Deſmi natiõis h⁹ nũeri triplex rõ

¶ Determinatiõis nũeri rõ. Impleti ſũt dies.
¶ Purificationis variatio. purgationis.
¶ Nominis poſiti interpretatio. Marie.

¶ Et primum eſt ratio quare ille numerus.ſ.xl.dierũ determinat⁹ fuit inſtitutus ad purificationem parientis maſculuz. ſicut enim fuit mãdatũ in lege Leui.xij. q: mulier que ex viro pepiſſet maſculũ in capite.xl.dierũ: accederet ad templũ: deferẽs filiũ ad offerẽduz ſacrificium purificatiõis pro ſe ⁊ filio: numerũ aũt iſtum nõ expreſſit euãgeliſta q: retulit ſe ad legẽ quã allegat. Aſſignaf aũtẽ triplex rõ determinatiõis huius numeri.ſcz. §.i.

¶ Hiſtorica.
¶ Tropologica.
¶ Allegorica.

¶ Ratio ergo hĩſalis eſt q: aĩa infundiť corpori in capite.xl.dierũ a pma ſui ↄceptione quoad maſculos: ⁊ in filiis diebus.xl. paulatim organizaf corpus p oĩa ſua lineamẽta ⁊ ipo corpore pfecto infundiť aĩa tunc de nouo: ⁊ de nihilo.i.nõ ex aliquo preexiſtenti creata: ſicut primo pficitur domus: ⁊ poſtea inhabitaf. Quia ergo tũc cum infundiť aĩa. inficiť immediate ⁊ maculaf peccato originali pp̃ter ↄiunctionez ad corpus ↄceptũ in carnali ↄcupiſcentia cõueniens fuit q: ſicut.xl.die a pma natiuitate.i.cõceptiõe in vtero aĩa ingrediens corpus vt templũ mãle inficiť. ita.xl.die a natiuitate ſcdã.i.ex vtero ĩ tẽplũ mãle ingrediẽs expiaref. magis ſcificaretur ſacrificiis illis: Quis per circũciſionem hebreis purgaref originale: ſicut ⁊ baptizati: ⁊ ſi per baptiſmũ a peccatis mundenť omnino tñ ⁊ poſtea inũgunť in vertice ad maiorez ſanctificationẽ. ¶ Scda rõ eſt tropologica ſeu moralis. Significaf eñi per hoc q: ſicut puer introducebaf in tẽplũ materiale dei in capite.xl. dierũ. ab ingreſſu in mundũ manifeſte. ita aĩa ĩgreditur tẽplũ ſpirituale eccle militãtis. ⁊ poſtea triũphantis. De quo ps. Adorabo ad templum ſcm tuũ in timore tuo. Et itez. In templo eius oẽs dicent gloriã poſt.xl. dies ſpirituales Hic eniz numerus reſultat ex quatuor denariis numeris. Decẽ enĩ ducta per quatuor faciũt xl. ⁊ numerus denarius ſignificat decalogum quaternarius q̃tuor euangelia. Poſt obſeruantiam igitur decem preceptorũ cũ fide viua quatuor euangeliorũ ingreditur qs ⁊ reperif ĩ templo eccleſie militãtis xpo incorporatus ⁊ nõ ante: ⁊ poſtea in tẽplo glorie triũphantis. Math. xix. Si vis ad vitã ingredi ſerua mãdata dei: vt nec vnũ deficiat. q: qui totã legẽ ſeruauerit: offendat aũt in vno: factus eſt oĩum reus. Iaco. ij. Illud ſolũ eſt ſufficiens ad dãnationem: ⁊ excludẽdum eũ de tẽplo eccleſie. Ita diẽ bea. Hiero. de pe. di.j. eccleſia. Qui eſt aliqua ſorde peccati pollutus de eccleſia dici nõ pôt. ¶ Tertia ratio eſt allegorica vz q: ſicut.xl. generatiõe ab Abraã in genealogia quã deſcribit Matheus in principio ſui euangelij dei filius intrauit in vterum virginis tẽplum virginale. de quo canit eccleſia. Tẽplum dñi ſacrariũ ſpũſancti. ita xl. die voluit ĩduci hodie in tẽplum dñi materiale figuratiuum virginalis. ⁊ vt etiã oñdaf q: pueri cito debẽt ad templum eccleſiaꝝ duci: vt ſe aſſueſaciant deuotioni ⁊ cultui fidelis.

¶ Secundo ſciẽdum in eo qđ dr purgationis: q: multiplex eſt purgatio aliqua licita. aliqua illicita. §.ij.

¶ Purgatio vulgaris.
¶ Purgatio legalis.
¶ Purgatio ſpiritualis.

De purgatiõe multiplici ⁊c.

¶ Purgatio vulgaris dicitur cum quis ſuſpectus eſt de aliquo crimine vult probare innocẽtiam ſuam per aliqđ experimentũ. non ſm naturam neq3 ſm catholicam ſcripturã. ſed p modum ſuperſtitioſum puta cũ qs infamaf de homicidio vel adulterio vel furto ppetrato: offert

ſe ad oſtẽdendã innocẽtiã ſuã tangere ferrum
ignitũ: vel bibere aquã feruentem ſine leſione:
vel qui ſuſcipit ſponte duellũ ⁊ hmõi. Hec oĩno
eſt ꝓhibita. q: ptinet ad vitiũ tentandi deũ cuʒ
querat effectũ miraculoſuʒ in ea re que ƀʒ iura
aliter ꝓbari poſſit ⁊ dʒ: ia iẽs ↄtra illud pceptũ
Non tentabis dñm deũ tuũ. Hoc ergo ꝓhibet
a iure canonico. vt habet. ij. q. iiij. per totũ. ⁊ ex/
tra de purgatiõe vulgari per totũ. Unde legit
de Henrico imperatore ꝙ qui vxorẽ ſuã ſanctã
mulierẽ ſuſpectã habuit de adulterio cum quo
dam milite. voluit hanc purgationẽ facere. ita
vt nudis pedibus ſup ignitos vomeres incede
ret. iõ in morte anxiatus ⁊ punitus eſt. ¶ Pur
gatio legalis eſt que in lege mandat. Et in lege
quidem canonica inducit cũ ſcʒ quis clericus
infamat de aliquo crimine apud pſonas gra/
ues. ⁊ non ab inimicis ⁊ leuibus perſonis: nec
ſufficienter ꝓbatur crimẽ: ſed ſemiplene: tunc
inducit ei purgatio. vt ſcʒ ipſe iuret ſe innocen
tem in illo crimine: ⁊ alij cõpurgatores pſone
honeſte iurẽt credere ſe illũ verꝫ dicere. Quot
debeat eſſe numerus cõpurgatorꝫ arbitrio iu/
dicis relinquit. vt habet. ij. q. iiij. in glo. ſumma
ria. In lege aũt veteri quoad mulierem partu/
rientem maſculũ. vt de alijs nunc taceamus ſic
fiebat: q: vt dictum eſt. mulier que ↄcepto fetu
maſculũ peperiſſet in ſuo populo iudeorꝫ in ca
pite. xl. dierꝫ pergens ad templũ offerebat ſacri
ficium aialis. ⁊ per illud dicebat purificari ſcili
cet ab illa irregularitate in partu ↄtracta: qua ꝓ
hibebat vt immũda ad tẽplum accederet. Et ſʒ
beata maria nõ ad illud teneret: q: non ex viro
conceperat: ſed ex ore ſpũſancti. tñ ad danduʒ
nobis exẽplũ humilitatis: voluit purificari vt
cetere mulieres. Unde bea. Ber. Uere btã ma/
ria opus non habes purificatiõe: ſed nũqd fili/
us tuus egebat circũciſiõe. eſto ergo ⁊ tu ſicut
vna ex mulieribus ſicut ⁊ ipſe eſt vnus ex illis
paruulis. ¶ Tertia purgatio eſt ſpũalis ⁊ iſta
neceſſaria ẽ nobis vt aĩa ſit purgata a vitijs nõ
ſolum operũ exteriorꝫ: ſed etiã interiorꝫ cogita/
tionũ ⁊ affectionũ. Iaco. iiij. Emũdate manus
peccatores ⁊ purificate corda vr̃a duplices aĩo
Prouer. xxv. Aufer rubiginẽ de argẽto ⁊ egre
dietur vas puriſſimũ. Rubigo eſt pctm̃ vt dicit
bea. Tho. ij. ij. Pura dr̃ aliqua res quãdo nõ ẽ
mixta ſeu ↄiuncta cũ alia re ſe ignobiliori ⁊ im
perfectiori. Sicut vinũ dr̃ impurũ cũ miſcetur
aqua: aurũ cũ miſcet argento. ſed cũ miſcet cuʒ
re precioſiori nõ dicit impurũ ſed magis purꝫ
ſicut ſi miſceat vinum cum maluatico: nõ dici/
tur vinũ impurꝫ: ſed maluaticũ impurũ. Si in
cludatur lapis precioſus in anulo aureo: nõ di
cetur aurum impurꝫ: ⁊ ſic de alijs. Ad propoſi/
tum oĩa terrena ſunt minus precioſa aĩa huma
na. q̃nimo ipſi celi: planete: ⁊ quecunqꝫ corpo/
ra virtutes gr̃a angeli: ⁊ multo magis ipſe de/
us: ſunt precioſiora ⁊ pfectiora aĩa. miſcet autẽ
aĩa ⁊ ↄiungit quodãmodo his per cogitationẽ
⁊ affectũ mentis. Cum ergo aĩa cogitatũ ſuum
⁊ affectũ inordinatũ ponit in his. tunc aĩa effi/
citur impura ⁊ immũda. Cum vero cogitat que
dei ſunt. ⁊ afficit ad ipſas virtutes ⁊ alia ſpiri/
tualia: tũc efficit purior ⁊ pfectior. Aufert ergo
rubiginem peccatorꝫ cogitationũ malarũ ⁊ af/
fectionũ: ⁊ erit aĩa tua vas puriſſimũ ↄtentiuũ
liquoris gr̃e diuine. Hanc ſumme habuit bea/
ta maria: q: ea puritate emicuit. vt ait Anſ. qua
maior ſub deo nequeat inueniri. Nũc ergo pur/
gationis impleti ſunt dies. i. gradus pfectiõis
non ſunt emũdati ab originali ⁊ fomite eius. ſi
cut ⁊ angeli dicuntur purgari ⁊c̃.

¶ Quantum ad .§. iij.

tertiũ ſciẽdũ ꝙ illud nomen maria vno modo
interpretat illuminatrix vt alia pro nũc dimit/
tamus. Unñ ei cãtamus. Solue vincla reis pfer
lumen cecis. Tripliciter aũt illuminat. Corpo/ M. tri/
raliter. Cauſaliter. Exẽplariter. ¶ Si quidem pl̃r nos
multos priuatos lumine corporali illuminauit illũinat
Legit de ea ꝙ cũ quidã pauperculus ⁊ deuotꝰ
virginis habitans iuxta domos iudeorꝫ rome
⁊ ſepe cãtaret de ea ad ↄfuſionẽ iudeorꝫ illõ offi
ciũ hodierni. Gabrielẽ archangelũ credimus
diuinitus affatum vterꝫ tuum de ſpirituſancto
credimus impregnatũ. erubeſcat infelix iudeꝰ
q̃ dicit xp̃m ex ſemine Ioſeph eẽ natũ. Ipſi iudei
hanc inſultationẽ nimis egre ferẽtes ꝓcurarũt
illum oculis priuari. Qui nihilominus ꝓpter
hoc viſu priuatus nõ omittebat illud decãtare
Et in hac die cũ hoc ageret: a virgine illumina
tus eſt: ⁊ viſum corporalẽ recepit. Idẽ patet de
alio qui cũ optaſſet ⁊ frequent a dño hoc poſtu Exẽplũ
laſſet videre ſemel virginẽ mariã cũ pluries in
officio legeret de ea q: clericus erat. Tota pul/
chra es ⁊ hmõi. ⁊ ſibi ab angelo fuiſſet intima/
tum ꝙ ſi videret eã ex nimio ſplendore eius ce
caret. Dixit ille ſe non curare de hoc dũmodo
eam videret. Cogitabat tñ ille caute vt cum ſi/
bi appareret: vnuʒ oculũ ſolum aperiret ad eã
videndũ. aliũ clauderet ne viſum eius amitte/
ret. Cum ergo ſemel ſibi orãti appareret ponẽs
manum ad vnũ oculũ ne aperiret. cum cepiſſet
alio aſpicere tãta claritate ⁊ ↄſolatiõe pfuſus ẽ
quod vt plenius aſpiceret remouẽs manũ ⁊ ali
um aperiret. Cecus ergo factus nõ eſt contriſta
tus pre dulcedine mentis quã exptus eſt: depre
catus eſt tñ virginẽ vt ſaltẽ ſibi vnũ reſtitueret
cuius auxilio victuʒ ſibi acqrere poſſet: q: ſcri
ptor erat. Sʒ btã virgo vt miſericordiſſima nõ
ſolum vnũ ſed ambos reſtituit ⁊ illuminauit.

¶ Scḋo illuminauit cauſaliter. ⁊ iſta eſt melior. Ex ipſa enī ortus eſt ſol iuſtitie xp̄s deus nr̄ qui illuminat oēm hoiem venientē in hūc mūdum. Jo. j. Ipſa tenebras hereſum abſtulit illuminando veritatem. vñ canit eccleſia. Gaude maria virgo cunctas hereſes ſola interemiſti i vniuerſo mundo. Prima hereſis de xp̄o eſt ꝙ non fuerit deus: vt dicūt falſi iudei ⁊ qdā heretici in quā inciderunt apoſtoli ⁊ oēs eius diſcipuli in paſſione. putātes fuiſſe purū hominem. Sola aūt virgo ſtabat iuxta crucē: ſtabat recta fide eius deitate. Aliqui heretici dixerūt cōtra humanitatē eius: aſſerētes eū nō verū hominē. Sed ⁊ hoc deſtruxit habēdo experiētiā certam de eius humanitate. docuit ⁊ illuminauit apoſtolos de multis myſterijs poſt aduētū ſpūſſancti qui poſtea mūdum illuminauerūt veritate fidei. Illuminat frequēter ꝓcurando reis lumen gratie: ⁊ iuſtis ↄſeruationē ⁊ augmentū eius. Illuminat exemplariter. eius enī vita inclyta ⁊ ↄuerſatio cūctas illuſtrat eccleſias (canit eccl'ia) vñ ⁊ hodie dantur cādele bn̄dicte accēſe in manibus fideliū. Candela tñ hmōi ſignificat virginem mariā: q: ſicut in cādela eſt cera mollis et ductilis ſignificans humilitatē: ⁊ lychnum album ſignificās puritatē ⁊ lumē ardens inuēs charitatē. ita ipſa in ſummo habuit iſta pfectiſſime: in qbus eam debemus imitari in operibus nr̄is. Et iō in manibus datur que opera deſignat. Non ergo ſufficit eam in capſa memoriam habere. ſicut fit cōmuniter recordādo de ſanctitate eius ⁊ laudando mirabilia eius. Sꝫ opꝫ in manibus operum tenere imitando ⁊c̄.

¶ De purificatione: ⁊ quomodo quis debeat ſe offerre deo quantum ad principium medium ⁊ finem.

Capitulum. xxxv.

Tulerunt euꝫ in hieruſalē vt ſiſterēt eū dn̄o. Luc. ij. Propheta Dauid loquendo de ſacrificio qḋ qlibet dꝫ facere de ſeipſo deo: oñſo in oblatiōe facta in hac die purificatiōis. Sicut ait ps. xxvj. Circuiui ⁊ imolaui in tabernaculo eius hoſtiā vociferationis cantabo ⁊ pſalmum dicam dn̄o. Et videt̄ mihi ꝙ velit dicere quō debet qlibet cuꝫ dn̄o ieſu ſe offerre deo glorioſo. q̄ꝫtum ſcꝫ ad principium: mediū ⁊ finem.

¶ Et q̄ꝫtum ad principium ait. Circūibo.

¶ Quantum ad medium ait. immolabo in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis.

¶ Quantum ad finis terminuꝫ cantabo ⁊ pſalmum dicam domino.

¶ Quantum igitur. §. i. ad primū vbi dicit circūibo. eſt notandum ꝙ ad offerendum debite deo oportet circumire ꝑ oēs vias ei gratas. Ob cuius repreſentationeꝫ fit ꝓceſſio hodie cū cādelis bn̄dictis in manu delatis ad gloriā dei. Hortat̄ apl's. j. Cor. oms dicēs. Vnuſqſqꝫ ambulet hac vocatione q̄ vocatus eſt. ⁊ ſic clarꝫ eēt tibi ꝙ deus te vocaret ad iſtū vel illū ſtatum nō oporteret te circūire: ſed ſubito exeq vocationē eius. Sed q: deus vult nos tenere in vera hūilitate ⁊ filiali timore ſollicitudine nr̄e ſalutis. ſepius vocat tali mō ꝙ vult nos q̄rere ⁊ inueſtigare que ſit vocatio noſtra deo magis grata. Et h̄ eſt qḋ dicit. Circumiui. Et q̄ꝫuis per ſeipſum xp̄s vocauerit Saulū ac ita qđ ↄmoneret violēter. ꝙ ei ſit dictū. Durꝫ eſt tibi ↄtra ſtimulū calcitrare tñ eum miſit ad ananiā ſimplicē virꝫ. Vocauit ⁊ centurionē cornelium: ⁊ nihilominus ad Petruꝫ miſit dicēs Hic tibi dicet quid te oporteat facere. ſepe ex tedio vite vel ex indignatione cuꝫ ſocijs ſeu loci auſteritate: aut grauamine mandatorꝫ tibi ipoſitorum vel honoris appetitu libertatis aut rerum abundantia. ⁊ hmōi. tu teipſum vocas ad alium ſtatum que tibi videbitur melior q̄ꝫ ille in quo es. ⁊ in ſeipſo ſic erit ꝙ tibi minꝰ ſit vtilis. tñ tu non cognoſcis. Aliqñ te vocabit angelus ſathanas trāſfigurās ſe in angeluꝫ lucis ⁊ non pſeuerꝫ in diuina vocatiōe tibi facta. Aliquādo vocabit amor ſenſitiuꝰ. ⁊ tibi videt̄ ſpiritualis. Et oēs he vocationes ſub ſpecie boni facte ſimiles erunt his que a dn̄o ꝓcedunt. Ergo ne decipiaris ſume in manu candelā rōnis. Sꝫ ſit bn̄dicta ideſt extra ſenſualitate ⁊ tota ſpiritualis. Accenſa debet eſſe iſta candela doctrine facere. Et fac tres circūitus ſeu ꝓceſſiones cuꝫ tribus pauſationibus. ¶ Primus circūitꝰ eſt ↄſiderare diligenter vñ procedit talis motus ad mutandū ſtatū. ⁊ ſi eſt aſſociatꝰ talis motus ab aliqua ſupradictarꝫ impfectionū. nā ſi ſic eēt talis vocatio ſit tibi ſuſpecta. ¶ Scḋo circūitus eſt examinare quis ſit verus ſeruus dei: cui te cōmittas regendū: qui ſeparatus ſit ab amore ſui attendens ad gloriam dei humilis: non preſumptuoſus. Et hoc querere opꝫ cum magno corticio accēſo ⁊ oculis bene apertis: quia non reperit̄ fallacior mercātia q̄ꝫ ho cuius cor eſt inſcrutabile ſ'm Hiero. Sepe iſte lupꝰ rapax: ab extra ouis mitis. Ad inueniendū igitur talem hoiem perfectū accende lumē xp̄i: ⁊ reſpice ne te decipiat color: habitus. aut affectꝰ ꝓpriꝰ: nō partialis inter ordineꝫ ⁊ ordinem: pſeſſionem ⁊ pſeſſionē. domeſticā ⁊ ſilueſtrem. Et qñ taleꝫ dei ſeruū inueneris: illū conſule: ⁊ ſuam doctrinam ſeu ↄſiliū exequaris. ſ'm illḋ Tob. iiij. Cōſilium ſemꝑ a ſapiente inqre. Sapienteꝫ ſcꝫ in materia agendorum. ¶ Tertius circūitꝰ eſt cogitare oīa tua motiua circa hoc qḋ ex his ma-

De triplici ſpirituali circūitu ſup proceſſiōe.

gis cedat ad gloriam dei: ſalutem tui: ⁊ edifica
tionẽ proximi. Frequenter vn⁹ ſtatus eſt melior
altero in ſe: ⁊ qđ ad diuinum honorem contra/
riũ exiſtit. Cõtemplatiua ſublimior eſt actiua:
⁊ tñ marthe mandaꝛ actiue intendere nõ cõtem
platiue. Melior ſocietas inueniꝛ in vno ordine
q̃ in altero: ⁊ tñ volendo animam tuã ſaluare
in mini⁹ bono ĩ quo facta eſt pfeſſio: ne alijs deſ
ſcãdalũ remanere debes in tuo. Ecce pceſſionẽ
facimus iſto mane: ad docendum fideles face/
re iſtos tres circũit⁹: vt bñ puideas tibi ad faci
endũ de te bonũ ſacrificiũ. Et hoc eſt pncipiuꝫ.

Medium ob/ .§.ij.

De medio obſeruãdo in hoc ſacrificio. ſeruandũ circa tale ſacrificium: eſt totũ ſe trade
re ⁊ ſubijcere diuine voluntati nil ſui reſeruan/
do ſibi. vt dicit ps. Immolabo in tabernaculo
ei⁹ hoſtiã vociferationis. Tabernaculũ diuinũ
in quo ſeruaꝛ oĩs res ſacra: eſt ipſa dei volũtas:
que (ſm q̧ pbat diuus Aug. cõtra fauſtum) eſt
forma via ⁊ regula oĩs pfectionis. Et tanto eſt
creatura bona ⁊ pfecta. q̃to cũ illa ſe cõformat.
De iſto capaciſſimo tabernaculo loq̧ intẽdebat
ſctũs ille mardocheus qñ orando dicebat. In
ditiõe tua dñe cũcta poſita ſunt: ⁊ non eſt q̧ tue
poſſit reſiſtere volũtati. Heſter. xiij. In iſta volũ
tate dei offerꝛ ſacrificium figuratum p illud qđ
offerebaꝛ in hieruſalem: in quo quotidie totus
xp̃us pñtaꝛ: vt ſonant verba ppoſita. ſ. Tulerũt
illũ in hierlm. Hieruſalem enim interpretatur vi
ſio pacis ⁊ qui ſe cõformat volũtati diuine ſem/
per pacẽ tractat. paceꝫ videt ſm illud ps. Audi
am qd loquatur in me dñs deus: qm̃ loquetur
pacem in plebẽ ſuam. Immolare eſt totuꝫ arde
re: ⁊ dare ſe hoſtiam deo ſctãm viuentẽ ſeu pla
centem in obſequiũ rõnabileꝫ dei. ⁊ ſi tu aliquã
partem de te reſeruaſti que nõ cõſumatur ĩ igne
diuini amoris: pax nõ duraret nec opus bonũ
inchoatum: ⁊ nõ vociferares in diuino conſpe
ctu. Scio q̧ modicum fermentum totã maſſaꝫ
corrũpit (ait aplʾs) ⁊ parum carnis in corpe pu/
tridum niſi abſcindaꝛ: totum corpus corrũpit
huius rei experientiam vides in iuda proditore
⁊ oĩum religioſorum ⁊ religioſarũ ſimulatori
bus: qui ⁊ ſi cum deuotione ſtatũ religionis aſ
ſumpſerũt: q̧ꝛ totum ſe deo non dederunt: totũ
amiſerũt. Qui aũt deo tribuit totam volunta/
tem: totus ſemp ad deum vociferat ab eo dire/
ctus ⁊ letificatus. ⁊ iſta eſt hoſtia vociferatiõis
ſeu clamoris. ⁊ apte tali vocabulo vociferatiõis
ps. vtiꝛ: quia talis voluntas tota in deũ immer
ſa guſtat dulcedines mirabiles: ⁊ cõuerſa ĩ ma
ximum ſtuporeꝫ neſcit qd loquaꝛ: ſed ex admi
ratione ſtridet ⁊ vociferaꝛ. Sic dicebat ps. de
eodem ſacrificio. Oĩa oſſa mea dicent: dñe qs
ſimilis tibi? vides totum hodie declaratum p
exẽpluꝫ qñ mater amãtiſſima virgo Maria po
ſuit totũ xp̃m in vlnis antiqui ſacerdotis ſimeo
nis. hic enim ſubito vociferatus eſt cũ altis ſtri
doribus ſtupore replet⁹. Nũc dimittis ⁊c̃. An/
na etiã pphetiſſa clamauit. ⁊ quid neſcimus ni
ſi q̧ annunciabat mirabilia? Et qñ audis q̧ cla/
mabat vetuſtus dierꝫ ⁊ veterana: intellige figu
ratum q̧ ex tali cõpleto ſacrificio obſtupeſcit ⁊
mutaꝛ totus ſpũs ⁊ etiam caro. totus Adam in
ſimeonem conuertiꝛ: tota eua anna efficitur.

Sequitur de fi/ .§.iij.

ne ſacrificij vbi dˀ. Cãtabo ⁊ pſalmũ dicaꝫ dño.
In qua pte oſtẽdiꝛ hoieꝫ in ſacrificiũ deo obla/
tum ſemp debere cantare in id qđ ei acciderit:
nõ ſolũ patiẽtiam ſeruãdo in aduerſis: ſed etiã
iocũdando in illis. ſicut ait aplʾs de ſe. Libẽter
gliabor: in infirmitatibus meis vt inhabitet in
me ṽtus xp̃i. De quo enim quis tãtuꝫ gaudere
dꝫ q̃tũ de aduerſitate pſpitas coiter triſtit ⁊ va/
ne hoiem letificare facit: mũdum diligere ⁊ ſu/
perbiaꝫ leuari. vnde ad inferos cõducũt. ⁊ ideo
de eis cõtriſtãdũ ⁊ lugẽdum. Sed aduerſitas fa
cit humiliũ corda reuerti ad deũ: mũdum deci
pientẽ agnoſcere: ⁊ viam ad pãiam pparare. Et
cum loquiꝛ de ipſis tribulationibus ſemp letã
duꝫ ⁊ cãtandũ cum effectu dicẽdo. Cãtabo. Ad
hoc hortabaꝛ Jacobus aplʾus in eplʾa ſua. c. j. di
cẽs. Omne gaudiũ exiſtimate fr̃es cum in tẽta
tiones varias incideritis. Oſtẽdit autẽ hic ps.
q̧ homo deo ſacrificaturus debet mẽtem cum
eo vnitã tenere ſemper: ⁊ dicere pſalmũ dicam
dño. Dicere deo pſalmũ: eſt mẽtem in illaꝫ dul/
cedinem ſubleuare. ſicut ſcriptura narrat de he
lyſeo propheta. Offerre ſe ſacrificiuꝫ deo nihil
aliud eſt q̃ omnes corporales ſenſus mortifica Offerre
re: quibus mortuis oportet q̧ aĩa cum ſummo ſacrifi/
deo cõiungatur: ⁊ in ipſo cõtinue iubilet: quã/ ciũ deo
tum ipſe deus operaꝛ in eo vt dicere valeat cuꝫ quid ſit
apoſtolo. Noſtra cõuerſatio in celis eſt. De his
duabus vltimis particulis formam nobis pre/
bet ſanctus Symeon: qui ſe deo ſacrificãs chri
ſtum dulciter recepit in vlnis: cecinit de morte
corporali quam vicinã aſpiciebat ⁊ dixit. Nũc
dimittis ⁊c̃. Et ſubleuabit mẽtem ad intuẽduꝫ
intus qđ alibi erat abſconditũ dicendo. Quia
viderunt oculi mei. Ecce igitur quomodo dñs
ieſus ad faciẽdum de ſe ſacrificiũ erat delatus
ad templũ a matre virgine Maria ⁊ ioſeph vt
formã nobis preberet vt ſimile pagamus. Un/
de dicunt verba primo pPoſita euãgelij. Tule/
runt illum. ¶ In quibus quidem verbis pro
ampliori declaratione noſtre perfectionis no/
tabimus. vij. partes.

¶ Prima eſt vnde mouetur iſta proceſſio.

¶ Secũda per quem defertur talis oblatio.

¶ Tertia quid eſt iſta donatio.
¶ Quarta quo dirigitur talis congregatio.
¶ Quinta cui datur talis benedictio.
¶ Sexta huius preſentationis aſſociatio.
¶ Septima que inde ſequitur remuneratio.
¶ Ad primã rńdet ꝙ a Bethleẽ tulerunt. Ad ſcḋam ꝙ Maria ⁊ Joſeph tulerũt. Ad tertiam ꝙ deum ⁊ hoīem xp̄m tulerunt. Ad quartã ꝙ ad templũ hieriſm obtulerũt. Ad quintã ꝙ ad Symeonẽ ſacerdotẽ tulerunt. Ad ſextã ꝙ cum duabus turturibus vel par columbarum tulerunt. Ad ſeptimam ꝙ feſtum maximum Symeon ⁊ Anna fecerunt.

¶ Quantũ ad pri/ §.iiij.

mũ. quicũqꝫ de ſe vult facere cum Jeſu ſacrificium: primo recedat a Bethleẽ. i. cura carnis: qꝛ vt dicit apl's. Si ſm carnẽ vixeritis moriemini. ſ. vita ſpũali. Quãuis antiqui doctores dicant ꝙ Bethleez interp̄etat̃ domus panis: moderni tñ iterp̄retant̃ domũ carnis. Et ideo diſcedas a bethleẽ ſicut fecit dñs ieſus nõ corporalr: ſed ſpũalr. ſ. a cura carnis ⁊ ſollicitudinis vite corp̄alis: de craſtino nõ cogitãdo: ſed ſperãdo in eo qui paſcit aues celi: ⁊ veſtit flores cãpi. Nõ dico ne labores: ſed cum xp̄o dico ne ita ſolliciteris circa curã corp̄is vt omittas aliquã vocationeꝫ dei aut actum ad gl'iam dei ptinentẽ. Si cogitaſſet ppl's dei iſrl' de quo viuemus in deſerto: de quo veſtiemur: nunq̃ꝫ egreſſi eſſent de egypto. nunq̃ꝫ ad terram promiſſionis deueniſſent. ⁊ poſtquam fuerãt inde egreſſi ſub ſpe diuini auxilij q̃n cogitauerunt comedere carnes ⁊ ſitientes de aqua trepidauerũt: ira dei deſcẽdit ſup̄ eos ⁊ mortui in deſerto: nõ ſunt ꝯſecuti optatũ finem terre p̄miſſionis. Iſta eſt prima via ⁊ regula: quaꝫ debet ſeruare qui vult bene deo ſacrificare. Quicũqꝫ aũt cogitat prius de vita corp̄is q̃ꝫ de vita aie: in ſuo p̄greſſu: vtiqꝫ non p̄ſperabit̃. Et de hoc experientiã vides in multis qui vident̃ inchoar̃ ſe bonũ facere: ⁊ ſicut cancri retro redeũt. Cernis glorioſam virginẽ Mariã paruulã puellã receſſiſſe a parẽtibus qui eoſter hñt tantã curã de corpuſculo vt nõ ieiunet: non vigilet: ⁊ non multũ oret: ꝙ filios ſuos inertes ⁊ deſides efficiunt. Et qꝛ ſic btã virgo receſſit a ꝯſanguineis ponẽdo totã ſuã ſpem in dulciſſimo filio ſuo cibata: veſtita: cuſtodita: directa ab angelo ſctõ qui de ea curã habebat ſpãlem. loco cuius Joſeph ſucceſſit: ⁊ poſtea filius eius qui receſſurus e mũdo per paſſionẽ loco ſui reliquit Joãnem qui curã haberet tante puritatis ⁊ matris ita p̄fecte. O quãtum eſt vtile ſe totum iactare dño: ⁊ ob eius dilectionẽ nil de ſe curare: huic angeli attendunt: ſancti adiuuant. deus ſollicite curat: ſeruiunt puri Joannes.

¶ Secũda reſpon/ §.v.

ſio ſcꝫ qui deferãt oblationẽ ideſt qualis intentio dꝫ mouere creaturã ad ſe deo ſacrificandũ. Circa qḋ dicit euãgeliſta ꝙ parẽtes ſui paruulum xp̄m tulerunt. Scḋm aũt veritatem grammatice parentes nõ intelligunt̃ niſi pater ⁊ mater: qui talis partus poſt deũ ſunt prima cauſa. ¶ Ubi nota ꝙ tres parentes habuit ille benedictus filius oblatus. Et primus eternus fuit pater ſue diuinitatis. Secũdus fuit ſua venerãda mr̃ eius humanitatis. Tertius Joſeph. ⁊ h̃ ſolum ſm opinionẽ eoꝝ hoīum non ſm veritatem: qꝛ principiũ nõ dedit nec diuinitati nec humanitati eius. ſpũſſanctus talis humanitatis fabricator pater dici nõ põt: qꝛ de ſubã ſua nil poſuit: nec quoad diuinitatẽ totam ab eterno procedentẽ a p̄re: nec quoad humanitatem totã genitam ſolũ a glorioſa mr̃e. Et ſicut figulus p̄r non dr̃ vaſoꝝ que facit: ita non dr̃ ſpiritusſanctus p̄r xp̄i. q̃uis ex puriſſimis ſanguinibus virginis corpus fabricauerit tẽplum diuinitatis ſicut dicit magr̃ in. iij. ſen. Qñ ergo audis dicere ꝙ parentes ſui tulerũt ieſum in hieruſalem. intellige per parẽtes patrem dñi: matrem mariã ⁊ Joſeph nutriciũ. Et qñ dico p̄reꝫ (cum opera trinitatis ſunt indiuiſa: ⁊ totum ſimul faciãt qḋ eſt extra ſe: vt docet b. Aug.) intellige cum p̄re filium ⁊ ſpũmſanctum. Dic ergo ꝙ quinqꝫ perſone tulerunt ſacrificiũ iſtud Pater: filius: ⁊ ſpiritusſcũs: maria ⁊ Joſeph. Hic tibi dimitto multas deuotas ꝯtẽplationes. Et p̄ma q̃uo eternus pater eſt ſummus ſacerdos: q de eo quod ipſe eſt ſibiipſi ſacrificiũ facit. Secunda ꝙ filius qui ſe portat ⁊ de ſe facit ſacrificium ei qui eſt ipſe. Tertia ꝙ ſpũſſanctus inuiſibiliter ardet non ſolũ ligna huius ſacrificij. ſ. Mariam: Joſeph: Symeonẽ: ⁊ Annã miniſtrãs ſed etiam ignẽ. vnde ipſe eſt. ignis qui ipſemet eſt. qꝛ ſpiritusſanctus ducit verbũ ad templum a quo ipſe eternaliter p̄cedit. Quarta ꝙ portatrix magis fertur a chriſto delato q̃ꝫ portat ipſa Iſtarum ⁊ aliaꝝ explicationẽ meditationũ ob breuitatem omitto. pro nunc ſufficit ꝙ quinqꝫ nomina debent ducere ad tale ſacrificium: ⁊ ſi aliquis horum deficit mutatio ſtatus tui ſit tibi ſuſpecta. Pater igitur deus dirigat te in viam ſuam per ſpem conſtantem: ⁊ non permittat tibi occurrere cogitatiões retrahentes a bono propoſito ſcꝫ non volendi perſeuerare ex debilitate vel ex paupertate: aut ex ſollicitudine vel tentatione: aut alijs motiuis retrahentibꝰ mentem a benefaciendo. Uerbum filius te dirigat per ſua ſancta conſilia: qui lucernam accẽdit: lumen ſcꝫ ad reuelationem gentiũ ne poſ/

ſis errare ita ꝙ ſi incitaris ad apprehendendũ
alium ſtatũ in quo non es. reſpice in doctrinã
verbi ſi hoc tibi conſulit ⁊ potes facere : aliter
non. Spũſſanctus dirigat te purificando: quia
te non mouebit prius ꝙ̃ tibi inſpiraret noticiã
cum dolore tuoꝝ defectuum: ⁊ prius te purga/
bit ꝙ̃ moueas paſſum tuoꝝ affectuuꝫ ⁊ ſi ppen
dis cum peccatis ſuis aſcendere in altum ſtatũ
ſm apparentiam exteriorẽ. noueris te duci ab
antiquo ſerpẽte ad inficiendum locũ quo per//
gis. Oportet etiã vt te dirigat ⁊ ferat pura vir/
go maria idest pura intentio ⁊ non maculata ⁊
mixta. aut ſcis ꝙ vas puꝝ dr̃ quando nõ eſt ibi
aliquid niſi illud ſine quo eſſe non põt. amurce
idest vas vacuuꝫ quolibet liquore vel re ſolida
liberum amurce oliue: ſiccitate ſine rubigine: ⁊
omni alia imũdicia: ꝙ̃uis plenuꝫ eſſet aere qa
natura vacuum nõ ſuſtinet. Ita dico ꝙ mẽs pu
ra eſt directa a maria qñ nullus reſpectus te du
cit: nec tui nec alterius niſi tm̃ gloria dei. Et ne
decipiaris a teipſo in iſtis motibus ſeu reſpe//
ctibus additur Joſeph ad deferendum tale ſa/
crificium qui interpretatur augmentum: vt ex
hoc intelligas q: ꝙ̃uis tibi videretur portari a
quatuor primis deferentibus. debes cõſidera/
cte ſcribēdi:recte pronunciandi:recte ꝯſtruēdi tradunt ſapientes atq̃ partiū orationū:vocis articulate:littere ſyllabe pedū accentuū poſitarum ortographie analogie ethymologie differentiarum:barbariſmorum:ſilogiſmorum:vitiorum:methaplaſmatis:ſcematū:troporum:proſe: metro:ū fabularum:hiſtoriarūq̃ peritia. His radijs veritatis diuine velut ſyderibus celum etiam ſacre littere rutilant clare quos ſolus illuminat ſol diuinus. Et hac neceſſitate Quintil. in li. de arte oratoria ſcripſit ſic dicens. Non ſunt ferendi q artem grāmaticam vt tenuē ac ieiunā cauillantur. Que niſi fundamenta fideliter iecerit quicquid ſupſtruxeris finaliter corruit: neceſſaria pueris:iocunda ſenibus:dulcis ſecretorum comes. Hec ille. Sed de eloquentia cui rethorica ſeruit. Tullius ait q ſapiētia ſine eloquētia parum prodeſt. Eloquētia ſine ſapientia multum obeſt:vt gladius in manu furioſi. ſed ſapientia cum eloquētia multū valet. docet enim clare loquendo:delectat ornate loquendo:flectit efficaciter monēdo. vñ ⁊ Heſter orabat ad dominū: Da ſermonē rectū ⁊ bene ſonantē in os meum vt placeant verba mea in ꝯſpectu principis:vt ſcʒ flecteret eū ⁊ induceret ad exaudiendū ſuā petitionē qđ ſecutum eſt ſcʒ corā principe aſſuero. Dyalectica vero oēs ambit ceteras artes abdita penetrat:terra dilucidat falſa repellēs veritatem ducit in lucē:⁊ vbiq̃ valeā deū meū videre qui vbiq̃ latet obſcurus:xp̄i fortaiſſe minus intelligēti minuſq̃ deum benignū amanti he ſciētie viles videnꝭ ⁊ indigne:vt deꝰ queratur in eis verbū ſontē ſapiētie in excelſis meminiſſe debēt latuiſſe in virgine:iacuiſſe in preſepio:brutorum medio feno ſociatū tectū ſtabulo paniculis īuolutū:imo vt cuncta ptrauſeā cruci affixum ſicut celorum faſtigia tenet ad dexterā p̄ris ſine loco locatum. Certum. Certe ego itrabo in preſepiū ⁊ cruce dñi mei viliſſimam tota cordis deuotiōe amplectar vt melliflnū reperiam dñm meum. quare ergo vetaꝭ florida prata atq̃ ſtelligeros celos ſecularium ſcientiarū intrare in q̄bus cū iubilo occultare videꝭ. Quoad arithmeticā vt verbis vtar torquati li. j. arithmetice ſue. Arithmetica cūctis mathematicis priorem nō modo:q: ille huius mundane molis ꝯditor deus. primā ſiue habuit rōcinatiōis exemplar:⁊ ad hanc cuncta ꝯſtituit quecunq̃ fabricauit rōne per numeros aſſignatorum ordinis inuenire ꝯcordiā ⁊c. Ecce q deus ipſe glorioſus qui oia ꝯſtituit in pondere numero ⁊ menſura:menſura vſus eſt arithmetica: arithmeticā inſpirauit ⁊ docuit. Quare ergo ꝓhiberi dʒ numeris addiſcēdis intēdere qui deū ſuū dʒ imitari. ¶ De muſica q̄d dicā humane mētis medela quā ignoraſſe tam turpe fuit apud venerādos antiquos q̄ʒ litteras neſciſſe ſicut ſcripſit Iſi. ſine cuius notitia nulla diſciplina pōt eē ꝑfecta. Hac tota celorum cōpago ſubſiſtit. hac vniuerſa mundi moles ꝯſiſtit. ſine hac reſpublica ordinate moderari nō pōt:mores corriguntur per iſtam ⁊ humani animi obtinentur. h̄ furioſos reſtituit ſub pythagora ſibi ⁊ morbos domauit reddita ſuauitate narrātibꝰ Cicerone: ⁊ Seuerino poſt eū. Quā inſipiens erit ⁊ ſolo nomine hō neceſſarie geometrie ignarꝰ per quā vniuſcuiuſq̃ rei termini deſignanꝭ ſicut ſcribit Ricardus. Fuit eni ꝓut notat alpharabius neceſſaria pſpectiua qua diſcerniꝭ id qđ apparet ī viſu aliter q̄ʒ ſit. ⁊ qđ apparet ita vt ē. Aſſignat enim q̄bus de cauſis iſta fiāt. ⁊ h̄ demōſtratiōibus neceſſarijs. docet etiā q̄bus modis viſus pōt errare quibus nō errat. ¶ Da oro aſtronomie neſciū aſtrologiam ignorātē quēpiā. nōne velut deridendus īfantulus ꝓnunciabit ſidera labi lāguere lunā: ſolēq̃ qualitate mutari ſicut ſuccurrendū putet ſono calibis ⁊ ferri. q̄tenus inde territus pluto ꝓſerpinā ſinat ad loca ſuperiora reuerti. Quot Iberas Nenias inſcij viri ſenes deliri vt vetule garrule. de orione feroce de vrſa vtraq̃ adriane corona recitauit preciſe q: ſunt aſtronomie vt cūq̃ ignari. at q̄ſq̄s aſtrologie notitia carens v̄tuoſos quoſdā putabit vitioſoſq̃ alios laude vel dignos illos iſtoſq̃ vituperando. q̄ſi volūtarie ſuos actus ꝓducāt q̄s ſola ꝯſtellatio ad opera ſua illos reddit ꝓcliues non neceſſitādo. ſed ſenſualitatē inclināndo propter qđ maximus aſtrologus Ptolomeus dixit. Uir ſapiēs dñabitur aſtris ſcʒ rōne ſuperando inclinatiōes ad vitia ex ꝯſtellationibꝰ ꝓcedētes ¶ Ad phiam veniamus que rex q̄s deus ſummus ⁊ ſolus creauit quē per iſtā viſibilia cognoſcimꝰ ad hūc ſolū finem pro ſui magna pte creata. vires ꝓpetates dignitates cū effectibus ſuis docet ⁊ manuducit ad methaphiſicū ſic fideliter fidē catholicā ꝓfitentē atq̃ dicentē Neceſſe eſt eē aliquā ſubam eternam imobilē dātē cūcta moueri. Subſtātie eiꝰ precedūt oia entia ſcʒ cauſalitate. Si igitur oēs ſube fuerint corrupte. oia entia erunt corrupta. q: deſtructa cā: deſtruiꝭ ⁊ effectꝰ. ⁊ iō deſtructis p̄mis ſbſtātijs. impoſſibile eſt aliq̄d aliorum remanere. Deꝰ ergo ſemp eſt. ⁊ eſt intelligēs per ſe. habetq̃ vitam nobilē ⁊ ſempiternā. Ipſe eſt deꝰ vnus eternus infinite nobilitatis:⁊ eſt vita ꝯtinua entiū. Hec ⁊ multa alia ſcribit Ariſto. xj. meth. Hic et Auic. in ſua metha. ait. Scia diuina eſt ſcia de rebus ſepatis a materia īminis ⁊ diffinitione. In hac ſcia q̄riꝭ de p̄mis cāis eē naturalis ⁊ eē doctrinalis. ⁊ eius qđ depēdet ex his. ⁊ de cauſarum que eſt deus excelſus. hoc eſt phia p̄ma. Ibi. Ex his omnibus apparet omnes ſcienti-

De commendatione philoſophie.

as que ſeculares vocantur. non ſolū veritates mirificas cōtinere: ſed etiā manuducere in radioſam cognitionem diuinam: ⁊ ideo non horrendas ſed ſtudioſe colendas.

¶ Quia predicta .§.vi.

oia arguēdo nō aſſerēdo pſatus vir ſtudioſiſſimus ⁊ p cūcta laudabilis dñs Joan. dñici i dicto libello idurit. Rñdendo tria notat. Pmo q̄ ſcia dei eſt alterius gñis a nr̄a. vñ eā in ipſa nō poſſum⁹ imitari. Scdo q̄ ſcia nr̄a etiā eminēs eſt de pauciſſimis reb⁹. ⁊ impfecta ⁊ multis piculoſa ⁊ iō nō nimis affectuoſe ſed moderate q̄renda. Tertio q̄ p maxime in dilectione dei eſt imitatio pcurāda. nō in ſcia niſi in iſta q̄ eſt donum ⁊ eſt cū ipſa charitate vnita. Dicit ergo rñdendo argumēto in .c. qd̄ ſic icipit. Bonorum oīum exiſtētiū ⁊ poſſibiliū ſolus capax itelle͡s diuinus ſeculares ſcias nō hȝ. ſ. ſicut hȝ intellect⁹

De trib⁹ circa ſciētiam conſiderandis.

creat⁹. Pro hui⁹ declaratiōe dicit q̄ncq̄ ɔſiderā da circa ſciam. ſ. ſbiectū: obiectū: rē: modū: ⁊ effectū. ¶ Credo aūt ſimplr dicēdū diuinā ſciaȝ non eē eiuſdē gñis gñaliſſimi quoad predicta q̄ncq̄ cū ſcia humana. Nam quoad pmū ſcilicet ſbm pȝ q: oīs ſcia nr̄a eſt tanq̄ accidēs in intellectu humano ſicut in ſbo. Jn deo aūt nullū eſt accidens nec itelle͡s diuinus eſt ſubiectū alicuius trāſmutatiōis dicēte Jacobo de deo: apd̄ quem nō eſt trāſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio: ſed lucē inhabitat inacceſſibileȝ ſm apl̄m: pp qd̄ irrefragabiliter tenēdū eſt cū tota fide catholica diuinā ſciam eē vniformit ⁊ ſubſtantialiter ipam diuinā eēntiā q̄ de nulla creaturaꝝ in via nec in pr̄ia dici pōt vel dȝ. ¶ Sed de ſcdo ſcȝ obiecto magis ad ppoſitum mā obſeruatur. Eſt aūt ſm Ariſto. in .j. poſte. Sciētia de ppetuis ⁊ neceſſarijs incorruptibilibus vniuerſalibus ⁊ que nō pñt aliter ſe hr̄e. Uidēduȝ igitur que ſint iſta obiecta. Sunt eniȝ aut deus aut res circa deū aut q̄d icōplexa ſicut ſūt ppoſitiones plate ſcripte aut ɔcepte vel ɔceptibiles. Si datur pmū ſcȝ de deo aſſentio quidē deſcriptioni ſcibilis obiecti deō ɔuenire. de quo habet veriſſimam notitiam que eſt ipſe ſicut pfitetur ipſe philoſophus .xj. Methaphi. vnde ⁊ diuus Auguſti. ait in libro .vj. de trini. deo hoc eſt eſſe quod ſapientem eſſe hoc eſt ſapientem eē qd̄ intelligere. Ueꝝ hanc ſciam non habent non ſolū infideles: ſed nec q̄ſq̄ fidelis in via cū ſcriptum ſit. Deuȝ nemo vidit vnq̄ Jo. i.j. ⁊ prius ipſe dixerat. Non videt me homo ⁊ viuet ſcȝ eēntiā meā. Licet eni ſcripſit Cice. libro quē habuit de creatione mūdi: pēteȝ vniuerſitatis huius iuenire difficile eſt ⁊ cum iam quis iuenerit eū in vulgus indicare nephas ē non tamē fuit inuentum ⁊ quoq̄ q̄d ſit: ſed tm̄ quia eſt: ⁊ hoc eſt qd̄ dicit Dama. q̄ de deo ſcire poſſumus q: eſt: ſed nō quid eſt. Jn quo ſciētia pprie dicta non ɔſiſtit ſcȝ ſcire de aliquo q̄a eſt ⁊ non q̄d eſt iuxta determinationem phi. in .j. Phi. Eſt eni deus vt ait Caſſio. Uirtus inexplicabilis pietas incōprehēſibilis: ſapiētia ineffabilis: cuius diffinitio eſt ſinē in ſctīs laudibus non hr̄e. Si aūt dicantur obiecta ſcīe res q̄ nō ſunt deus: nūc illa ſunt vl̄ia aut pticularia: non primū. nam vl̄ia aut non ſunt aut a ſuis ſingularibus indiſtincta. pticularia vero nō ſunt icorruptibilia ⁊ ſempiterna: ſȝ ſunt tpalia ⁊ defectibilia que tpe ceperunt ⁊ ɔtinue deficiunt: ⁊ q̄ magis ſolida videnť: ſicut ſunt ſpūs ⁊ corpora ſuperiora: niſi oīpotens illa manu teneret. H̄ non cognouerūt hoīes ſeculi. Et ſi qui cū catholicis crediderunt nō tn̄ ſciuerunt ſciam ppe dictaȝ nō eni talis notitia ex imediatis ⁊ per ſe. notis pcedit: ſed ex reuelatis ⁊ alijs nobis ignotis. Dimittať q̄dā tergiuerſatio ignorātie dicentium q̄ diffinitio ſcīe quā dat Ariſt. eſt ſm nām: ſed ſm nām vl̄ia prout ſunt in ſuis particularibus ſunt incorruptibilia cū per gñationeȝ ſucceſſiuam ɔſeruentur in eē. Silr̄ corpa ſuperiora ⁊ ſpūs itellectui ſunt ⁊ ſm nām a corruptione libera cū corruptōis pncipiū non hēant i ſemetipſis. hec eni friuola ſūt. Nam nā vniuſcuiuſq̄ rei create eſt illa non quā phi credunt ſed quam deus ɔceſſit. nō enim natura ſolis eſt comedere ⁊ bibere: q: plures phi H̄ opinati ſunt nec natura magnetis ē viuere ſpū: q: tales mi leſius hoc affirmauerit. Uocare quippe naturā illam conditionem quam homines ppzio lumine freti reruȝ ſpeculataꝝ ab eis arbitrati ſunt ē dicere verum falſum: ⁊ falſum verum: qd̄ non ad ſcientiam: ſed ad certiſſimam ignorantiam nouimus pertinere: ſic exiſtimantes pugnant phiſicorum ſchole: ſeſe mutuo cecos vocātes. At ſi dixerimus obiecta ſcientiarum eſſe reruȝ incomplexa vt modernis magis placet. Que ſi particulariter eſſe deſinant: deſinente ſubiecto in quo ſunt illa tamen non deſinunt cū ſint rerum ſpecies intellectibus iuncte creato vel icreato: ⁊ actus ſcientie generantes duo ſequūtur. Primum q̄ neq̄ de his neq̄ de ſignificatis per ea eſt aliqua ſcientia proprie dicta cum non ſint minus variabilia q̄ ſint eorum ſubiecta: ⁊ ſi tortuoſus anguis ⁊ coluber verſutus perniciter tendens ad fugam dicat incōplexa de quibus ſcientia haberi dicitur equipollere ɔditionalibus veris quaruȝ quelibet eſt neceſſaria. Dicendum eſt q̄ ſciētia certiſſima dei nō eſt de conditionalibus. Et q̄ quilibet hō habet ratiōabiliter dubitare de propoſitione oī a deo non reuelata: ⁊ actus primos non importante an ſit neceſſaria impoſſibilis vel ɔtingēs cū ne

mo habeat heſitare cū hac. Deus pl'ra poteſt ꝙ intellect⁹ creatus valeat cogitare. Nemo dicet ꝯ ſtoicoꝝ opinionē tenēdam. ſ. ꝙ nihil ſciri cō-tingat ſi meminerit act⁹ primos excluſos ⁊ ſtoicos nō fuiſſe de ſcia tam ſtricte locutos. ¶ Secundū quod ſequit̄ eſt deuȝ glorioſuȝ talē ſciaȝ nō hr̄e cum nō per ſpecies ſed per ſeipm̄ cūcta ſcibilia clare cognoſcat. Ex his elicit̄ clare vna veriſſima diſiunctiua que copulatiue realiter equipollet. vȝ ſolus deus de creaturis hȝ ſciaȝ. vel ſcia dei ⁊ ſcientia nr̄a non ſunt gn̄is eiuſdē quodcūqȝ detur hr̄ propoſitum. ¶ Tertiuȝ cō-

ſcia qd ſit ſm̄ eſſentiā

ſiderandū ⁊ declarandū eſt quid ſit ſcia ſm̄ eſſentiā. Et dicenduȝ ꝙ ſcia eſt lucidus ⁊ cōplet⁹ habitus intellectus in certā rerū creatarum cognitionem intellectiuā perducēs. Per hoc qđ dicit̄ lucidus excluditur a ſcia fides ⁊ opinio. Additur in diffinitione illa cōpletus. q2 lȝ vniuſcuiuſqȝ rei cuius ſunt ꝯcluſiões ſcibiles mille tantum hr̄ vna nō tamen res illa per ſcientiā cognoſcit̄. cuius improportionabiliter pl'a fere ignoro ꝙ ſciam. Additur in diffinitione habitus per quē eximit̄ actus quo quis caſu aliqd repente nouit ⁊ eiuſdē noticiam amittit repente. Dicit̄ etiam in ea intellectus ꝓpter imaginatiuam ⁊ alias potētias que ſeruiunt itellectiue potentie in percipiēdo. participando cum brutis. Certū eſt adiunctū quia ⁊ ſi reuelaret̄ alicui quid eſt aīa ⁊ ille dubitet ſic eſſe. tūc de eo non hr̄ fides cuȝ nō firmiter inhereat. neqȝ opionē. quia deus opionē nō reuelat nec ſciam. q2 per demōſtrationē nō certificat. Sequit̄ ī diffinitione rerum creataꝝ ſubintelligit̄ vnius vel plurium ad dr̄iam ſapientie que eſt ꝑme cāe ſiue diuinarū rerum cognitio. Quod ponit̄ vltimo ſecludit ſciam ab alijs habitibus qui ceteras animi potentias quocūqȝ modo imutat. In eo igitur ꝙ ſcia lucida eſt in via raro conuenit creaturis rariſqȝ. q2 cicerone in dialogo ad horten-ſeȝ ꝓbante. oīs cognitio multis eſt abſtracta difficultatibus. Eſt enī ⁊ in ipſis reb⁹ obſcuritas ⁊ in iudicijs nr̄is infirmitas ꝓpter quod dicitur. Nihil eſt adeo dubitatuȝ. quin adhuc ſolennē inquiſitionē admittat. Et. b. augu. dicit de ꝯſe. di. iiij. Sicut in ſacris. ꝙ ſi ſinguli iterrogarentur forſitan tot opiniones quot hoīes inuenirentur. nemo etiā Ariſto. ꝯfitente alicuius rei creatē habēti hītum ſcientie cōpletum deo excepto. Que enī ſcimus ait Trimegiſt⁹ ſunt pars eorū minima que ignoram⁹. ⁊ hoc cum intellect⁹ nr̄ ſe hēat ad manifeſtiſſima nature. ſicut ocl's noctue ad lumē ſolis. ƀȝ ariſto. ij. metaph. ⁊ Sap. ix. dr̄. Difficile eſtimamus que in terra ſunt. ⁊ que in ꝓſpectu ſunt cū labore iuenim⁹. que aūt in celis ſunt quis iueſtigabit. Preterea habit⁹ ſicut nec aliqđ actio eſt in deo ſic quibuſdam

mathematicis de viris ⁊ ꝑmis actib⁹. ſic ꝯtra ſtoicos diſputat̄ de rebus. certitudinē nō habemus in via. ⁊ tn̄ oīa nuda ⁊ apta ſūt oculis dei. igit̄ quoad eēntiā ſcie nō eſt vna ⁊ eadeȝ genere ſcia diuia ⁊ hūana. Nō enim dico diſtingui ꝑ maius ⁊ minus ⁊ impfectū ⁊ magis perfectū ſicut diſcernunt̄ ſm̄ intellectuȝ ſancti doctores theologia viatorū a theologia cōprehēſoꝝ. ſed eſſentialiter ⁊ infinite cum ſcia dei ſit de⁹ ⁊ ſcia humana ſit quedam q̄litas labilis dum optinetur in via. Eque pȝ hoc idem quoad quartū cōſideranduȝ de ſcia. ſ. de modo. nam oīs nr̄a cognitio ortū hȝ a ſenſu. oīs noſtra cognitio ſpēs trahit a rebus fere nulla nr̄a ſcientia dici pōt intuitiua. oīs nr̄a cognitio itellectiua gradatiȝ ꝓcedit a magis vlib⁹ ad min⁹ vl'ia vſqȝ ad ſingularia oīs noſtra cognitio ad min⁹ nota a magis notis. Oīs nr̄a cognitio ſyllogiſtica ē ⁊ diſcurſiua. ⁊ ꝓpter hoc ſcire viatoꝝ non ſolū eſt diſtinctum a diuino ſcire ſm̄ etiā platoneȝ a ſcire angelico. Angelus enī ſpēs reruȝ hȝ inſertas. ſenſibus corꝑalibus nō vtens equaliter oīa creata ſine diſcurſu cognoſcens. De⁹ vero neqȝ ſpēs a reb⁹ abſtrahit. neqȝ abſtractiue neqȝ ſucceſſiue ſed intuitiue ⁊ vnico actu ſe ⁊ oīa alia. quia oīa que ſunt in eo infinite cōprehendit. ¶ Effect⁹ etiam ſciētie diuine ſunt multū diſtincti a nr̄is quoad qntū declarādū circa ſciaȝ. nā ſcia dei ē cā reꝝ volūtate ꝯiūcta. ſȝ ſcia nr̄a a reb⁹ ꝓcedit. neqȝ ꝯ libito voluntatis ſcia dei eſt necc'ia certa. ſcia aūt nr̄a nō ſolū eſt ꝯtingēs: ſȝ ēt fere opiatiua ſeu opiones gn̄at magiſqȝ ſciam ꝓpe dictā. Dimitto ꝙ ſcia nr̄a iſlat diuina edificat. nr̄a occidit ⁊ illa viuificat. Cū ḡ arguēdo ſuꝑdcm̄ eſt: ꝙ debem⁹ deū imitari ſȝ de⁹ hȝ oēȝ ſciam. ꝙ ⁊c. pōt añs deponi ſi vl'r capiat̄ alr̄ ꝯn̄tia nulla. cū ab indefinita ad vl'eȝ ſit van⁹ ꝓceſſus. Nō. n. in oīb⁹ debem⁹ eū imitarj. voluit. n. hoſtis āntiqu⁹ eē vt de⁹ ⁊ de celo fuit expulſus. nec ēt in via in mō ſciēdi poſſum⁹ deū imitari. ſȝ in alijs vt dicet̄. Hec oīa ꝑdcā ꝓſat⁹ dn̄s Jo. dn̄ici in dicto libello pōit. ¶ Cū ḡ dcm̄ ſit Imitatores dei eſtote cū mag̈ glīa ſit ſeq regē ſcōrē ſuū. vt ait Sal. eccl's. In q̄ pmarie debemus imitari ꝺclarauit idē apl's ſcđēs ad Eph. v. Ambulate ī dilectiōe dei ſic̄ ⁊ xp̄s dilexit vos. Nō ait imitamini deū ī potētia vl ſcia: ſȝ in dilectiōe nec xp̄s ait. Diſcite a me ſciaȝ: q2 ſapīa ſuȝ dei pr̄is: ſȝ diſcite humilitatē: q2 mitis ſuȝ ego ⁊ hu. cor. Matth. xj. Lucifer deū imitari voluit in potētia vt ita dicere cupiēs ex nālibus ⁊ gratuitis a deo acceptis ꝓpa v̄tute ad gliaȝ ꝑuenire di. Silis ero altiſſimo qui ꝑ ſe gliā obtinet: ſed detracta eſt ad iferos ſupbia ſua. Eſa. xiiij. Sliat⁹ eſt nabuchodonoſor de potētia ſua ſupbiēs tanq̄ ex ſe illā adept⁹ ⁊ ꝯuerſus eſt in beluā ſm̄ imaginationē ſui

ꝛ alioꝝ videntiũ cũ. Dan. iiij. ꝛ. xvj. q. iiij. miroꝛ.
Alter nabuchodonoſoꝛ de ſupbia elatus voluit
vt deus adorari ꝛ ↄfuſus eſt p feminã ſcãm Ju
dith occiſo holoferne pncipe militie ei⁹. Adã ꝛ
eua voluerũt deũ imitari in ſcia dicẽte eis anti
quo ſerpẽte. Eritis ſicut dij ſciẽtes bonũ ꝛ ma/
lũ: ꝛ de paradiſo expulſi ſunt cũ tota poſteritate
ſua. humiliata infinitis miſerijs aie ꝛ corpis vo/
luerũt: vt ait. b. Aug. Rape diuinitatẽ ꝛ pdide/
rũt felicitatẽ. ſed viri ſci qui glioſum ſanguinẽ
fuderũt pro dño imitati ſunt in morte ſua deuz
icarnatũ p dilectionẽ: ꝛ iõ coronas triũphales
meruerũt. Abrahã imitat⁹ eſt deũ in dilectiõe:
pͥam deſerẽs filiũ offerẽs ꝛ circũcidẽs in ſene
ctute vt deo obediret ꝛ humiliaret ſe. cinerez ꝛ
puluerẽ dicẽs. ꝛ exaltat⁹ eſt vſqꝫ ad viſionez tri/
nitatis per figurã qñ tres vidit ꝛ vnũ adorauit.
Dauid imitat⁹ eſt deũ in dilectiõe etiã inimico
rũ capitaliũ: in humilitate ſe pulicẽ viuuz ꝛ ca/
nẽ mortuũ vocitãs ꝛ ſup ſenes itellexit diuina
myſteria. Paulus apl's qui cupiẽs ex itẽſa dile/
ctiõe dei diſſolui ꝛ eſſe cũ xp̃o. ꝛ tñ anathema eẽ
a xp̃o pro frib⁹ ſuis vt ↄuerterent. pmũ ſe pctõ/
rẽ pclamãs ex humilitate pfundiſſima: ꝛ mini/
muz apl'oꝝ. qui plus oib⁹ laborabat: ſblimatus
fuit ad clarã dei viſionẽ qñ rapt⁹ fuit ad tertiuz
celũ. Qđ ſiqs velit deũ imitari in ſcia imitet in
iſta que donũ dei eſt: ꝛ ſine dilectiõe ꝛ humilita
te eẽ nõ põt. Uani. n. ſunt oẽs hoies in qb⁹ ſcia
dei nõ ſapia. ſ. ſcia ꝛ hmõi. Qui. n. dixerũt lin/
guã nrãm magnificabim⁹ labia nr'a a nob' ſunt
qs nr' dñs eſt. Uani ꝛ falſi in ſua elata eſtimatio
ne: qꝛ de⁹ ſciaꝝ dñs. j. Reg. ij. falſi in ſuis doctri
nis. Nullus. n. fuit qui nõ falſa ſcripſit vani in/
utiles ſibi: vacui v̇tutib⁹ veris ꝛ vltimo fine bti
tudinis puati dicẽte Salo. Ecc'e. ij. Laboꝛ ſtul/
toꝝ interficiet eos. ſ. morte ppetue: qꝛ neſciunt
pgere in vrbem. ſ. ciuitatis ſupne: pp qđ ꝛ dñs
per Hiere. dicebat. Nõ gliet ſapiẽs. ſ. ſcia mun/
dana in ſapia ſua: neqꝫ potens in potentia ſua:
neqꝫ diues in diuitijs ſuis. Sed qui gliat in h
gliet ſcire ꝛ noſſe me. Ad quã noticiã dei valet
pmaxime cognitio ſui que ptinet nõ paruz ad
donũ ſcie. vnde ꝛ Sen. Pricipiũ ſalutis cogni
tio ſui. ꝛ be. Aug. breuiſſime orãs dicebat. De/
us meus nouerim me: nouerim te: qꝛ cognitio
ſui vera inducit ad dei cognitionẽ. qd. n. pdeſt
ait. b. Ber. ſcire vires herbaꝝ, pprietates elem/
toꝝ: curſus ſyderꝝ ꝛ hmõi: ꝛ neglecto ſeu igno
rato. q. d. nihil. Silis p h eſt demonib⁹: vñ in/
terptant ſciẽtes. non ḡ ↄdẽnant vacãtes ſtudio
ſciaꝝ ſclariũ. ſꝫ ↄſtituẽtes finẽ in hmõi noticia.
Sicut qdã antiqꝝ phoꝝ falſo opinati ſũt: ac ẽt
nimis eis intẽdẽtes: ita vt vtiliores ꝛ neceſſari
as ad ſalutẽ lr'as contẽnãt vel omittãt cuz dicat
Sap. Nihil nimis vel eis q̇cũqꝫ mõ abutẽtes.

Hãc aũt ſciam .§. vij.

donũ ſpũſci omni mũdane ſcie pponere debe/
mus: qꝛ hec ſola ducit ad vitã. Nõ aũt alie niſi
cuz iſta. Et q̃to maioꝛ in nobis dilectio eſt que
eſt vinculũ pfectiõis: vt ait apl's ad Coll. iij. Et
q̃to maioꝛ humilitas que dilectiõez in aliũ eri
git. tãto maioꝛ hmõi ſcia. ſ. habet. Et ipa ſcien
tia ſalubrius cũctas docet ſcias ale moraliter:
vt pꝫ diſcurrẽdo per paucas. Docet. grãmaticã
ſ. recte loquẽdi ꝛ recte ſcribẽdi. Linguã. n. quã
vt dicit Jac. nullus domare potuit. ſ. ex ſe inge/
tũ malũ plenũ mortifero veneno pverſe loquẽ/
tẽ ꝛ peius ſcribẽtẽ hec dirigit vt loquat recte: ꝛ
ppterea in linguis ſpũſcũs qui eã ifudit igne
is apparuit rethoricaꝫ ſuggerit: ita ornate per
orãte nõ in pſuaſibilibus humane ſapie v̇bis:
ſed in oſtẽſione ſpũs ꝛ virtutis: vt pueniat pn/
cipes angeloꝝ ↄiũcti pſallẽtibus ꝛ pncipẽ pn/
cipũ deuz: qui nullis viribus ſupat i põt flectat
o: o publicani vincatqꝫ iuincibilẽ ꝛ ligat oipo/
tẽtẽ moyſi depcatio. O q̃ꝫ vtilẽ dyalecticã veꝝ
a falſo diſcernẽtẽ. ſ. per donũ ſcie ifundit. cum
eni n tẽtãdo ſophiſtice ſillogizet hoſtis antiqu
us vt ↄuincat in ſpe boni: exẽpli grã ſic. Oẽ
bonũ eſt pſequẽdũ. ois fornicatio eſt bonuz vel
adulteriũ vel furtuz eſt bonũ: qꝛ delectabile: qꝛ
vtile q̃ad furtũ. ḡ pſequere fornicationẽ vel fur
tũ cũ delectabile ꝛ vtile ſit bonũ. Sꝫ ſophiſma
eſt: ꝛ qui ſophiſtice loqt ingt ſapiens. odibilis
eſt: qꝛ decipe q̃rit vt diabolus. Donũ igit ſcie q̇
qs diſcernit in morib⁹ verũ v̇tutis a falſo vitij
rñdit. Oẽ vtiqꝫ bonũ pſeq̃ndũ: ſi eſt veꝝ bonũ
ꝛ honeſtũ: ſed ſi fornicatio vel furtũ ſit bonũ ſꝫ
qd. qꝛ delectabile ſenſualitati. nõ tñ eſt veꝝ bo/
nũ ꝛ honeſtuz: ſicut ſi diceret. Ois hõ eſt rõna/
lis: ſed hõ pict⁹ eſt hõ. ḡ eſt rõnalis: falſo ↄclu/
deret: qꝛ pict⁹ eſt hõ ſm qd. i. ſm apparẽtiã ſeu
repñtationẽ: ſed cũ dicebat. ois hõ eſt rõnalis:
itelligit de hoie vero ꝛ ſimplr. Docet ḡ ſcie do
nũ in actib⁹ vitioꝝ nõ eẽ veꝝ bonũ ſed veꝝ ma
lũ ꝛ apparẽs bonũ. ꝛ ideo declinãduꝫ ad arith/
meticã deducit ſcia ſpũs numeros multiplicã/
tẽ: vt. ſ. pctã ſingula dinumeret cũ ſuis circũſtã
tijs. vt declarat. b. Aug. de pe. di. vj. Et p ſingu
las noctes vitioꝝ lachꝛymis lauet ↄſcie lectuꝫ.
Suggerit ſpũs etiam bñficia numerare a deo
collata que tot repiunt vt vix optim⁹ algoꝛi iſta
valet recenſere ſicut nec guttas maris. Ut me/
ret q̃ꝫ numeꝝ dieꝝ qs eẽ põt: ꝛ videt qm̃ mille
anni añ oculos dei tanq̃ꝫ dies heſterna que pre
terijt ꝛ totũ tp̃s ab initio mũdi vſqꝫ in finẽ eẽ ſi
cut memẽtũ ſtatere ꝛ guttã roris ↄparatiõe vi
te ppetue vbi oĩ bono aie ſcõꝝ fruunt. Talẽ ar/
moniã ꝛ melos ſm muſicã moꝝ ſpũs mẽti in/
fert exercẽdã vt dicat ſpũs. Can. ij. Sonet vox

tua in auribus meis. vox. n. tua dulcis. ꝛ ps. Ju
bilate deo oīs terra: cātate exultate ꝛ pſallite in
cythara: in tubis ductilib⁹ ꝛ voce tube cornee:
in pſalterio tympano ꝛ choro ꝛ in cymbalis bñ
ſonātibus que voces ſigñt diuerſos animi mo
tus ſm varias v̄tutes deū laudantiū mēſurare
ſpālia facit geometria ſpūalis: ꝛ aſpiciēs terraꝫ
cum hieremia videt: qꝛ vacua eſt ꝛ quaſi nihil:
mēſurat amores ſuos vt deuꝫ ſine mēſura dili/
gat. cetera v̄o oīs certa regula rōnis mēſurat.
Dimēſiones nō q̄ntitatiuas ſed v̄tuales menſu/
rat in deo: ꝛ ſi nō cum oibus ſctis cōprehēſori/
bus. tñ per ꝯtēplationē in terra militātis eccl̄ie
in diuinis. lōgitudinē eternitatis: latitudinem
extēſe charitatis: altitudinē imenſe poteſtatis:
pfundū ſapie claritatis. Nō deficit in hūte ſciē
tiā cū charitate ſctā aſtrologia ad curſum ꝛ v̄tu
tē ſolis ꝛ lune ac ſtellaꝝ. Attendit ꝯſiderās pie
ꝙ ſtella differt a ſtella in claritate: ſic ꝛ ſancti in
glia vnus alteri maior. ſic ꝛ in mūdo de gētib⁹
vnus altero pfectior ꝛ diuerſos effect⁹ pducūt
ſm grām gratis datā. nam alij daꝛ per ſpm ſer/
mo ſapie: alteri ſmo ſciētie ꝛc. Solē q̄ꝫ ꝯtēplā/
tur in celo. qꝛ ſicut teſte eccleſiaſtico: ſol illumi/
nans per oīa reſpicit: ꝛ glia dñi plenū eſt opus
eius: ꝛ orīꝛ ſol ꝛ occidit: ꝛ ad locū ſuū reuertiꝛ:
ibiq̄ꝫ renaſcēs girat p meridiē: ꝛ flectiꝛ ad aq/
lonē: vt inqt Sal. Eccs. j. Sic ſol iuſtitie xp̄s dñs
nr̄. illuminat oēm hoieꝫ veniētē in hūc mūdū:
opuſq̄ꝫ eius in mūdo plenuꝫ glia quā nobis p/
curauit: ortuſq̄ꝫ de lucida nube v̄gine maria oc
cidit per paſſionē. Unde tenebre facte ſunt ſup
vniuerſam terrā: deficiētibus cunctis a lumine
fidei deitatis ipſius excepta ea. ſed renaſcēs ſol
ipſe per reſurrectionē poſtq̄ꝫ īferiores ptes ter/
re deſcēdēs illuſtrauerat p̄res in vmbra mortis
ſedētes. radios ſuos erga diſcipulos diffudit:
ꝛ lumē eis reſtituit catholice fidei. Girauit aūt
ſol iſte per meridiē qñ in celū aſcēdēs ſup che/
rubin ꝛ ſeraphin ignem feruidū ſui amoris in
pēthecoſte in mūdū miſit: nec eſt qui ſe abſcon
dat a calore eius. Ad aqlonē flecteꝛ: ad aqlonē
frigidū in fine mūdi: qñ abūdāte iniqtate refri
geſcet charitas in corde multoꝝ. Speculaꝛ ille
nr̄ aſtrologus ꝛ lunā eccl̄ie que lumē a ſole mē/
dicat xp̄o ieſu dño nr̄o. Et qꝛ vt ait pphēta. Ele/
uatus eſt ſol ſup oēs celos ꝛ luna ſtetit in ordi/
ne ſuo. Phiaꝫ edocet ſciētie donuꝫ: vt inuiſibi/
lia dei per ea que facta ſunt intellectu cōſpiciat
ſ. dei pfectiones. Ex pulchritudine enim celoꝝ
ꝛ planetaꝝ ꝛ aliaꝝ pōt ſcire ſpecioſitas immēſi
dei ex virtute eaꝝ virtus ꝛ bonitas dei: ex ordi
ne earū ſapiētia dei ꝛ hmōi. vnde dr̄ Sap. xiij.
Si eoꝝ ſpecie delectati. ſolis. ſ. lune ꝛ ſtellarum
deos putauerūt. talia ſciant quāto his dñatoꝝ
eorū ſpecioſior eſt. ſpeciei enim. ſ. pulchritudi/
nis generator hec oīa ꝯſtituit: aut ſi virtuteꝫ et
opa eoꝝ mirati ſunt intelligant ab his: quoniā
qui hec cōſtituit fortior eſt illis. A magnitudi/
ne ſpeciei ꝛ creature cognoſcibiliter poterit ho
rum creator videri: hec ibi. Cum enim nō ſolū
ſm catholicos: ſed etiam phos deus ſit prima
cauſa oium ꝛ cauſa ſit potior effectu. Et in libro
de cauſis dicitur ꝙ oīs cauſa pma plus influit
in cauſatū cauſe ſecūde q̄ꝫ ipſa ſecunda cauſa.
Ideo ſequiꝛ ꝙ oīs pulchritudo v̄tus ſuauitas
q̄cunq̄ꝫ bonū vere amabile ſit in deo. et iō ſup
oīa diligēdus: ꝛ ī dilectōe pro poſſe imitādus.

❡ Et quia ad do/ .§. viij.

num ſciētie ptinere videꝛ noſce diſcernere in/
ter diuinas inſpirationes ꝛ diabolicas ſugge/
ſtiones que aliquādo multū velate pſonis ſpi/
ritualibus ingerūtur dicēte apoſtolo. Ipſe ſa/
thanas trāſfigurat ſe in angelū lucis nō ſolum
apparendo ſenſibiliter ſub forma angeli boni
chriſti vel alicuius ſancti: vt habeꝛ de bea. An/
tonio. Martino ꝛ alijs: ꝛ inuiſibiliter ſuggerē
do aliquid apparēs bonuꝫ opus: ſed aīe noxi/
um: vt Greg. dicit diſ. xlj. Sepe vitia ſe ingerūt
ꝛ virtutes ſe eſſe mentiunꝛ: vt tenacitas: parſi/
monia effuſio: largitas: crudelitas: prodigali/
tas: zelus: iuſtitie: remiſſio: pietas videri velit.
Ideo hī ponentur quedā documēta ex quodam
libello qui attribuiꝛ beato Uincētio ordinis p/
dicatorū: predicatorī eximio ꝛ ſanctitate mira
bili. ❡ Notandū igitur ꝙ circa tētationes ſpi/
rituales huius tēporis quas pcurat diabolus
in cordibus aliquorū ſpūalium. ❡ Primū eſt
ꝙ volētes ſe deo totaliter ſubdere deſiderant p
rationē vel contēplationē vel alia opera pfecti/
onis: viſiones: reuelationes: guſtus ſeu ſenti/
mēta a deo vel de deo: que ſunt ſupra naturā: ꝛ
ſupra cōmunem curſum eoꝝ qui diligunt ꝛ ti/
ment deū veriſſime: quaſi vt ex hoc ſignuꝫ acci
piāt dilectionis dei ad eos ꝛ acceptatiōis. Sed
tētatio eſt tēdens ad decipiendū. Tale enim de
ſideriū ꝛ inſtigatio non pōt eſſe ſine radice ſup
bie ꝛ preſumptionis: vel intētione alicuius va
ne curioſitatis circa ſecreta dei vel fragilitate fi
dei: ꝛ propter hunc defectū iuſtitia eius dimit/
tit animaꝫ que habet tale deſiderium: ꝛ permit
tit venire intellectum in illuſionem ꝛ tentatio/
nem diaboli per falſas viſiones reuelationes ꝛ
ſeductiones: ꝛ vt magis detur fides hoſti ſug/
gerenti: aliquando vera reuelat: vt ad creden/
dum aſſuefaciat per quem modum ſciant ma/
iorem partem tentationū ſpiritualiuꝫ huius tē
poris: ꝛ radicat in cordibus eoꝝ qui ſunt nun/
cij antichriſti. Debes ergo ſcire ꝙ vere reuela/
tiones ꝛ guſtus ſeu ſentimenta ſecretorum dei
non veniunt per antedictum deſiderium: neq̄ꝫ

Bonū ſcie eiū diſcer nere ſa cit iter hec. ſ.

triplici mō tētā di ſpūa les dia bolus i uadit.

per aliquam coniurationem ſeu ſtudium quod
anima habeat in ſe:ſed tm̃ veniunt pura boni/
tate dei in animã que eſt in magno timore dei
⁊ humilitate ⁊ reuerentia ipſius dei:nec debet
quis excitare ſe in huiuſmodi humilitate: et
dei timore propter hoc vt habeat viſiones re/
uelationes ⁊ ſentimenta de deo: quia in idem
delictuʒ caderet quod ⁊ hoc deſiderans ſed pe
tendum ⁊ deſiderandum quod ait Pſal. No/
tum fac mihi domine finem meum:quod ſcili
cet deus eſt vt ſciam quid deſit mihi virtutis ⁊
boni ad ipſum conſequendum ⁊ non vt ſciam
ſecreta eius. ¶ Secundus modus tentationis
occulte diabolice ⁊ deceptorie eſt cum quis in
ſua oratione vel contemplatione ſentit aliquaʒ
conſolationem ⁊ dulcedinem. Ex qua ⁊ pro/
pter quam incipit de ſe preſumere ⁊ eſtimatio/
nem ſibi ipſius habere ⁊ in ambitione proprij
honoris ⁊ reputationem talem. vnde ſuggeri/
tur ſibi dignum ſe eſſe vel huiuſmodi vite glo
rie vel laudis vel paradiſi. Scias ergo ꝙ hic la
tet anguis in herba. ⁊ ideo fuge o puer:nec ad
mittas talem conſolationeʒ quantum in te eſt:
quia deceptoria: ⁊ per iſtam conſolationem in/
currit anima in plures malos errores ⁊ domi/
nus per ſuum iuſtum iudicium permittit po/
ſtea diabolo augmentandi talem conſolationẽ
⁊ accelerandi ⁊ imprimere in anima illa falſiſſi
ma ⁊ periculoſiſſima ſentimenta: ⁊ alias illuſio
nes quas credit veras eſſe. Heu heu domine
deus ꝙ̃ multe perſone ſunt decepte per moduʒ
Exẽplũ iſtum. ¶ Legitur de beato Jordane ſecundo
Magiſtro ordinis predicatorum. ꝙ diabolus
queſiuit eum decipere per hunc mundum.
Nam per aliquos dies eo celebrante diabolus
fecit maximum odorem de manibus eius flue
re cum magna cõſolatione. vt vel ſic inde de ſe
preſumeret. ſed ille miratus ⁊ deceptionem ti/
mens ſe magis humiliabat orans. vt ſi tenta/
tio erat. euaneſceret. quod ⁊ ſic factum eſt. ⁊ ita
euaſit tentationem in illa conſolatione non ſe
figens ſed fugiẽs. Et ſcias ait beatus ille ꝙ ma
ior pars raptorum vel potius orabitorum nun
ciorum antichriſti eſt per iſtum modũ. Et ideo
caue quod in tua oratione vel contemplatione
non ſuſtineas aliquam conſolationem niſi illaʒ
que venit poſt perfectam noticiam ⁊ completũ
ſentimentuʒ tue humilitatis ⁊ imperfectionis
⁊ que facit perſeuerare dictam noticiam ⁊ ante
dictum ſentimentum in te. ⁊ magnitudinem ⁊
altitudinem dei per altam reuerentiam ⁊ cum
magno deſiderio honoris dei conſolatio non
admittatur. ⁊ ipſa conſolatio adueniens in pre
dictis fundetur. Ad quos poteſt induci verſus
ps. Renuit cõſolari anima mea: ſcilicet in iſtis
mundanis. Memor fui dei ſcilicet in oratione
⁊ cõtemplatione ⁊ delectatus ſum eius in me/
morando. non in ea tamen figendo. ſed exerci/
tatus ſuʒ in bonis operibus. ⁊ defecit ſpiritus
meus: ideſt omnis elatio mentis. ⁊ iſta eſt vera
delectatio. ¶ Tertius modus tentationis ma/
gis periculoſus eſt cum ſub aliqua viſione vel
ſentimento. cor inducitur in opinionem vel in
fectionem contra aliquem articulum fidei. vel
contra bonos mores. ⁊ maxime contra humili
tatem vel honeſtatem. Sicut legitur in ſecũda Exẽplũ
conſolatione abbatis Moyſi de illo cui pluri
es diabolus vt angelus bonus apparuerat cuʒ
luce magna. qui demum ei ſuaſit vt filium par/
uum quem ſecum habebat occidendo deo of/
ferret vt ei placeret ſic Abraham in oblatione
yſaac filij ſui. Sed fugiente filio non valuit qđ
intendebat efficere. Et de alio qui ſe proiecit in
puteum ex iuſſione angeli mali. qui vt bonus
cum ſplendore apparuerat. Igitur tales viſio/
nes ⁊ iuſſiones exhorreſcas quantumcunqʒ ſe/
creta ⁊ alta ⁊ ſancta apparent ⁊ fugias. vt a rui/
na ⁊ demonio meridiano. Sed ſi appareat tibi
aliqua viſio cum lumine vel ſine lumine ⁊ ſen/
timento. De quo ſis certus ꝙ ſit ex parte dei et
ꝙ certificatus es in corde tuo. ꝙ illud ad quod
inducit viſio eſt deo placituʒ noli te firmare in
dicta viſione. ¶ Attendendũ etiam ꝙ nec pro/
pter magnam deuotionem: nec propter ma/
gnam vitam: nec propter claruʒ intellectũ: nec
propter aliquam ſufficientiam quaʒ videas in
aliqua perſona. vel in aliquibus perſonis non
ſunt ſequenda eorum conſilia. nec eorum mo/
di imitandi. Ex quo apparet ꝙ eorum conſilia
⁊ dicta clare ⁊ multum rationabiliter non ſunt
ſm deum ⁊ veram diſcretionem per vitaʒ chri
ſti ⁊ ſanctorum monſtrata. ⁊ per ſanctam ſcri/
pturam in dictis ſanctorum notificata ⁊ predi/
cta. Et propter hoc non eſt timendum ꝙ ſper/
nendo talia peccetur per ſuperbiam ⁊ preſum/
ptionem. ſed potius ꝙ fiat propter zelum vir/
tutis. Nolite ait Joã. in prima canoñ. omni ſpi
ritui credere. ſed probate ſpiritus vtruʒ ex deo
ſint. Non enim ſtatim videri poteſt diuina ma
ieſtate conceſſum quod fuit humana pollicita/
tiõe. promiſſuʒ. ait Cyprianus. diſtin. l. Siquis
prepoſtera. ¶ Inſuper ⁊ fugiende ſunt ⁊ vitan
de ſocietates ⁊ familiaritates illorum ⁊ illaruʒ
qui tales tentationes ſeminant ⁊ diffundunt. ⁊
etiam vitande ſunt perſone ille que ſuſtinent ⁊
laudant eas. ⁊ noli audire verba eoꝝ. nec colla/
tiones eoꝝ. nec modos eorũ vel videre. qꝛ dia/
bolus tibi ſubminiſtrabit ⁊ oſtendet magnũ ſi/
gnum perfectionis in pluribus eorũ verbis ⁊
modis. que ſi velles accipere ⁊ per ea illis cre/
dere veniretes ⁊ incurreres in pericula. ruinas ⁊
precipicia errorum illoꝝ. Sermo eorũ ait apo/

ſtolus.j.ad Timo.ij.vt cancer ſerpit.

¶ Poſt predicta .§.ix.

preſatus ponit aliqua que quilibet debet per ſe
metipſum attendere circa perſonas que diſſe/
minat tales tentationes cõtra ad eoꝝ vitã ⁊ do
ctrinam. ¶ Quoꝝ primũ eſt ꝙ circa tales per/
ſonas nõ hẽas magnam eſtimationẽ eoꝝ viſio
num ſentimẽtoꝛũ raptuum. imo ſi dicunt tibi
aliquid quod ſit ꝯtra fidem aut contra ſacram
ſcripturã. aut ꝯtra bonos moꝛes abhoꝛreas eo
ruꝫ viſiones ⁊ reuelatiões tanq̃ ſtultitias ⁊ eo/
rum rapt⁹ vt arbitramenta ſeu fantaſtica demo
num. vñ in deutero. Moyſes ex verbo dñi pre
cepit dicens. Si ſurrexerit in medio tui ꝓpha.
aut qui ſomniũ dicat ſe vidiſſe ⁊ ipſe dixerit ſi/
gnũ atq̃ poꝛtẽtum ⁊ venerit quod locutus eſt.
⁊ dixerit tibi. Eamus ⁊ ſeq̃mur deos alienos
quos ignoꝛas. ⁊ ſeruiamus eis. noli audire ver
ba ꝓphe aut ſomniatoꝛis. Tẽtat enim vos dñs
deus veſter vt palã fiat vtrum diligatis eum an
nõ. In toto coꝛde vr̃o ⁊ in tota anima veſtra ip/
ſa ſequimini eũ timete ⁊ mãdata ſua cuſtodite
⁊ audite vocẽ illius. hec refert. b. Aug. xxxvj. q.
v. nec mirum. Et inducit ibi exẽplum phitoniſ
ſe que arte ſua apparere fecit diabolum ſub foꝛ
ma veri Samuelis vera cũ falſis promiſcẽs: vt
pꝫ primo li. Reg. ⁊ ſubdit. b. Aug. Si tñ dicerẽt
aliq̃ que ſunt ſm̃ fidem ⁊ ſacrã ſcripturaꝫ ⁊ do/
ctrinam ſctoꝝ ⁊ bonos moꝛes noli ſpernere: q̃
foꝛte ſperneres qḋ dei ẽ. iuxta illud apli ad Tim.
j. Prophetias nolite ſpernere: nec tamẽ totaliter
ꝯfidas q̃ ſepe ⁊ maxime in tentatiõib⁹ ſpiritua
libus falſitas induiſ ſub ſimilitudĩe veritatis.
malitia ſub ſimilitudĩe v̄tutis: vt poſſit diabo/
lus meli⁹ diffundere erroꝛẽ. Ad quod ait Cyril
lus ſup illud Lu. iiij. Non ſinebat xp̃s ea .ſ. de
monia loqui: q̃ ſciebant ipſum eſſe xp̃m: q̃uis
veritatem maximã dicerent: quã tamen nõ cer
titudinaliter: ſed cõiecturaliter ſciebãt. ſ. xp̃ꝫ eſ
ſe filiũ dei: tamẽ increpabat eos prohibens ta/
lem dicere veritatem: vt doceret nos nõ quere
re a demonijs veritatẽ. Nec ſi dixerit veritateꝫ
aliq̃ñ inherere: quia ad hoc faciũt vt p̱ illud de
cipiant ⁊ ad malum inducãt: ⁊ tales viſiones ⁊
raptus etſi nõ ſint de falſis vel cõtra ſcripturas
poti⁹ ſunt ſuſpendende: niſi hoc cõtingeret ta
libus pſonis ꝙ ratione ſctitatis ac diſcretionis
⁊ humilitatis certũ quaſi eſſet ꝙ tales perſone
nõ pñt decipi p̱ illuſiones ⁊ igeniũ diaboli. Et
tunc q̃uis ſit pium viſionibus talib⁹ talium p̱
ſonarũ ꝯſentire. tamẽ tutius eſt nõ totaliter cre
dere niſi inq̃ʒtũ in eis eſt ſinia cõcoꝛs cum ſacra
ſcriptura ⁊ dictis ſanctoꝛũ. ¶ Adde ad hec ꝙ
veri ⁊ ſancti prophete aliq̃ñ aliqua dicunt pu/
tantes ſe ex ſpũ ꝓphie habere. Que poſtea co
gnouerunt ⁊ ipſimet ex ſpũ prophetico non di
xiſſe: vt notat. b. Greg. in li. moꝛal. de Natha p̱
pheta qui q̃ſitus a dauid rege ſi deberet tẽpluꝫ
dño conſtruere. Rñdit ei vt ꝓpheta ꝙ faceret
vt deo gratũ ⁊ acceptum: ſed q̃citius fuit ſibi a
dño reuelatũ vt diceret Dauid ꝯtrariũ. Non edifi
cabis mihi tu (inquit dñs) domũ: q̃ multũ ſan/
guinem fudiſti ſcꝫ in bellis: ſed filius tuus. pri
mo palipo. xvij. Sanctas ⁊ deuotiſſimas religi
oſas Brigidã ⁊ katherinã de ſenis ꝯtẽpoꝛane
as ſatis crediſ ſpiritu ꝓphetico claruiſſe mul/
taſq̃ reuelationes habuiſſe: ⁊ tñ vna refert ſibi
reuelatum beatiſſimã virginẽ in oꝛiginali con
ceptam. vt katherina de ſenis. Alia ſine oꝛigi/
nali Brigida. Et cũ ꝯtradictoꝛia ſimul vera eẽ
non poſſunt. opꝫ dicere ex ſpũ ꝓpꝛio non ꝓphe
tico vnã eaꝝ fuiſſe locutam: ſed que illaꝝ. Mi/
noꝛes aſſerũt katherinã: pdicatoꝛes Brigidaꝫ
ſed deo hoc relinquamus. ¶ Scḋm qḋ eſt in
hmõi attendendũ eſt ꝙ ſi per reuelationeꝫ vel
ſentimentũ vel aliũ modũ tuũ coꝛ moueaſ ad
faciendum aliqḋ opus: ⁊ maxime opus graue
⁊ notabile nõ tibi ꝯſuetuꝫ de quo non habeas
certitudinẽ an deo placeret imo dubitas rõna/
biliter ꝯtrahe moꝛã ad faciendũ dictũ opus vſ
q̃quo inſpexeris diligẽter oẽs circũſtantias: ⁊
cognoſcas deo placere. vñ Oꝛig. Lenta v̄tus cũ
ctatrix ante iudicat q̃ incipiat qḋ decoꝝ qḋ
honeſtum ſit: iniquitas oĩa precipitat. de peni.
di. iij. inter hec. Non tñ de hoc iudices ſm̃ tuã
opinionẽ cum de ſe nõ eſt claꝝ ſed per teſtimo/
nium ſcripture vel per aliqḋ exẽplum imitabi/
le aliquoꝝ ſanctoꝝ viroꝝ. Signanter aũt diciſ
exempluꝫ imitabile: q̃ aliqui ſancti fecerũt ali
qua opera que non debemus imitari q̃uis eſ/
ſent bona in eis: ſed potius debemus ea habe/
re in admiratione ⁊ reuerẽtia. Et ꝓpterea dicit
Hieronymus. Exẽpla paucoꝝ cõem legeꝫ face
re non pñt. xxv. q. ij. non ſtatim. ⁊ de regu. iur.
in. vj. Que a iure cõi exoꝛbitant in ꝯſequentia
noſtre actionis nõ ſunt trahẽde. Si quis. n. vel
lẽt comedere tñ locuſtas ⁊ mel ſilueſtre: q̃ ba/
ptiſta hoc fecit: cito infirmareſ. Qui vna tñ ho
ra doꝛmiret: q̃ Augu. hoc egit infatuareſ: ⁊ ſic
de aliis hmõi. Qḋ ſi per te ipſum non potes in
notitiam venire: an illud deo placeat conſiliuꝫ
pete: ſed a perſonis bene probatis in vita ⁊ do/
ctrina ⁊ conſilio veritatis. Tob. iiij. diciſ. Conſi
lium ſemper a ſapiente inquire. De dubijs pro
pꝛie eſt conſilium ⁊ intelligitur ſapiens in illo
genere de quo conſilium querit: quia vnicuiq̃
in arte ſua perito credendum eſt. ait philoſo/
phus: quia experientia eſt magiſtra rerum.
¶ Tertium quod eſt circa huiuſmodi obſeruã
dum eſt ꝙ ſi qs eſt imunis ab iſtis ⁊ nũq̃ tales
tentatiões habuit: vel ſi habuit liberat⁹ ab eis

fuit: dirigat coꝛ ſuum ad deum: vt regratietur ei indeſinēter de tali gratia. Et caueat ne quod habet per puram gratiam dei ⁊ benignitatem attribuat ſibi merito ſuo. virtuti ſue vel ſapientie ſue vel moꝛibus ſuis: nec etiam ꝙ a caſu vel fortuna hoc acciderit: quia hoc eſt quaſi principale propter quod deus ſubtrahit gratiam ſuam ab aliquibus ſcilicet propter arrogantiam ſuam ⁊ ingratitudinem. Unde bea. Auguſti. Quod deus dederat gratis: abſtulit ingratis. Aliud aduertendum eſt ꝙ coꝛde alicuius poſito in tentatione ſpirituali per quaꝫ ponitur in dubio non incipiat aliquis pꝛopꝛia voluntate notabile ⁊ inconſuetum: ſed refrenando coꝛ ſuum ⁊ voluntatem expectet humiliter ⁊ cum timoꝛe ⁊ reuerentia dei quouſqꝫ coꝛ ſuum dominus clarificet de tali dubio. Non dico expectet angelum venientem vel viſionem ſuper huiuſmodi: quia ſuperbie videretur: ſed expectet coꝛ ſuum per inſpirationeꝫ vel conſilium pꝛoximi ſibi inſinuandum. Contrarium faciendo ſcilicet in dubio ſe ponendo ad opus magnum ⁊ inſuetum: non habebit opus cōmuniter bonum exitum. Deinde tamen quis in huiuſmodi tentationibus cauere debet: ne ante vel tunc cum eſt in his dimittat opera bona cōſueta: vt oꝛare: confiteri: cōmunicare: ieiunare opera pietatis ⁊ humilitatis: licet conſolationem non inueniret in operibus antedictis. Quia enim vt ait pſ. cxviij. in cuſtodiendis illis ſcilicet diuinis mandatis ſit retributio multa. Non ſolum pꝛo cuſtodiendis retributio multa in celis: ſed etiam in illis: ideſt dum obſeruat habetur magna conſolatio mentis. Iugū enim meum. ait chꝛiſtus ſcilicet obſeruationis mandatoꝛum: que omnia mādata ſunt de actibus virtutum ſuaue eſt Matth. xi. tamen non pꝛo huiuſmodi conſolatione ſpirituali hic habenda eſt deo ſeruiendum. Euntes ait pſ. Ibāt de bonis operibus ad melioꝛa pꝛocedentes ⁊ flebāt non ſentientes aliquando delectationeꝫ in ipſis bonis operibus: ſed fletum anguſtie tedij ⁊ anxietatis: ⁊ tamen ſic ſeminant ⁊ multiplicantur occulte ſemina meritoꝛum vt demum veniant cum exultatione poꝛtantes manipulos pꝛemioꝛum. ¶ Poſtremo in omnibus ſiue remanentibus tentationibus ſiue recedentibus ſemper opoꝛtet ſe confoꝛmare diuine voluntati. Recti diligunt te. dicitur Cañ. j. Recti ſunt. ait bea. Augu. ſuper pſ. qui volūt quod deus vult. nam qui volunt deum velle quod ipſi volunt: non ſunt recti cum volūtas eoꝛum ſit toꝛtuoſa. voluntas autem dei dicitur regula rectiſſima. Omnia que in iſto cap. habentur ſententie ſunt. vt dicit bea. Uincen. ex quodam tractatulo ſuo auctoꝛitates ante adducte ſibi poſite ſunt ad maioꝛem auctoꝛitatem dictoꝛum. quas vt puto ⁊ aptioꝛes ipſe cauſa bꝛeuitatis omiſit.

¶ Notandū quod .§.x.

in tractando de tribus vltimis donis non eſt ſeruatus oꝛdo enumerationis poſitus ab Eſa. ⁊ ratio fuit: vt pꝛolixioꝛ materia poſterius poneretur: ⁊ ideo pꝛius de timoꝛe poſtea de pietate multo diffuſioꝛ ratione materie adiuncte ſcilicet de virgine Maria: ⁊ demum de ſcientia actum eſt. Cui additur magnum opus diſtinctum pꝛopter ſui longitudinem in tria volumina non pꝛeciſe hiſtoꝛiarum: ſed ⁊ multoꝛuꝫ alioꝛum de ſcripturis ſacris ⁊ dictis notabilibus ſanctoꝛum ſed ⁊ alioꝛum gentilium continens geſta ab initio mundi vſqꝫ ad pꝛeſens tēpus ſcilicet annum domini ab incarnatione M.ccccliiij. Si tamen vita fuerit comes ad pficiendum quod iam perductum eſt vſqꝫ ad annum domini ſexcenteſimum: ſcilicet vſqꝫ ad moꝛtem Gregoꝛij magni. ⁊ imperium Foce. Cum enim vt dictum eſt ad donum ſcientie ptineat bene conuerſari in medio nationis praue ⁊ peruerſe: ⁊ ſcire diſcernere credenda a nō credendis: ⁊ agenda a non agendis: vt bona aſſumantur ⁊ mala renuantur. Quia plurimum ad hoc poſſunt iuuare pꝛecedentium geſta. nā ratio pꝛeteriti ſcire futura facit. Ex errantibus enim perfectoꝛum: vt pꝛimoꝛum parentum Moyſi. Aaron. Dauid: ⁊ alioꝛum: melius ſciuntur pericula noſtra vt caueantur. Ex illatione flagelloꝛuꝫ contra malos perpenditur grauitas peccatoꝝ: ⁊ quantum deo diſpliceāt: vt nō cōmittaſ: ⁊ cōmiſſa per penitentiam remoueantur. Ex tranſlatione ⁊ mutatione regnoꝛum ⁊ dominioꝛuꝫ: aduertitur vanitas ⁊ inſtabilitas mundanoꝛum vt contemnantur. Ex depꝛeſſione ſuperboꝛum ⁊ humiliatione: vt edificantium turrim ad celum pertingentē Babel. Pharaonis. Nabuchodonoſoꝛ: ⁊ alioꝝ: addiſcitur moꝛtales non paria ſentire de deo: ſed vt omnes ei ſubijciantur. Ex narratione euangelioꝛum docentur impleta: que per ſanctos pꝛophetas pꝛenunciata fuerant de myſterijs: chꝛiſti. quoꝛum pꝛophete plures hic expꝛeſſantur. Ex ſententijs tam gentilium ꝙ ſanctoꝛum ibi ſcire valet quilibet quomodo conuerſari debeat in mundo. Et quia plus monent exempla ꝙ verba: ideo ponuntur multe hiſtoꝛie ⁊ opera virtutum a ſanctis perpetrata vt ad ea imitanda pꝛouocentur. Miracula plurima referuntur ad dei gloꝛiam ⁊ fidei chꝛiſtiane confirmationem. ¶ In libꝛo autem de ſeptem donis cuius auctoꝛ fuit frater oꝛdinis pꝛedicatoꝛū: ſed nomen eius ibi nō ponitur. in tertia parte po

ponit de dono ſcientie: vt ſicut per timorem re
trahitur q̄s a malo ⁊ per pietatem promouetur
ad bonum diuini cultus: ⁊ miſericordie ad pro
ximum: ita per ſcientiam extrahaf a malo quo
irretitus eſt peccator. Juxta illud prouer. ij. Si
ſcientia placuerit anime tue: prudentia ſerua/
bit te vt eruaris a muliere mala. ſ. malicia ⁊ cō
cupiſcentia peccati. Et prouer. xix. Ubi non eſt
ſcientia: ibi non eſt anime bonū. ⁊ hoc. ſ. vt ex/
trahatur a malo culpe per penitentiam. Unde
ibi inſerit tractatum de penitētia prolixe ⁊ par
tibus eius. Sed q2 de ea diffuſe notatum eſt in
iij. par. in ti. de ſacramentis: ⁊ in alijs locis: iō
nihil de ea hic. Sed finis ſit huic quarte parti
que eſt de virtutibꝰ ⁊ donis ſpiritusſancti. Cui
cum patre ⁊ filio ſit laus ⁊ gloria per infinita ſe
cula ſeculorum. Amen.

¶ Obijt ipſe Antoninus vir conſiliorum cla
riſſimus romane vrbis olim auditor cauſarū.
tunc archieps florentinus ordinis predicatorꝝ
obſeruantialis profeſſor. Anno dominice icar/
nationis. M.cccc.lix. in vigilia aſcenſionis do
mini. ſecūdo videlicet die Maij miraculis cla
rens. Cuius preconia indices augentur ex ſalu/
tari eius doctrina: ſummariꝫ in epytaphio ſuo
congeſta videlicet.

¶ Hic eſt ille tuus paſtor florentia: pro quo.
¶ Non ceſſes meſto ſpargere rore genas.
¶ Patribꝰ haud priſcis pietate Antoniꝰ ipar.
¶ Qui ſcripſit quicquid litera ſacra docet.

¶ Quarta pars ſumme excellentiſſimi: di/
uiniſſimiq; Beati Antonini Floreñ. quon/
dam archiepiſcopi ſacrarum litterarum inter/
pretis fideliſſimi: miris modulis varijs in pre
ſentis auſpicaciſſime emendata quoad poſſibi
le humanis ſolertijs extiterat. Jn ſingulare p/
coniū ſancte ⁊ indiuidue trinitatis totiuſq; ce
leſtis curie laudē: preſertim atq; in maius pre/
ſidium orthodoxe: imarceſſibiliſq; fidei catho
lice conſummata ⁊ perfecta eſt.

Regiſtrum.

A B C D E F G H J K L M N O
P Q R S T U X Y Z AA BB CC
DD EE FF GG HH JJ KK LL MM
NN OO PP QQ RR SS TT UU
XX YY ZZ AAA BBB CCC DDD
EEE Omnes ſunt quaterni preter A ternꝰ

quinſ. 10. char. 2.

¶ Venetijs per Lazarum de Soardis. qui obti-
nuit a dominio Veneto q̄ nullus poſſit imprime
re: nec imprimi facere in eoruꝫ dominio ſub pena
vt patet in ſuis priuilegijs. Die ſexto nouēbr. 1504.

Excuſatio Lazari.

Si quid forte tuos offendet lector ocellos
Quod mihi mendoſo grāmate verſus eat.
Emendare velis: nam non me Lazarus iſtis
Confecit mendis Bibliopola tuus.
Sed turbata magis preſſoris inertia quando
Sera dedit laſſas artibus hora manus.

Finis.

¶ Laus ſummo regi dicatur vocibus oris.
¶ Quod iam nō ceſſet merces condigna laboris.

398.466

C.7.g

III. Subſtitutus ex tacita pupillari comprehenſa in v

IIII. Compendioſa verbis directis à pagano concep

V. Pupillaris non continetur in compendioſa fac

VI. Filius fideicommiſſo grauatus à milite legitim

VII. Ius patronatus Eccleſiæ tranſit in fideicommiſ

Diſputabuntur in Auditorio ſacri Palatij Apoſtolici,

ROMAE, Ex Typographia Dominici Baſæ. M

DIVINO IMPLO…

EX AVCTORITATE ILLVS…

D. ALEXANDRI CA…

S. R. E. VICE…

Et permiſsione R. P. D. TIBER…

ac Fiſci Aduocati, & Almæ V…

THOMAS LAPIVS I.

Ex l. Precibus. C. de impub. & al. ſubſt. ſibi in punc…

I.	Subſtitutio compendioſa facta impuberi filio … non valet iure directo.
II.	Tacita pupillaris ſub expreſſa vulgari exclud…